UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practicarvm Conclvsionvm Jvris In omni Foro frequentiorum Dominici TT. S. Onvphrii S. R. E. Presbyt. Cardin. Tvschi, Tomus ...

In Qvibvs Præter Spiritvales, Ecclesiasticas, Legales, Ivdiciarias, cæterasq[ue] materias Canonicas, prophanas, ciuiles, criminales, & mixtas, in vtroque foro ... aliqua multarum insignium Ecclesiarum; Ordinum Regularium Militiarum, Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, & aliorum locorum statuta, ...

Toschi, Domenico

[Coloniae Agrippinae], 1623

A.

urn:nbn:de:hbz:466:1-94957

Visual Library

PRACTICÆ CONCLVSIONES IVRIS,

In omni Foro frequentiores,

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.

DOMINICI, S.R.E. TT. S. ONVPHRII,

PRESBYTERI CARDINALIS TVSCHI, EPISCOPI
Tiburtini, I. V. D. Ex antiquissimo, ac Comitissæ Matthildis munificentia
celebri Oppido Castellarani, Ciuis originarij
Regiensis.

EXCERPTÆ TAM EX OMNIBVS ET QVIBVSCVMQVE CONSILIIS Alexandri ab Imola, & aliis XXIV. Consulentibus, qui eum tempore antecesserunt, ea diligentia, vt nihil penitus sit prætermissum; quam etiam obiter ex diuersis Canonistis, Legistis, & recentioribus Consulentibus, cum ampliationibus, limitationibus, extensionibus, restrictionibus, & declarationibus, ita vt vnusquisque sub suis congruis locis inspicere possit, in quibus in vnaquaque Conclusione Doctores conueniant, in quibus dissentiant, & quando conciliari possint.

A.

A, PRIMA LITERA, *A*, & *Ab*, PRÆPOsitiones habent multos significatus.
Conclus. 1.

1 EST † prima litera Alphabeti Græci, quæ scribitur α, vt dicit tex. *in c. ab exordio. 35. dist.* ibi; *postquam autem Christus venit in fine temporum*, & ω, reuoluit ad α, vbi glos. in *ver. o. & a.* 2 † *A*, prima litera in omnib. Alphabetis, vt not. in *d.c. ab exordio. 35. dist.* & dicit Bertach. in *ver. A*, est prima litera. 3 † *A*, principium, & imperfectionem designat; O, quę est vltima litera Græcorum, importat perfectionem. gl. in *c. postquam. in ver. pro o, 13. quæst. 2.* Vide, *Dictiones aduerbiales multæ sunt, & importantia earum. Concl. 237.* † *A*, præpositio est principium termini à quo, & 4 denotat imperfectionem, vt dixit gl. in *d.c. postquam. in ver. pro o, 13. quæst. 2.* 5 † Separationem dicit hæc litera, seu præpositio *A*, vt per Bart. in *l. meminisse. in fi. ff. de off. Procons.* Alex. *cons. 42. In causa, & lite, n. 5. lib. 3.* Feli. in *c. placuit. n. 4. ver. & dum iste tex. de præscr.* vbi Apostil. 6 in *ver. ex.* late Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glo. 11. nu. 53.* † Et in tantum separat, vt diuidat partem à suo toto, dicit Bal. in *c. pen. nu. 3. de offic. Leg.* & propterea recte dicitur, quod diuidit. 7 † Priuationē quoq; importat dictio *A*, quod idem est, quod dicitur importare exclusionem, vt dicit Bertac. in *ver. A, præpositio*, vbi, quod priuat, & excludit; sed ponendo omnia vocabula Doctorum, siue sit separatio, siue exclusio, siue priuatio, importat hæc omnia. *l. datio. §. fin.* * *in fin.* vbi glo. & * omnes. *ff. de actio. empti.* ibi; *à Brondusio*, id est, ab alio loco diuerso à Brondusio, & quod sit priuatiua, & exclusiua, 8 Crauet. *cons. 156. n. 6. ver. rursus apparet.* † Exclusionem quoque importat termini à quo, & hoc casu esse regulare, dicit idem Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glo. 11. n. 51.* vt propterea diem termini à quo excludat, ne computetur in termino, vt idem Tiraq. *n. 17. & 18.* qui plurimos adducit, & *nu. 22.* dicit hanc sequendam, quia seruatur * de consuetudine, & idem dicit Ias. & quod est communis, * & magis communis, in *l. 1. n. 20. & seq. ff. si quis cautio.* vbi Alex. *nu. 12.* dicis magis * communem. † Contrarium, quod imo inclusionem importat, & quod dies termini computetur in termino, de momento ad momentum; idem Tiraq. *d.t act. de retract. lignag. nu. 19.* & quod importet immediatum tempus, *l. 2. ff. de orig. iur.* ibi; *à cæde, à Regibus*, id est, immediatè post cædem, post Reges: vide omnino Lexicon iuris. † Declara, si primam teneas, quod excludat, non procedere in casibus 15. & sic sunt 15. limitationes, quas Tiraq. ponit *d. tract. de retract. lignag. à num. 23. vsque ad nu. 42.* Si vero teneas secundam contrariam, declara non procedere sex modis, & sunt sex limitationes, ibi à *num. 42. vsque ad num. 50.* † Declara secundo; quia semper separat dictio *A*, vel *Ab*, seu excludit, sed vis est, an ponatur termino diei, vel actus, vt sit à die, excludat semper diem, & incipiat à sequenti; si ab actu incipiat, puta, ab hinc, semper excludat actum, sed statim incipiat ab actu; quod per alia verba dicit Bald. in *l. fin. §. Senatores. in 1. lect. ff. de Senat.* aut ponitur termino intrinseco, & includit; aut termino extrinseco, & excludit; aut inest eadem conditio extremorum, & includit; aut contraria, & excludit. † Et procedit in dilatione, vel termino legis. *l. eum qui Calendis. in princ. ff. de verb. oblig.* plene Alex. in *l. 1. num. 12. & sequ. ver. in textu. ibi. ff. si quis cautio.* plenius Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 11. num. 17. & seq.* vbi pro vtraque, & hanc consuetudinem seruari dicit, & tenendam. † Idem in statuto disponente, quod causæ terminentur intra 60. dies, à die litis contestatæ; quia non computatur dies, in quo lis contestatur. Alber. in *Dictionario, in ver. A. præpositio, ver. ex quibus.* plene Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 11. nu. 25.* † Vel, quod citatus compareat intra quinque dies, à die præsentatæ citationis. Albe. in Dictio. *ver. A, præpositio. vers. ex quibus.* † Vel, quod à vigilia Beatæ Mariæ sint feriæ per 10. dies, non includitur vigilia. Alber. vbi supra. † Vel, quod fiat concordia intra tot dies à die incæpti processus, non continetur dies cæpti processus. Franc. Curt. in addit. ad Alexan. *d. l. 1. num. 17. ver. adde dictum Bald. ff. si quis cautio.* Brixien. in *Repert. litera A.* † Restringe singulariter, quando statutum disponit idem, quod ius cōmune, ne sit superfluum; quia tunc dies termini, qui nō computaretur in termino, bene computatur, ne statutum sit frustratorium. Alex. *cons. 87. Nos Doctores. in fi. li. 7.* quod est Collegii Paduani, sequitur Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glo. 11. n. 48.* † Idem in dispo-

in dispositione hominis. Ias. *in d.l.1.n.20. ff. si quis cautio.* Ideo si terminus statuatur trium dierum, vel alias, ab hodie, vel à die statuti termini; quia dictio, vel præpositio *A*, separat, excludit, & priuat, & dies, in quo statutus est terminus ab homine, non comprehenditur: & communem opinionem esse, & ita seruari in palatijs, dicit Ias. Alex. *d.l.1.n.15. ver. secus autem. ff. si quis cautio.* † Siue in vltima voluntate. † Siue inter viuos. † Siue in iudicialibus. † Item, siue apponatur super loco, siue super tempore. Bald. *in l.3. §. fin. in fi. ff. de actio. empt.* † Siue in testæ deponente, quod vidit talem posse ire à 40. annis citra; quia præpositio *A*, quæ inducit separationem, priuationem, & exclusionem, non concludit de 40. annis; & quia q heri fuit, fuit à 40. annis citra. Alex. *cons.* 45. *Visis attestationib. nu. 7. ver item de tempore lib.* 2. Vide plenius, *Testes deponentes à decẽ annis citra, non concludũt de tempore. Concl.* 272. † Vel si dicat à prima hora noctis fuit præsens; quoniam tunc necessario excludit primam horam; quia intelligitur ea pulsata statim post. Aretin. *cons.* 71. *Diligenter, & mature. in fin. ver. item præfatus Lucas.* † Extende; quia terminus assignatus à tali die operatur, quod illa dies nõ cadit in termino, sed erit in lucrũ eius, cui assignatur terminus, & ideo potest in illo die is, cui terminus assignatur, gerere actum, prout in termino, licet sit extra terminũ exclusa. Aretin. *in l. si ex duob. ff. de duob. reis.* late Tiraq. qui plurimos allegat *de retract. lignag. §.1. glo.11. n.30. ver.6. limita.* † Ambigua tamen est; quia quandoque includit, quandoq; excludit. Oldrad. *cons.* 49. *in princ.* & quandoque separat excluso termino à quo, in totum, vt si dicatur, à die tali; tunc dies non includitur. Alex. *d.l.1.n.17. ff. si quis cautio:* quandoque separat immediate per modum puncti. Bald. *cons.* 356. *Nota pro Duce. nu.2. vers. sequitur quarta, lib.*5. Alex. *d.l.1.n.17. ff. si quis cautio. cum seq.* Corn. *cons.* 279. vbi recitatis opinionib. pro vtraq; distinguit; an materia sit odiosa, & separat de momento; an fauorabilis, & non computatur dies termini. *lib.* 4. † Declara ex mente Baldi, & aliorum *in l. fi. §. Senatores. ff. de Senat.* quia dictio *A*, vel *Ab*, includit, quando est eadem ratio extremorum; si vero est diuersa, excludit, vt si vendo tibi à tali arbore, includitur, si arbor est mea; si aliena, secus; quia est diuersa ratio extremorum: Item includit, si ponitur super termino intrinseco; excludit vero, si super termino extrinseco, vt in eodem exemplo. † Vide de hac materia Docto. *in c. statutum, de præb. in* 6. vbi Gemi. *nu.*11. Franch. *nu.*5. sic concludunt; aut constat de mente legis, & res est clara; aut non constat, & id, quod magis est verisimile, vt vt includat, vel excludat; aut odiosa, & excludit; aut fauorabilis, & includit, & semper contra eum, qui loquitur, fit interpretatio. † Idem importat, quod dictio *Ab*, Tiraq. *de retract. lignag. nu.*51. & *seq.* §.1. *glo.*11. † Idem, quod dictio *ex*; nam paria sunt dicere à die termini, vel ab hodie, vel ex die termini. Alex. *d.l.1.§. si quis cautio. n.*17. & 18. plene Tiraq. *de retract. lign. glo.*11. §.1. *n.*51. & *seq.* † Idem, quod dictio *post*; quia separat eodem modo, vt dies termini non includatur. Tiraq. *d. tract. de retract. lignag.* §.1. *glo.*11. *nu.*53. gloss. *in l. neminem. C. de Decur. lib.*10. *in ver. neminem*, ibi; *ab initio*, videlicet post initium. † Idem, quod dictio, *sine*; quia cũ sit priuatiua, importat idem, quod dictio priuans. *d.*1. §. *ij quibus.* vbi glo. exponens *in ver. apolides*, dicit *a*, & *ab*, videlicet sine, polides, id est, ciuitate, sic sine ciuitate, *ff. de legat.*3. Alber. *in Dictio. in ver. A.* † Idem, quod dictio, *in*, quandoq; licet improprie. *auth. de nupt. §. nec illud.* ibi; *ex solido*, hoc est, in totum, in solidum. Brixien. *in Repert. lit. A.* † Idem, quod dictio, *per*, quandoq; & improprie, *l. seruo legato. §. si seruum. ff. de legat.* f. ibi; *à legatario*, hoc est, per legatarium. Alber. *in Dict. in ver. A.* Brixien. *in Repert. lit. A.* vbi concord. adducit, est text. *in l.*1. *C. ad l. Flauiã. de plagia.* ibi; *à quo*, hoc est, per quẽ. † Idem, quod dictio, *ad*, sed improprie, iuxta illud Virgilij, *nuper à nauibus itis*, hoc est, ad naues itis; sed istud est poeticum; ideo non curandum. † Idem etiam, quod dictiones, *contra, ob, propter*, & similes, de quibus infra *ver. Ab.* † Subauditur hæc dictio quandoq; à iure. *ff. de re milit. l. milites. argu.* ibi; *militia*, hoc est, à militia. † Loci propinquitatẽ denotat quandoque, vt qui venit à theatro, venire dicatur à loco proximo theatro; è theatro autem venit, qui in theatro fuit, vt dicit Lexicon Iuris, quod est Iacobi Spiegelij, *in princ.* † Identitatẽ etiam loci denotat. vt qui venit, vel rediit ab Vrbe, vel theatro intelligatur; quia fuit in Vrbe, vel theatro à quo venit. † Ministeriũ significat, si iungatur certis nominib. vt à manu, à studijs, à secretis, à cunabulis, vel quid simile, vt plurima exempla reperies in Lexico Iuris præfati Iac. Spiegelij, qui allegat iura, & authoritates. † *A*, præpositio si iungitur verbo, *sum, es, est*, vel verbo effectiuo, ponit causam efficientem, veluti si dicatur filius, est à patre. Bald. *in l. ex arrhali, post prin. ver. adde. C. de actio. empt.* Chassan. *in consuet. Burgund. tit. de foresta.* 2. §. 2. *ver. des la sainct Michel n.*2. *fol.*371. *pag.* 2. Apostil. ad Bertach. *ver. A, præpositio.* † *A, A, A*, hæc vox seu syllaba triplicata, humilitatem designat, vt in Hierem. Propheta *cap.*1. de quo etiã *in c. in scripturis.* 8. *quæst.*1. vbi Archid. † Defectum in proferente denotat repetita, & triplicata, vt in Hieremia importat humilitatis signum; quia ad prædicandum nõ esset dignus, videlicet, defectibus ætatis, scientiæ, & eloquentiæ, vel experientiæ, vt dicit Archid. *in d.c. in scripturis.* 8. *quæst.*1. † Abominationem etiam significat. Ezechiel *cap.*1. ibi; *in stercore, quod egreditur de homine, cooperies illud in oculis eorũ, & dixi, A, a, a, Domine Deus, ecce anima mea non est polluta.* Alber. in suo *Dictio.* vbi hæc omnia ponit. † Dolentis quandoq; interiectio est, Hierem. *c.*14. ibi; *Gladio, fame, & peste consumes eos. & dixi, A, a, a, Domine Deus, Prophetæ dicunt non videbitis gladium.* & Ioel. *cap.*1. ibi; *Clamate dixi, A, a, a, quia prope est dies.* Alb. d. suo *Dictionario.* † *Ah*, hæc litera cum aspiratione, h, iuncta importat dolorem. *c. Ecclesias. §. arguit.*13. *quæst.*1. † *Ab*, est dictio, quæ importat idem, quod præpositio *A*, de qua supra dixi; solum in hoc differunt, quod dictio *A*, præponitur termino, qui non incipit à vocali, sed à consonante. Dictio *Ab*, totum contrarium; quia semper poni debet ante terminum, qui incipit à vocali, & non à consonante, iuxta illud:

Quod facit A, facit Ab, sed in hoc differre videntur,
Ab, cum vocali, reliquis A, vult sociari.

† Ideo importat quandoq; exclusionem, quandoq; inclusionẽ, quandoq; separationem, exclusionem, & priuationem, prout de præpositione *A*, fuit dictum. Alex. *in l.*1. *nu.*17. & 18. *ff. si quis cautio.* Hæc omnia ponit plene Alber. in Dict. Bertach. & Brixien. in Repertorijs. & quod idem per omnia importent. Tiraq. *de retract. lignag. §.*1. *gloss.*11. *n.*51. *& seq.* † Importat hæc dictio *Ab*, idem, quod dictio, *contra. l. commissa. ff. de publica.* ibi; *ab hæredibus*, hoc est, contra hæredes. † Idem etiam importat, quod dictio, *ob*, vt *l. vnica. C. si quis Imper. maledix.* ibi; *ab iniuria*, hoc est, ob iniuriam. † Idem etiam importat, quod dictio, *propter. c. scriptum.*14. *quæst.*5. ibi; *neque enim in Omnipotentis Dei iudicio, quid, sed à quo detur, inspicitur*; à quo, id est, propter quod, an propter charitatem, amorem, vel commodum, vel per hypocrisin. † Hinc dicitur, quod hæc dictio importat causam remotam; quia sicuti dictio, *ob*, vel, *propter*, denotat causam remotam. Bart. *in l. non dubium. nu.*23. *C. de legib.* ita hæc dictio, & ita arguit, licet non declaratiue, Bertach. *in Repert. in ver. Ab, præpositio. nu. mihi* 2. † Idem etiam, quod dictio, *valde*, importat, vt dicit Bertach. *in ver. Ab, num. mihi* 5. allegat text. *in c. Ecclesias. §. ad hæc* 13. *quæst.*1. qui non probat. † Idem, quod *per, c. ab excommunicato, de rescript.* videlicet, per excommunicatum, vt tibi exponit Io. Calder. † Idem etiam, quod aliæ actiones, de quib. supra, *A, præpositio.* † Importat compositum, vt Abamita, soror aui, Abauunculus, frater Abauiæ; Abauus, pater Proaui; Abauia, mater proaui, & multa similia composita vide *in d. Lexico Iuris Spiegelij.* † Importat etiam quandoque complementum dictionis, cui adiungitur, vt absoluo, hoc est, omnino libero, vt dicit idem Iac. Spiegel. in suo *Lexico Iuris, verb. ab.* † Item importat ministerium, prout si dicitur, ab actis, importat ministerium, recipiẽtem acta, vel registrantem in actis. Iac. Spieg. *in d. Lexico Iur.* † Item importat cõpositum contrarium: nam alienare sonat in rem propriam, ab alienare in rem alienam; ideo vendens rem alienam, dicitur ab alienare. *l. ex hoc edicto. ff. de alien. iud. mut. causa fact.* † Sic & ab aliquo soluere dicitur, qui propriũ debitum per alium soluit. Iac. Spiegel. *d. Lexico Iuris. ver. ab aliquo, & ex aliquo.* † Sumitur quandoque illatiue, quandoq; electiue, quandoq; effectiue, & varijs modis, secundum materiam suppositam, vt dicit Io. Calder. relatiue *in c. ab excommunicato, de rescript. nu.*3. † Abaces erant vasorũ pretiosorum reconditoria. *l. hæres. ff. legat.*3. vide Iac. Spiegel. qui plura, & fusius ponit in suo *Lexico Iuris.* † Abacti greges, qui aut furto, aut per vim abducti sunt, vnde Abactores, quos Abigeos Iureconsultus appellat, sunt, qui vnum equum, vel plures, & totidem boues, capras decem, porcos quinq; abegerunt. Iac. Spiegel. *in Lexico Iuris.* † Ab aliquo peti, pro eo, quod aliquis petit. Alber. *in l. cum pater. §. ex pactis. ff. de pact. dotal.* prout è conuerso ab aliquo non peti, id est, ne exigat. *l. vltim. §. si pater. ff. eod. tit.* Vide, *Dictiones aduerbiales multæ, & quid importent. Concl.*237. Vide, *Dictiones aduerbiales quando includant, vel excludant. Concl.*290.

Aaron Summus Sacerdos. Concl. 2.

AARON † fuit Summus Sacerdos vna cum Moyse fratre eius, 1
21. *dist. cap.*1. vbi, quod mandato Dei Aaron fuit à Moyse cõstitutus summus Sacerdos, & ibi de alijs ordinib. quomodo, & à quib. originem habuerint. † Vide multa de Aaron, & filijs eius, 2
& de Sacerdotio, & de charitate Aaron; quæ ponunt Brixien. & Bertach. quæ parũ necessaria scire Legistis, sed Theologis credidi;

didi; ideo non multa scribere volui. † Notatu dignum esse credidi id, quod dictum est à Domino in Numeris ad Aaron: *Vos ponite nomen meum super filios Israel, ego Dominus benedicam eis, vt gratiam traditam per ministerium ordinati transfundat hominibus, nec voluntas Sacerdotis obesse, aut prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis*, vt est text. *1.q.1.c.dictū est*, per quem probatur, Sacerdotium à Deo esse, & quod mala vita Sacerdotis non obest Sacramento; vnde Sacerdotibus obediendum est omnino, quia sunt ministri Dei, & ab eo ordinati, etiam si aliqui essent mali.

Abba, & Abbas quid sint. Concl. 3.

1 ABBA † Pater, de quo *23.q.4.c.hac autem vita, in fi.* est verbum Hebraicum secundum quosdam, secundum alios est Syricū, non Hebraicum; Pater vero est verbum Græcum, vel Latinum, & omnes nationes, & linguæ conueniunt in eandem vocem, Abba Pater, & importat idem, quod Pater, ætate, honore, & cura, vt Alciat. in *l.1, C. de in ius vocan.* Alber. *in Dictio. in ver. Abba Pater*, v-
2 bi in fi. dicit, quod propterea Abbates Patres appellantur. † Abbas dicitur idē, quod Abba, hoc est Pater, Abba Pater, & est verbum Syricum, & omnes conueniunt, Hebræi, Græci, & Latini in
3 hac dictione. Alciat. *in d.l.1. C. de in ius vocan.* † Abbas igitur idem est, quod Abba, & significat Patrē, ætate, honore, & cura; & ideo Abbates Patres esse dicuntur. *c.vlt. de regular.* Spiegel. in suo *Lexi-*
4 *co Iuris. ver. Abbas.* † Nomen Abbatis est potius sollicitudinis, quā ordinis, vel honoris. *c.tuam. de ætat & qualit.* vbi gloss. in *ver. non ascendat*, secundum quam gloss. quod habeat Abbas simplex officiū, pronunciauit in Consistorio Clemens Papa; sed tamen, quod Abbatia sit dignitas, recensēt Felinus *in c. decernimus, in pr. de iudic.* sed Io. Monach. & Archidiac. quos ipse allegat de pronuncia Papæ, non dicunt id, vide Gemin. *in c. licet. n. 10. de præben. in 6.* qui dicit esse dignitatem, & Abbas *in cap. tuam. de ætat. & qualitat. col. penult. ver. oppo. cum gloss.* dicit esse de iure antiquo, vel dispensatiue;
5 secus de iure hodierno; quia honoris est. † Et quod sit nomen honoris, & dignitatis, licet non ordinis, tradit Cardin. *clem 1. n. 3. de rescript.* per *c. indemnitatibus. §. verum, de elect. in 6.* Archidiac. & alii in *cap. licet. de præben. in 6. in princ.* vbi, quod Abbatia est dignitas, & Abbas est nomen dignitatis. Vide, *Abbatia an sit dignitas. Concl.*
6 29. † Et Abbas præaliis est honorandus, *c. cum ad monasterium. in ver. Abbas. de stat. Monach.* ita Cardin. Zabarell. *d. clem. 1. de rescript. n.*
7 3. *ver. quæro. An nomen.* † non præcedit Canonicos Cathedralis Ec-
8 clesię, in Ecclesia; Abbas vero eos præcedit extra Ecclesiam. Vide, *Abbas habet multa priuilegia honoris. Concluſ. 5. n. 5. & sequen.* † Et propterea Consules, seu Priores artium multis in locis impropriè
9 Abbates appellantur. Alciat. *in l. collegarum ff. de verbor. significa.* † Et appellatur Archimandrita Abbas Monachorum, prout exponit gl. in Epistola, *inter claras. §. manifestum igitur. in ver. Archimandrita.*
10 *C. de summa Trinit.* Alber. *in Dictio. ver. Abbas Monachorum.* † Apud Græcos appellatur Papas, quod est Pater reuerētiæ, vt dicit Spie-
11 gel. *in d. Lexic. ver. Abbas.* † Abbas tamen Monachus dicitur, & appellatione Monachorum continetur in materia indifferenti. *c. fi.* vbi Felin. *in princ. de simon.* vbi, quod licet efficiatur Abbas; non tamen definit esse monachus, prout de Rectore scholarium dici-
12 tur, qui non desinit esse scholaris. † Extende; quia si fiat legatum de veste omnibus monachis, continebitur Abbas in legato, tanquam monachus. Felin. *d. c. fi. in pr. de simo.* Rom *cons. 259. nu 5.* vbi,
13 quod in fauorabilibus appellatione monachi venit Abbas. † Restringe in odiosis, quia appellatione monachorum non venit Abbas. Felin. *d. c. fi. de simon. nu. 2. ver. fallit.* Rom. *consi. 259. In casu propositio. nu. 5.* vbi Apostil. *in ver. in odiosis*: & rationem allegat Rom. *dict. cons. 259. in fin.* quia in odiosis appellatione simplicium non veniunt mixta, & simul iuncta; igitur non venit Abbas, licet sit mona-
14 chus; quia non est simpliciter monachus. † Restringe etiam in materia fauorabili, quando esset facienda prouisio per Abbatem; quia non cōtinetur ipse, vt sibi prouideret in concessione de pro-
15 uidendo monachis. Felin. *d. c. fi. n. 3. ver. fallit secundo de simon.* Vide, *Legatum generale quando debetur habenti legatum speciale, vel non. Concl.* 125. † Amplia; quia Abbates etiam dicuntur, licet impropriè, Rectores, aliqui in Aragonia, & eorum vxores dicuntur Abbatissæ, sed non sunt propriè tales, vt Card. Zabarel. *in clem. attendentes. §.*
16 *statuimus. in 5. quæst. de stat. monach.* † Extende; quia etiā aliqui monachi dicuntur Abbates sine Abbatiali dignitate. Abb. *consi. 101. in*
17 *quæst. n. 1. ver. Nam Papa. lib. 1.* † Abbas est caput Monasterii monachorum, & Scarioth fuit Abbas monachorum primo loco, vt refert Colleg. Paduan. *cons. 2. post consilia Zabarell. nu. 26. & seq.* vbi de antiquitate Abbatum, & monachorum, & Caccialup. *consi. 4. post cons. Zabar. n. 5. 6. & seq.* vbi, quod Sanctus Scarioth fuit Abbas

in Testamento veteri cum monachis, & Monasterio, & plura de antiquitate Abbatum, & monachorum, tam in Testamento veteri, quam in primitiua Ecclesia. † Abbatum & Priorum aliqui sunt 18
de maioribus, & isti sunt Prælati, qui habent maiorem curam, & administrationem. *cap. in singulis. de stat. regul.* & isti maiores appellantur Patres, *cap. fi. de regul.* † Aliqui sunt Abbates inferiores sup- 19
positi maioribus Abbatibus, qui licet sint Prælati, & Conuentū habeant, & dignitatem; tamen non habent plenam administrationem maiorum Prælatorum, quando maiores Prælati existunt in d. Conuentu; quia isti inferiores non vadunt ad Capitulum generale, nec etiā admitterentur, si vellent ire, vt per Feder. de Sen. *cons. 88. in 1 respons. Lapi.* † Alii etiam sunt Abbates subiecti maio- 20
ribus quoad institutionem, & destitutionem, visitationem, & correctionem. & quoad reliqua sunt exempti, de istis ponit exemplū Feder. de Sen. *cons. 100. in princ.* vbi de facultate eorum, vt possint ea, quæ alii Abbates. † Alii sunt Abbates solo nomine, prout ali- 21
qui monachi sine Abbatiali dignitate: vocantur tamen Patres. Abbas *cons. 101. In quæst. n. 1. ver. Nam Papa. lib. 1.* † Abbatissa quo- 22
que ad instar Abbatis dicitur, licet sit vocabulum vsurpatum, vt Alciat. *l. 2. parerg.* & eam æquiparari Abbati in administratione. Bald. dicit *c. 1. qui feuda dare poss.* † Exabbas dicitur is, qui desiit esse 23
Abbas secundum Erasmum, vt inquit Spiegel. in *Lexico Iuris, ver. Abbas*, licet ipse doceat honoris causa commemorari Exquæstorem, Exconsulem; quia fuit quæstor, vel consul. † Abbas Ioachim 24
fuit tēpore Vrbani Tertii 1188. qui multa scripsit; & futura prædixit, vt dicit Alber. in suo *Dict. ver. Abbas* & de isto Abbate meminit tex. in *ca. 2. de summa Trinit. in pr.* vbi damnatur, dū dixit Petrum Lombardum hæreticum, & opinio istius Abbatis hæretica dicitur, dum voluit trinas esse personas, & quaternitatē astruebat ex substantia Diuina, vt dicit text. quem tamen excusat in fi. quia omnia sua scripta submisit Sanctæ Matri Ecclesiæ ordinium Dominæ, & Magistræ. † Sancti Miniati Abbas scripsit in iure Canoni- 25
co, & dicitur Abbas antiquus. † Panormitanus Abbas pariter 26
scripsit in iure Canonico, & fuit Abbas Monasterii Monacensis, Referendarius Papæ, & Adiutor Camerę, prout ipse se subscribit in *Consiliis 97. 98. 99. & 100.* & tandem fuit Cardinalis, prout intitulatur in operibus suis.

Abbas quis possit eligi. Concl. 4.

ABBAS † potest esse homicida, & irregularis, & non existens 1
Presbyter; qui tamen non posset esse Episcopus. Oldrad. *cons. 14. ver. & idem in Monasteriis. n. 11.* Innocen. *in cap. tuam, in fine. de ætat. & qualitat.* vbi, quod Abbas est nomen sollicitudinis, non autem honoris, vel dignitatis, & ideo dicit gloss. ibi, in *ver. non ascendat.* † Laicus etiam de more Curiæ potest esse Abbas, sed est præ- 2
rogatiua specialis in Curia, quia hodie debet effici Abbas tantū Clericus, quando extra Curiam. Abb. in *cap. tuam. de ætat. & qualitat. circa fi. colum. pen.* & quod debeat hodie esse Clericus, & talis, quod possit esse Presbyter. Æg d. *cons. 5. n. 21. & 22.* † Contrariū, 3
quod imo Abbas non possit eligi, nisi Sacerdos sit, & quatenus dispensatiue eligatur Clericus, vt debeat fieri Sacērdos, est text. in *ca. 1. de ætat. & qualit.* † Monachus, qui dimiserat habitum suæ Re- 4
ligionis ex leuitate, si est reuersus ad Religionem, & reassumpsit habitum, & fuit absolutus, potest eligi Abbas. Oldrad. *consil. 202. Quidam monachus. per tot.* secus si fuisset apostata irregularis. † In- 5
famis etiam potest esse Abbas: quia à ciuilibus muneribus non excluditur, vt dicit eadem glo. *in c. tuam. de ætat & qualit. in ver. non ascendat.* † Declara, quia ista sunt de iure antiquo, vel dispensatiue 6
in casu necessitatis. Ita etiam dicit Abb. in *d. c. tuam. colum. penult. vel oppo. cum gloss. de ætat & qualit.* & ita in terminis declarat Ægid. Bellam. *cons. 5. n 21 & 22.* vbi, quod hodie est dignitas Abbatia, & non assumitur, nisi Clericus habilis ad Sacerdotium. † Amplia: 7
quia Abbas vnius Monasterii, & Ordinis potest eligi in Episcopum, & Abbatem alterius Monasterii, & Ordinis. *c. si Abbatem. de elect. in 6.* Abb. *in c. cum venerabilis in 1. not de consuet.* † Declara: quia 8
non debet consentire tali electioni sine licentia sui Superioris, & non valet consuetudo contraria. *c. cum venerabilis. de consuet.* † Li- 9
mita, quod nouitius non potest eligi in Abbatem. Feder. de Sen. *cons. 258. & 259 in fi. ver. tertio & vltimo.* † Limita, quia monachus 10
vnius Monasterii non potest eligi Abbas alterius Religionis. Gemin. in *c. cum singula. §. prohibemus. nu. 3. de præben. in 6. clem. 1. de elect.* † Ætatē debet habere legitimam eligendus in Abbatem, vt sal- 11
tem attingat annum ætatis suæ vigesimum quintum. Oldr. *cons. 14. num. 11. vers. & idem in Monasterio.*

Abbas habet multa priuilegia honoris. Concl. 5.

1 ABBAS † habet dignitatem; quia Abbatia hodie est dignitas, quicquid fuerit de iure antiquo. Ægid. Bellam. *consil. 5. num. 21. & 22.* Declarat Abb. *in c. tuam. de ætat. & qualit. col. pen. ver. oppono.* Zabarell. *in clem. 1. num. 3. de rescript.* plene Felin. *in c. meminimus. n. 5. ver. vlterius quæro, de accusat.* vbi, quod etiam Abbatissa habet
2 dignitatem. † Extende in tantum, vt neque comprehendatur dignitas Abbatialis sub nomine dignitatis, prout neque Episcopalis in odiosis. Archid. & alii *in cap. 2. de præben. in 6. in princ.* vbi Do-
3 min. *n.* 10. † Amplia; quia præaliis est honorandus Abbas, & primus locum habet in Monasterio. Zabarel. *d. clem. 1 n. 3. de rescript.*
4 per *cap. cum ad Monasterium. in ver. Abbas. de stat. monach.* † Extende; quia appellatur Pater Abbas *c. fi. de regul.* quæ dictio facit eum excellere inter alios, ætate, honore, & cura, vt dicit Spiegel. in suo
5 *Lexico Iuris, ver. Abbas.* † Amplia; quia præcedit Canonicum Cathedralis Ecclesiæ extra Ecclesiã, & extra processiones, in Ecclesia, & processionibus secus, nisi consuetudo esset in contrarium, quæ esset seruanda: ita distinguit Felin. *in c. pastoralis. n. 9. ver glos. in ver. superiores, vsque in fi.* vbi, quod est controuersia, quis præcedat: sed quod præcedat Abbas extra Ecclesiam, & processiones, non est dubium, & etiam in Ecclesia, & processionibus, si esset consuetudo, cessante consuetudine Canonici non separantur ab Episcopo; & idem dicit Felin. *in c. meminimus. n. 6. ver. limita dictũ Baldi. de accus.* quia in ijs, quæ fiunt collegialiter, non separantur ab Episcopo.
☞ Vide, *Clerici vnde dicantur, & alij seculares, alij regulares, & qui præcedant. Concl. 377. n. 8. & seq.* Vide, *Præcedere quis debeat inter plures. Concl. 477.* † Amplia; quia sponsus Ecclesiæ suæ dicitur Abbas, & eo
6 mortuo dicitur Ecclesia viduata, prout in omnibus habẽtibus dignitatem cum administratione. Innocen. *in cap. qui propter. in prin. ver. viduatis. de election.* Bart. *in l. si ita quis. §. is cui. nu. 3. ver. quarto inter*
7 *Monasterium. ff. de legat. 2.* † Amplia; quia æquiparatur Archidiacono, & sic sẽ habet ad suos monachos, prout Prælatus Collegiatæ ad suos Canonicos. Ægid. Bellam. *d. consil. 5. n. 47. ver. sed forte.* Vide Conclusionem proximam sequentem.

Abbas & Prælatus regulares habent multa priuilegia. Concl. 6.

1 ABBAS, † & Prælatus religiosus, licet remaneat obligatus voto; tamen durante dignitate absoluitur ab obseruantia multorum, quæ respiciunt obligationem aliorum. Feder. de Sen. *consil. 5. n. 5. ver. vnde sciendum,* & ibi *num. 2. in princ. ver. in contrarium,* vbi, quod desinit esse monachus. † Primum locum post Abbatem debet habere etiam dimisso officio in memoriam, & reuerentiam
2 priorissæ dignitatis. Feder. *d. consil. 5. n. 2. col. 3. circa fi. ver. in 4. quæstione. iuncto fine dicti consilij, ver. in quæstione.* vbi tenet hanc partem, & idem Feder. *consil. 19. Quidam monachus, n 6. ver. sed posito sine veri præiudicio,* vbi in fi. *ver. ad vltimam quæstionem,* ita soluit, & dicit, quod ita seruat consuetudo, & de hac eadem generali consuetudine ibi-
3 dem sub *n. 6. ver. & pro ista parte.* † Potestas Monasterii tota residet in Abbate. *cap. nullam. 18. qu. 2.* Feder. de Sen. *consil. 100. colum. 2. ver. sed oppono,* vbi quod intelligitur, quod monachi non habent potestatem in Abbatem; non tamen quod propterea solus possit ipse
4 administrare. † Correctionem monachorum suorum habet Abbas de iure, vt per Hostien. *in cap. reprehensibilis. de appell.* † Degradari facere potest Abbas suum monachum, quando falsificauit literas Papæ, & potest conuocare vicinos Episcopos ad degradandum, & facta degradatione illum debet tradere Curiæ seculari.
5 6 Feder. de Sen. *consil 219. Si Notarium, per tot.* † Contrarium, quod vbi agitur de degradatione, punitio spectat ad Episcopum, non ad Abbatem, tenet Ægid. *consil. 5. n. 7. ver. excipio tamen.* Imo quod vbi agitur de grauioribus criminibus, solus Episcopus procedit, tenet
* ibi *n. 32.* vbi dicit omnes * concordare. Vide plenius Conclusione
☞ proximasequente, *num. 25. & seq.* † Capi, & carcerari potest face-
7 re Abbas suum monachum suspectum de falsitate commissa in literis Papæ, & captum vel transmittere Papæ, vel retinere custoditum, donec Papa rescribat, alias diceretur fautor. Feder. de Sen.
8 *consil. 219. circa fi.* † Amplia; quia Abbas succedens in iure patronatus laicorum habet eadem priuilegia in iure patronatus, quod habet in suo proprio iure patronatus ex particulari priuilegio. *c.*
9 *vnico. de iure patron. in 6.* † Limita, quia non potest Prælatus religiosus contra regulam aliquid innouare in suos religiosos, & in hoc non tenentur illi obedire. Gemin. *consil. 135. n. 2. ver. non tamen*
☞ *posset.* Vide Conclusionem proximam sequentem, & Conclusionem proximam præcedentem.

Abbas quid possit in suos religiosos. Concl. 7.

ABBAS † potest vendicare monachum suum existentem in
1 alio Monasterio adiecta causa de iure Canonico; quia in potestate Abbatis est, sicuti Pater vendicat filium adiecta causa de iure ciuili; quia in potestate est. Ita Bart. *in l. 1. §. 1. per hanc. ff. de rei vendic.* vbi Bald. & alii *in d. §. per hanc. il. 1.* dicunt, quod licet vendicatio non habeat locum ratione dominij; habet tamen locum ratione potestatis, & obedientiæ. † Amplia; quia Abbas non po-
2 test obligari versus monachum suum; quia quicquid acquirit monachus, acquirit Abbati, prout filius Patri, seruus Domino. Igitur non potest sibiipsi obligari Abbas, & consequenter non tenetur ad promissa monacho suo. Bartol. pulchre *in l. sed & si quis. §. idem Iulianus. ff. de vsufruct.* † Extende; quia si Abbas cõcedit Prio-
3 ratum manualem monacho ad vitam suam, poterit nihilominus reuocare. Franc. Aretin. *consil. 63. n. 4. ver. vnde dicit Federicus.* † Amplia; quia excommunicat, & punit monachos, & religiosos suos,
4 gloss. *in cap. de persona, in ver. monachum. 11. quæst. 1.* Bertach. in *ver. Abbas potest excommunicare, n. 18.* vbi adducit concordantes. † Extende; quia absoluit multis casibus, de quibus, *Abbas quid possit circa absolutiones. Concluf. 16.* † Amplia; quia Abbas potest dare li-
6 centiam suo monacho celebrandi, & prædicandi extra Monasterium, & aliis in suo Monasterio. Innoc. *in c. excommunicamus. in gl. ab Apost. Sede, de hæret.* † Amplia; quia Abbas potest corrigere, pu-
7 nire, & de suo Monasterio expellere monachos inobedientes, secundum constitutiones Religionis, *c. quanto. de offic. ord.* vbi Abb.
8 *nu. 4. in fi.* † Amplia; quia potest inquirere contra suos monachos super delictis per eos commissis, & eos punire; quia habet ordinariam iurisdictionem. Calder. *consi. 405. in princ.* alias 20. *de regular.* vbi quod est communis * opinio, quod possunt Abbates
* capere, & detinere suos monachos, & punire siue in forma iudicii, siue non; quia habent ordinariam iurisdictionem, & hanc partem tenet Guliel. Germondi *inter consi. Ægid. Bellam. consi. 5.* vbi late hoc prosequitur, & Martinus de Salma ibidem *num. 17. & seq. ver. sed adhuc restat.* Roman. *consi. 375. In proposita.* † Extende, siue
9 delinquat monachus in Monasterio, siue extra; quia iurisdictio Abbatis in suos monachos non est per modum territorii, sed in capita; ideo vbique eam exercet. Ægid. *consi. 5. num. 20. & seq. ver. sed occurrit dubium, & nu. 17.* vbi dicit, quod monachus vbique fictione iuris semper est in claustro, & est consilium Martini de Salma; & quia monachus per professionem ponit Abbatẽ super caput suum *n. 22.* quod est Guil. Valter. Auditoris Rotæ, *& n. 25. ver. quis ergo dubitat,* vbi quod totus mũdus est pro claustro monachi,
10 quoad subiectionem. † Amplia, vt etiam Abbas possit procedere contra suos religiosos pro delicto commisso contra sẽ ipsum, quãdo est notorium; quia in notoriis Prælati procedunt etiam in causa propria. Calder. *consi. 405.* alias 20. *de regular. circa med. ver. nec obstat, si dicatur.* † Amplia; quia maiorem habet Abbas authoritatẽ,
11 & iurisdictionẽ in suos monachos, quam Episcopus in suos Clericos; quia Episcopus non excommunicat, non capit existentem extra Diœcesim; Abbas vbique excõmunicat, & capit monachũ; quia totus mundus est pro claustro. Ægid. *consi. 5. n. 25.* quod est cõsilium Andreæ Cardinalis Nematensis. † Contrarium, quod imo
12 nõ possit Abbas exercere iurisdictionẽ, nisi in modicis, vt Pedaneus, & secundum regulam, Ægid. *consi. 5. n. 30. & 31.* latius *nu. 47. ver. sed forte dices,* vbi, quod æquiparatur defensoribus Ciuitatum. † Declara; quia in delictis commissis in Monasterio Abbas habet
13 maiorem authoritatem in suum monachũ, quã Episcopus; secus, si delinquat extra Monasterium. Rom. *consi. 375. in fi.* † Amplia;
14 quia si Monachi nolunt obedire suo Abbati, potest via iuris eos cõpellere ad licitam, & honestam obedientiam, & potest circa hoc introitus Monasterii expendere; quia cum habeat coercionem, debet etiam habere ea, quæ veniũt in cõsequentiam. Gemin. *consi. 135. nu. 3. vsque in fi. ver. ad id. quod.* † Amplia; quia Abbas potest in-
15 quirere, & condemnare monachum suum de homicidio cõmisso, & ad eum spectat, non ad Episcopum, siue puniat secundum regulam, siue secundum ius commune. Ægid. Bellam. *consil. 5. numer. 2. & sequen.* quod est consilium Guil. Germondi, qui fuit Vrbanus V. vbi latissime, maxime *num. 4.* & ibi, qualiter fiat processus per Abbatem, & *n. 17. cum seq. ver. sed adhuc restat.* † Cõtrarium
16 in grauibus, prout in furto, homicidio, & similibus, dicit Ægid. *d. consi. 5. n. 29. in fine. & 30.* vbi reddit rationem; quia Episcopus æquiparatur Præsidi, Abbas Pedaneo iudici; ideo non cognoscit de grauioribus; & vsque in fi. tollit omnia contraria. † Declara; quia
17 si esset crimen, pro quo veniret imponenda pœna depositionis, Abbas nõ potest punire, sed Episcopus: cõmunem * opinionem *
18 dicit Rom. *consi. 375. In proposita qu.* † Et nõ seruat ordinẽ iuris Ab-

bas in correctione monachi, nec datur appellatio. Lap. *alleg. 53. n. 3. ver. sed vlterius dico.* etiã si via iuris procedere cæpisset, reuertitur ad viam sine ordine. Ægid. *cons. 5. n. 5. & seq.* quod est Vrbani V. & idem dicunt Io. de Lignano, & Caspar Cald. inserti in eod. *consil.*

19 *Ægid. 5. n. 12.* † Extende maxime in leuib. criminibus; quia ab Abbate, & non ab Episcopo punietur. Ægid. *cons. 5. n. 17. ver. sed remanet dubium.* † Extende etiam in grauiorib. quia (præter accusationem, quando venit deponendus) per Abbat. punitur. Ægid. *cons. 5. n. 17. ver. sed adhuc restat,* vbi probat, quod Abbas potest excom-

* municare monachum suum, & punire secundum omnes; * ergo etiam alia crimina punire; quia maior pœna excõmunicatio est.

21 † Extende; quia quantũ ad correctionem claustralem nullus dubitat, quin spectet ad Abbat. Ægid. *cons. 5. n. 14. ver. Dom. Martinus.*

☞ Imo si negligit corripere, peccat & punitur. Vide, *Abbas ex quib.*

22 *remoueri possit. Concl. 25. nu. 3.* † Extende; quia in iis, quæ respiciunt regulã, & modum viuendi, punitio, & correctio spectat ad Abbatem, & Superiorẽ Religiosum, non ad Episcopum. Io. de Lign. *inter cons. Ægidij, cons. 5. n. 8.* incipit, *In quæstione præmissa.* quod est ét subscriptum à Gaspar. Calder. & idẽ tenet in subscriptione Laur. de Pinu *n. 14.* vbi extendit, vbicunq; agitur de regulari correctio-

23 ne summaria, vel plenaria. † Extende, ; quia ratione contractus nõ potest conueniri monachus; quia non potest agere, neq; cõueniri; si tamen de facto est conueniendus, debet coram Abbate conueniri. Io. de Lign. *cons. suo inter cons. Ægid. 5. nu. 8. & seq. ver. secunda cõclusio. & n. 14. ver. si vero agatur,* quod est Martini de Salma,

24 vbi idẽ repetit, etiã si iurauit monachus. † Extende; quia Abbas suos monachos punire, & excõmunicare potest gl. *in c. de persona,*

25 *in gl. in ver. monachũ. 11. q. 1.* † Restringe, quando ageretur de degradatione monachi; quia spectat ad Episcopum, non ad Abbatem. Ægid. *d. cons. 5. nu. 7. ver. excipio,* quod est Vrbani V. & idem tenent Io. de Lign. & Gasp. Cald. in eod. *cons. Ægid. n. 13. v. septima conclusio.* vbi videntur declarare, quando agitur per viam accusationis ad depositionem, vel degradationem, & *nu. 22.* quod est consilium

* Guil. Valterij, & *n. 14.* quod est consil. Laur. de Pinu, dicit * com-

26 munem. † Cõtrarium, quando iuris ordine seruato veniret pœna degradationis sine accusatione; quia ex quo Abbas potest mutare pœnã in carcere, & ieiunio, procedit Abbas, Ægid. *d. cons. 5. nu. 14.* in subscriptione Laurentij, & idem *nu. 23.* in alia subscri-

27 ptione Cardinalis. † Restringe, quando Abbas esset absens, & remotus à loco, vel mortuus; quia tunc Episcopus procedet cõtra monachũ, Ægid. *d. cons. 5. n. 7. & seq. ver. concludo,* quod est Vrbani V. & reddit rationem; quia distantia viarum inducit forum.

28 † Contrarium tenet Ægid. *n. 17. d. cons. 5.* quod est Martini de Salma; quia fingitur esse in claustro monachus, & quia vbiq; subest

29 Abbati suo, & *nu. 22.* quod est Guil. Valterii. † Restringe, quando Abbas esset negligens in puniendo; quia Episcopus potest punire monachum delinquentẽ. Ægid. *d. cons. 5. n. 8.* quod est Vrbani V. Roma. *cons. 375. ver. si vero:* & dicitur negligens, si minorẽ pœ-

30 nam, quam ius requirat, imposuit. † Restringe in delictis noto-

31 riis. Ægid. *d. cons. 5. nu. 8.* quod est Vrbani V. † Restringe, quando Religiosus est extra Monasterium, vel delinquit extra Monaste-

32 rium. Ægid. *d. cons. 5. n. 8.* quod est Vrbani V. in fine. † Restringe, quando obligatus esset monachus de licentia Abbatis, in casu, in quo Monasterium tenetur; & tunc coram Episcopo conueniri debet Monasterium, ne Iudex in causa sua sit Abbas. Ægid. *d. cons. 5. n. 9. ver. quarta conclusio,* quod est Io. de Lignano, & Gaspar. Cald. & *n. 15.* quod est Martini de Salma; & est ratio; quia Abbas

33 tenetur defendere Monasterium. † Restringe in causis ciuilibus, in casibus, in quibus potest contrahere; tunc enim potest coram Abbate, & coram Episcopo conueniri. Ægid. *cons. 5. n. 9. ver. tertia conclusio,* quod est Io. de Lignano, & *nu. 14. ver. si vero agatur,* vbi extendit, etiam si adsit iuramentum monachi, & est consil. Martini

34 de Salma. † Imo, quod coram Abbate solo, tenet Ægid. *d. cons. 5.*

35 *n. 15.* quod est Mart. de Salma, & *n. 16. & 17.* † Restringe; quia vbicunque agitur contra Monachum criminosum sine accusatione pro crimine, punitio spectat ad Abbatem; si vero ad accusationẽ, spectat ad Abbatem, & Episcopum, & est locus electioni pro accusante. Ægid. *d. cons. 5. n. 10. ver. sexta conclusio,* quod est Io. de Lig.

36 & Gasp. Cald. † Declara omnes extẽsiones, & restrictiones; quia statur consuetudini, quæ potest dare iurisdictionem. Ideo si consuetudo est, quod Abbas procedat, vel Episcopus procedat, statur consuetudini. Io. de Lignano, & Gaspar. de Cald. in *cons. Ægi. 5. n. 9. & 10. ver. quinta concl.* & plenius *n. 14. in ver. D. Martinus de Sal-*

37 *ma.* † Imo quando agitur de puniendo monacho ad accusationẽ, semper cognitio spectat ad Episcopum communem, dicit Laur. de Pinu in *d. cons. Ægid. 5. n. 14. ver. Laurentius autem.* vbi restringit, quando per tale delictum sit degradandus de iure; quia carcere,

& ieiunijs potest mulctari per Abbatem; si nõ procederitur ad accusationem. † Declara; quia si non agitur ad accusationẽ, directe 38
punitio spectat ad Abbatem, veluti si ad denunciationẽ, vel per inquisitionem; quia licet inquisitio, vel denunciatio succedant loco accusationis; tamen non est proprie accusatio, & Abbas punit. Ægid. *cons. 5. nu. 14. ver. si autem iure aliquo,* quod est Martini de Salma. † Contrarium; quia siue agatur ad accusationem, siue per 39
inquisitionem, in grauib. solus Episcopus punit; quia in arduis Abbates non possunt se intromittere iudicialiter, & ordine seruato. Ægid. *d. cons. 1. n. 32.* vbi dicit * communem, & quod omnes *
cõcordant in hoc. † Restringe; quia correctio spectat ad Episcopũ, quando agitur pro crimine falso in literis Papæ. Ægid. *d. cons. 5. n. 14. ver. si autem,* quod est Martini de Salma. † Refert tres opi- 41
niones Abb. in *c. quanto. n. 3. & seq. ver. in glo. de off. ord.* prima reprobata, quæ est, si Abbas non est consecratus, punitio spectat ad Episcopum; quia consecratio nihil refert; secunda, in leuib. Abbas corrigit, in grauioribus Episcopus; tertia, quando agitur de punitione secundum regulam, Abbas punit; aut secundum ius commune, & ad accusationem, & Episcopus. † Declara totam 42
istam materiam, an punitio monachi in grauioribus spectet ad Episcopum, vel ad Abbatem, vt per Guil. Valterium Auditorem Rotæ, cuius consil. inseritur inter *cons. Ægid. Bell. in. cons. 5. n. 21. & seq.* vt si est puniendus secundũ regularia instituta, spectet ad Abbatem; si secundum ius commune seruato ordine iudiciario spectet ad Episcopum, ad quem spectat etiam semper, vbi agitur de degradatione, & q ita opiniones contrariæ conciliantur. † Vel 43
secundo declara, vt Episcopus habeat habitu iurisdictionem in monachos; quia vbiq; habet curam animarum in sua Diœcesi, ideo fit locus præuentioni, etiam si agatur de crimine graui, & procedatur iuris ordine seruato. Ægid. *d. consi. nn. 20.* † Tertio de- 44
clara; quia pro delictis monachi, maxime in Monasterio cõmissis, etiam grauiorib. prout quando interuenit homicidium, licet pœna degradationis veniat imponenda, Abbas puniet, quando non ad accusationem, licet in forma iuris procedat. Ægid. *consi. 5. n. 23. in cons. Cardinalis, ver. Dominus Sanctricus.* † Declara absolute 45
hoc modo post omnes alias declarationes; quia multi sunt casus indubitabiles, in quibus iurisdictio spectat ad Abbatem sine difficultate, & ad Episcopum sine difficultate, quos ponit Ægid. *d. cons. 5. Monachus. n. 26. & seq. ver. quid dicendum.* vbi referuntur 11. casus, quorũ quinq; primi ad Abbatem; sex vero vltimi ad Episcopum spectant, vt infra videbitur. † Primus casus, si habet priuile- 46
gium clarum. Secundus casus, si habet consuetudinem, pro se. Tertius, quando agitur de obseruantia regulari, vt nõ obseruans puniatur secundum regulam. Quartus, quando agitur de pœna pro quocunque delicto secundum regulam. Quintus, qui est 11. quãdo agitur de leuioribus criminib. de plano puniendis. † Pri- 47
mus, qui est quintus in ordine, cum agitur per viam accusationis pro crimine, pro quo degradatio facienda est. Secundus, qui est sextus, quando in crimine ad vtrumque spectante Abbas est negligens. Tertius, qui est septimus, quando agitur de crimine notorio, & Abbas statim non punit. Quartus, qui est octauus, quãdo ad Episcopum esset appellatum. Quintus, qui est decimus, quando monachus contraxit obligando Monasteriũ, Episcopus solus cognoscit. Sextus, qui est duodecimus, quando Episcopus iam præuenit Abbatem. † Quando monachus contraxit, qui nõ 48
potest contrahere, nullus est iudex, etiam si iurauit, est nonus casus. † Aliquando ambo, videlicet Abbas & Episcopus possunt 49
excommunicare monachum habentem Prioratum manualem; quia ratione Prioratus dicitur locus Abbatiæ; ratione vero diœcesis subest Episcopo; ideo vterque excommunicare potest diuersis respectibus. Innoc. in *c. volentes, circa fin. de priuil.* quem text. 50
licet sit *capitulum primum, eod. tit. lib. 6.* tamen illud legit inter Decretales. † Amplia; quia Prælatus & Abbas potest multa in suos monachos, & pro suis monachis, prout pater pro filio, & Dominus pro seruo. Vide, *Prælatus potest multa pro suis Religiosis. Conclus.* 51
508. † Limita; quia non potest Abbas reuocare monachum suũ à cura animarum sibi commissa per Episcopum, Innoc. in *cap. 1. circa fin. de capell. monach.* Vide, *Episcopus quid possit circa religiosos. Conclus. 246.* Vide, *Abbas solus non potest multa, & quæ possit. Concl. 15.* Vide, *Prælati inferiores quam iurisdictionem habeant. Conclus. 196.* Vide plenius, *Religiosi qualiter à suo Prælato corripiantur, & puniantur. Conclus. 147.*

Abbas ante benedictionem quid possit. Concl. 8.

ABBAS † & alij inferiores statim, quod sunt electi, & confirmati, etiam ante benedictionẽ, quæ large accipitur pro consecratione, sunt vere Abbates, de stylo Cancellariæ; secus in Epi-

scopis, qui ante consecrationē dicuntur electi. Oldr. *cons.14. ver. sed quod iste.n.4. & seq.* Feli. *in c. meminimus, in princ. de accusat.* & plenius *in c. inter Monasterium. in prin. de re iud.* vbi sequitur Oldr. & ibi.
1 * Abb. *in fi. n.25.* dicit esse * communem, & *in c. quanto n.4. de off. ord.*
2 † Et quod dicitur de Abbate, habet locum etiam in Abbatissa; quia ante benedictionem est Abbatissa. Felin. *in d.c. meminimus. de accusat. in prin.* Vide, *Abbatissa electa confirmatur, & benedicitur. Concl.*
3 27. † Extende; quia Abbas confirmatus, licet nondum benedictus, non solum dicitur Abbas; sed etiam si habet iura Pontificalia, potest vti Mitra, baculo pastorali, annulo, & alijs Pontificalib. Abb. *in c. inter Monasterium. in vlt. col. ver. quæro vlterius. nu.25.*
* *de re iudic.* vbi dicit * cōmunem, & Zabar. idem tenet *in clem. attendentes, in 6. quæst. de stat. monach.* † Benedictio Abbatum non habet
4 tempus præcisum, intra quod ea debeat peti. Oldr. *cons.14. in prin. ver. item si hoc.* † Characterem, neq; ordinem confert benedictio Abbatum, prout consecratio Episcoporum. Imo Abbates non
5 benedicuntur, nisi sit de cōsuetudine introductum *cons.14. ver. ad*
6 *aliud. n.8.* † Ordines non confert Abbas ante benedictionem susceptā; non quia benedictio conferat facultatē, sed quia dat exercitium Abbat. ordines conferendi. Oldr. *cons.14. in fi. ver. item non obstat*, quod intelligit Abbas *in c. tuam. de æt. at. & qualit.* dummodo sit Presbyter effectus, sed Oldr. ibi vult, quod si est Presbyter, ēt
7 conferat ordines, non benedictus. † Baculum pastoralem nō defert Abbas ante benedictionem; quia ante non traditur; sed tamen forte posset illo vti, cum sit Abbas, secundum Oldra. *d. cons. 14. in fi.* & quod non vtatur; quia non habet plenitudinem officij,
8 neq; punit. Innoc. *in cap. quanto. de offi. ord.* † Contrariū, quod dimo exerceat Pontificalia, si habet, dicit Abbas *in c. inter Monasterium. in fi. de re iudic.* vbi supra in 1. extensione, *& in cap. quanto. n.1. & 4. de*
9 *offic. ord.* † Benedictio Abbatum, licet de consuetudine fiat in die Dominico; non tamen est necessarium, sicut nec benedictio altaris necessario debet fieri die Dominico, sed tutius est, quod die Dominico fiat. Oldr. *cons.14. nu.9. & seq. vers. ad aliud.* vbi, quod benedictio & cōsecratio Virginum debet fieri die Dominico; quia
* ita iure cautum est, & hæc est cōmunis * opinio. Abb. *in c. cum sis,*
10 *de consec. Eccles. in fine.* † Contrarium, quod omne die possit fieri hæc benedictio Abbatis, sicuti possunt conferri ordines minores, dicit Zabar. *in d. clem. attendentes. §. statuimus. q.9. de stat. monach.*
11 † Iuramentum fidelitatis in benedictione præstat Abbas Papæ, & Ecclesiæ Romanæ, sicut præstare tenentur Episcopi in consecratione, de quo est text. *in cap. Ego N. de iureiuran.* vt ibi Abbas, *in*
☞ *prin.* Vide plene, *Benedictio Abbatum, & Abbatissarum quid conferat, & à quibus fieri possit. Concl.47.* Vide, *Episcopus non dicitur ante consecrationem, sed electus. Concl.231.*

Abbas quid possit, quando habet iura Episcopalia. Concluſ.9.

1 ABBAS † habens vsum Mitræ, & annulorum, & baculi intra septa sui Monasterij, secundum suum priuilegium, potest vti istis Pontificalib. secundum tenorem priuilegij. Lap. *alleg. 19. in*
2 *princ. An Abbas..* † Et ista Pontificalia conceduntur Abbatib. potius ad decorem suarum Ecclesiarum, quam ad significationem eorum, ad quæ in Episcopo fuerunt instituta. *c. vt Apostolicæ. de priu. il. in 6.* Abb. plene *in c. inter Monasterium. in fi. de re iud.* † Amplia, vt
3 si inuitatur ad aliud Monasterium exemptum, poterit celebrare in Pontificalib. secus si Monasterium non esset exemptum. Lap. *d. alleg. 19. in fin.* vbi dicit, quod procedit etiam, quod habeat ista
4 Pontificalia in suo Monasterio ex priuilegio. † Amplia; quia potest absoluere suos Religiosos ab excommunicatione lata à Canone; secus si non habet iura Episcopalia. Feder. de Sen. *cons.14. n.*
4. *ver. si tamen dictus Abbas*, per *clem.1. cum ibi not. de reb. Eccl. non alie.*
☞ Vide, *Abbas quid possit circa absolutiones, & dispensationes suorum monachorum. Concl.16.* † Amplia; quia Abbates habentes vsum Pon-
5 tificalium possunt ordinare suos monachos, vsque ad Lectoratum. Zabar. *d. clem. attendentes. §. statuimus, n.3. in 9. quæst. de stat. mo-*
* *nachor.* Gemin. *in c. Abbates. de priuil. in 6.* & hanc magis * communem dicit Bertach. *in Repert. ver. Abbas conferre potest.* Ant. de Butr. *cons.19. nu.15. ver. ad quartum*, vbi, quod possunt conferre quatuor
6 minores. † Extende; quia Abbas habens priuilegium amplissimum, quod possit omnia, prout Episcopus, prout in terra Burgi S. Sepulchri, non potest ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, licet possit dare ordines minores suis monachis in suo Monasterio. Item ex consuetudine omnib. in terra Burgi. Ant. de Butr. *d. cons. 19. n.15. ver. ad quartum, cum seq.* maxime *n.16.* vbi, quæ sint ordinis,
7 vel non. † Declara, quia non professis non debet conferre ordines minores; quia possent recedere. Io. Andr. *in c. cum contingat. de æt. at. & qualit. & in c. Abbates. de priuil. in 6. in fin.* Rebuff. *in praxi, de*

cleric. & à quibus, & quomodo ordinentur, *n.14. & seq.* vbi, quod non debent ordinari intra annum ante professionem; sed si sunt ordinati, tenet ordinatio, & habent executionē ordinum. Lap. *in c. cum nullus, n.4. & seq. de temp. ord. lib.6.* & ibi Ant. de Butr. dicit, quod ante factum debet abstinere, post factum valet collatio.
† Amplia; quia possunt benedicere vestes, imagines, cruces, & si- 8
milia, pro vsu suarum Ecclesiarū, & saltem de facto hoc faciunt. Cardi. Zabarel. *d. clem. attendentes. §. statuimus, in quæst. 9. de stat. monach.* † Contrarium de iure, quod non possint benedicere vestes 9
sacras, & similia; quia ista benedictio est ordinis Episcopalis; quia solemnis est, dicit idem Zabar. *d. clem. attendentes. §. statuimus, quæst. 9. de stat. monachor.* † Abbas æquiparatur Archidiacono, sicut alij 10
Prælati inferiores, & sic se habet ad suos monachos, sicut Prælatus Collegiatæ ad suos Canonicos. Ægid. *cons.5. n.47. ver. sed forte*, vbi reprobat, quod dicitur æquiparari magistratib. defensorum; quia Ecclesiasticæ dignitates non sunt ad similitudinem secularium. † Imo quando monasterium est exemptum, Abbas habet 11
ius Episcopale in suo monasterio; ideo æquiparatur Episcopo, Bald. *in authen. causam. quæ. n.6. ver. in gl. quid si est. C. de Episc. & cleric.* & idem dicit Aret. *cons.63. In præsenti consultatione, n.4. ver. pro iis facit optime*, vbi, quod in locis sibi pleno iure subiectis habet iura Episcopalia, dummodo non tangant ea, quæ sunt ordinis. † Pos- 12
sunt ista Pontificalia Abbatib. ex priuilegio competere. † Item 13
ex consuetudine; quia etiam præscribi possunt, ex quo sunt iurisdictionis, non ordinis. Zabar. *in clem. attendentes, §. statuimus, in 8. quæst. de statu monach.* † Conclusio est, quod Abbates exempti ha- 14
bent iura Episcopalia in suis monasterijs exemptis; ideo fungūntur vice Episcopi, dummodo non attentent ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, Aret. *cons.63. In præsenti consultatione. n.4. ver. pro iis facit*, vbi, quod conferunt curata, & omnia beneficia pleno iure ad monasterium spectātia; quia ista sunt iurisdictionis. vide plenius Ant. de Butr. *cons.19. per tot.* vbi, quod ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, nō exercent. † Limita; quia Abbas habens vsum Pontifica- 15
lium ex priuilegio non potest illis vti in locis non exemptis. Lap. *allegat. 19. in fine.* † Extende, etiam si locus esset de iurisdictione tē- 16
porali Abbatis; quia in eo non poterit solemniter benedicere. Zabar. *in clem. attendentes, §. statuimus, in 7. quæst. nu.3. de stat. monach.* † Restringe, nisi adsit stylus, vel consuetudo, prout in terra Burgi 17
S. Sepulchri; quia tunc etiam extra monasterium poterit vti insignis Episcopalib. quoad ordines minores. Ant. de Butr. *cons.19. nu.15. in 4. dubio.* † Limita; quia non possunt Abbates habentes v- 18
sum Mitræ, exercere ea, quæ sunt ordinis Episcopalis; ideo non possunt oleum Chrismatis benedicere, neq; chrismare, & simi-
lia. Ant. de Butr. *d. cons.19. nu.16. ver. ad quintum.* † Item; quia licet 19
possint benedicere; non tamen consecrare; quia consecratio respicit ordinem Episcopalem. Ant. de Butr. *cons.19. n.12. & 13.* † I- 20
tem; quia indulgentiam non cōcedunt; quia licet aliqui teneant, quod sit iurisdictionis; tamen magis communis * opinio est, * quod sit ordinis. Ant. de Butr. *d. cons.19. n.21. ver. venio ad vltimum. vsque in fin.*

Abbates exempti quid possint, vel non, & in quib. subiiciantur Ordinario, vel non. Concl.10.

ABBAS † exemptus si habet capellas, quæ habent populum, 1
tenetur venire ad Synodum. *c. ex ore, de priuil.* quod declarat Abb. *c. quod super iis, circa med. ver. in glo. 1. de maior. & obed.* vt procedat, quando populus est sub iurisdictione Episcopi, secus si sub iurisdictione Abbatis, & ipse Abbas per se ipsum curam gereret; quia tunc non obligatur; si vero populus esset quidem sub cura Abbatis, & per alios gubernaret; tunc alij, qui habent curam populi, tenentur ire ad Synodū, non Abbas. † Abbates exempti te- 2
nentur iurare Romano Pontifici, non alienare aliquid incōsulto Romano Pontifice, & istud iuramentum operatur, quod nullo modo alienare possint, etiam ex causa vtilitatis, vel necessitatis.
Vide plene, *Iuramentum de non alienando bona Ecclesiæ, an impediat so-* ☞
lemnem alienationem. Concl.513. † Extende; quia nedū non possunt 3
alienare, sed neq; compromittere, stante iuramento. Roman. *d. cons.369. Circa primum. n.18. ver. tria autem*, vbi plena Apostil. *in ver. compromittere*, dat concor. † Amplia; quia non possunt renunciare 4
priuilegio obtento, quod sint immediate subiecti Sedi Apostolicæ, etiam si vellent; quia priuilegium mixtum respicit Papam. Roman. *d. cons.369. sub n.18.* dum allegat *c. cum tempore, de arbit.* vbi Apostil. hoc dicit *in ver. cum tempore*, & dat concor. † Amplia; quia 5
licet possit Abbas agere, & constituere procuratorem ad agendū, nomine Monasterij, sine consensu Capituli, seu Conuentus, secundum * communem; nō tamen potest ardua solus expedire * sine consensu Conuentus, vel Capituli. Rom. *cons.369. nu.21. ver.*

tertia

tertia est ratio. Vide plenius, *Prælatus solus habens conuentum, non con-*
6 *stituit procuratorem, & quando secus. Concl.* 500. † Amplia; quia Ab-
bates exempti habent iura Episcopalia in suis monasteriis exem-
pris; sed tamen non exercent ea, quæ sunt ordinis Episcopalis.
☞ Ant. de Butr. *cons.* 19. *per tot.* Vide, *Abbas quid possit, quando habet iura*
7 *Episcopalia. Conclus. proxima præced.* † Limita; quia Abbates haben-
tes populum, tenentur ire ad Synodum Episcopi, ratione populi
non exempti, & idem de aliis Prælatis exemptis; secus si non ha-
bent populũ. *c. Abbates.* 18. *q.* 2. *c. quod super iis, de mai. & obed.* Oldrad.
consil. 254. *num.* 19. *vers. octauo opponitur.* Feder. *consil.* 88. *in 1. respons.*
8 *Lapi, circa med.* & idem Feder. *consil.* 182. *in princ.* † Limita, vt idem
sit de Prioribus; quia dispositum in Abbatibus videtur dispositum
☞ in Prioribus. *c. fin. de regul. c. in singulis. de stat. regul.* Vide, *Prio-*
9 *res sunt multiplices, & quid possint. Conclus.* 708. † Limita; quia isti
Abbates & Priores maiores, & Conuentuales, qui ratione paro-
chiæ subsunt Episcopo, tenentur ire ad Synodum Episcopi; sed
etiam visitantur, & corriguntur ab Episcopo, & etiam visitantur,
& corriguntur à suo Capitulo generali, vel prouinciali, ad quod
tenentur ire, & sic duplex onus substinere tenentur. Fed. de Sen.
10 *cons.* 88. *Reuerende Pater. in 1. respons. Lapi.* † Limita, vt imo isti Ab-
bates, & Priores, in Prioratibus & Abbatiis habentibus curam,
& Episcopo suppositis, debent instituì, vel confirmari ab Episco-
po, antequam administrent curam animarum; ita videtur velle
Innoc. *in cap. in singulis. num.* 3. *ver. sed quis confirmabit. de stat. monach.*
11 † Limita; quia Abbates exempti, si habent aliqua membra non
exempta, quoad illa tenentur ad obseruantiam statutorum Epi-
scopi, & subsunt Episcopo, & debent ire ad Synodum, prout alii
non exempti. Feder. de Sen. *cons.* 182. *Statuto Episcopi, in princip. vers.*
☞ *item Abbas exemptus.* allegat text. cum gloss. *in c. 1. priuil. l. b. 6.* Vide,
Episcopus habet iurisdictionem in locis exemptis quoad multa. Concl. 241.
Vide, *Episcopus in quibus casibus habeat iurisdictionem in exemptos. Con-*
clus. 242. Vide plenius, *Exempti in quibus subsunt locorum ordinariis.*
Conclus. 561. & *Conclus. ibi proxima sequent.*

Abbas dicitur Ordinarius in Ecclesiis sibi subiectis. Conclus. 11.

1 ABBAS † in Ecclesiis sibi subiectis dicitur Ordinarius, sicut
Episcopus; & ideo potest esse iudex in causis suarum Eccle-
siarum subiectarum. Angel. Aret. *cons.* 99. *Videndum censeo. in prin.*
☞ Vide infra *Conclus.* 21. *num.* 3. *& per tot. & Conclus. ibi proxima seq.*
2 † Et sicut in alienatione bonorum Ecclesiæ requiritur consensus
Episcopi; ita consensus Abbatis in alienatione bonorum Eccle-
3 siæ subiectæ Abbati. Ang. Aret. *d. cons.* 99. *in princ.* † Et quid pos-
sit Abbas circa absolutiones, & dispensationes suorum mona-
chorum, *Concl.* 16. & quid circa beneficia, *Conclus.* 17. & quid circa
alia, *Concl.* 12. & 13. *& seq. proxime.*

Abbas obligat Monasterium quoad multa. Concl. 12.

1 OBLIGATVR † Abbas, & Monasterium ex contractu Mo-
nachi etiam fugitiui, syndici monasterii licet reuocati, quan-
do reuocatio non est nota, & soluentes tali ministro liberantur.
2 Bart. *in l. si non sortem. §. qui filio. ff. de cond. indebit.* † Extende; quia
semper, quod Abbas concedit administrationem peculii mona-
cho particulari, obligatur Abbas, & Conuentus, sicut Dominus
ex contractu serui habentis talem administrationem. Abb. *consil.*
3 44. *Ad decisionem. n.* 5. *lib.* 2. *ver. præterea, & secundo.* † Amplia; quia si
Abbas de pecunia mea, quam habebat, dum debuit emere nomi-
ne meo, prout habebat mandatum, emit pro monasterio, obligat
monasterium ad restituendum, ne cum aliena iactura monaste-
4 rium locupletetur. Bald. *in l. 1. n.* 21. *in q.* 11. *C. si seruus exter.* † Am-
plia; quia Abbas potest concedere expresse, & tacite per conni-
uentiam monacho particulari, vt habeat bona sibi legata, vel ad-
ministrationem aliquorum bonorum. Abb. *cons.* 44. *num.* 3. *& seq.*
5 *lib.* 2. † Amplia; quia Abbas potest locare bona monasterii ad mo-
dicum tempus, & valet locatio mero iure, etiam quoad succesſo-
rem, nisi probetur in damnum Ecclesiæ facta. Zabar. *cons.* 95. *n.* 4.
6 *ver. sed etiam si non interuenisset. per tot.* † Amplia; quia compromit-
tit, & homologat laudum, dummodo non deueniatur ad vendi-
7 tionem bonorum. Zabar. *d. cons.* 95. *col. fin. ver. ad aliud dubiũ.* † Am-
plia; quia ex cõfessione Abbatis præiudicatur monasterio, dum-
modo non deueniatur ad alienationem bonorum. Zabar. *d. cons.*
8 95. *in fin.* † Amplia; quia quod potest tutor, potest Abbas, qui æ-
quiparatur tutori; quia imo maior est potestas Prælati, & Abba-
tis, quam tutoris. Zabar. *cons.* 95. *n.* 4. *ver. sed etiam si non interuenisset.*
9 † Et plena administratio bonorum, & monasterii residet penes
Abbatem, non autem penes monachos particulares. Abb. *consil.*
10 44. *Ad decisionem. n.* 2. *lib.* 2. † Limita in mutuo; quia nisi probetur
versum in vtilitatem monasterii, nõ obligat; secus in aliis contra-
ctibus gratia vtriusq; factis. Zabar. *cons.* 95. *n.* 6. Vide plenius, *Prælatus*
contrahendo, vel consitendo quando obliget Ecclesiam, vel non. Concl.
506. Vide Mascard. *concl.* 1160. *cum duab. ibi seqq.* vbi plenissime.

Abbas cum cõsensu Conuẽtus multa potest. Concl. 13.

ABBAS † cum cõsensu sui Capituli & Conuentus potest con- 1
dere statutum, & illud firmare sine licentia sui Superioris, in
præiudicium proprium, & suorum monachorum, & valet; in ca-
sibus tamen non contrariis iuri communi. Fed. de Sen. *cons.* 100.
Factum tale est. vbi est casus, vbi enumerat, quid possit Abbas, &
qualiter valeat consuetudo, & statutum restringens autoritatem
Abbatis exempti. † Restringe; quia statutũ Abbatis, & Conuen- 2
tus exemptorum non valet, nisi sit confirmatum à Sede Apostо-
lica sed bene potest adhiberi cautela, quod iuretur; quia quoad
iurantes valebit, si est alias honestum. Card. Zab. *cons.* 6. *in fi.* Vide,
Episcopus pot. st facere statuta pœnalia. Concl. 249. *cũ Concl. ibi prox. seq.*
† Alienationes bonorum Conuentus, & Monasterii facere pos- 3
sunt Abbas, & Conuentus per se, & procuratorem constituen-
quando præcessit tractatus, causæ cognitio, & deliberatio, alias
procurator constitui non potest. Fed. de Sen. *cons.* 100. *n.* 3. *ver. non*
obstat. † Declara, vt predicta procedant, quod Abbas & Conuen- 4
tus possunt facere statuta, & illa alterare ac alienare, solum, quan-
do interuenit authoritas Episcopi, alias autem non possunt Ab-
bas, & Conuentus ligare successorẽ. Fed. de Sen. *cons.* 259. *in prin.*
ver. quæritur nunquid. Vide plenius, *Alienatio bonorum Religionis quæ*
requirat, vt sit valida. Conclus. 276. † Declara; quia Abbas, vbi cum 5
consensu conuentus aliquid facere debet, si non faciat mentio-
nem de Conuentu, præsumitur, quod de consensu Conuentus
faciat, nisi adsit dictio taxatiua: *Ego Abbas solus, &c.* Fed. de Sen. *cons.*
259. *ver. sed posito, circa prin.* Vide Concl. prox. seq. † Amplia; quia
Abbas & Conuentus possunt adire hereditatem delatam mona- 6
cho suo, etiam sine ipso; quia non habet velle, neq; nolle, & licet
sit controuersa quæstio; tamen affirmatiua est communis * opi- *
nio. Felin. *in l. in præsentia. col. pen. n.* 57. *de prob.* † Extende; quia et- 7
iam si monachus esset mortuus, monasterium potest adire hæ-
reditatem delatam monacho, qui obiit, antequam adiret. Fel. *d. c. in*
præsent a. n. 57. *ver. decimo quæro. de prob.* † Extẽde; quia potest etiam 8
repudiare hæreditatem delatam monacho, sine illo, & valebit re-
pudiatio. Fel. *d. c. in præsentia. de prob. col. pen. n.* 57. *ver. decimo quæro. de*
prob. vbi dicit communem, & * communem dicit Ias. *in l. legatum.* *
col. 3. *& seq. n.* 13. *& seq. ff. de leg.* 1. plene Apostil. ad Roman. *cons.* 184.
Visis, quæ narrantur, vbi plurimos allegat. † Extende; quia potest 9
repudiare legatum; quia in quærẽdis non requiritur solemnitas.
Fed. de Sen. *cons.* 9. incip. *Casus talis fit. res aliqua.* Sequitur Roman.
d. cons. 184. *Visis, quæ narrantur*, vbi Apostill. 1. attestatur de * com- *
muni; & ratio est; quia in quærendis potest præiudicare; nec ob-
stat, quod dominium legati ab initio sit Ecclesiæ; quia non est ir-
reuocabiliter, vt ibi Rom. † Extende; quia quæ dicuntur de Ab- 10
bate, habent locum in Abbatissa. Rom. *d. cons.* 184. *Visis.* † Amplia; 11
quia potest transigere sine solemnitatibus in quærendis mona-
sterio; quia si potest repudiare, multo magis transigere: indubi-
tatum dicit Rom. *d. cons.* 184. *Visis, quæ narrantur*, vbi est casus. † Li- 12
mita; quia non posset Abbas, vel Conuentus acceptare electio-
nem factam de monacho. Fel. *d. c. in præsentia. n.* 57. *ver. & in mona-*
cho patet. col. penult. de prob. Vide *Episcopus potest multa fine consensu* 13
Capituli, & quando secus. Concl. 257. Vide plenius, *Prælatus cum Ca-*
pitulo in iudicialibus præiudicat, & quando non. Conclus. 503. & quid in
extraiudicialibus. *Conclus.* 504. & quid si relinquat. *Conclus.* 505. &
quid si contrahat, vel confitetur. *Concl.* 506.

Abbas & Prælatus præsumitur de consensu Capituli facere. Conclus. 14.

ABBAS † licet non possit facere aliquid, nisi ex consensu sui 1
Conuentus; tamen si facit aliquid, nulla facta mentione de
Conuentu, præsumitur facere omnia cum consensu Conuen-
tus, donec probetur contrarium. Federic. de Sen. *consil.* 259. *circa*
princip. vers. sed posito fine præiudicio, vbi maxime dicit procedere, si
constat de tractatu. † Amplia, vt idem sit in Episcopo cum con- 2
sensu Capituli, patre cum consensu filii, marito cum consensu
vxoris; quia actus semper est concipiendus in personam eius,
qui facit; nec est necesse dicere de consensu talis; quia potest
quandocunque consentire. Fed. de Sen. *consil.* 259. *vltra med. ver.*
præterea & hoc est valde notãdum. † Amplia in vnione facta per Epi- 3
scopum; quia licet non appareat de consensu Capituli; tamen is
præsumitur interuenisse, ex quo non fuit oppositum ante perfe-
ctum actum. Gemi. *cons.* 87. *ver. ad secundũ. per tot.* † Limita, quando 4

adesset clausula taxatiua, vt, *Abbas tantum*; vel, *ego Abbas solus*; quia tunc non oritur præsumptio, quod non adsit consensus Conuentus. Feder. de Sen. *d. cons. 259. in prin. ver. sed posito.* † Limita, quando ante perfectum actum fuisset oppositum de consensu Capituli; quia tunc oppositio operatur, quod cessat præsumptio, nisi probetur consensus. Gemin. *d. cons. 87. col. 1. in fin. ver. nec obstat.* Vide, *Consensus Episcopi, vel Capituli, quãto tempore præsumatur. Concl. 746.* Vide, *Capitulum Ecclesiæ quando consentire, vel consulere debeat Episcopo, an tunc Episcopus possit solus. Concl. 53.* Vide, *Episcopus habens collationem communem cum Capitulo, solus non confert. Concl. 259.* Vide plenius, *Solemnitas præsumitur, & quanto tempore. Concl. 322. cum duabus Concl. ibi proxime seqq.* vbi, quid in iudicialibus, quid in extraiudicialibus, & quid in alienatione bonorum Ecclesiæ. *Concl. 326.* Vide Mascard. *concl. 2.* vbi late.

Abbas quæ solus possit, & quæ non. Concl. 15.

1 ABBAS † non potest solus sine scientia, vel consensu Conuentus subiicere Monasteriũ exemptum alicui, à quo Monasterium erat exemptum. Innoc. *in c. cum dilectus filius. vltra med. in ver.*
2 *repromisit. de relig. dom.* † Extende, vt nec cum consensu sui Capituli, vel Conuẽtus sui possit vnire Ecclesiam sibi pleno iure subiectam; quia ex quo vnio est species alienationis, requiruntur solennitates debitæ, & authoritas Episcopi. Calder. *cons. 271.* alias *9. de reb. Eccles.* vbi, quod talis vnio præbet titulum ad præscribendum. † Extende; quia non potest subiicere Monasterium suum Ordinario subiectum alteri sine licentia Ordinarii; quia est spe-
3 cies alienationis. Anchar. *in c. sicut. in 3. not. de excess. Prælat.* † Amplia; vt nec possit amittere possessionem alicuius alterius iuris sine scientia, vel consensu Conuentus, idem Innoc. *d. c. cum dilectus. in ver. repromisit. de relig. dom.* Oldra. *cons. 209. n. 4. ver. secundum.*
4 † Amplia; quia solus non potest alienare sine consensu Capituli, quantumcunque sit exemptus. *Clem. 1. de reb. Eccl. non alien.* Fed. de Sen. *cons. 100. col. 2. in princ. ver. sequitur in concessionibus, & reformationibus.* Imo non potest etiam cum Conuentu alienare sine
5 licentia Superioris. Feder. de Sen. *cons. 43. in princ.* Vide, *Alienatio*
6 *bonorum Religionis quæ requirat, vt sit valida. Concl. 276.* † Extende, vt non possit etiam vnire Ecclesiam sibi pleno iure subiectam, minusque suum Monasterium suo Ordinario subiectum possit alteri subiicere. Bertach. *in ver. Abbas subiectus Episcopo.* † Amplia;
7 quia nec temporalem cõcessionem potest facere sine Conuentu. Feder. *d. cons. 100. col. 2. in prin. ver. sequitur in concessionib.* † Amplia; idem esse in institutionibus, & destitutionibus beneficiatorum, & creationibus monachorum, & conuersorum, *c. nouit. de iis, quæ fiunt a Prælat.* Feder. *d. cons. 100. in princ. n. 2. ver. item sequi-*
9 *tur.* † Amplia in excommunicatione, suspensione, priuatione, & similibus; quia debet ea facere cum consensu Conuentus. Fed.
10 *d. cons. 100. ver. sequitur in excommunicando. col. 2.* † Amplia; quia solus Abbas, vel alius Prælatus habens Conuentũ, vel Collegium, non potest constituere Procuratorem. Oldrad. *d. cons. 130. Omni*
11 *prolixitate, in prin. ver. modo ex prædictis.* † Contrarium tenet Feder. de Sen. *cons. 214. in fi. & cons. 227.* vbi, quod potest reuocare solus.
12 † Declara, vt *in ver. Procurator an à solo Prælato, & quãdo constitui pos-*
13 *sit. Concl. 816.* † Limita; quia potest solus Prælatus consentire, quod Episcopus erigat Tribunal in loco exempto etiam inuitis subditis, vt per Feder. *cons. 2. col. 1. in fin. ver. præterea si l. cus.* qui forte
14 deberet intelligi de solo Prælato, id est, cum suo Capitulo. † Limita; quia solus Abbas, & Prælatus potest agere in iudicio, etiam in iis, quæ pertinent ad Conuentum. Innoc. *in c. edoceri. de rescript.*
15 Feder. *d. cons. 100. in prin. ver. videamus.* † Limita; quia solus Prælatus, & Abbas reuocat Procuratorem constitutum à Prælato, & Capitulo. Fed. de Sen. *cons. 214. circa fin. & 227. per tot.* declara, pro-
16 ut Procuratoris reuocatio. *Concl. 861.* † Limita; quia solus Abbas & Prælatus habens administrationem agit in iudicio, & conuenitur sine conuentu. Abb. post Innoc. & alios *in c. edoceri. de rescrip.*
* vbi *n. 6. ver. ad tertiam quæstionem.* dicit communem * opinionem, vbi Felin. *nu. 2.* dicit * communem. Vide plenius, *Prælatus quando*
& in quibus agere, & tueri possit sine Capitulo, & econtra. Concl. 499.
17 † Extende, vt procedat etiã in iis, quę sunt communia inter Prælatum & Conuentum; quia solus potest agere, & conueniri; quia habet administrationem. Felin. *d. c. edoceri. n. 2. ver. solus Prælatus.* vbi
* 18 dicit * communem. *de rescript.* † Extende; quia in iis, in quib. potest solus agere & conueniri, potest etiam Procuratorem consti-
* tuere, * communem dicit Abb. *d. c. edoceri. n. 8. ver. in 4. quæstione. de*
19 *rescript.* vbi Felin. *n. 6. ver. solus Prælatus dat Procuratorem.* † Declara extensionẽ, dummodo Oeconomum generalem nõ constituat, qui haberet iurisdictionem in alios, & sic talis Procurator ardua non explicet, ita dicit intelligendũ Innocentium Abb. *d. c. edoceri. n. 9. ver. dicit tamen.* vbi Felin. *n. 6. in fin. ver. limitat. de rescript.* † Re- 20
stringe igitur limitationem, & extensiones in arduis; quia nõ potest solus Prælatus agere, neq; conueniri sine Conuentu. Abb. *d. c. edoceri. n. 6. ver. & tene menti.* vbi Feli. *n. 3. ver. prima declaratio. de rescript.* multis modis declarat, & quando dicatur arduum, vel non.
† Restringe, nisi esset diuisa administratio; quia tunc non posset 21
agere, neque conueniri, neque procuratorem dare quoad ea, in quibus non habet administrationem. Feli. *d. c. edoceri. n. 5. ver. quarta declaratio. de rescript.* † Limita, quoad deputationem ministro- 22
rum seruientium Monasterio; quia solus Abbas illos deputat, & amouet. Feder. de Sen. *cons. 95. n. 3. ver. item super eo. quod quæritur de familiaribus.* Gemin. *cons. 135. ver. ad primum. in princ.* † Limita; quia 23
solus Abbas potest reuocare ad clausturum monachos de Ecclesiis, & beneficiis manualibus. Feder. *cons. 259. Casus talis est, posito,*
in princ. † Extende hanc limitationem in tantum esse veram, vt 24
non valeat statutũ factum per Abbatem, & Conuentum in præiudicium successoris; quia claustrales non possunt esse perpetui, etiam volente Abbate. Feder. *d. cons. 259. n. 2. ver. quæritur, nunquid,*
in prin. † Limita; quia potest Abbas ratificare gesta per solũ Con- 25
uentum; quia licet solus Conuentus non agat sine Prælato; si tamen agit, potest Prælatus ratum habere, & valebit. Abb. *d. c. edoceri. n. 12. ver. ad sextum. de rescript.* vbi Apostill. & Felin. *n. 7. in ver. se-*
qui potest. † Limita; quia licet Abbas, vt valide obliget Monaste- 26
rium, debeat cum decreto Iudicis & Superioris facere; tamen secus est, si pro alio contrahat; quia non requiritur decretum, neq; solemnitas. Bal. *in l. 1. n. 20. ver. modo quæritur in 10. quæst. C. si ser. exter.* † Extende; quia valide vendit, vel cedit iura Abbas sine de- 27
creto, quando pro alio vel mandato alterius, facit, quod notabile dicit Bald. *d. l. 1. n. 20. & seq. C. si seru. exter.* † Limita; quia si causa est 28
instituta contra Abbatem, & Conuẽtum simul, & lata sit sententia cõtra eos, & appellauerint, potest solus Abbas vel solus Conuentus petere, & obtinere absolui, si non constat de iure contra illum. Rot. *decis. 9. de re iud.* alias *206. in nou.* † Limita; quia si Mo- 29
nasterium instituatur hęres, potest fideicommissum iniungi Abbati; sicuti si Ciuitas instituatur, potest fideicommissum iniungi rectoribus, & sic de aliis, & valebit Bar. *in l. si fuerit. ff. de leg. 3.* † Ex- 30
tende; quia eo casu solus Abbas restituet fideicommissum. Bald. *in l. penult. in prin. ver. quæro. si vnum Monasterium. C. ad Trebell.* Vide, 31
Prælatus solus quid possit sine Conuentu, & Capitulo. Concl. 498.

Abbas quid possit circa absolutiones & dispensationes suorum monachorum. Concl. 16.

ABBAS est † competens Iudex, & Confessor suorum mona- 1
chorum, *clem. 1. §. sane. de stat. regul.* † Item nedum in iis, quæ 2
sunt de foro pœnitentiali, est Iudex & Confessor, sed etiam in iis, quæ sunt de foro iudiciali, *c. illi. in fin. 6. q. 6.* & de vtroque per Fed. *cons. 14. nu. 2. ver. secundo.* vbi, quod Abbas est ordinarius Iudex super monachos. † Regula igitur affirmatiua est, quod Abbas po- 3
test absoluere suos monachos, vbi nõ agitur de præiudicio Tertii, & in foro pœnitẽtiali in omnib. casibus non reseruatis, neq; contra Canonem, cum sit Confessor suorum monachorum per prædicta. † Regula alia est negatiua, quod non potest absoluere 4
Abbas, neque dispensare in casibus contra Canonem, videlicet, quando pœna excommunicationis, vel alia infertur à Canone, nisi in casibus à iure expressis. Fed. de Sen. *cons. 14. Monachus Perusinus. n. 4. ver. solutio credo.* vbi, quod ita inuenit scriptum per D. Berengarium Episcopum Betoricens. compositorem lib. 6. qui attestatur, quod sui socii, & Bonifacius Papa VIII. ita sentiebant, sequitur Abb. & Felin. *in c. monachi. n. 2. & seq. de sent. excom.* † Am- 5
plia; quod Abbas ex sua ordinaria authoritate, quando non habet Pontificalia, non potest absoluere, neq; dispensare cum suo monacho, qui tenuit arma intra septa Monasterii, sine licentia sui Superioris, sed poterit per Episcopum absolui. Fed. de Sen. *cons.*
14. *Monachus Perusinus. per tot.* † Contra hanc ampliationem, quod 6
imo Abbas, & quicunque Prælatus immediatus regularis possit absoluere suum religiosum excommunicatum à Canone, quando Canon non reseruat absolutionem Papæ. Cald. *cons. 538.* alias *6. de sent. excom.* † Amplia; quia nõ potest absoluere monachum, 7
qui falsificauit literas Papæ; quia est excommunicatus, & absolutio est reseruata Papæ. Fed. de Sen. *cons. 219. Si notorium. per tot.* vbi, quod si delictum est notorium, debet conuocare Episcopos vicinos, & degradare talẽ monachũ, & tradere Curiæ seculari. † Li- 8
mita, nisi Abbas haberet iura Episcopalia in sua parochia; quia tunc posset absoluere etiam in casibus contra Canonem. Fed. *d. cons. 14. n. 4. ver. si autẽ dictus Abbas.* & idem in quolibet Prælato exempto, etiam in Abbatissa monialiũ, quæ potest deputare Confessorem, qui absoluat etiam à casib. Episcopo reseruatis. Feder.

cons. 95.

cons.95.col.pen.ver.consequenter. Fel.*d.c.monachi.n.2.in 1.limit. de sent.*
9 *excom.* † Limita in 35.casibus, in quibus Abbas sine iuribus Pontificalibus absoluit,& dispẽsat cum suis monachis, de quibus per Specul.*in tit.de dispens.* §.*sunt quoq;. ver. Abbas quoq;.ãna.4.vsq; in fin.*
10 † Limita; quia absoluit monachos se inuicem verberates in Monasterio, absq; eo, quod tencantur se præsentare conspectui Papæ,*c.monachi,de sent.excom.* vbi Felin.dicit, quod est casus specialis,
11 *n.2.ver.& ad istum text.* † Extende,vt procedat etiam in aliis Prioribus Monasteriorum,ne detur materia vagandi monachis.Fel.*d.*
12 *c.monachi,in prin.de sent.excom.* † Limita; quia absoluit monachos excommunicatos per Constitutiones regulæ. Fel.*d.c.monachi.n.3.*
13 *ver.secundo limita,de sent.excom.* † Limita,quando Abbas excommunicauit;quia tunc potest absoluere. Abb.& ibi Fel.*in d.c.mona-*
14 *chi.n.4. ver.tertio limita,de sent.excom.* † Limita;quia Abbas habens priuilegium dispensandi cum monacho suo super irregularitate imposita à Canone,poterit etiam dispensare super irregularitate imposita à Constitutione, etiam ab ea,quam incurrit; quia excõmunicatus celebrauit; quia non est dispẽsatio,sed facultas dispensandi,& est fauorabilis,non odiosa. Calder.*cons.*404.alias 19.*de re-*
15 *gul.*& in simil: Feder.de Sen.*cons.*168.*n.2.* † Limita; quia Prælati exempti possunt absoluere suos subditos in casibus Episcopo re-
16 seruatis. Vide infra, *Absoluere à casibus.Concl.*43. † Limita; quia ab-
☞ soluit suum religiosum,qui manus violentas iniecit in Clericum,
☞ de quo *in ver. Absolutio manuum violentarum in Clericos cui competat. Concl.*51.

Abbas quid possit circa beneficia & collationes beneficiorum. Conclus.17.

1 ABBAS † committit beneficia manualia suæ Abbatiæ ad pla-
2 citum,quibus vult. † Extẽde; quia etiamsi committeret manualia ad vitam Monachi,adhuc potest illum reuocare ad placitum. Franc.Aret.*cons.*63.*In præsenti consultatione, n.4. ver.vnde dicit* Fed.Abb.*in c.cum inter R.in not.2. de elect.* & est *cons.*Feder.*de Sen.*259.
3 *Casus talis,in prin.* † Extende in tantum Prioratus obedientiarios esse manuales, vt possit Abbas pro libito suo sine causa reuocare. Io.And.*in c.cum singulæ.de præb. in 6.* vbi Gemin.*nu.*10 *ver.sed circa præmissa.* vbi, quod licet posset Prior manualis porrigere querelam Superiori,prout seruus contra dominum male tractantem; puta,si amouerctur propter odium; tamen apud Italos non ad-
4 mittitur querela. † Restringe,quando manuale ex certa scientia daretur per Papam ad vitam; quia Abbas non posset remouere. Abb.*in c.cum inter R. in 2.not.n.2.& num.*10. *ver.in gloss.2.de election.*
5 † Amplia; quia Abbates exempti in Ecclesiis, & locis pleno iure sibi subiectis dicuntur habere iurisdictionem Episcopalem,dummodo non tangant ea,quæ sunt ordinis. Ideo in beneficiis ad eorum prouisionem manualem spectantibus, possunt committere curam animarum,quando plena dispositio ad eos spectat. Franc.
☞ Aret.*d.cons.*63.*n.4.ver.pro ius facit.* Vide infra *Concl.*21.& 22.vbi de
6 Abbate Cluniacen.& Abbatibus S.Benedicti. † Extende; quia in beneficiis vacãtibus,quæ spectant ad suam collationem, possunt Abbates apponere Oeconomum, deputare Custodem, agere nomine beneficii, locare fructus, & alia facere, quæ potest Episcopus, dummodo sibi aliquid non appropriant, sed reseruent successori,vel Ecclesiæ. Aret.*d.cons.*63.*num.*4.*& seq ver.ius breuiter.*
7 † Extende,vt prædicta extensio procedat etiam,si beneficii collatio esset deuoluta ad alium;quia licet priuetur collatione, non tamen priuatur aliis facultatibus; quia deuolutio est odiosa. Franc.
8 Aret.*d.cons.*63.*n.6.ver.sed præmissis.* † Extende;quia in Ecclesiis pleno iure subiectis Abbatibus ipsi consequenter habent iurisdictionem in clericos institutos in eisdem : vnde sicut Ecclesia est exempta; ita Clerici in ea instituti efficiuntur exempti. *c.cum per exemptionem,de priuil.in 6.*Abb.*in c.ius quæ,col.2. ver.nota 3.de maior.*
9 *& obed.* † Amplia;quia Abbas potest in Prioratibus sibi subiectis, & Grangiis habentibus bona sufficientia, deputare Priorem, & Conuentum,etiamsi nunquam ibi fuerint monachi, neq; Prior; quia in istis concernentibus cultum diuinum nõ inspicitur, quid actum fuerit,sed quid debuerit fieri; si vero bona non sufficiunt, possunt talia loca vniri per habentem authoritatem, & debet deputari Clericus secularis pro cultu diuino. Abb.*cons.*25. *Quoniam*
10 *de infrascriptis lib.2.* † Amplia;quia cura totius Monasterii,& locorum subiectorum Monasterio pertinet ad Abbatem, *cap.cum ad Monasterium, in ver.tales,de statu regul.* Abb.*cons.*25.*in prin. ver.item*
11 *video,lib.2.* † Limita;quia non potest vnire beneficia sibi subiecta pleno iure, licet quoad simplicia possit vnionem præscribere.
☞ Gemin.*d.c.cum singula.n.8.ver.an Abbas possit,de præben.in 6.* Vide in-
12 fra *Concl.*22.*n.2.* † Declara; quia regularia beneficia sunt regularibus,& secularia secularibus conferenda, vt disponit *Sacrum Concil.Trid.sess.*14.*de reformat.cap.*10.*& sess.*25.*cap.*21.*post med.* Vide,*Beneficia regularia.Concl.*68.

Abbas non obligatur iuramento contra vtilitatem Monasterii,& Ecclesiæ. Concl.18.

ABBAS † sancti Benedicti, si iurauit in manibus certi Prælati,non sui, non recipere aliquos monachos, nisi de licentia dicti Prælati,non obligatur ex tali iuramento,ex quo non ad eum solum, sed etiam ad Conuentum spectabat recipere monachos: Ideo potest propria authoritate contrauenire, si subest vtilitas, vel necessitas Monasterii, quod recipiantur monachi, vel si Episcopus hoc præcipiat. Oldrad.*cons.*97.*Factum tale est,quidam Abbas.* Vide,*Iuramentum in præiudicium Ecclesiæ non valet.Concl.*509. Vide, ☞
*Iuramentum non obligat in multis. Concl.*511.

Abbas,in quibus est melioris vel deterioris conditionis,quam simplex monachus. Concl.19.

ABBAS † delinquens acrius punitur, quam simplex mona- 1
chus.Innocent.*in cap.dilectus filius, in verb. Abbatibus, de simon.*
† Limita; quia non compellitur Abbas ad obseruantiam pacto- 2
rum initorum cum suo monacho, sed bene hortatur ad hoc; & est ratio; quia non cadit obligatio Abbatis cum suo monacho, Bal.*in l.si liber. C.de cond ob caus.& l.interpositas.nu.5. ver.vltimo,quod* Dominus. *C.de transact.* vbi idem de pacto inter dominum & seruum; item inter patrem & filium; & est ratio; quia,quicquid acquirit monachus, acquirit Abbati: igitur Abbas non obligatur sibi. Bart.pulchre *in l.sed & si quis.*§.*Iulianus ff.de vsufruct.*

Abbas præsumitur fauere suis monachis. Conclusio 20.

ABBAS † præsumitur fauere suis religiosis; & ideo authores 1
Abbates in opinionibus, quæ fauent monachis, sunt suspecti. Ægid.*cons.2.n.35.ver.sed quid præsumemus.* † Lapus,qui fuit Ab- 2
bas,& monachus,mouetur affectione religiosorum, in decidenda quæstione, an ad Abbatem, vel Episcopum,spectet iurisdictio puniendi monachum via ordinaria; quia decidit, quo ad Abbatem; cum tamen ad Abbatem solum spectet iurisdictio, quando agitur de pœna secundum regulam;secus si via iuris. Ægid.*consil.*5. *col.*3. & plenius dicit de Lapo Abbate Florentino, reprobando eum,*d.cons.5.n.32.in fin. ver.& 1.respondeo.* Potest tamen esse testis pro suo Monasterio,& suis monachis,& quando secus. Vide Masc.ard.*Concl.*3.vbi late.

Abbas Cluniacensis caput Ordinis, & quid possit Concl.21.

ABBAS † Ordinis Cluniacen.dicitur Abbas loci Cluniacen. 1
& ipse est caput in suo ordine, alii Abbates sunt membra, quia cum ipse denominetur à toto, habet prærogatiuam, vt præsit omnibus,& propter alias prærogatiuas,& priuilegia. Oldrad. *cons.*204.*Prima quæstio,in prin.* † Visitare, & corrigere potest Ab- 2
bas Cluniacen.omnes subditos, tam mediatos, quam immediatos, tam de iure, quam ex priuilegiis Apostolicis, ac de consuetudine. Oldr.*d cons.*204.*n.*5.*ver.item quæritur.* † Habet ordinariam 3
potestatem & iurisdictionem in subditos; quia ab vniuersitate eligitur, & à Papa confirmatur. Oldr.*d.cons.*204.*ver.item quæritur,* vbi etiam inserit verba priuilegii concessi à Papa Nicolao dicto Abbati. Supra *Conclus*11. vbi,quod in Ecclesiis sibi subiectis sunt ☞
Abbates ordinarii. † Decimas exigere potest de noualibus intra 4
suas Parrochias,ex priuileg.Nicolai Papæ,& Gregor.IX. de quo Oldr.*cons.*109.vbi inserit priuilegium. † Ordo Cluniacen.est re- 5
gulæ S.Benedicti de obseruantia, prout est Monasterium S.Mariæ Regalis Oppidi Ciuit. Nageren. Salagurrit. dicec. in Hispan. prout vidi priuilegium Honorii Papæ, & alia priuilegia, in quibus dicitur,hunc ordinem esse S.Benedicti de obseruantia. Vide, ☞
*Religio Sancti Benedicti,& eius species diuinum. Concl.*138. † Et est ex- 6
emptus à iurisdictione Episcoporum, & est in pacifica possessione. Abb.*cons.*56.*Videtur primo,in fin.lib.*1.

Abbates S.Benedicti habent multa priuilegia. Conclus.22.

ABBATES † S.Benedicti habent iurisdictionem Episcopa- 1
lem,& sunt exempti; Ideo possunt vnire beneficia ad suam collationem spectantia, secus est quando non habent iurisdictionem Episcop. licet sint exempti, & habeant iurisdictionem.

Card.

Card. Zabarel. *conſ.* 47. *Reuerende Pater per totum.* Vide ſupra, *Abbas quid poſſit circa beneficia. Concl.* 17. & *Concl præced. proxima* quæ
2 eſt 21. † Extende; quia poteſt vnire Grangias, & Manſes, quæ ſunt ad illius adminiſtrationem conceſſæ. Card. Zabar. *d. conſil.* 47. *n.* 3.
Vide ſupra *Concl.* 17. *in fi n.* 11. Vide plenius *Vnire Monaſteria ex quibus cauſis liceat Prælato Religioſo. Concl.* 238. † Et poteſt præſcribere, vt committat curam animarum in Eccleſiis ſibi ſubiectis.
4 Card. Zabar. *dict. conſ.* 47. *n.* 3. † Imo abſq; præſcriptione committit curam animarum in Eccleſiis ſibi ſubiectis, quando ſubſunt
5 eidem pleno iure, & talem commiſsionem facit tanquam Vicarius Epiſcopi. Cardin. Zabar. *d. conſ.* 47. *n.* 3. † In beneficiis manualibus, & in quibus ad tempus poteſt inſtituere, poteſt etiam deſtituere ad libitum ſuum. Card. Zabar *d. conſ.* 47. *n.* 3.

Abbas Farfenſis, & alii, qui habent iuriſdictionem temporalem, quid poſſint. Concl. 23.

1 ABBATIA † Farfenſis eſt de Territorio Eccleſiæ Romanæ, & in temporalibus Territorium Farfen. eſt Abbatiæ, *c. ſi duobus, ad finem, de appell.* Rom. *conſ.* 275 *Quo ad primum, in fin. n.* 9 *ver.*
2 *quæ quidem iuris Canonici.* † Et ad Abbatem Farfen. ſpectant pleno iure Caſtra, & Territorium Farfen. & ideo licite potuit vnire Caſtri Tribici Territorium Territorio Caſtri Montopuli, vt per Rom. *d. conſ.* 275. *in prin. & per tot.* vbi, quod Abbates præſcripſerunt hoc ius vniendi, etiam non requiſito Epiſcopo, & quod tale
3 ius eſt præſcriptibile. † Abbas Sancti Saluatoris de Monte Annato habet iuriſdictionem temporalem in dicto Caſtro ex conceſſionibus imperialibus. Ideo regularia ſpectant ad Abbatem, non ad Communitatem, niſi quædam ex concordia, quæ Communitati conceduntur. Abb. *conſ.* 6. *In quæſtione, in prin. lib.* 2. vbi *colum.* 2. *circa fin.* quod appellatur ad Abbatem, tam in ciuilibus,
4 quàm in criminalibus. † Extende; quia habentes iuriſdictionem Abbates, ſi moriantur, iuriſdictio ſpectat ad Conuentum, non autem ad Communitatem Caſtri, vel Ciuitatis. *d. conſ.* 6. *col.* 2. *in fin. lib.* 2.

Abbas ſancti Galgani Senarum, & eius priuilegia. Concluſ. 24.

1 MONASTERIVM † & monachi ſancti Galgani hoſpitalitatem ſeruant, & magnas eleemoſynas faciunt. Feder. de Sen. *conſ.* 207. *In Chriſti nomine, Amen. Noſtripholus, circa fin. ver. re-*
2 *ſpondetur* 1. vbi, quod eſt ordinis Ciſtertienſis. † Exemptionem habent ab omnibus gabellis etiam pro vena ferrea, quam habent in Inſula Ilbæ, ex qua ferrum artificio faciunt, & pro tranſitu nihil ſoluunt. Feder. de Sen. *d. conſ.* 207 *per tot.* † Acquiſiuit Abbas
3 S. Galgani de anno 1242. à Communitate Cluſii ſyluas, plana, & bona prope dictum Monaſterium, in loco dicto, Monte Sepio, de quo Bald. *conſ.* 238. *Factum ſuper quo. lib.* 4. vbi, quod non venit in venditione ius gabellæ, & pedagij, quod habebat Commune
4 Cluſii, & idem dicit *conſ.* 238 *eod lib.* † Non tenetur ſoluere decimas, & alia onera, niſi in loco, vbi eſt Monaſterium, videlicet in Diœceſi Volaterrana; quia licet habeat bona in Diœceſibus Aretin. Maſſanen. Sen. & Groſſetan. in quibus fecit Grangias; tamen non poteſt compelli ad onera, niſi in loco Volaterrano, vbi eſt Monaſterium. Feder. de Sen. *conſ.* 151. *Thema tale eſt. per tot.* ſequitur Caſtrenſ. *conſ.* 8. *col. fin. ver. vnde patet. lib.* 1. † Emit, ſeu acquiſiuit Monaſterium ſancti Galgani à Communitate Cluſina ſyluas, & bona, prope Monaſterium, in loco, qui dicitur Monte Sepio, de anno 1242. Bald. *conſ.* 237. *Factum, ſuper quo conſilium. per tot. lib.* 4. vbi, quod non acquiſiuerunt iuriſdictionem, licet competeret Communitati vendenti; quia non eſt facta mentio, & propter exiguum pretium.

Abbas ex quibus remoueri poſſit. Concl. 25.

1 ABBAS † poteſt remoueri, etiamſi ſit confirmatus, ſi non eſt
2 ſufficiens. Innoc. *in cap. licet Heli. num.* 2. *de ſimon.* † Extende; quia imo ſuſpectus Prælatus de dilapidatione poteſt remoueri ab adminiſtratione, & non ſufficit cautio de conſeruanda Eccleſia indemni, Abb. *d. c. licet Heli. num.* 20. *de ſimon.* vbi, quod probata
3 ſuſpicione remouetur, non ante, ſed inhibetur alienatio. † Extende; quia Prælatus & Pater, quantumcunque boni, ſi non corrigunt ſubditos, & filios malos, tenentur, & peccant, & puniuntur in hac vita, & in alia; quia citius moriuntur propter negligentiam & peccatum in omittendo. Ita Abb. *in d. c. licet Heli. num.* 2. *in*
1. not. ab. & ſeq. vbi Felin. *in princip. de ſimon.* Vide, *Abbas quid poſſit in ſuos Religioſos. Concluſ.* 7.

per totam.

Abbatiſſa quæ eſſe poſſit, vel non, & quando habeat dignitatem. Concl. 26.

ABBATISSA † non poteſt fieri mulier corrupta, ſine diſ- 1
penſatione Epiſcopi, & non ſufficit mandatum generale Vicarij ad hoc. Calder. *conſ.* 70. *An Vicarius generalis*, alias 3. *de offic. Vicarij.* † Et quod debeat Abbatiſſa eſſe Virgo, alias non poſſit eſſe 2
Abbatiſſa. Felin. *in c. meminimus, num.* 4. *de accuſat.* Zabar. *in clement. attendentes. § ſtatuimus, in q.* 10. *& 11. de ſtat. monachor.* † Extende, vt 3
neque Epiſcopus poſſit diſpenſare cum moniali corrupta, vt efficiatur Abbatiſſa, quando corruptio eſt notoria. Calder. *conſil.* 70. *in fin. ver. item non tenuit.* quod eſt 3. *de offic. Vicar.* Felin. *d. cap. meminimus. num.* 4. *ver. nunquid vero, de accuſat.* Zabarel. *in d. clem. attendentes. § ſtatuimus. quæſt.* 11. *num.* 5. *de ſtat. monachor.* † Bene Papa diſpen- 4
ſat, quod corrupta viro fiat monialium Abbatiſſa. Card. Zabarell. *in d. clem. attendentes. § ſtatuimus. de ſtat. monachor. quæſt.* 11. † Amplia; 5
quia illegitima non poteſt eſſe Abbatiſſa. Felin. *d. cap. meminimus. num.* 4. *de accuſat.* † Amplia; quia Abbatiſſa non debet eſſe minor 6
triginta annis, ſiue eligatur, ſiue prouideatur, ſiue etiam coram Epiſcopo poſtuletur; quia Epiſcopus ſuper ætate diſpenſat. Cardin. Zabar. *in d. clem. attendentes. § ſtatuimus. num.* 2. *ver. quæro, cuius ætatis de ſtat. monach.* & triginta anni debent eſſe completi. Zabar. *clem. fin. num.* 7. *ver. fallit in Abbatiſſis. de ætat. & qualitat.* Oldrad. *conſil.* 14. *num.* 11. *ver. & idem in Monaſterio.* † Dignitatem habet Abba- 7
tiſſa, ſicut Abbas. Felin. *d. cap. meminimus, de accuſat. num.* 5. *ver. vlterius quæro.* † Reſtringe in Abbatiſſis, quæ non habent Conuen- 8
tum, vel Collegium, prout ſunt in Aragonia; quia multi Rectores dicuntur Abbates, & eorum vxores dicuntur Abbatiſſæ, ſed improprie. Zabar. *in d. clem. attendentes. § ſtatuimus. in* 5. *quæſt. num.* 2. *de ſtat. monach.*

Abbatiſſa electa confirmatur, & benedicitur, & quid operetur benedictio. Concl. 27.

ABBATISSA † creatur per electionem, non autem per col- 1
lationem Epiſcopi, & ad Epiſcopum ſpectat confirmatio. Alexan. *conſ.* 142. *Viſo proceſſu. num.* 10. *ver. conſtat autem. lib.* 6. † Abba- 2
tiſſa electa debet confirmari, & benedici, quæ benedictio eſt loco conſecrationis. Felin. *in c. meminimus, in princ. de accuſat* & ibi etiam Abb. in princ. & alij. † Et licet Epiſcopus confirmatus, & non 3
conſecratus dicatur electus, non autem Epiſcopus; tamen ſecus eſt in Abbate, & Abbatiſſa, qui ante benedictionem dicuntur Abbas & Abbatiſſa. Felin. *d. c. meminimus. de accuſat. in princ.* Vide, *Epiſcopus non dicitur ante conſecrationem, ſed electus. Concluſ.* 231.
† Quid operetur benedictio, an poſſit reiterari, & à quo fieri poſ- 4
ſit. Vide, *Benedictio Abbatum quid conferat, & à quibus fieri poſſit. Concluſ.* 47. † Amplia, in tantum Abbatiſſam debere benedici, vt ſi 5
non recipiat benedictionem intra annum, debeat priuari; imo ſit priuata ipſo iure. Zabarell. *in clem. attendentes. § ſtatuimus. in prin. & in fin. quæſt.* 12. vbi, quod priuatur ipſo iure, *de ſtat. monach.* vbi, *quæſt.* 11. quod non habet locum in Abbate. † Limita, niſi ſit con- 6
ſuetudo in contrarium, puta, quia per quadraginta annos non fuerit facta benedictio; quia valebit. Cardin. Zabarell. *d. clement. attendentes. § ſtatuimus. num.* 2. *ver. ſecundo quæro, de ſtat. monach.* & latius *in* 5. *quæſt.* ibi; *quinto quæro.* Abb. *d. cap. meminimus, de accuſat. num.* 5. *& ſeq.* † Et Abbas benedictus habet collationem ordi- 7
num; non ſic in Abbatiſſa; quia collatio ordinum eſt virile officium. Abb. *d. c. meminimus, num.* 6. *de accuſat.* † Et qualiter fiat eius 8
electio, Vide, *Electio Abbatiſſæ qualiter fiat, & de forma elect. Concl.* 87.

Abbatiſſa monialium quid poſſit etiam circa ſacramentorum ſuſceptionem. Concl. 28.

ABBATISSA † monialium poteſt non admittere nouitiam 1
ſibi præſentatam à Patrono Monaſterij in fine anni profeſſionis emittendæ, ſi non eſt idonea. Federic. de Sen. *conſil.* 95. *Super dubitationum. num.* 2. *ver ſed in hoc eſt differentia.* † Amplia; quia 2
ſicut Abbas & Conuentus poteſt repudiare hæreditatem ſine ſolemnitate. Felin. *in c. præſentia. col. penult. num.* 57. *de probat.* qui dicit
*communem. Ita etiam Abbatiſſa cum Conuentu poteſt repu- *
diare hæreditatem, vel legatum, & ſuper quærendis præiudicare Monaſterio, & tranſigere, Rom. *conſ.* 184. *Viſis, quæ narrantur*, vbi
Apoſt. dat concord. & dicit *communem. † Miniſtros Monaſte- 3 *
rij maſculos, & fœminas pro ſeruitiis Monaſterij poteſt Abbatiſſa deputare, & aſſumere, etiam ſine Patrona Monaſterij; quia iſta
ſpectant ad Abbatiſſam, & Patrona non habet ſe intromittere.
Fed. *d. conſ.* 95. *n.* 3. *in fi. ver. ſuper eo, quod quæritur de familiarib.* † Ca- 4
pella-

pellanum præsentatum per Patronum Monasterii potest impedire, ne instituatur, si est iuuenis, vel non idoneus, & debent admitti oppositiones. Fed.de Sen.*d.conf.95.n.3.ver.item super eo, quod quæritur.* † Declara, & restringe, quod Capellanũ iam institutum non potest Abbatissa amouere, etiam cum conuentu; si tamen fuerit dignus amotione, debet amoueri ex facilioribus causis, quam amouentur alii instituti, etiam inuito Patrono, *c. ea quæ, & c.penult.de stat.regular.* Feder.*d.conf.95.n.3.ver.institutum vero.* † Declara, quod si non admitterent Abbatissa, & Conuentus Capellanum sibi datum, & institutum, possunt compelli per Superiores, per censurã Ecclesiasticam. Fed.de Sen. *d.conf.95.n.3.ver.item super eo quod quæritur, qua pœna.* † Absoluere potest Confessor monialium exemptarum in casibus Episcopo reseruatis; quia exempti censentur quasi habere iurisdictionem Episcopalem, vt not. *in clem.vnica.de reb.Eccl.non alien.* & propter periculum recurrendi ad Papam, cui soli subsunt. *c.fin.de pœnit.& remiss.* Feder.*d.conf.59. col.3.ver.consequenter, circa præmissa.* † Sacramenta debent Abbatissa & Moniales susc ipere à suo Capellano instituto, & nõ ab alio. † Amplia; quia imo si Abbatissa est exempta, vt non habeat proximum Superiorem super se, absque alia licentia potest ipsa dare licentiam accipiendi sacramenta suis monialibus; nisi Constitutiones suæ obstent, etiam inuito Patrono, & alio Superiore. Fed. *d.conf.95.n.4.col.3.in princ.ver.item ad id, quod dictum est.* † Amplia; quia Abbatissa monialium, licet non possit exercere curam animarum; potest tamen alteri committere curam, etiam amouendo ad beneplacitum. Rota *decis.21.de præben.* quæ est Besignet. Fe- lin.*in c.dilecta.in princ.de maior.& obed.* † Limita; nisi habeant priuilegia circa hoc deputandi, & assumendi ministros, qui præbeant Sacramenta; quia eadem priuilegia, quæ habet Religio vniuersalis de illo ordine, competunt cuilibet Monasterio. Feder. de Sen.*conf.95.n.4.ver.item in eo, quod quæritur, quid dubij.* † Limita, nisi Prælatus, ad quem spectat confirmatio Abbatissæ, daret licentiam, quod assumerent Sacramenta ab aliis deputatis, vel deputandis. Feder.*d.conf.95.n.4.ver.si vero de hoc.* † Limita, nisi Capellanus monialium deputatus ad hoc daret licentiam, quod ab alio, vel aliis possent recipere Sacramenta; quia cum sit ordinarius Curatus earum, posset hoc facere. Feder.*d.conf.95.nu.4.ver. item videtur, quod ille.* † Declara, omnes limitationes procedere in monialibus de licentia suæ Abbatissæ; quia alias sine licentia Abbatissæ non possunt moniales, etiam de licentia Episcopi, vel Capellani accipere Sacramenta ab alio, quam à deputato. Feder. de Sen.*conf.95.n.4.col.3.in princ.ver.item circa hoc.* Vide, *Mulier non est capax multorum.Concl.*414.

Abbatia an sit dignitas, & quibus æqui paretur. Concluſ. 29.

1 ABBATIA † regulariter Episcopatui æquiparatur in multis; sed tamen hoc non intelligitur, nisi in casibus à iure expressis. Oldr.*conf.14.ver.non obstat.circa fin.n.*10. quia, vt ipse dicit, ibi, in princ. consilii, inter inferiora beneficia computatur. *c. cum*
2 *in cunctis. §.inferiora, de election.* † Abbatiam non esse dignitatem, & ita fuisse declaratum, vel dubitatum, tenent Ioan.Monach. & Archid. *in c. licet.de præbend.* sed ibi Ioan. Andr. dicit de vsu Curiæ hoc non seruari; quia vt ibi refert Franc. *n.* 5. imo est dignitas in primo gradu. Felin. *in c. decernimus.in princ. de iudic.* vbi refert ista; sed reuera Archid. & Io. Monach. non dicunt in locis allegatis: & quod sit dignitas, refert Collegium Paduan.*conf.2.post conf.Zabarell.nu.24.& seq.* Vide concluſ. seq. vbi, quod sit dignitas, & æqui-
3 paretur Episcopatui. † Expectans non capit Abbatiam, quę non cadit sub nomine beneficii, cum speciali nota sit digna; quia dicitur in primo dignitatis gradu, sicut Episcopatus. Lap. *alleg.* 85. *n.*10.*ver.sed nunquid.& num.*11. qui etiam dicit, quod habeat multas prærogatiuas; quia de ea consistorialiter prouidetur, & non
4 fit mentio in prouisione de Cura. † Declara, quod Abbatia quandoque non est dignitas, nec habet curam, neque aliam prærogatiuam. Feder.de Sen.*conf.*132.*Casus talis est. num.2. ver. & prima declaratio.* quia consuetudine potest introduci, quod beneficium
5 perdat suam naturam, vt ibi, *ver. & videmus.* † Declara, quod antiquitus Abbatia non erat dignitas, sed onus; quia poterat esse Abbas non capax iurisdictionis, hodie secus est; quia non assumitur, nisi Clericus, & qui possit esse sacerdos: Ideo hodie habet iurisdictionem, est dignitas, habet potestatem excommunicandi Abbas, & habet merum & mixtum imperium in consequen-
6 tiam. Ægid.*consil.*5. *num.*21. & 22. *ver. Dominus Guilielmus.* † Amplia in tantum Abbatiam esse dignitatem, vt etiam si sit Abbatia monialium, dicatur dignitas, & Abbatissa habet dignitatem, sicut Abbas. Felin. *in cap. meminimus. num.5. vers. vlterius quæro. de accusat.* Vide, *Abba, & Abbas quid sint. Concluſ.*3. maxime *num.*4. Vide Concluſionem proximam sequentem.

Abbatia habet multa specialia. Concluſ. 30.

ABBATIA † dicitur in primo dignitatis gradu, sicut Episcopatus, & cæteræ dignitates appellantur inferiores. Lap.*alleg.* 85. *num.*11. *vers. item Abbatia.* allegat *cap. si quis deinceps.* 16. *quæst.* 7. Vide Concluſ. præcedenti, vbi pro vtraque parte. † Prouisio Abbatiæ debet pronunciari, & expediri in Consistorio, sicut Episcopatus. Lap.*d.alleg.*85.*num.*11.*ver.item de illis.* † Cura licet immineat Abbatiæ; non tamen de ea fit mentio in prouisione, sicut in prouisione aliorum beneficiorum. Lap. *alleg.* 85. *num.*11. *in fine.vers.item in illis.* † Exequutor non datur in illis impetranti, sicut in aliis. Lap.*d.alleg.*85. *nu.*11. *in fin.* † Non cadit Abbatia sub expectatiua; quia appellatione beneficii non continetur. Lap. *alleg.*85.*n.*11.*in princ.* Vide Concluſ. proxim. præced.

Ablatum quomodo, & quando dicatur. Concluſ. 31.

ABLATVM † dicitur, quod manibus per raptum arripitur. Roma.*conſ.*164.*Hæc quinque argumenta, in princ.* vbi Apostill. *in ver.per raptum.* † Aliquando auferre, pro accipere, sumitur, d. Apostill.ad Roma. *conſ.*164.*ad princ. in ver.per raptum.* † Ablatum male debet restitui, alias non dimittitur peccatum. *c.non dimittitur. de reg.iur.* Vide plenius *in ver. Male ablatum. Concluſ.*23. Et iterum *ver.restituere. Concl.*303. vbi late. † Et restitutio debet fieri ei, à quo fuit male ablatum, si certa est persona; si incerta, acquiritur Ecclesiæ vniuersali, & per eam, vel per Episcopum debet fieri restitutio, seu distributio pauperibus. Abb.*conſ.*34.*Attingam.in fi. lib.*1. vbi, quod est dubium, an testator, qui abstulit, vel heres eius possit ipse eligere pauperes. Vide, *Legatum factum pro male ablatis non est proprie legatum. Concluſ.*144.

Ablatiui absoluti important conditionem. Concluſ 32.

ABLATIVI † absoluti sapiunt, & important conditionem, vt *ff.de vsur.l.euictis.* Calder.*consil.*546. alias 1. *de verbor. signific.* Bart.*in l.*1.*in* 7.*quæst.ff.de condit.& demonstrat.* Ias.Rip.& alii *in rubr. ff. solut. matrimon.* Alexand. *consil.* 119. *colum.*2. *lib.*1. Corne. *consil.* 156.*num.*7. *& consil.*216. *num.*4. *lib.* 4. plene Rimin. Iun. qui citat infinitos *consil.* 37. *num.*9. vbi dicit, quod ista conditio inducta debet impleri formaliter. Alex.*consil.*78.*Viso, in fin. lib.*5. † Et isti ablatiui absoluti resoluuntur in, *si*, vel *postquam*; Ideo, si condemnatur possessor ad dimittendum bona solutis melioramentis prius, perinde est, ac dictum esset, si soluantur melioramenta prius, vel postquam prius soluta fuerint melioramenta. Ita Corne. *d.consil.*156.*num.*2.*lib.*4.*& consil.*160. *num.*7. *eod. lib.* Nam conditio suspendit actum vsque ad purificationem conditionis, *l.cedere diem.ff.de verborum significat.* Socin.Iun. *consil.*1.*num.*33.*lib.*1. *& consil.*172.*num.*15.*lib.*2.*& consil.*145. *num.*2. *lib.*3. Castrens. *consil.* 249. *Statutum Paduæ, colum.* 2. *in principio. lib.*2. vbi Apostill. citat Bald. *consil.* 9. *lib.* 1. † Amplia in tantum, vt nisi primo conditio purificetur, non ponatur aliquid in esse. Calder.*d.consil.*546.alias 1.*de verbor.signific.* Vide plenius, *Conditio nihil ponit in esse, & quando procedat. Concluſ.*591. † Extende, quod etiam si proferantur à teste, important conditionem. Anchar. *consil.* 331. *Visis diligenter. num.*3. † Extende, vt ablatiui absoluti important conditionem momentaneam; non autem successiuam, vel si statutum dicat, quod stantibus masculis, fœminæ nõ succedant: Intelligitur, quod sufficit momento extare masculos tempore successionis; quia licet moriantur, conditio fuit purificata. Bald. *consil.* 111. *Ad conseruationem.in fin.lib.*2. † Extende; quia oblatio, quæ debet esse pura, si fiat conditionalis per ablatiuos absolutos, non est bona, neque releuat offerentem. Alexand. *d.consil.* 78. *in fin. lib.*5. *num.* 29. *ver. quinto, dicta protestatio.* † Extende; quia ablatiui absoluti important conditionem, siue proferantur à lege, siue ab homine. Rainer. de Forli. *consil.* 68. *inter consil. Signorol. num.*14. *vers. & hoc sic probo.* † Declara; quia ablatiui absoluti ab homine prolati semper important conditionem; à lege vero si proferantur in vim narrationis, & sequitur dispositio iuris, important conditionem; si vero præcedit dispositio iuris, & sequitur narratio per ablatiuos absolutos, non important conditionem, sed narrationem, & dispositionem. Signorol.Homod.*consil.*69.*num.*18. *ver.circa quod.* † Amplia in tantum ablatiuos absolutos importare conditionem, vt illa debeat impleri in forma specifica. Rimin. Iun. *d.conf.*37. *num.*9. *& sequent.* vbi citat plures. † Et ideo si quis donat secundo loco per hæc verba; *cassata, & annullata prima do-*

natione

nationes, vt donantem facta, donat eadem bona Titio; censetur donare secundo loco sub cõditione, videlicet, postquam prima donatio fuerit cassata, & reuocata, vel si reuocabitur, & cassabitur via iuris. Ideo ante purificatam donationem primam, secunda non habet effectum. Alex. *cons.* 78. *Visis, quam eleganter, circa fin. ver. item ad vnum. lib.* 4. Vide, *Conditio ex quibus inducatur. Concl.* 581. maxime *n.* 11 29. *& seq.* † Amplia; quia ablatiui absoluti prolati ab eo, qui habet potestatem disponendi, important fideicommissum. *l. fideicommissa. §. cum esset. ff. de lega.* 3. Alex. *cons.* 185. *Viso titulo. n.* 5. *ver. octauo videtur, lib.* 2. vbi, quod etiam important consequenter dispositionem. Vide, *Filij positi in conditione. Concl.* 367. † Declarat idem 12 Alex. *d. cons.* 185. *n.* 18. *in fin. & n.* 19. *ver. octauo non obstat. lib.* 2. vbi dicit, quod licet verba enuntiatiua conditionaliter prolata non disponant; tamen fallit, quando per ablatiuos absolutos, & verba 13 ablatiui absoluti diriguntur ad eum, qui vult agere. † Vel quando verba ablatiui absoluti important quandam exequutionem circa rem, in quam inducitur fideicommissum; tunc disponunt, & important fideicommissum; secus si important quandam de- 14 nominationē. Alex. *d. cons.* 185. *n.* 19. *ver. præterea. lib.* 2. † Vel quando verba enunciatiua sunt per ablatiuos absolutos vere; quia disponunt; alias secus. Alex. *d. cons.* 185. *num.* 19. *ver. vel, & quarto. lib.* 2. 15 † Extende, vt idem sit in statutis; quia ablatiui absoluti disponũt, prout, si statutum dicat; quod extantibus agnatis, mater non succedat; quia agnati dispositiue censentur vocati. Alex. *d. cons.* 185. *n.* 6. *ver. nono fortificatur. lib.* 2. Quando verba dicantur dispositiua, vel enunciatiua, Vide in *ver. Verba dispositiua. Concl.* 83. Et quando verba enunciatiua disponant, vel non, Vide, *Verba enunciatiua. Concl.* 82. † Amplia; quia ablatiui absoluti important conditionem, tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus. Alex. 17 *cons.* 119. *Visa processu. col.* 2. *n.* 1. *in fin. ver. sed ista est. lib.* 1. † Limita, vt non procedat, quando ablatiui absoluti applicantur rei omnino extitutæ; quia important diem, & non conditionem. Oldra. *cons.* 223. *in prin. ver. ad quæstiones.* vbi, quod vnio facta dignitati cedentibus, vel decedentibus Rectoribus beneficii vniti, non est conditionalis; quia dignitas est perpetuo duratura, sicut si fieret per- 18 sonæ vnio propter incertitudinem. † Limita; quia ablatiui absoluti non faciunt conditionem, quando iunguntur collationi bonorum faciendæ per eum, qui honoratur. Nam pater, qui instituit filias deficientibus masculis, remittendo dotes suas in communi, licet vna decedat; tamen transmittit ad suos ius legitimæ; quia illa verba absoluta, *remittendo dotes suas*, non important conditionem, quæ impediret transmissionem ad suos. Bald. *cons.* 69. 19 *Cum statutum Ciuitatis. n.* 6. *ver. item non obstant. lib.* 1. † Limita; quia ablatiui absoluti non faciunt conditionem, sed modificationem, veluti si vicinus potest rem venditam retrahere soluto pretio, videlicet, quatenus soluat pretium, alias non. Castrens. *d. cons.* 249. 20 *in fin. lib.* 2. vbi ad hoc allegat plura iura. † Limita; quia nunquam important conditionem; quando possunt importare fideicommissum. Bart. *in l. à testatore. num.* 3. *de condit. & demonstrat.* Corbul. *tract. de iure Emphyt. fol.* 208. *num.* 7. vbi dat exemplum in vendente rem emphyteuticam, saluo beneplacito directi domini; quia importat fideicommissum in dominum, quando est deuentum ad 21 traditionem. † Limita, quando est deuentum ad traditionem rei emphyteuticæ, vel feudi, saluo, & reseruato beneplacito domini; quia valet alienatio, quoad contrahentes, & inducitur caducitas, tanquam de re alienata sine consensu domini; secus, si esset dictum, *saluo beneplacito, & non alias, aliter, nec alio modo.* Corbul. *dicto* * *tract. fol.* 207. *& seq.* vbi plura adducit, & de magis * communi attestatur, sicut etiam de communi Clar. *in §. emphyteusis. num.* 5. *ver. item quæro. & in §. feudum. qu.* 31. *n.* 5. Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1. *gl.* 2. 22 *num.* 26. *&* 28. † Limita; quia ablatiui absoluti applicati ad determinationem verbi præsentis, vel præteriti, important dispositionem, non conditionem; secus, si verbo futuri temporis. Bart. 23 *in extrauag. ad reprimendum. in princ. in ver. ruptis.* † Limita; quia ablatiui absolute prolati ab habente potestatem disponendi, disponunt, Rom. plene *cons.* 32. *Visa municipali. num.* 7. *ver. clarum enim est.* vbi Apostill. *in ver. dispositionem.* dat concordantes. Bald. *consil.* 88. *circa secundum. num.* 2. *vers. secundo quia. lib.* 3. Vide regulam primam incerti Authoris post Regulas Socin. *Reg.* 1. *Ablatiui absoluti regulariter faciunt conditionem*, vbi ampliat tribus modis, & limitat quinque.

Absentia multiplex, & in quibus excuset, & in quibus non. Concl. 33.

1 ABSENTIA † est triplicis speciei; Alia est necessaria, vt in banitis, & ista est omnino necessaria: Alia necessaria, & voluntaria, vt causa Reipublicæ: Alia probabilis, vt studentium: Alia voluntaria omnino, vt ementium, & vendentium. glos. *in l. aut religiosis. ff. de Procurat.* Felin. *in c. consultationibus. in prin. de off. delegat.* Adde & aliam absentiã cum dolo, & proteruitate, prout in contumace, & qui non vult comparere, qui in sui odium habetur pro præsente. *l. properandum. §. fin autem. C. de iud.* Tu vide plenius per Ias. *in §. rursus, in prin. Instit. de action.* vbi ponit quinque genera absentiarum, & de singulis tractat. † Necessaria bannitis semper 2 nocet, & nunquam iuuat absentem; quia bannitus, qui necessario abest, retinet omnia, quæ sunt ei onerosa: Ideo habetur pro præsente in damnosis, vt soluat onera. Bald. *consil.* 54. *Statuto Terra, ante medium. vers. sed contra. lib.* 5. & retinet munera onerosa. Roman. *consil.* 73. *num.* 3. *ver. hæc autem regula.* In reliquis damnosis habetur pro forensi, & peregrino & absente in eius odium. Alex. *consil.* 75. *num.* 10. *lib.* 1. Vide *Banniti, & relegati. Concluſ.* 53. † Neces- saria, & voluntaria dicitur, quæ causa Reipublicæ est, & ista non 3 debet nocere absenti, neque alteri; sed imo habetur pro præsente in fauorabilibus. *l. absentia. ff. de reg. iur.* † Et dicitur ex causa ne- 4 cessaria abesse, qui ex causa Religionis abest, videlicet fauore Religionis. Castrens. *in l. filius familias. §. Procuratorem. in fine. ff. de Procuratorib.* † Voluntaria omnino aliquando nocet, & inducit pœ- 5 nam. Ideo Curiales, qui sine licentia se absentarunt, puniuntur reuertentes, & si per biennium steterint, ponuntur post quintum in ordine eius, quem præcedebant; si per triennium, ponuntur post decimum; si per quadriennium, incipiunt tanquam nouissimi; si per quinquennium, spoliantur, & priuantur cingulo, quo erant honorati, & sic pro mortuis habentur. Bart. *in l. penult. C. de domest. & professor. lib.* 12. Alex. *cons.* 54. *Viso puncto. nu.* 5. *lib.* 4. quod est Vincentii Palæotti. † Sic Scholaris absens à studio per 6 quinquennium priuatur matricula, & de nouo veniens ad studium debet iterum matriculari. Alex. *d. cons.* 54. *n.* 5. *lib.* 4. † Et fo- 7 rensis, qui contraxerat domicilium in loco, si recedit, & stat absens per quinquennium, præsumitur dereliquisse domicilium. Alex. *d. cons.* 54. *n.* 5. *lib.* 4. maxime, quando reuersus est ad patriam suam. † Aliquando excusat, vt saltem absens voluntarie dicatur 8 habere iustam ignorantiam; & ideo in damnosis excusatur. Oldrad. *cons.* 313. *n.* 7. *& seq.* vbi plura ponit exempla. † Item, siue sit 9 maior, siue minor, restituitur in integrum ex clausula, *si qua mihi iusta causa*; quia absentia inducit iustam ignorantiam. Vide, *Restitutio in integrum ex clausula. Concl.* 289. Vide, *Ignorantia facti alieni. Concl.* 16. † Aliquando confert iurisdictionem, vt absens dicatur 10 impeditus: Nam absentia delegati, qui præuenit suum collegam in solidum, operatur; vt collega præuentus, qui non poterat procedere, procedat stante impedimento præuenientis, vel eius absentia, quæ æquiparatur impedimento. Feder. de Sen. *consil.* 230. *Venit ad me. col. pen. n.* 2. *ver. restat autem cognoscere.* † Aliquando con- 11 fert beneficium alteri, & causæ, prout in aduocato absente, vel impedito; quia inducit excusationem pro clientulo. Federic. de Sen. *cons.* 114 *Super puncto. in princ.* Vide *in ver. Aduocatus quando induceat excusationem clientulo suo. Concl.* 231. Aliquando nocet absentia absentibus. Vide Conclusionem proximam sequent. † Pro- 12 batur absentia multis modis, maxime per literas absentis scribentis ex loco remoto, quod ille esset in loco remoto. Feder. de Sen. *consil.* 230. *in* 4. *respons.* incip. *Quod autem. vers. item de absentia.* † Contrarium tenet Federic. *in d. cons.* 230. *in* 5. *respons.* incip. *At-* 13 *tendatis. in princ.* vbi, quod non sequitur; heri erat Pisis; ergo hodie est ibidem. † Declara; quia probatur de tempore literarum 14 scriptarum, & concordant prædicta.

Absentia nocet in multis, & quibus. Concl. 34.

ABSENTES † pauperes à ciuitate, vel loco domicilii legantis 1 pauperibus non continentur sub tali legato, quod intelligitur factum pauperibus in ciuitate, vel loco legantis. Alex. *cons.* 91. *Repetitis. n.* 7. *ver. item vltra prædicta. lib.* 7. † Amplia; quia licet maritus teneatur adhibere medicos vxori, alias perdit lucrum quarte, 2 vel alterius partis dotis; tamen si mulier est extra ciuitatem, non tenetur mittere medicum extra ciuitatem. Alex. *d. cons.* 91. *n.* 7. *lib.* 7. † Amplia; quia excussio bonorum fit de bonis sub iurisdictio- 3 ne iudicis excutientis, non autem extra iurisdictionem. Alex. *d. cons.* 91. *n.* 7. *lib.* 7. † Sic absentes, & extra Prouinciam, qui deberẽt 4 interesse electioni, non vocantur, si commode fieri non potest. Alex. *d. cons.* 91. *n.* 7. *lib.* 7. † Sic absens per longum tempus à ciui- 5 tate, & prouincia, qui præsumitur cedere sub legato qualificato paupertatis, non intrat in discussione faciendæ de pauperibus. Alex. *d. cons.* 91. *n.* 7. *& lib.* 7. † Extende, maxime in absente per decen- 6 nium; quia præsumitur non habuisse animum redeundi. Alex. *d. cons.* 91. *n.* 8. *ver. & per lapsum decennij. l b.* 7. † Amplia; quia in Curia 7 est prouerbium vulgare, quod absentes habeantur pro mortuis.

† Et

8 † Et ad ſonum campanæ conuocantur comedentes ad tinellum,
9 &pro abſentibus oſſa.† Amplia;quia abſentes,qui tenentur reſidere,puniuntur multis mod s,vt in *Concilio Tridentino ſeſſ.6.c.1. &*
10 *2.de reform.*iterum *ſeſſ.23.c.1.de reform.& ſeſſ.23.c.12.* † Limita; quia abſens in multis releuatur, & eſt melioris conditionis in præſcriptione; quia habens titulum præſcribit decennio contra præſentes,& contra abſentes requiruntur viginti anni. Vide, *Præſcriptio*
11 *10.annorum inter præſentes.Concl.572.* † Item præſumitur ignorantia in eo, qui abeſt à loco,& datur reſtitutio,& multa ſimilia, quæ ſuis locis ſunt poſita.Vide Concluſ.proxim.præced.

Abſens,vel præſens quis dicatur. Concl.35.

1 ABSENTES † dicuntur eſſe Canonici, vel de Vniuerſitate, qui non ſunt in Ciuitate, vel in loco ſeruitii non degunt. *l. quoties.C.de legation.lib.*10.Ita intelligit Calder.*conſ.3.de conſtit,in fin.*
2 † Abſens dicitur, qui eſt in alieno territorio. Bart. *in l.*3. §.1.*in* 8. *quæſt.ff.de duob. reis.* glo. & Angel.in *auth.de fideiuſſ.in prin.*Bald.in *l.*
3 *ſciendum , in princ.de fideiuſſ.* † Amplia ; qui abeſſe dicitur ad effectum conſequendi exemptionem, quæ conceditur abſentibus reuertentibus ad habitandum, ille, qui abeſt cum familia, licet quandoque fuerit in Ciuitate receſſurus ; quia ſicut dicitur non eſſe in loco, qui acceſſit, ſtatim receſſurus, ſic etiam abeſſe dicitur,qui abeſt cum domicilio hoc caſu.Angel.*conſ.*270.*Statuto Ciuitatis.per tot.* † Amplia; quia in materia,an quis dicatur,vel præſumatur abſens, vel præſens, ſi ſunt diuerſi domicilii, dicitur quis abeſſe, ſi vero ſunt eiuſdem domicilii, dicitur præſens.Bald.*conſil.*
5 431.*Caſus talis eſt,num.2.ver.modo veno,lib.1.* † Extende ampliationem in materia præſcriptionis , quæ inter præſentes completur decem annis cum titulo,& inter abſentes viginti annis, vt is dicatur præſens , qui habet domicilium in eadem iuriſdictione , licet cum perſona ſua diu fuerit abſens ; quia ſibi imputandum eſt.Bal. *conſ.*488.*Sequens quæſtio,in fin.ver.ſed dubitatur.lib.1.*& eſt tex.clarus
* 6 in *l.fin.C.de præſcript.long.temp.* vbi * omnes. † Et quod abſens, ſiue actor, ſiue reus ex cauſa voluntaria teneatur mittere procuratorem, Bart. & alii in *l.1.num.3.ff.de diuer.& temporal.præſcript.* † Declara,vt per Alexan.*conſ.*89.*circa fin.lib.*5.plene Soc.in *cap.quoniam frequenter,vt lit.non conteſt.*Angel.*conſil.*270.*Statutum Ciuitatis*,vbi, quod is, qui reliquit familiam, & filios in loco, non dicitur ſe abſentaſſe, reſpectu domicilii. † Declara plenius;quia dicitur præſens ad effectum præſcr ptionis is , qui habitat ſub eodem Præſide, vel Ducatu ; quia licet ſint Ciuitates , & loca diuerſa ; tamen quando ſunt ſub eodem Principe,reputatur præſens:Quando vero Ciuitates ſunt diuerſi dominii,vel Ciuitates habent iuum proprium Regnum,& de facto non recognoſcunt Superiorem;tunc quælibet Ciuitas facit Prouinciam,prout Peruſium,& Senarum. Alex. *conſ.*89.*Excellentiſſimi, in fin. n.*18. *ver. item non obſtat, lib.*5.vbi
Apoſtil.in *ver.eodem*,dat concordantes. Vide Maſcard.plene *Concluſ.*7.*An & quando abſentia in præſcriptione.* † Onus autem pro-
9 bandi, quod ſint ſub diuerſis Præſidibus,vt dicantur abſentes,incumbit aſſerenti,ſecundum Alex. *d.conſ.*89.*in fin.num.*18.*ver.item non obſtat.lib.*5.allegat Angel.in *l.emptor.C.de præſcript.longi temp.*at-
10 teſtantem vidiſſe millies ita ſeruari.Crauet.*conſ.*240.*n.*2. † Contrarium tenet Alex. *conſ.*92.*Viſo, & opportune,in fin.num.*29.*lib.*5.vbi, quod debet eſſe cautus Aduocatus allegantis præſcriptionem decennalem, vt probet præſentiam cum titulo,alias ſuccumberet ; quia præſentia eſt facti, & non præſumitur, & ibi Apoſtil.in *ver.præſentem*:dat concord.& reprobat Alex.*d.conſ.*89.Crauet.*conſ.*
11 240.*n.*3. † Abſens , vel præſens dicitur ſecundum vſum communem loquendi, videlicet,qui abeſt à loco ſui domicilii, dicitur eſſe abſens , licet in loco habeat domicilium , quamuis aliquando ſit res dubia, an de abſentia perſonæ, vel domicilii dicatur abſens. Caſtren.*conſ.*94.*Poſito,quod iſta eſſet,in fin.ver.ſuper eo vero.lib.*1. De-
12 clara; † quia abſentia in diſpoſitione ſtatutaria intelligi debet magis proprie de abſentia perſonæ, etiam in materia præſcriptionis; quia licet ſtatutum patiatur interpretationem iuris communis; tamen illud eſt verum, niſi ius commune diſponat improprie.Caſtren.*d.conſ.*94.*in fin.lib.*1. † Declara totam iſtam materiam ſecun-
13 dum plenam Apoſtill.ad Rom. *conſ.*454.*In præſenti. num.*5.*in ver.à Ciuitate*, vbi Roman.ad effectum, vt quis dicatur abſens,vt poſſit facta diligentia citari ad domum , quod debeat eſſe abſens à Ciuitate,& Comitatu;quia in materia indifferenti appellationē Vrbis venit Comitatus , & Apoſtil.in princ.citat Dec. in *cap. cum omnes. num.*7.*de conſtit.* Secundo, abeſſe dicitur, qui extra Vrbis continentia reperitur.d.Apoſtill.in *ver.à Ciuitate.ver.*1. Tertio,qui abeſt à iudicio dicitur abeſſe. d.Apoſtill.Quarto, qui non eſt in Prouincia, dicitur abeſſe,vbi ſupra. Quinto, quando tantum abeſt, quod vox exaudiri non poſſit,vbi ſupra. Sexto, qui in loco eſt,ſed de facili conueniri non poteſt,vbi ſupra. Septimo , qui extra Regnum eſt,dicitur abeſſe,vbi ſupra. Octauo,qui non eſt in Diœceſi,dicitur abeſſe,vbi ſupra. Nono, qui in Territorio quidem eſt, ſed non ſine maximo incommodo venire poteſt,vbi ſupra. Decimo , qui latitat , quique ſi præſens eſſet , iudicium ſuſcipere compelleretur, vbi ſupra. Vndecimo,qui in domo non reperitur,vbi ſupra.† Et diuerſis reſpectibus conſideratur abſentia: Nam ad ef- 14
fectum, vt creditor non teneatur facere diſcuſſionem contra principalem abſentem,abſens dicitur,qui eſt in alieno territorio, videlicet non in territorio , vbi iudicium agitatur , ſecundum veras concluſiones , A ex.*conſ.*100. *Diſcuſſis, num.* 11.*ver. & accipitur abſens.lib.*5.Rom.*conſ.*93.† Contrarium,quod imo ſufficiat,quod 15
principalis debitor ſit in loco vicino,& facilis diſcuſſionis,vt non ſit abſens,ſed præſens,tenet Alex. *conſ.*84. *in fin.lib.*3. quem ſequitur Apoſtil.ad Alex. *d.conſ.*100.*num.*11.*lib.*5. † Et an abſentia,vel 16
præſentia præſumatur, & quis probare debeat, Vide, *Præſentia quando præſumatur in actu,vel non.Concluſ.*605. Vide etiam Maſcar. *Concluſ.*5.*An, & quando præſentia,vel abſentia præſumatur, & concluſ.*6. vbi, quando abſentia præſumatur in bonam vel malam partem, & *concluſ.*7.vbi, quid in præſcriptione, & *concl.*8. quid in iudiciis, & *Concluſ.*9.quid in ſtipulationibus,& *Con.luſ.*10.& 11.quomodo probetur.

Abſentes quando,& in quibus vocandi ſint. Concl.36.

ABSENTES † vocandi ſunt in quatuor caſibus in toto iure 1
Canonico ; videlicet in electionibus ; item in collationibus præbendarum, quando pertinet ad Capitulum;item in receptione Canonicorum; item in ceſſationibus à diuinis;& in primis tribus caſibus non eſt nullum , quod ſit ipſis non vocatis, ſed poteſt appellari , & agi de contemptu ; in quarto caſu, quando ſit ſtatutum contra ceſſantes a diuinis , omnes ſunt vocandi,& ſi non vocantur,erit nullum. Oldrad.*conſ.*259.*Impugnatur.col.fi.n.*8.*ver.præ-*
ceroanospoſſumus. † Adde, quod in iis, quæ fiunt ex neceſſitate, vt 2
electiones, & ſimilia non ſit nullum,quod ſit non vocatis abſentibus; quia poſſunt appellare, & proſequi contemptum: in iis vero, quæ fiunt ex voluntate , & in quibus agitur de iis,quæ ad ſingulos pertinent ; tunc factum non vocatis abſentibus eſt nullum. Oldrad. *dict.conſ.*259.*n.*9. *ver.vel poteſt intelligi.* † Declara; quia ab- 3
ſentes non ſunt vocandi , niſi in tribus caſibus , vbi agitur de electione,receptione Canonicorum,& ceſſatione à diuinis,quando duæ partes ex tribus ſunt præſentes,ſed ſi non ſunt præſentes duę partes ex tribus , videntur vocandi abſentes , ſecundum Calder. *conſ.*3.*An duæ partes,de Conſtit.*qui dicit in tribus caſibus debere vocari, etiam ſi duæ partes ex tribus ſint præſentes , in aliis non ; & ita intelligi gloſſ. in *c.cum omnes. de conſtit.*quod conſilium duplicatur *conſ.*260.alias 4.*de iis,quæ fiunt à prælat.* † Declara,ſecundo;quia 4
præſentes in loco, vbi morantur ad ſeruitia,debent in omnibus vocari, alias ſtatutum , & actus celebratus non vocatis præſentibus in loco eſt nullus. Calder. *d.conſ.*3. *de conſtit. in fin.ver.ſi vero non requiſiti*,allegat text.in *l.quoties,C.de legatio.lib.*10.vbi et am Bartol. quod duplicatur *conſ.*260.alias 4.*de iis,quæ fiunt à Prælat.*& intelligit præſentem,vt nedum ſit in loco,ſed etiam inſeruiat. † Amplia; 5
quia vbi agitur de alienatione bonorum Eccleſiæ , abſentes de Capitulo ſunt vocandi; ſecus in aliis contractibus, Bald. *conſ.*475. *Quidam Io.Abbas num.*11.*ver.ſaluo,quod ad illud,lib.*1. † Amplia; quia 6
non vocati dicuntur contempti , & contemptus poteſt annullari facere actum factum , eo contempto , qui debuit fieri eo vocato. Vide, *Contemptus qui debuit vocari.Concluſ.*962.

Abſens an poſſit puniri , & an poſſit contra abſentem Iudex procedere,& quando. Concl.37.

ABSENS † licet de iure Ciuili non poſſit puniri ; tamen eſt ſe- 1
cus de iure Canonico ; quia ſufficit , quod liqueat de cauſa,& lis ſit conteſtata,Oldrad. *conſ.*65. *in princ.* † Amplia, quod abſens 2
poteſt excommunicari, Oldrad,*conſ.*183.*num.*6.tamen non incurrit irregularitatem, ſi ignorans celebrat, Oldrad. *conſ.*184.*num.*8. *& ſequen.* † Amplia ; quia Epiſcopus ad finem extirpandi vitia ſuæ 3
Diœceſis poteſt procedere contra abſentem, Lap.*alleg.*10.*num.*2. *ver.hic multa effundit, & num.*5.vbi,quod agitur de periculo animæ, proceditur contra abſentem. † Amplia ; quia contra vſurarium 4
abſentem poteſt procedi ad declarationem contractus vſurarii celebrati in loco procedentis , etiam ſi vſurarius non ſit ſubditus, Lap.*d.alleg.*10.*n.*4.*ver.ſecundo.ſed dubitat.* † Amplia in omni cauſa 5
beneficiali , matrimoniali, & alias de ſui natura ſummaria, in qua

contestatio litis non requiritur; quia contra absentem potest procedi, & sententia ferri, Lap. *dict. alleg.* 10. *num.* 4. *ver. secundo dubitat, vsque ad vers. tertio disputat.* † Amplia, quod contra absentem potest procedi ad missionem in possessionem, & ad omnes actus, qui loco missionis sunt. Lap. *d. alleg.* 10. *num.* 4. *ver. secundo dubitat.* Vide, *Missio in possessionem quibus æquiparetur, Concl* 288. † Amplia; quia de iure Canonico absens, qui aufugit ex carcere, potest condemnari ad carceres perpetuos, Io. de Anan. *cons.* 1. *num.* 7. vbi Bologn. Apostil. ibi *num.* 18. † Amplia; quia vbicunque absens, seu fugiens habetur pro confesso, potest contra eum procedi. *l. in eos ff. de custod. reor.* Florian. de S. Petro *q.* 2. *num.* 11. *ver. quinto talis fugiens*, qui tamen intelligit, quod fugiens effracto carcere habetur pro confesso de iure communi; secus si negligentia custodis carceratus fugiat sine fractura. † Amplia, quando absens est conuictus de delicto; quia potest condemnari. Florian. de S. Petro *d. q.* 2. *num.* 11. *ver. quinto talis fugiens.* † Amplia; quia potest procedi contra absentem, quando est vere confessus. † Extende; quia absens potest condemnari ex confessione iudiciali facta, licet processus sit nullus, Innoc. in *c. qualiter, & quando de accusat.* Bart. in *l. si confessus. ff. de custod. reor.* † Declara; quia si est coram Iudice incompetenti omnino, ita quod non possit etiam iurisdictio prorogari, processus, & confessio sunt nulli, & nullo modo potest condemnari, licet profit, ne possit postea confessus variare, etiam coram competenti, Florian. *d. quæst.* 2. *in* 1. *part. in fin. num.* 13. *ver. secundo casu.* † Si vero processus esset nullus non defectu iurisdictionis, sed quia non sint seruata solemnia, vel propter defectum personæ accusatoris, si principaliter agitur de delicto, & accusatus confitetur expresse, potest condemnari; si vero tacite, vel in consequentiam alterius delicti, non potest absens condemnari, Florian. *d quæst* 2. *in fine principii, num.* 13. *ver. aut est facta.* † Restringe, quando confessio est extraiudicialis, quia non præcedente valido processu absens non potest condemnari, Florian. *d. quæst.* 2. *num.* 12. *ver. dico ergo.* † Restringe, vt idem sit, quando confessio esset coram Iudice, sed non in forma iudicii, Florian. *d. quæst.* 2. *num.* 12. *ver. idem si coram Iudice.* † Limita de iure Ciuili, quia absens non potest puniri in causa capitali. *l. absentem. C. de accusat.* & est communis * opinio, Clar. in §. *fin. quæst.* 44 *in princ.* quia non potest haberi pro confesso; plene Florian. de Sancto Petro *quæst.* 2. *num.* 9. *& seq. ver. nunc veniamus.* † Et hanc esse regulam, quod in causa capitali absens non potest condemnari, ponit Bartol. *in extrauag. ad reprimendum, in vgr. nec eorum absentia, circa fin. num.* 16. *ver. & regulariter.* † Extende, vt procedat, etiam si liquide constet de delicto, * communem dicit de iure communi Iul. Clar. §. *fi. quæst.* 44. *in princ.* † Extende; quia etiam de iure Canonico non potest deuenire ad condemnationem lite non contestata, & sic contra absentem * communem dicit Abb. in *c. veritatis. post num.* 26. *& 27. de dol. & contum.* sequitur Clar. *d.* §. *fi. quæst.* 44. *in princ.* † Extende in tantum, quod in criminali causa contra absentem, non possunt testes examinari ad perpetuam rei memoriam, Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 44. *in princ. ver. & hoc adeo verum*, vbi dicit communem. * † Restringe; quia ille text. non procedit, quando pœna minor, quam capitis imponitur, prout est pœna perpetui carceris, Ludouic. Bologn. in *addit. ad consil.* 1. *Io de Anan. num.* 18. *in fin.* † Restringe, quando imponitur pœna relegationis, & infra, * communem dicit Clar. *d. quæst.* 44. *in princ. ver. hanc tamen conclusionem*, Florian. in 2. *quæst. num.* 11. *ver.* 2. vbi, quod si pœna est arbitraria, & à relegatione infra, potest procedi, à relegatione supra secus, * communem dicit *d. quæst.* 2. *colum. penult. num.* 11. *in fin.* vbi loquitur, siue lis sit contestata, siue non. † Restringe in crimine læsæ maiestatis, vt in extrauag. Federici, item in alio casu *l. lex Cornelia* §. *constitutum, ver. & qui hoc crimine. ff. de sicar.* item in casu *l. ne diu. C. de pœnis.* ita Florian. de S. Petro in *quæst.* 2. *num.* 9. *in fin. ver. secundo qualitas.* † Vide omnino Bart. *d. extrauag. ad reprimendum*, quæ est Henrici VII. in *vgr. diffinitiuam*, vbi, quod de iure antiquo poterat procedi; quia superuenit prohibitio iuris Ciuilis per *l. absentem. ff. de pœnis*, & allegat alias leges, ex quibus contra absentem procedi potest. † Modus autem procedendi contra delinquentem absentem de iure communi est; quia citatur ad comparendum, & se excusandum de delicto, seu fit intimatio, quod compareat intra certum terminum, & si erit contumax, Iudex facit eius bona inuentariari, & deinde facit eum citari per proclamata, vel alias, prout statutum disponit, & fit intimatio, quod bona eius sunt annotata, & si intra annum comparet, & se defendit, debet absolui cum restitutione bonorum; si vero post annum compareat, licet probet innocentiam, bene absoluitur, sed bona non restituuntur propter contumaciam, ita Clar. *quæst.* 44. *col.* 1. *in fin.* † Sed hodie de consuetudine Italiæ propter statuta non fit adnotatio bonorum, sed duntaxat mobilium, & loco adnotationis immobilium successit bannum, Clar. *d. quæst.* 44. *num.* 3. *ver. sed hodie.* Vide plenius, *Contumax pro delicto qualiter condemnetur. Conclus.* 1017.

Absenti non acquiritur, nisi per nuncium, vel epistolam, & quomodo procedat. Concl. 38.

REGVLA, † quod absenti non acquiratur, nisi per nuncium, vel epistolam, & non sufficit, quod quis faciat pactum, vel acceptilationem, vel repudiationem actionis sibi competentis, etiam in iudicio, nisi Iudex acceptauerit, Castrens. plene *consil* 393. *Vt attingamus, num.* 2. *ver. pro cuius intelligentia, lib.* 1. & iterum *consil.* 183. *In causa, quæ vertitur, colum.* 2. *ver. secundo principaliter, lib.* 1. vbi, quod concordia sine nuncio, vel epistola non valet inter absentes. † Amplia; quia obligatio nulla contrahi potest cum absente, nisi interueniat nuncius, vel epistola; & tunc requiritur acceptatio absentis, Ancharan. *consil.* 398. *Dominus R. in princ.* Alexand. *consil.* 131. *In causa. num.* 6. *& sequen. in fin. ver. nec prædictis obstat. lib.* 4. ideo concordia non valet inter absentes, nisi interueniat nuncius, vel epistola, Castrens. *consil.* 183. *In causa, quæ vertitur, colum.* 2. *ver. secundo principaliter, lib.* 1. † Extende in familiaritate, in donatione, in collatione beneficii, & aliis, quæ non inducunt acquisitionem absenti, nisi acceptauerit, Ancharan. *d. cons.* 398. *in princ.* † Amplia, quia possessio non acquiritur absenti, nisi post ratificationem, & Socin. Iun. *consil.* 16. *num.* 10. *& sequen. lib.* 2. Castrens. *cons* 332. *In causa Syluestri. colum. fin. ver. solum restat tollere. lib.* 1. † Extende, quia absenti non acquiritur etiam per constitutum possessio ciuilis, licet per Notarium sit facta acceptatio, quia requiritur acceptatio eius, ad cuius fauorem fit; quia animo fit acquisitio possessionis. Socin. *dict. consil.* 126. *n.* 10. *& sequen. lib.* 2. vbi, quod illud, quod dicitur per constitutum acquiri possessionem, habet locum, si fiat præsenti, secus si absenti. † Contrarium tenet Castrens. *consil.* 183. *In causa, quæ vertitur. colum final. lib.* 1. vbi, quod testes esse possunt loco Nuncii. † Amplia, quia dominium non acquiritur absenti. Castrens. *dict. cons.* 332. *colum. final. ver. solum restat. lib.* 1. † Amplia, quia absenti, & ignoranti ex contractu inter viuos non acquiritur actio, nec obligatio, quia requiritur præsentia vera, vel ficta, & dicitur ficta, quæ est per medium Nuncii, vel literarum. Ægid. Bellam. *consil.* 8. *in prin.* † Extende, quia alteri per alterum non acquiritur obligatio. *l. obligatio ista. ff. de verbor. obligat.* Ægid. *d. cons.* 8. *nu.* 3. † Contrarium tamen de iure Canonico tenet idem Ægid. *d. consil.* 8. *numer.* 4. *ver. tertio videtur idem posse.* † Declara, quia etiam de iure ciuili absenti acquiritur, & per alterum in tribus casibus. † Primus est, si quis donat rem propriam alicui, ita quod in certum casum deueniat ex liberalitate donantis alteri absenti, vel futuro in esse. *l. quoties. C. de donat. quæ sub modo.* Ægid. *cons.* 8. *num.* 6. *ver. primus casus.* † Secundus casus, si quis paciscatur super re sua, etiam cessante donatione, quod ad alium perueniat certo casu, quia alteri per alterum acquiritur actio. *l. Publia. in princ. ff. depos. cum ibi not.* Ægid. *dict. cons* 8. *num.* 6. *ver. secundus casus.* † Et idem, si paciscatur de re non sua, quæ futura est sua, vt in feudo fœminæ, quæ non habet filios in potestate: tamen illis, & extraneis acquirit feudum. Ægid. vbi supra, vbi idem in emphyteusi, & dicit se ita Romæ iudicasse. † Tertius casus est, quando vni donatur contemplatione alterius: quia si constat de voluntate donantis, acquiritur actio ei, cuius contemplatione donatur. Ægid. *dict. cons.* 8. *num.* 6. *ver. tertius casus est.* † Idem, si recipiens acquirat nomine absentis. Ægid. vbi supra. † Idem, si recipiens est talis, per quem consueuit, & potest de iure acquiri illi, cuius contemplatione donatur. Ægid. vbi supra. † Amplia; quia recipiens inuestituram feudalem pro se, & fratribus absentibus, non acquirit fratribus, neque eorum filiis, nisi ratificauerint inuestituram. Alex. *cons.* 22. *Viso titulo, in princ. lib.* 5. vbi Apostil. in *ver. ratificata*, vbi in fin. tuetur hanc partem; quia adest mutua obligatio onerosa. † Contrarium tenent plures, quos citat eadem Apostilla ad Alexand. *dict. consil.* 22. *lib.* 5. *in ver. ratificata.* † Amplia; quia si fiat delegatio debitoris per Ecclesiam alicui creditori Ecclesiæ, vel alterius personæ, non valet delegatio, donec sit acceptata per creditorem, cui facta est; ideo ante poterit exigi à debitore delegato per delegantem. Dynus *cons.* 17. *Thema tale est, quædam Ecclesia, in princ.* † Extende, vt idem sit in eo, cui à testatore est legatum, quod soluat; quia licet miserit Epistolam ille delegatus ad soluendum ei, cui est facienda solutio; tamen potest pœnitere delega-

delegatus, antequam Epistola sit acceptata. Dynus *dict. consil.* 17.
22 *num.6. ver. item ad præmissa.* † Amplia; quia si tradidi alicui non Procuratori absentis rem aliquam perferendam ipsi absenti, non acquiritur dominium, antequam ei fiat traditio, licet tertio fuerit facta traditio contemplatione absentis. Dynus *dict. consil.*
23 17. *num.* 4. *ver. & ad huius confirmationem.* † Extende idem in donatione; quia si dono, & trado ministro rem donatam, vt perferat ad donatarium, antequam ipse acceptet, non acquirit ali-
24 quid. Dynus *dict. consil.* 17. *num.* 5. *ver. item pro hoc facit.* † Extende idem in venditione, & omni contractu, qui possit fieri cum absentibus; quia si non interuenit Procurator, non habet locum ille contractus, donec ab absente fiat acceptatio, ita, quod si non acceptet, actus habetur pro non facto. Dynus *d. consil.* 17. *num.* 5. *ver.*
* *item communiter sentiunt*, vbi dicit * communem. Alexand. *cons.* 40.
25 *Circa primum, in fin. lib.* 5. † Amplia; quia non valet pax, neque remissio iniuriæ facta absenti, nisi aliquis pro absente acceptauerit. Alex. *consil.* 131. *In causa. num.* 9. *lib.* 4. *ver. vbi dicit, quod remissio*, & di-
*26 cit * communem. † Amplia; quia absenti si per Epistolam aliquid conceditur etiam in fauorabilibus; imo in libertate concessa, non acquiritur, nec Epistola habet effectum, nisi postquam peruenerit ad illum, cui scribitur. Oldrad. *cons.* 183. *Factum tale est,*
27 *vacante, num.* 6. *ver. item alia ratione, cum seq.* † Amplia; quia si quis faciat obligationem vice, & nomine Titii absentis, pro quo de rato, &c. quia non repræsentat Titii personam propriam vete. *l. ossa, ff. de religios. & sumpt. fun.* ratificatio vt valeat, requiritur præsentia partium, vel saltem Nuncius, vel Epistola. Socin. *consil.* 105.
28 *lib.* 4. † Amplia in tutela; quia licet tutor non possit dari habenti tutorem; tamen potest dari, quando primus tutor fuit datus absens, & nondum acceptauit tutelam. Bald. *consil.* 144. *circa fin.*
29 *ver. & sic etiam datur nouus tutor, lib.* 4. † Amplia in tantum absenti non acquiri, vt si ego describo Titium absentem creditorem meum in meo libro, licet Titius absens ratam habeat talem descriptionem; tamen ego non sum obligatus ipsi Titio. Dy-
30 nus *consil.* 17. *Thema Tale est, quadam Ecclesia in princip.* † Amplia; quia ex scriptura priuata non acquiritur absenti. Innoc. *cap.* 1. *de*
31 *fid. instrum.* † Declara, vt per Rom. *cons.* 86. *num.* 11. *ver. quinto non vi-*
32 *detur.* † Amplia, vt multo magis procedat in re odiosa, quia si quis absens excommunicatur, non habet locum, nisi postquam literæ peruenerint ad excommunicatum, quando per literas erat lata excommunicatio, puta, vniuersis, & singulis. Oldrad. *dict. cons.* 183.
33 *num.* 6. *ver. item alia ratione, cum seq.* † Declara, quod licet ignorans excommunicatus non incurrat irregularitatem, si celebret; tamen detecta excommunicatione, & inducta scientia repellitur ab electione de eo facta, post excommunicationem. Oldrad. *con-*
34 *sil.* 184. *num.* 8. *ver. nititur etiam, cum sequen.* † Amplia in commissione compromissi facta à Iudice, vel à parentibus; quia potest fieri absenti, sed antequam acceptauerit, potest Iudex talem commissionem reuocare. Bald. *consil.* 144. *Factum sic proponitur, per tot.*
35 maxime *circa med. ver. in contrarium, lib.* 4. † Acceptatio compromissi inducitur, si arbiter procedere patitur coram se. An-
36 charan. *consil.* 261. *num.* 1. *ver. præterea apparet.* † Absenti si concedatur iurisdictio per literas, is non habet iurisdictionem, nisi postquam literas receperit. *c. super eo, il* 2 *de appell.* Oldrad. *consil.* 183. *nu.*
37 7. *ver. cum in re etiam.* † Amplia, vt idem sit, quando Iudex ex forma statuti elegit arbitrum absentem; quia antequam habuerit notitiam, & acceptationem fecerit, nedum non habet iurisdictionem, sed alius potest eligi eius loco. Bald. *consil.* 144. *Factum sic*
38 *proponitur, lib.* 4. † Amplia; quia idem est in omni contractu, & donatione; quia si donatur absenti, etiam Notario stipulante, non acquiritur absenti dominium, donec ratificauerit. Decius late *consil.* 225. *num.* 8. *vsque in fin.* incipit; *Magister Ioannes*, vbi multa ponit exempla in constituto, donatione, & aliis; plenissime Roland. allegans infinitos *cons.* 19. *in princip. lib.* 1. licet ipse teneat contrarium. Bero. *consil.* 4. *per totum, lib.* 1. Castrens. *consil.* 195. *In secun-*
do dubio, lib. 2. vbi, quod stipulatio Notarii nihil operatur, nisi sequuta ratificatione donatarii; quia tunc vtilis sine cessione acqui-
* ritur, & hanc communem * dicit Purpur. *consil.* 396. *numer.* 56. *&*
sequen. maxime *num.* 58. & hanc etiam tenet Rota Romana in *no-*
uiss. parte 1. *decis.* 683. *num.* 3. *& sequen. ver. sed caue*, & vide infra *num.*
39 86. vbi procedit in omni contractu. † Extende; quia ante acceptationem factam, poterit donans reuocare donationem, etiam si Notarius sit stipulatus pro absente donatario. Castrens. *con-*
sil. 195. *Visis iis, in* 2. *dubio, lib.* 2. sequitur Dec. *consil.* 432. *Cum sit, in*
fin. Socin. Iun. *consil.* 126. *num.* 14. *& sequen. lib.* 2. Idem Dec. *con-*
sil. 226. *& consil.* 598. *Visis iis, in fin.* Gerard. Mazol. *consil.* 66. *in princ.*
* vbi, quod pro hac parte fuit iudicatum, prout etiam ita vidisse iudicari, dicit apostil. ad Dec. *consil.* 238. communem * dicit Alciat.

in *cap. cum contingat, numer.* 234. *de iureiuran.* quem citat cum multis aliis Roland. *consil.* 19. *numer.* 10. *lib.* 1. licet postea teneat contrarium. Vide plenius, *Donatio facta absenti quando possit reuocari,* ℣
vel non. Conclus. 640. Vide, *Notarius tamquam publica persona potest*
multa, & quæ non. Conclus. 99. † Contrarium, quod imo si Nota- 40
rius sit stipulatus pro donatario absente, donatio non possit reuocari; quia acquiritur absenti, ita quod ad hæredes transmittat, tenet Socin. Iun. *consil.* 118. *lib.* 3. vbi *numer.* 13. *& sequen.* dicit * o- *
mnes ita tenere, allegat Castrens. sibi contrarium in *l. qui Romæ.*
§. Flauius. ff. de verbor. obligat. Dec. quoque sibi contrarium *consil.*
238. *Primo non videtur. colum.* 3. *ver. non obstant allegata.* Corne. *con-*
sil. 50. *lib.* 1. *& consil.* 2. *Viso supradicto, vol.* 4. & plenius idem Socin. *
consil. 67. *num.* 8. *& sequen. & consil.* 127. *num.* 8. *lib.* 3. vbi dicit * communem, & hanc tenet Socin. Sen. *cons.* 136. *Multum eleganter. circa*
fin. ver. secundo, & vltimo. lib. 1. infinitos pro vtraque parte allegat Roland. à Vall. *consil.* 19. *per totum*, & hanc veriorem tuetur, *num.*
22. *lib.* 1. vbi reprobat Alciat. in *cap. cum contingat*, dum dicit contrariam * communem, & dicit non verum, & Crauett. *consil.* 19. *
num. 10. *ver. capio tertium.* Vide plurimos in *ver. Emens pro persona no-* ℣
minata, & nominanda. Concl. 132. *num.* 30. *ver. Extende etiam si prima, & Conclus. ibi proxima sequen.* † Declara, vt per Ruin. *cons.* 47. *num.* 2. 41
& sequen. maxime *num.* 4. *lib.* 5. quod per Notarium acquiritur absenti etiam ante ratificationem, sed reuocabiliter, post acceptationem irreuocabiliter, & quod est somnium dicere, quod non acquiratur, & repetit *consil.* 119. *num.* 8. *lib.* 1. vbi, quod absens poterit non velle acceptare; ideo acquiritur reuocabiliter. Declara; quia si constaret de mente, prima opinio, & extensio procederet, alias non. Ita Socin. Iun. *cons.* 67. *num.* 8. *lib.* 3. *cum seq.* vel alio modo, vt idem Socin. Iun. *consil.* 118. *Visis, num.* 13. *lib.* 2. *& sequen.* quia licet sit dubium, quando dono tibi, vt post mortem tuam Caio acquiratur, pro quo Caio nullus acceptauit; tamen quando Notarius pro eo acceptauit, non fit reuocatio, & *num.* 16. di-
cit * communem. † Declara; quia, vt acquiratur vtilis sine ces- 42 *
sione, sufficit, quod Notarius stipulatus fuerit vel acceptauerit pro absente, nec requiritur acceptatio, quoad vtilem actionem. Alexand. *consil.* 31. *num.* 16. *lib.* 6. vbi apostilla ponit concordantes plurimos, secus quoad dominium. Purpur. *dict. cons.* 396. *num.* *
56. *& sequen.* vbi *num.* 58. dicit * communem. Vide etiam plenius ℣
infra *num.* 72. *& multis sequen.* † Extende in tantum, vt etiam non 43
possit sequi ratificatio in præiudicium eius, cui medio tempore ius acquiritur. Dec. *cons.* 225. *num.* 14. plene Bologn. *consil.* 39. *nu-*
mer. 6. Corne. *consil.* 221. *num.* 10. *& seq. lib.* 3. Mazol. *cons.* 66. *num.*
10. *& seq.* late Tiraq. *de constit. in* 3. *parte. limit.* 30. *n.* 6. *& seq.* † Ex- 44
tende, vt procedat etiam stante statuto, quod absenti acquiratur sine cessione, vt est Bononia, super quo Bologn. in *consil.* 39. *in*
princ. per tot. quia intelligitur sequuta ratificatione absentis, & ita tenet Monterentius Glossator in *dict. statute, rubr. de concessio-*
ne contra Commune, in fine, in vltima glossa, vbi pro vtraque allegat & hanc tenet. † Contrarium in statuto Bononiæ tenuit Grat. *con-* 45
sil. 12. *lib.* 1. *num.* 27. & hanc tenuit Rota Bonon. vt citat gloss. id
d. statuto, de cessio. contra Commune, in vltima apostilla. † Extende idem, 46
si extent literæ Principis, quod absenti possit acquiri, & donari; quia debent intelligi, quod valeat talis donatio sequuta ratificatione. Ita Marius Anguissol. *cons.* 130. *num.* 19. *& sequen.* vbi clare hoc demonstrat. † Declarat apostilla ad statutum simile Floren- 47
tiæ, *rubr. qualiter alteri. cap.* 39. *lib.* 2. quod de iure communi sit verior opinio, quod ex stipulatione Notarii acquiratur ratificatio; secus si statutum hoc disponat, quod absenti quæri possit, vt aliquid operetur. † Declara; quia si dispositio est mere fauorabilis 48
absenti, non requiritur ratificatio; secus si ipse quoque absens obligaretur in aliquo. Socin. Iun. *consil.* 118. *num.* 12. *lib.* 2. Rubeus Alexandrin. *cons.* 117. *num.* 5. Cephal. *consil.* 33. *num.* 13. communem
* dicit Bursat. *cons.* 118. *Dum instrumenta, in princ. ver. non obstat mo-* *
do. † Et maxime, quando constat, quod sciuit absens. Roland. à 49
Vall. *cons.* 4. *num.* 27. *& seq. lib.* 2. Bursat. *d. consil.* 118. *num.* 10. *& seq.*
† Declara; quia si interuenit iuramentum absenti acquiritur sine 50
ratificatione. Rub. Alex. *cons.* 117. *num.* 9. Anchar. Regien. *q.* 38. *nu.*
6. *lib.* 1. & magis communem * dicit Bursat. *d. cons.* 118. *nu.* 5. & com- *
munem * etiam dicit Soc. Iun. *d. cons.* 118. *Visis, num.* 16. *lib.* 2. † Con- * 51
trarium, quod iuramentum nihil operetur circa hoc, late Bero. *cons.* 4. *lib.* 1. *num.* 34. *& multis seqq. per totum*, vbi etiam loquitur in Ecclesia, cui acquiritur, vt intelligatur sequta ratificatione, & iterum Bero. *cons.* 199. *num.* 4. *lib.* 3. † Declara; quia sunt multi casus 52
speciales, in quibus absenti acquiritur, prout in dote. Bart. *cons.*
123. *lib.* 1. etiam sine iuramento, & per quemcunque, vide plenius
infra *num.* 141. † Idem in diuisione. Bart. *d. cons.* 123. *lib* 1. *num.* 3. *ver.* 53
præterea ista diuisio. Ruin. *cons.* 40. *num.* 5. *& 6. lib.* 4. † Idem in con- 54

fessione, vel ratificatione, quæ fit ad declarandum animum, vel computandum. Cranett. *de antiquit. temp. part. 1. limit. 2. §. viso, de verbo, num. 45. & seq.* quia semper acquiritur absenti. † Idem in scriptura libri, quæ semper loquitur, communem * dicit Rip. in *l. admonendi. num. 118. ff. de iureiuran.* maxime in libro publico; quia videtur datum mandatum ab absente. † Idem in epistola. Alexan. *cons. 90. Circa primum dubium. lib. 4.* † Idem in mutuo *l. certi conditio. §. si nummos*, vbi Docto. *ff. si cert. pet.* Castrens. *cons. 195. Visis, num. 2. lib. 2.* vbi, quod in mutuo est casus specialis, & plenius infra *num. 135. & 136.* † Et quando requiratur cessio, vel acquiratur sine cessione. Vide, *Actio vtilis competit sine cessione, & quando secus. Conclus. 102.* Vide, *Cessio iurium debet fieri ex necessitate multis casibus. Conclus. 211.* Vide infra, *Acquirere alteri, quando, & per quos possit, vel non. Conclus. 440.* † Extende in adoptione, & arrogatione, quæ fieri non potest, nisi vtroque præsente, & loquente. *l. 2. & l. post mortem. §. si ff. de adoptio.* † Restringe in cessione iurium; quia ex stipulatione Notarii acquiritur absenti sine cessione, Roland. à Vall. *cons. 19. num. 18. lib. 1.* Alex. *cons. 31. num. 16. lib. 6.* vbi, quod acquiritur vtilis actio sine cessione, & ibi Apostil. in *ver. vtilis.* † Absenti non acquiritur, antequam acceptet; & ideo si quis offerat alicui dare, vel soluere absenti, antequam acceptauerit oblationem factam, licita est pœnitentia, & reuocatio. Ruin. *consil. 166. in princ. lib. 5.* Alexand. *cons. 131. In causa. num. 9. ver. quinimo. lib. 4.* † Extende; quia vbicunque ex causa voluntaria aliquid confertur in absentem, potest reuocari, antequam acceptet. Alexan. *d. cons 131. num. 10. lib. 4.* Dec. *cons. 226.* † Extende in electione; quia electi gentes absentem, antequam accepet, possunt reuocare electionem. Ruin. *d. cons. 166. in princ. lib 5.* † Extende in donatione facta absenti; quia potest reuocari, antequam acceptet. Ruin. *d. cons. 166. in princ. lib. 5.* Cephal. *cons. 33. in princ.* vbi, quod imo si moriatur donans ante ratificationem, non potest ratificatio fieri post obitum; quia res donata est hæredum, & dicit * communem, vide plenius supra *num 38. & sequen.* † Amplia in tantum non valere aliquam dispositionem ad fauorem absentis, pro quo nullus acceptauit, vt possit quandocunque ante acceptationem reuocari. Alex. *cons. 131. num. 9. ver. quinimo, lib. 4.* & adde extensionem supra *num. 20.* & plenius supra *numer. 38. & sequen.* vbi videas pro vtraque, & declarationes. † Extende in liberatione, & acceptatione; quia vbi pactum debet adesse, non acquiritur absenti. Fulgos. *consil. 134. colum. 2. numer. 2.* Bald. *cons. 251. Duo rei. num. 1. in fin. lib. 3.* Castrens. *cons. 459. num. 2. lib. 1.* vbi, quod non liberat absentem, in quem verba diriguntur, maxime ante acceptationem. † Amplia; quia si quis hæres instituatur, non acquiritur sibi ignoranti ipso iure, sed sub conditione, si voluerit: Ideo si moritur, antequam acceptauerit, non transmittit ad suos hæredes. Bart. *cons. 12. Si quis instituitur, in princ. lib. 1.* † Extende, vt idem sit in fideicommisso debito, ex clausula codicillari, rupto testamento per hæredes ab intestato; quia si ignorauit, & non acceptauit viuens, non acquiritur sibi, neque transmittit. Bartol. *consil 12. num. 2. & sequen. ver. modo pone*, vbi Apostil. in *ver. ignoranti. lib. 1.* † Restringe in legato; quia acquiritur ignoranti, & transmittit ad hæredes, licet moriatur, antequam agnouerit. Bart. *d. cons. 12. num. 2. ver. sed in legato, lib. 1.* † Amplia, vt procedat, etiamsi adsit præsens procurator eius, cui fit oblatio, & acceptet; quia nisi habeat mandatum speciale, vel sufficiens ad hoc, illa acceptatio non facit, quod ius acquiratur. Ruin. *dict. cons. 166. num. 2. lib. 5.* † Amplia; quia absenti etiam per stipulationem non acquiritur; ideo si quis stipulatur tertio, vt quia fit obligatio, puta, mihi de dando, vel soluendo Titio, ipsi Titio non acquiritur, sed mihi, quanti mea interest. *l. stipulatio ista. §. si stipuletur*, vbi glossi. Bart. & scribentes. *ff. de verb. obligat. & in l. 1. ff. de pact.* † Amplia, etiam si interueniat stipulatio Notarii; nam non acquiritur absenti, donec ratum habeat, & sic irreuocabiliter quoad absentem. Ruin. *d. cons. 119. num. 8. lib 1.* Vide supra, *Amplia numer. 38. & seq.* vbi plenius. † Contrarium, quod imo per filium, seruum, Tutorem, Curatorem, Procuratorem, & Notarium acquiratur absenti, tenet Roland. à Vall. *cons. 19. num. 16. & per tot. lib. 1.* vbi infinitos allegat, quod non requiratur ratificatio absentis. Castrens. *cons. 195. num. 2. lib. 2.* vbi, quod si Notarius esset in potestate donatarii; acquireret sine ratificatione. † Declarat pluribus modis Roland. *d. consil. 19. num. 26. lib. 1.* quod non requiritur ratificatio absentis in iis, quæ actiue acquiruntur; secus si actiue, & passiue. Item non requiritur ratificatio, quoad acquisitionem simplicem; sed bene quoad acquisitionem irreuocabilem. † Ratificatio autem inducitur eo ipso, quod actus est vtilis, & absens sciat. Roland. *d. consil. 19. num. 34. & seq.* † Item inducitur non minus facto, quam verbo. *l. reprehendenda. C. de instit. & substit.* Roman. *consil. 291. num. 3. vers. certum est*, vbi Apostilla in *verb. intelligi.* & ideo si agit, ratificat. † Imo, quando Notarius fuit stipulatus pro absente, nedum acquiritur actio personalis absenti, sed etiam dominium, mediante constituto, etiam si conferatur in absentem, & ignorantem. Guido Pap. *decis. 49.* ita vt donans non possit pœnitere, etiam ante ratificationem. Corne. *consil. 2. lib. 4.* quicquid dixerit Dec. in multis consiliis contra communem. Vide plenius in *ver. Donatio facta absenti. Conclus. 640.* † Et quod in donatione acquiratur dominium etiam absenti, sequuta traditione vera, vel ficta, est text. *Instit. de donat. §. 1. & 2.* Paris. *consil. 90. colum. penult. lib. 3.* † Amplia; quia creditor regulariter non potest agere contra cessionarium, qui suscepit onus soluendi creditoribus cedentis. *l. 2. C. de hæred. vel actio. vend. l. post venditionem. C. de pact.* Socin. *consil. 236. num. 1. lib. 2.* Tiraquel. *de retract. §. 1. gloss. 14. num. 116.* † Restringe forte Florentiæ propter statutum, sub *rubr. 39. Qualiter alteri per alterum acquiratur*, maxime, quando Notarius in instrumento esset stipulatus pro omnibus, quorum interest. † Restringe, quando cedens non esset soluendo. Anch. *consil. 5.* qui a tunc recta via potest agitari contra fideiussores, & maxime stante statuto Florentiæ. *rubr. 59. de reiect. excus. bonorum.* † Amplia; quia quamuis debitor promittat soluere absenti de voluntate sui creditoris, & mandato; tamen si tempore promissionis nullus stipulatur pro absente, actio absenti non acquiritur, nec poterit agi contra eundem gloss. final. in *§. sed & si quis. Instit. de inutil. stipulat.* & est text. in *§. si quis alii*, vbi gloss. declarat, & in *§. alteri.* vbi ratio redditur. *Instit. eodem titul. & in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbor. obligat.* vbi Iaf. declarat. † Amplia; quia absenti non acquiritur ex cessione, etiam manu cedentis subscripta, quando is, cui cessio est facta, erat absens tempore confectæ scripturæ. Roman. *consil. 86. numer. 11. ver. sexto, & in vers. vltimo hoc sequitur*, vbi, quod ista est communis * opinio, à qua qui recedit, non est sani capitis, & ibi Apostill. in *ver. communis opinio*, quæ citat plurimos. † Extende maxime, quando cessio fit interueniente pretio; quia venditioni assimilatur, & comparatur, venditio autem non potest fieri absenti. Roman. *consil. 86. numer. 12.* vbi Apostil. in *ver. similis*, quæ dat plures concordan. † Restringe in cessione actionum resultante in consequentiam restitutionis hæreditatis, quia speciale est, vt ea fieri possit absenti. Ergo in contrarium est ius commune. Roman. *dict. consil. 86. num. 12. ver. tertio quia.* † Amplia generaliter in omni contractu, in quo ambarum partium consensus requiritur, quia ex eo absenti non acquiritur. Roman. *dict. consil. 86. num. 11. ver. in omni etenim*, & plenius supra *num. 38. & sequen.* Vide, *Contractus non potest celebrari inter absentes, & quando secus. Conclus. 979.* † Amplia, quia actio non remittitur, etiam per pactum, vel acceptilationem, aut repudiationem factam præsenti, nisi ope exceptionis, quod ciuilem, licet naturalis remittatur. Ideo non potest tertius excipere de iure tertii non exclusiuo, ipso iure. Castrens. *dict. consil. 393. in fin. ver. præterea, lib. 1.* † Limita, quia licet absenti, & alteri per alterum non acquiratur actio sine cessione, tamen acquiritur exceptio. Castrens. *consil. 342. In causa Fratalex. numer. 2. ver. secundo respondetur, lib. 2.* Alexand. *consil. 40. Circa primum, num. 6. ver. tertio præsuppono, & num. 8. ver. quinto præsuppono, lib. 5.* vbi quod est exceptio litis finitæ, quæ impedit litis ingressum, & *consil. 177. Visis, & lectis, ver. præterea, lib. 7.* Et quando requiratur cessio eius, qui pro absente acquirit, vel non. Vide, *Acquirere quis alteri, quando & per quos possit. Conclus. 440.* † Limita, vt non procedat, quando fit delegatio creditori per debitorem, quia postquam delegatus, & is, cui facta est delegatio, consenserunt, facta est liberatio inter delegantem, & eum, cui facta est delegatio, ideo reuocari non potest. Dynus *dict. consil. 17. per totum, in fine*, vbi est casus. † Limita, quia in obligatione personali, acquiritur per Procuratorem, & negociorum gestorem in personam suam, quæ postea debet cedi Domino. Ita Castrens. *dict. consil. 332. colum. fin. vers. solum restat. lib. 1.* † Extende, quia cessa actione personalis obligationis principali, dicitur cessa etiam actio fideiussoria ad illam obligationem, licet nulla sit facta mentio, & acquiritur etiam principali ignoranti. Castrens. *dict. consil. 332. colum. fin. ver. sed obligatio personalis, lib. 1.* † Extende, quia imo principali fuit quæsita actio, cedenda, eo ipso, quod fuit in personam negociorum gestoris quæsita, antequam sciuerit, vel ratificauerit, quod probatur, quia potuisset liberari ante ratificationem, ergo, &c. Ita Castrens. *dict. consil. 332. circa finem, ver. secundo ad idem. lib. 1.* † Limita, quia multis modis acquiritur absenti, quandoque propter identitatem personarum, quandoque propter necessitatem officii, quandoque propter authoritatem personæ, quandoque propter prætoriam solemnitatem, quandoque propter rei connexitatem, quandoque propter personarum præsentiam, vel bonitatem

mitatem, quandoque propter deficientis actus vtilitatem, quandoque propter affectionem rei, vel æquitatem, quandoque propter possessionem, & proprietatem hoc contingit, vt late per
94 Ægid. *consil.* 17. *num.* 9. † Limita, quia licet sit regula, quod non acquiritur actio stipulatione, vel pacto, alteri, vel absenti; tamen illud procedit, quando verba exequutiua non diriguntur in personam præsentis, & stipulantis, sed alterius, vt si Titius stipuletur, *promittis Caio, quod ipsi solues, vel dabis*, quia non valet, secus, si verba concipiuntur in præsentem, *promittis mihi dare decem pro Caio, vel mihi nomine Caii*, quia valet, & est communis
** opinio. Alexand. *consil.* 40. *Circa primum, numer.* 7. *ver. quarto*
95 *præsuppono, lib.* 5. † Limita, quia acquiritur absenti irreuocabiliter, si Notarius est stipulatus pro absente, etiam antequam absens ratificet; Ita vt si moriatur, transmittat ad suos hæredes. Corn. *consil.* 50. *lib.* 1. *& consil.* 2. *lib.* 4. Decian. *consil.* 238. *Primo videtur, num.* 5. *ver. non obstant allegata.* Socin. Iun. *consil.* 118. *num.* 11. *& sequen. lib.* 2. & plenius *consil.* 67. *num.* 8. *& consil.* 127. *num.* 8. *lib.* 3.
*96 vbi de * communi. † Et quod Notarius possit stipulari pro absente nominatim, & etiam pro absente incerto, & sic pro omnibus, quorum interest. Bartol. & alii in *l. stipulatio ista. § si stipuletur.*
*97 *ff. de verbor. obligation.* vbi Alexand. dicit *communem. † Imo etiam potest stipulari pro non existentibus in rerum natura incertis, & sic pro descendentibus nascituris. Guido Pap. *decis.* 267. *& decis.* 457. *& consil.* 12. *& consil.* 60. Ias. *dict. §. si stipuletur, numer.* 13.
98 † Et quod plus est, non requiritur cessio absenti; quia sine cessione acquiritur ex stipulatu. Ias. *dict. leg. stipulatio ista. §. si stipulet.*
99 *numer.* 15. Corne. *consil.* 50. *lib.* 1. † Imo si dominium est acquisitum primo acquirenti, transit etiam ad alios de gradu in gradum, absque alia traditione. Decius *consil.* 239. *num.* 6. *& in l. traditionibus, numer.* 14. *C. de pact.* Vide infra *numer.* 157. *& sequen.* ma-
100 xime *numer.* 159. † Limita; quia si reperitur scriptura, in qua Titius iurat se restituturum duas domos filiabus Seii, si Seius illum instituat hæredem, & reperiatur testamentum, in quo Seius simpliciter instituit Titium hæredem, datur actio filiabus Seii, vt recuperent duas domos cum fructibus à die motæ litis, non attento, quod dicatur pactum nudum, & absenti non acquiratur actio per alterum; quia institutio hæredis facta censetur in exequutione apochæ prædictæ. Ita Ægid. *consil.* 8. *per tot.* vbi plura hinc inde adducit, & tandem dicit hanc veram, & quod ita fuit
101 iudicatum. † Limita; quia absenti acquiritur ex iuramento in omni contractu. Ægid. Bellamera *consil.* 17. *numer.* 9. plene Alexand. *consil.* 207. *lib.* 7. *in princip.* & maxime, quando stipulatio facta fuit nomine absentis, cum iuramento, Alexand. *consil.* 208.
eod. lib. 7. Vide, *Stipulari alteri per alterum quando possit, vel non. Con-*
102 *clus.* 704. *num.* 13. *& sequen.* † Limita, quando fit scriptura, quæ semper loquitur; quia loco Nuncii est, vel Epistolæ. Item, quando est adeo effecta res notoria, & geminata, quod est publica apud omnes; quia Populus loco Nuncii est. Castrens. *consil.* 115. *numer.* 6. *lib.* 1. *& consil.* 434. *Visis, colum.* 3. *in fin. ver. iis visis, lib.* 1. vbi, quod propria scriptura, quæ semper constat in libro nummula-
103 rii, probat pro absente. † Extende, vt procedat, tam in scriptura in libro nummularii eius manu propria; quam etiam manu tertii de illius commissione scripta; quia ex quo constat, & apparet, probat pro absente, & absenti acquiritur depositum pro eo confessatum in libris campsoris. Castrens. *dict. consil.* 434. *col.* 3. *in*
104 *fine. ver. iis visis, lib.* 1. † Limita; quia confessio pluries repetita, & toties, quod transeat in notorium, seu publicam vocem, & famam, nocet; quia sicut, si adest Nuncius portans absenti, præiudicat; ita etiam, si adest fama, quasi fama portet absenti, & sit loco Nuncii, obest. Castrens. *dict. consil.* 115. *prope finem, num.* 6. *lib.* 1.
105 † Limita, quia ex statuto semper acquiritur condictio ex statuto, si fiat, quod statutum mandat, siue dirigat verba ad partes, si-
106 ue non. Alexand. *d. consil.* 207. *in princip. &* 208. *lib.* 7. † Extende idem ex consuetudine generali; quia statim acquiritur absenti, & ignoranti, prout in legato; & ideo dos, quæ soluto matrimonio de iure communi restitui debet Patri, & ex consuetudine generali filiis, dicitur ex titulo particulari; quia consuetudo aufert ab auo, & tradit filiis. Castrens. *consil.* 129. *Statuta Pisana. num.* 4. *lib.* 1. & quod titulo particulari, non iure successionis capiant filii. Bar-
107 tol. *consil.* 190. *Gisbertus, circa fin. lib.* 1. † Limita, quia de iure Canonico non curatur præsentia, sed acquiritur absenti, dummodo donatio facta absenti probari possit. Ægid. Bellam. *consil.* 8.
108 *numer.* 4. *ver. in contrarium.* † Extende in collatione facta absenti de beneficio; quia valet, dummodo acceptetur intra tempus præfixum. *cap. si tibi absenti, de præben. lib.* 6. Ægid. *dict. consil.* 8. *num.* 4.
Vide plenius Conclusione proxima sequent. † Limita; quia a-
109 ctio semper acquiritur absenti, ex pacto oppositio per dominum

in traditione rei suæ, quæ remanet sua. Castrens. *consil.* 434. *Visis omnibus, col final. ver. & primo, lib.* 1. † Limita; quia excepta stipu- 110
latione, regulariter in aliis contractibus non requiritur præsentia, sed sufficit consensus, vel rei traditio. Castrens. *dict. consil.* 434. *col. final. versic. secundo, lib.* 1. † Limita in donatione causa mortis; 111
quia potest fieri absenti. Cyn. in *l. 1. in secunda quæstione. C. de donatio. causa mortis.* Ægid. *consil.* 8. *numer.* 4. † Extende in donatione 112
facta pauperibus; quia valet, licet donatarii sint absentes, sed isti duo sunt casus speciales, vt dicit Ægidius *dict. consil.* 8. *num.* 4. & dicit se declarasse in *capit.* 1. *de pact. quæstio.* 4. † Limita; quia li- 113
cet in donatione expressa inter viuos requiratur præsentia, vel Nuncius, vel Epistola, alias non valet: tamen secus est in donatione tacita, quia acquiritur absenti. Alexand. *consil.* 99. *super* 1. *nu-*
mer. 3. *ver. confirmo, libr.* 7. † Extende, vt idem sit in pacto, quia 114
non valet, & ex eo non acquiritur, nisi inter præsentes, vel nisi adsit Nuncius, vel Epistola, & secus est in pacto tacito, quia acquiritur absenti. Alexand. *dict. consil.* 99. *numer.* 3. *lib.* 7. † Exten- 115
de in omni dispositione tacita, quia acquiritur absenti. Alexand. *dict. consil.* 99. *num.* 3. *lib.* 7. † Limita, quia absenti acquiritur ex 116
legato, & ex institutione. Ægid. Bellam. *consil.* 17. *num.* 7. plenius Castrens. *cons.* 171. *In casu præsenti, in princ. lib.* 2. infra *num.* 133. Declarat Negus. *de pignor. in* 3. *membro* 2. *partis, num.* 3. vt in legato particulari transeat actio realis sine cessione, secus in actione personali, vel in fideicommisso. † Extende, quia filii, qui mortua matre 117
retinent dotem, quæ de iure communi debetur patri, dicuntur habere ab auo titulo singulari consuetudinis. Bartol. *consil.* 190. *in fin. lib.* 1. ideo acquiritur prout legatum absenti, & ignoranti. Castrens. *consil.* 129. *numer.* 4. *lib.* 1. † Limita, quia seruitus acquiri- 118
tur prædio futuro. Ægid. *dict. consil.* 17. *numer.* 4. † Limita, quia 119
pauperibus absentibus, & ignorantibus acquiritur ex lege, & priuilegio, & sine acceptatione; quia non propter eos tantum, sed propter Deum censetur datum, & impensum esse. Castrens. *con-*
sil. 315. *Super eo, quod quæritur, colum.* 3. *in princip. ver. at in casu nostro,*
num. 4. *lib.* 1. † Limita, quia pater & mater possunt pro filio ab- 120
sente acquirere. Ægid. Bellam. *consil.* 17. *num.* 9. † Limita, quia ab- 121
senti acquiritur, etiam si persona publica non acceptauerit pro absente, & actus non potest reuocari fauore piæ causæ celebratus: ideo depositum factum pro vsuris restituendis non potest reuocari. Bald. *consil.* 83. *Inprimis videndum est, in princip. lib* 1. † Limita 122
in deposito, quia actio depositi acquiritur absenti ex pacto inter deponentem & depositarium, *l. Publia. ff. depos.* Bald. *consil.* 83. *in*
princip. lib. 1. † Limita, quia per constitutum acquiritur absenti, 123
quia non attenditur ius ciuile, sed ius gentium. *l.* 1. *in princip. ff. de*
constit. pecun. Ideo si quis scribat suo debitori, vt soluat absenti, & debitor subscribat, acquiritur absenti per talem obligationem a-
ctio de constituta pecunia: plene *decis.* 45. *Ianuen. per tot.* † Limita, 124
nisi concessio fiat per priuilegium, quia acquiritur absenti, etiam in iis, quæ sapiunt contractum, prout si concedatur ciuilitas alicui, quæ potest concedi absenti, & sufficit, quod ratificet. Bald.
consil. 349. *Statuto Placentiæ. numer.* 3. *ver. venio ad secundum, libr.* 1.
† Extende plenius, vt per Rotam *decisio.* 14. *lib.* 2. *in nouissimis*, vbi, 125
quod acquiritur priuilegium absenti, etiam ignoranti, vel saltem scienti, & declarat ibi pluribus modis. † Extende, quia per inue- 126
stituram acquiritur absenti feudum à die ratificationis, & acceptationis absentis. Alexand. *consil.* 92. *Perspectis, num.* 9. *ver. circa se-*
cundum, lib. 6. † Limita speciale esse in donatione facta sub mo- 127
do implendo ad fauorem tertii absentis, quia absenti quæritur actio vtilis. *l. quoties. C. de donat. quæ sub modo.* Bald. *consil.* 238. *Ad evi-*
dentiam præmittendum, lib. 3. † Extende, quia si donatur Titio, & 128
post eius mortem Seio, mortuo Titio, acquiritur Seio actio ad donata. *l. quoties. cum ibi not. C. de donat. quæ sub modo*, qui text. procedit etiam, quoad realem actionem. Dec. *consil.* 239. *d.* 1. *C. de donat.*
gloss. *in l.* 1. *C. de donatio. caus. mort.* quæ illum text. extendit ad donationem inter viuos, & quam sequuntur * communiter Docto. *
in *l. quoties. C. de donat. quæ sub modo.* † Dubitat de hac extensione 129
Socin. Iun. *consil.* 118. *Visis, num.* 13. *lib.* 2. † Extende, quia nedum 130
competit actio vtilis, sed etiam directa, quia directe fuit donatum etiam Seio post mortem Titii, Notario stipulante, quamuis ex sola stipulatione Notarii quæratur actio vtilis absenti, etiam sine cessione de iure communi, ad not. in *l.* 1. *& 2. ff. rem pupilli sal-*
uam fore. Ruin. in *l.* 1. *§. sublata. ff. ad Trebellian. & consil.* 119. *Primo per*
ordinem. colum. 4. *lib.* 1. *ver. secundo principaliter.* Dec. *consil.* 226. *Magi-*
ster Ioannes. Ias. in *l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig.* † Declara, 131
quia *l. quoties. C. de donat. quæ sub modo*, ponit casum specialem in actione danda ex pacto donantis, in donatione appositio, contra donatarium illi, in quem effectus donationis conferebatur certo casu, & non in casu dandæ actionis donatario contra tertium

132 possessorem. Ægid. Bellam. *consil.* 39. *numer.* 2. *ver. nec obstat.* † Extende; quia acquiritur descendentibus etiam non natis, etiam si nullus stipuletur, vel acceperet pro eis. Bald. in *l.* 3. *in vltim. quæstio.*
133 *C. de vsucap. pro donat.* † Limita in legato, vel collato ex testamento; quia absenti potest legari. Bald. *dict. consil.* 238. *lib.* 3. & supra *nu-*
134 *mer.* 116. † Limita, quia electo ad magistratum publicum etiam absenti, & ignoranti, imo inuito, acquiritur ius, licet non acquiratur administratio, vel exercitium, quando electio non expectat
135 confirmationem. Abb. *consil.* 47. *num.* 3. *lib.* 1. † Limita in mutuo; quia acquiritur absenti, etiam ante ratificationem. Gabriel. *consil.* 62. *num.* 6. *lib.* 1. & est speciale in mutuo, vt acquiratur absenti non sequuta ratificatione. Castrens. *consil.* 195. *num.* 2. *lib.* 2. & supra
136 *num.* 57. † Et quod sit speciale in mutuo; quia ex numeratione facta nomine absentis acquiritur absenti actio personalis, & hypothecaria. Castrens. *consil.* 345. *Viso puncto, colum. fin. ver. nam est specia-*
137 *le, lib.* 2. † Limita; quia acquiritur absenti, quando trado rem meam, vel in qua ius habeo, cum pacto, quod alteri tertio tradatur; quia tertio absenti acquiritur. Ægid. Bellam. *consil.* 17. *num.* 8.
138 *ver. nam quando ego trado.* † Limita in electione facta de absente ad beneficium; quia ipsi quæritur ius, nec potest reuocari. Bald. *consil.*
139 144. *in fin. lib.* 4. per text. in *cap publicato, de elect.* † Limita ex pacto in rei traditione; quia acquiritur absenti. Ægid. *dict. consil.* 17. *num.* 8. *in fin. ver. item ex pacto.* vbi, quod etiam ex æquitate datur actio
140 absenti, licet pactum non sit super traditione rei. † Extende; quia sine liciter ex pacto acquiritur absenti. Roman. *consil.* 89. *colum.*
141 *fin. ver. & consequenter.* † Limita fauore dotis; quia acquiritur mulieri absenti, ex verbis etiam enuntiatiuis. Bartol. *consil.* 123. *Factum sic se habet, lib.* 1. sequitur Dec. *consil.* 35. *in princip. num.* 4. *& sequent.* qui allegat alios concordant. & quod sit speciale in dote, quod mulieri absenti acquiratur, est text. in *l.* 1. §. *accedit. C. de rei vxor. actio. l. fin. C. de iur. dot.* Castrens. *consil.* 92. *Quod præfata sententia arbitralis, vers. breuiter ego reperio, lib.* 2. plene Roman. *singul.* 540. *verba enunciatiua*, vbi Apostil. dat concordan. Alexand. *consil.* 4. *num.* 8. *ver. quod istud sit verum, lib.* 2. Socin. *consil.* 158. *Pro cuius difficultatis, lib.* 2. & quod acquiratur absenti hoc casu, plenissime Alexand.
☞ *consil.* 99. *Super primo. in princip. lib.* 7. Vide, *Verba enunciatiua quæ dicantur, & non probant, & quando secus. Concluſ.* 81. *numer.* 335. *&* se-
142 *quen.* † Extende, vt procedat etiam in laudo lato inter fratres diuisorio; quia si vni bona sunt plura obuenta, & adiudicata, vt teneatur dotare filiam fratris, poterit filia agere ex tali laudo, licet fuerit absens. Bartol. *dict. consil.* 12. *lib.* 1. Roman. *dict. singul.* 590. &
☞ facit text. in *l.* 2. *C. de dot promiss.* Vide, *Dos habet multa priuilegia spe-*
143 *cialia. Concluſ.* 742. *num.* 27. *& sequen. & n.* 51. † Imo, si bona alienarentur, poterit filia, cui bona ex laudo inter fratres lato fuerunt adiudicata, recuperare; quia ipsi absenti acquiritur, quando laudum est latum, præcedente valido compromisso, vel est ratificatum, etiam si Notarius non sit stipulatus pro muliere. Ias. in *l. ex iis C. de milit. testam. n. colum.* 1. *versic. secundo singulariter fallit.* & ideo obtinebit contra emptorem, etiam non probato, quod essent in bonis fratrum tempore laudi diuisorii; quia diuisio hoc supponit. *l.* 1. *ff. famil. herciscund.* Socin. *consil.* 46. *In causa magnifici, in prin-*
144 *cip. lib.* 3. † Extende; quia priuilegium, quod absenti acquiratur in causa dotis, habet locum, nedum in muliere, sed etiam in filiis, & hæredibus mulieris. *l. assiduis. §. exceptis. C. qui potior. in pignor. habeant.* Socin. *consil.* 158. *Pro cuius difficultatis. ver. quod quidem priuilegium.*
145 *lib* 2. † Extende, vt procedat idem, si quilibet extraneus dedit dotem viro, quia acquiritur vxori absenti, quicunque sit ille, qui dat dotem, etiam si sit extraneus. Bartol. *dict. consil.* 123. *lib.* 1. *Factum sic se habet*, quod ampliat Alexand. *dict. consil.* 4. *Videtur, colum.* 4. *ver. primo enim dico, num.* 20. *lib.* 2. vt procedat, etiam si non constet de
146 traditione dotis. † Restringe in deposito; quia si quis deponat penes aliquem pecunias, quæ debeant seruire pro dote mulieris absentis, si deponens recuperat suum depositum, non potest molestari depositarius; quia absenti mulieri non acquiritur. Vide, &
☞ declara in *ver. depositum factum pro absente. Concluſ.* 213. *num.* 7. *&* 8.
147 † Limita in conductione, & emphyteusi; quia etiam pro absentibus potest fieri stipulatio, & acquisitio. Dec. *consil.* 58. Corne. *consil.* 37. *Circa primum, lib.* 3. Guido Pap. *decis.* 267. *& decis.* 457. *& decis.* 505. *& singul.* 23. *ver. pactum factum. & consil.* 12. *& consil.* 60. vbi
148 in feudo, & omnibus contractibus. † Et emphyteusis concessa absentibus vnicuique ratificanti acquisita dicitur pro virili. Bald. *consil.* 251. *Considerandum est, in princip. lib.* 2. Dec. *consil.* 361. *in princip.*
☞ *& consil.* 326. Vide, *Emphyteusis, quando competat per ius accrescendi, vel*
149 *non. Concluſ.* 176. † Extende, quia per stipulationem factam per Patrem acquirentem emphyteusim pro se, & filiis, & descendentibus, dicitur acquisitum vtile ius, & vtilis actio ex contractu Patris, vel alterius ascendentis. *l. quocunque.* §. 2. vbi Bartol. *ff. de verb. obligat. & in l. quod dicitur. ff. eod. tit.* Ias. in *l.* 2. *num.* 211. *C. de iur. emphyt.* † Et competit descendentibus rei vendicatio. *l.* 1. *in princip. ff* 150
si ager vectigal. per quem text. ita tenet Speculator in *titul. de locat. §. nunc aliqua. ver.* 45. † Declara, prædicta procedere, quando pri- 151
mo acquirenti fuit facta traditio, sine qua non potest quæri vtile dominium, neque vtilis actio in rem, *l. traditionibus, C. de pact.* ita Corne. *consil.* 237. *In hac consultatione, ver. iis tamen non obstantibus, lib.* 1. *& consil.* 133. 137. *In præsenti. num.* 24. *ver tamen semper, lib.* 2.
† Contra declarationem idem Corne. *consil.* 37. *Circa primum, nu-* 152
mer. 17. *lib.* 3. † Declara; quia necessaria est traditio vera, vel ficta, 153
vel quod aliquid interuenerit, quod sit, vel esse possit loco traditionis. Vide in *ver. Dominium rerum qualiter transferatur. Concluſ.* 601. *num.* 3. *& num.* 33. *cum sequen.* † Probatur autem traditio præ- 154
sumptiua ex eo, quod primus acquirens soluit Canonem vniformem. Angel. in *l. quædam mulier. ff. de rei vendic.* † Et non re- 155
quiritur mandatum ipsorum descendentium, neque ratificatio, ex quo agitur de vtilitate eorum. Bartol. in *l. quo enim. ff. rem rat am haberi.* Dec. in *l. traditionibus. C. de pact. num.* 15. † Et dato, quod re- 156
quiratur, satis dicitur ratificare, si petunt emphyteusim, vel agunt ex contractu acquisitionis factæ nomine suo. Bald. *consil.* 14. *Punctus, lib.* 4. Dec. *consil.* 486. *circa fin.* † Extende; quia per Pa- 157
trem, & Notarium acquiritur descendentibus, tam natis, quam nascituris, & in rerum natura non existentibus sine cessione. Ias. in *l. stipulatio ista. §. si stipulet. num.* 15. *ff. de verbor. oblig.* Corne. *consil.* 50. *lib.* 1. *l. si quis operas ff. de oper. liber.* Bartol. in *l. quod dicitur*, vbi Alber. Angel. & alii, *ff. de verbor. oblig.* Guido Pap. *decis.* 267. † Et ta- 158
lis stipulatio intelligitur ordine successiuo vni post alium, vt viuente primo ius sit in suspenso quoad alios. Boer. *decis.* 172. *numer.* 6. † Et primo decedente transfertur in sequentem, sine noua 159
traditione; quia sufficit traditio facta primo, vt transeat ad alios sequentes, eueniente conditione. Dec. *consil.* 239. *num.* 6. *& consil.* 468. *numer.* 28. *& consil.* 498. *numer.* 19. *& in l. traditionibus, numer.* 14. *& sequen. C. de pact.* & supra *numer.* 99. † Limita in confessio- 160
ne, & pacto liberatorio, quia acquiritur absenti, interueniente stipulatione Notarii. Fulgos. *cons.* 190. *in princip.* † Contrarium, 161
quod etiam dispositio liberatoria non prosit absenti, quando aliquis pro eo non acceptauit, tradit Alexand. *cons.* 131. *In causa, num.* 8. *lib.* 4. vbi Apostill. in *ver. liberatoria*, dicit communem,* & * 162
dat concordan. † Declara, quia si liberatio fieret per modum confessionis, quia fuit satisfactus, valet pro absente; secus si per viam pacti, & conuentionis, Alexand. *dict. cons.* 131. *num.* 8. *in fin. & sequen lib.* 4. vbi ponit plura similia de remissione iniuriæ, de pace, & similibus, quæ non valent pro absente, si aliquis pro eo non acceptauit, & dicit magis communem. † Extende in renuncia- * 163
tione, quando quis absens renunciat iuri suo pro re, quæ est penes tertium absentem; quia abdicat ius à se, & in alium transfert, Castillio. *cons.* 10. *num* 35. *ver. potest quis.* † Limita fauore piæ cau- 164
sæ, quia piæ causæ acquiritur. Declara, vt plene in *ver. Depositum. Concluſ.* 213. *ver. contrarium, num.* 7. *&* 8. † Limita, quia filio non- 165
dum nato, & nascituro acquiritur, Guido Pap. *consil.* 54. *in fin. numer.* 6. † Limita in feudalibus, quia frater acquirit fratri absenti, 166
Alex. *consil.* 92. *Per spectis num.* 9. *ver. circa secundum. cum sequen. lib.* 6. vbi si non acquireretur, accresceret ipsi acquirenti fratri totum.
† Limita in alluuione, quia acquiritur dominium & possessio 167
absenti, & ignoranti ministerio legis, Cassad. *decis. vnica, titul. de ver. diuisio.* quæ est post decisio. super regul. in fin. † Limita in con- 168
fessione facta, quæ non reuocatur ex interuallo, nisi docto de errore, etiam si sit facta absenti, quia illa inducit probationem, non autem acquirit absenti, Ruin. *dict. consil.* 166. *in princip. libr.* 5. † Extende in iis, in quibus potest acquiri absenti, quia non 169
potest fieri reuocatio. Ruin. *dict. consil.* 166. *in princip. lib.* 5. † Idem 170
in mutuo dicit speciale Dec. *consil.* 225. quod alteri per alterum acquiritur actio. Vide plene de hac materia, quando possit acquiri absenti, vel non, & si acquiritur, quando sit necessaria cessio actionis, vel non, *ver. acquirere alteri, quando, & per quos possit. Concluſ.* 440. Vide, *in ver. Cessio iurium debet fieri ex necessitate, Concluſ.* 211. Vide in *ver. Stipulari alteri per alterum quando possit, Concl.* 704. Vide plene per Ant. Gabriel. *lib.* 3. *tit. de verb. oblig. Concl.* 1. *stipulari alteri nemo potest.*

Absenti, & ignoranti potest beneficium Ecclesiasticum conferri, Concl. 39.

BENEFICIVM † Ecclesiasticum potest conferri absenti, & 1
ignoranti, *cap. si tibi absenti. de præben. in* 6. quod declarat Calderin. *consil.* 222. *in fin. ver. mihi enim*, alias 1. *de præbend.* procedere, quando alius etiam sine mandato meo, recipit nomine meo.

Bald.

Bald. *consil.* 349. *Statuto Placentiæ, num. 3. ver. venio ad secundum lib. 1.* & quod requiratur Nuncius, vel epistola, videtur velle Anchran. *consil.* 398. *Dominus R. in princ.* Cardin. Zabarell. *consil.* 33. *num.* 2.
2 *ver. item, & alia.* † Et requiritur consensus absentis, vt acceptet, antequam sibi acquiratur ius in beneficio. Ancharan. *dict. consil.*
3 398. *in princip.* † Et idem in quocunque priuilegio, vel beneficio Principis; quia licet possit concedi etiam cum decreto irritanti absenti; tamen antequam sciat absens, non habet vires, neque effectum, Roman. *dict. consil.* 330. *colum. penult. num.* 19 vbi plura alle-
4 gat. † Amplia, vt nedum procedat in beneficio Ecclesiastico, sed etiam in omni alio beneficio, veluti in priuilegio ciuilitatis; in legitimatione facta per oblationem curiæ; quia quæ per priuilegium conceduntur, absenti & ignoranti concedi possunt, & sufficit, quod postea ratificet, Bald. *dict. consil.* 349. *Statuta Placentiæ numer.* 3. *ver. venio ad secundum, lib.* 1. Cardin. Zabarell. *consil* 35. *num.* 2.
5 † Extende idem in donatione, in familiaritate; & similibus, Ancharan. *dict. consil.* 398. *in princip.* Cardin. Zabarell. *consil.* 35. *num.* 2.
6 † Extende; quia potest excommunicatus, vel suspensus absens absolui; quia absolutio potest sibi concedi, licet sit absens; & idem in absolutione à iuramento ad effectum agendi, prout ad effectum dicendi veritatem; quia est priuilegium absolutio, Cardin. Zabarel. *consil.* 35. *Ad dubia, num.* 2. vbi ponit multa exempla.
7 † Amplia; quia absenti acquiritur beneficium collatum ab ordinario, vt non possit alteri conferre, donec ipse repudiauerit,
8 *dict. cap. si tibi a senti, de præben. in* 6. † Rationem assignat Berous *consil.* 4. *num* 44. *lib.* 1. quia Episcopus confert ex necessitate, non
9 mirum igitur, si non potest reuocare. † Declara; quia non procedit in Papa; quia antequam absens acceptauerit, potest Papa alteri conferre, & reuocare primam collationem factam absenti, Guido Pap. *consil.* 48. *Si apparet. num.* 2. *& sequen.* † Amplia; quia
10 priuilegium, vel beneficium potest concedi absenti, & valet concessio; sed an beneficium dicatur vacare, antequam acceptauerit,
11 vel non. † Vide, *Beneficium collatum absenti, quando vacet, vel non,* ☞ *Concl.* 85. Vide, *Collatio facta absenti an faciat cessare reseruationem, & quid operetur. Concluſ.* 433.

Absoluere potest, qui potest condemnare, & qualiter procedat. Concluſ. 40.

1 REGVLA † est, quod is potest absoluere, qui potest condemnare; quia eadem potestas est ligandi, atque soluendi; *cap. verbum, de pœnitent. distinctio.* 1. *cap. cum inferior, de maior. & obedient.* & ideo valet argumentum negatiuum, & affirmatiuum: non potest condemnare; ergo nec absoluere, Federic. de Sen. *consil.* 14. *Monachus Perusinus, num.* 4. *vers. in secunda quæstione*, & hoc modo arguit regula, *nemo qui condemnare non potest, absoluere potest. ff. de re-*
2 *gul. iur.* vbi plene Deci. & Cagnol. † Amplia, quia qui non potest ligare, non potest absoluere, etiam si exemptus se subiiciat, quando is, qui vult absoluere, omnino est extraneus, & incompetens, Federic. *dict. consil.* 14. *num.* 6. *versic. item Prior*, vbi soluit multa contraria hoc modo, secus, si non est omnino extraneus, vt in proxi-
☞ ma limitatione. Vide, *Absolutionis effectus. Concluſ.* 44. Vide regulam 2. incerti authoris, post regulas Socini, *Absoluere non potest, qui*
3 *condemnare non potest*, vbi limitat tribus modis. † Limita, & declara, quod regula procedit, quando de iure communi quis non potest ligare: ergo nec absoluere: secus si de iure speciali ex priuilegio, quia licet Episcopus non possit excommunicare, neque ligare exemptos: tamen potest illos volentes absoluere in casibus, in quibus de iure communi alios subditos absolueret. Federic. de Sen. *dict. consil.* 14. *num.* 4. *vers. in* 2. *quæstione. vsque in fin.* vbi est casus consilii, quod Episcopus absoluit monachos volentes, quamuis
4 exemptos, illaqueatos à Canone. † Limita, quia Prior Hospitalis absoluit suum Prælatum, quem ligare non potest. *cap. canonica, de sentent. excommun.* Federic. de Sen. *consil.* 14. *circa fin. num.* 6. *ver. item*
5 *Prior Hospitalis*, vbi respondet ad contraria. † Declara, quia licet in manu supremi principis sit plena facultas absoluendi condemnatos: tamen sano modo intelligas, ita vt non tollat ius partis offensæ, nisi ex magna causa publicæ vtilitatis, ita Ioan. Baptist. Plotus *consil.* 78. *per tot.* qui etiam loquitur in Imperatore, &
Rege, vt sine concordia partis offensæ non possit gratiare homicidam voluntarium, vide eum, quia sano iudicio loquitur.

Absoluere in dubio nocentem, melius est, quam condemnare innocentem, & qualiter procedat. Concluſ. 41.

ABSOLVERE † debet potius Iudex in dubio, quam con- 1
demnare, *cap.* 3. *de probat. l. semper in obscuris. ff. de regul. iur.* Vide, ☞
Iudex in quam partem, Concluſ. 391. *& sequen.* † Et quia tutius est 2
ex benignitate, id est, ex remissione præmium expectare, quam de auaritia reddere rationem, 26. *quæst. fin.* Alexand. *consil.* 51. *Cum dicatur, in fin. lib.* 4. † Amplia; quia sanctius est absoluere nocen- 3
tem, quam condemnare innocentem, *l. absentem. ff. de pœn.* † Ex- 4
tende, etiam si derogetur in aliquo iuri; quia licet magis credatur testibus affirmantibus, quam negantibus; tamen si agitur de probatione ad liberandum, & condemnandum, præferuntur testes negantes pro absolutoria. Vide, *Testes affirmantes præualent* ☞
negantibus, & quando secus. Concluſ. 259. *numer.* 23. *sequen. & num.* 41.
† Extende, quia verba, quæ possunt capi in bonum sensum, & 5
malum, semper capiuntur in bonum. Vide, *Præsumitur bonum in* ☞
dubio. Concluſ. 616. & ibi declaratur, nisi adsint præsumptiones, 6
vrgentiores. † Et verba rei debent interpretari, prout fauorat lius est ipsi Reo, Alexand. *consil.* 35. *In causa, & lite. numer.* 3. *lib.* 5.
† Et licet ad probandam identitatem rei sufficiat verificare de- 7
nominationem rei cum duabus demonstrationibus, licet aliæ demonstrationes non verificentur; tamen secus est, si agatur, quod is, qui negauit identitatem, inciderit in pœnam; quia sufficit, quod vna demonstratio non verificetur, vel reddatur dubia, seu æquiuoca, etiam si de præterito fuisset vera, Alexand. plene *dict. consil.* 35. *numer.* 2. *& sequen. ver.* 2 *præsuppono, lib.* 5. † Exten- 8
de, quia dolus non præsumitur. Vide, *Dolus non præsumitur, & quan-* ☞
do secus, Concluſ. 172. Et in *ver. Fraus non præsumitur, Concluſ.* 476.
† Extende, quia imo licet testes accusatoris ad offensam sint 9
magis idonei, quam testes accusati ad defensam, tamen magis creditur testibus pro defensione, & innocentia, Ias. *consil.* 167. *colum. penult. lib.* 4. † Extende, quia magis creditur testibus depo- 10
nentibus de bona fama, quam de mala. Vide, *Testes contrarii in* ☞
concursu, qui præualere debeant. Concluſ. 239. *num.* 29. *& sequen.* † Am- 11
plia, etiamsi accusator probauit delictum per duos clericos, vel testes digniores, & innocentia per duos laicos, quia potest absolui: plura Alciat. *regul.* 3. *præsumpt.* 44. *num.* 8. *& sequen.* † Am- 12
plia, quia benignior pars amplectenda est, *l. semper in dubiis, ff. de regul. iur.* Vide, *Delictum non præsumitur. Concluſ.* 165. Vide, *Verba du-* ☞
bia interpretari debent, vt delictum excludant. Concluſ. 107. † Amplia, 13
quia suspensus, si laqueus conteritur, debet absolui, si fuerat protestatus de innocentia, Alciat. *regul.* 3. *præsump.* 44. *num.* 6. † Am- 14
plia, quia æquitas magis, quam rigor est amplectenda. *l. in omnibus. ff. de regul. iur.* † Amplia, quia lex aborret, nedum quod inno- 15
cens condemnetur nocenti ad pœnam, sed etiam quod nocens ad immoderatam pœnam condemnetur, Ioannes de Imol. *consil.* 147. *num.* 12. *circa fin.* † Amplia, quia in dubio debet dari absolutio potius, quam condemnatio, etiam si necesse sit præsumere 16
delictum in reo, qui debet absolui; quia ad hunc effectum, & ad beneficium suum ista præsumptio admittitur, Roman. *consil.* 304. *Plura sunt. in princip. num* 3. vbi Apostil. in *ver. singularis.* dat plures concordan. † Amplia, quia si reperitur in rixa mortuus plura 17
vel pauciora vulnera habens, quam fuerint personæ in rixa, si non constat, quis lethaliter vulnerauerit, licet vnus vulnerasse necessario dicatur; tamen nullus potest condemnari pœna homicidii, quia in dubio fit mitior interpretatio, ita plene Marsil. *Singul.* 217. *ter. vel quater.* vbi plurimos allegat: & quia delinquentis incertitudo excusat, & hanc communem, * & magis communem dicit Clar. in §. *homicidium, num.* 37. vbi, quod pœna pecuniaria arbitrio sunt condemnandi, & est *consil. Ancharan.* 216. subscriptum à Gaspar. Calderin. Ancharan. & Salycet. sequitur Alexand. *consil.* 14. *Ponderatis narratis, num.* 7. *& sequen. lib.* 3. Marsil. in *rubr. C. deprobat. num.* 418. *& sequen.* vbi infinitos allegat. Vi- ☞
de; *Homicidium in rixa commissum qua pœna puniatur. Concluſ.* 149.
† Extende, quia procedit etiam quoad torturam, quia torque- 18
ri nemo potest, nisi essent plus inditiati aliqui, quam alii, vel propter fugam, vel malam conditionem, Marsil. *Singul.* 217. *num.* 2. Alciat. *regul.* 3. *præsumpt.* 44. *num.* 4. *& sequen.* † Restringe, nisi a- 19
liquis in rixa fuerit malæ conditionis, & solitus talia facere, quia ipse censetur reus, & culposus, Marsil. *d. rubr. C. de probat. num.* 418. *ver. non omitto tamen.* Carrer. in *prax. numer.* 4. † Restringe, nisi v- 20
nus esset officialis, & qui posset præcipere, & obuiare, & non fecit, in simili Anchar. *consil.* 158. *numer.* 3. *& sequen.* & de Caporali Carrer. in *praxi. fol.* 112. *numer.* 6. *&* 213. *numer.* 5. † Restringe, nisi 21

essemus in homicidio appensate facto, quia tunc omnes tenentur de homicidio. Marsil. *dict. singul.* 217 *in fin* & hanc communem
* * dicit Clar. in §. *homicidium, num* 37. vbi tamen distinguit plu-
22 res casus. † Vide tamen Carrer. *in praxi fol.* 111. maxime *num.* 2. *& sequen.* vbi dicit non procedere in Regno, & vbi sunt statuta.
23 † Restringe quoad pœnam pecuniariam; quia extraordinaria pœna pecuniaria puniri possunt. Anchar. *dict. consil.* 216. *num.* 6.
*24 vbi dicit omnes * ita tenere. † Amplia; quia idem in duobus delinquentibus; quia licet constet de delicto, sed nescitur, quis ex duobus fuerit delinquens, licet alter eorum necessario deliquerit; tamen melius est ambos absoluere, quam ambos condemnare. Roman. *consil.* 401. *Et præsuppositio, per tot.* vbi Apostill. 1. pluri-
25 mos concordan. allegat. † Extende, vt idem sit in duobus rixantibus, vel aggressoribus; quia si non constat, quis fuerit aggressor, licet sint opiniones, an interfectus, vel superstes aggressor fuerit, de quibus plene Alciat. *de præsumpt. regul.* 3 *præsumpt* 39. tamen ibi *num.* 5. quod potius absoluendus est, quam condemnandus, propter incertitudinem delinquentis, si non potest constare, quis primo aggressus sit alium; plene Tiraquell. *de iure primogen.*
quæst. 17. *opin.* 6. *num.* 17. vbi plurimos allegat. Vide, *Aggressor in du-*
26 *bio præsumitur in dolo Conclus.* 247. † Et ideo Clar. in § *fin. q.* 60. *numer.* 31. dicit, quod etiam in pœna pecuniaria procedit; quia pœna pecuniaria insultus, vel primæ euaginationis non debetur, quando nō constat, quis primo euaginauerit propter incertitudinem, & quod ita seruauit Senatus; subiungit tamen, quod Doctores
27 * tenent contrarium, quando agitur de pœna fiscali. † Declara extensionem multis modis, vt præsumatur aggressor mortuus, si rixosus, si fortior, si magis armatus, si superstes acclamauit, vel similes coniecturæ concurrunt contra mortuum; & è conuerso, si concurrunt contra viuentem, plene Alciat. *d. reg.* 3. *præsumpt.* 39. & fuit dictum Fulgos. in *dict. l.* 1. §. *cum arietes. ff. si quadrup.* vbi considerat, & contra iuuenem, si alius senex, contra minantem, & plures coniecturas. Vide omnino Oned. *consil.* 99. *num.* 21. *& sequen.* & licet dicat esse opiniones, quod mortuus imo præsumatur aggressus, & quod viuens possit torqueri, tamen distinguit, quod si vterque est vulneratus; tunc mortuus præsumitur aggressor; secus si solus mortuus esset vulneratus, & dicit, quod superstes non
28 potest torqueri, & maxime, quando extant præsumptiones pro eo. † Extende in rupturā pacis; quia si non constat, quis primo
29 percusserit, vel dederit causam, in dubio fit absolutio respectu priuatorum. Bartol. & ibi alii in *l.* 1. §. *cum arietes ff. si quadrup. paup fecit.* quod prosequitur Marsil. in *rub. C. de probat. n.* 406. qui restrin-
30 git quoad interesse partis. † Extende idem in duobus inuicem insultantibus Marsil. *dict. rubr. C. de probat. num.* 413. *& sequen.* † Restringe, respectu pœnæ Fisco applicandæ; quia si vnus percussit prius, alter postea, non videntur posse agere ad pœnam, secus in Fisco. Vide Bald. & ibi Angel. & Imol. in *l. semel mora. ff. solut. matrim.* Alexand. in *addit. ad Bartol. in rubr. ff. si quadrup. paup fecit.* Ca-
31 gnol. in *l. si quis maior. num.* 93. *C. de transact.* † Contrarium; quia imo etiam ratione Fisci, si reperitur ensis prohibitus sub porticu, in quo sunt plures, nullus punitur, si non constat, cuius fuerit. Marsil. *d. rubr. C. de probat. num.* 413. & forte quia casus diuersus, &
32 nullus delinquens apparet. Vide infra *num.* 36. & 37. † Limita, nisi actor probasset intentionem suam; quia in probationem dubiam rei non debet Iudex absoluere reum, sed condemnare. Fe-
deric. de Sen. consil. 153. *circa fin. ver. è contra videtur.* Vide, *Absoluere*
33 *non debet Iudex in dubio multis casibus. Conclus. proxima sequen.* † Limita, vbi imminet periculum animæ; quia in dubio facienda est condemnatio, vt peccatum tollatur. Federic. de Sen. *dict. consil.* 153.
34 *ver. item vbi vertitur. in fin.* † Extende, vel nisi agatur de fauore a-
35 nimæ, & causæ piæ. Bald. *cons.* 39. *num.* 2. *& 3. lib.* 1. † Declara; quia condemnatio in dubio fieri debet in foro conscientiæ, secus est in foro contentioso, nisi ageretur de scandalo publico.
36 Ita Decian. *consil.* 8. *num.* 50. *ver. non obstat, lib.* 1. † Limita; quia in dubio pars magis rigorosa tenenda est, quando agitur de pœna pecuniaria Fisco applicanda; quia si duo habentes pacem reperti sunt rixari, & se percutere, licet non constet, quis primo insultauerit, & licet vnus illicite, alter licite fuisse dici posset; tamen propter incertitudinem ambo sunt condemnandi. Bald. in *l.* 1. §. *cum arietes. ff. si quadrup. paup. fecisse.* & ibi Alber. & Florian. de S. Petro, *num.* 6. sequitur Angel. *de malef. in ver. & dictus Titius se defendendo. num.* 37. *& sequen.* vbi August. Arimin. in *addit.* Octauia. Vulpel. *tractat. de treuga, & pace. quæstio fin.* vbi mouentur, ne delicta remaneant impunita; & quia dant operam rei illicitæ. Allegantur etiam Bartol. in *l. si in rixa. ff. de iscar.* Bald. Angel. & Imol. in *l. semel mora. ff. solut. matrimon.* & hanc partem tuetur Cephal. *consil.* 35. *num.* 27. *& sequen. lib.* 1. vbi quicquid sit inter partes; quia mutua compensatione tolluntur delicta, in Fisco secus est; quia exigit ab vtroque, sed reuera non loquitur, quando non constat, quis primo, sed quando pluries hinc inde illata est offensa. † Contrarium, quod imo sint absoluendi; quia 37
impossibile est, quod ambo darent operam rei illicitæ, ex quo solus aggressor incidit in pœnam, non qui se defendit; ideo potius sint absoluendi, per regulam, quod sanctius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare, tenet Alciat. *tractat. de præsumpt. regul* 3. *præsumpt.* 39. *num.* 5. plene Fulgos. *dict. leg.* 1. §. *cum arietes*, vbi reprobat Bald. & respondet omnibus allegatis per eum, vt loquatur, vel quando constat de aggressoribus, non de vulnere; vel quia dabat operam rei illicitæ, quod non est necessario dicendum in duobus rixantibus, plene Apostill. Ber. Landria. ad Angel. *de malefi. titu. & dictus Titius se defendendo, numer.* 37. vbi, quod doctrina Bartol. in *l. si in rixa. ff. de ficar.* quæ allegatur pro contraria, non facit; quia loquitur, quando constat, quod omnes dabant operam rei illicitæ, alias secus, & Fulgos. sequitur Corne. *consil.* 274. *num.* 7. *& sequen. lib.* 1. licet recedat, quando sequutum est homicidium, vt superstes grauatus non sit absoluendus, & idem tenet Boss. *titul. de homicid. nu.* 89. *& seq.* clare Boer. *decis.* 237. *per totam*, vbi opiniones pro vtraque recitat, & tandem *num.* 4. *vsque in fin.* declarat, quod Iudex potest punire delictum in vtroque, sed non de pace rupta, quando non constat, quis primo offenderit. Idem tenet clare Bonif. Vital. *in tractat. de malef. titul. de pace, num.* 21. Menoch. *de arbitr. cas.* 363. *numer.* 15. *& sequen.* & maxime *num.* 18. vbi citat Boer. & plenissime Nicol. Moron. *tractat. de fide treuga, & pace, quæstion.* 118. *num.* 7. vbi, quod Fiscus exigit pœnam delicti ab vtroque, non autem pœnam pacis ruptæ, & ita loquitur Felin. post Abb. in *capit.* 1. *de treuga. num.* 5. vbi punitur insultus, non autem est locus pœnæ fractæ pacis. † Declara, vt per Clar. in *praxi.* §. *fin. quæst.* 60. *num.* 31. 38
vbi, quod Senatus quandoque vnam, quandoque aliam seruauit opinionem; sed tamen dicit, quod in pecuniaria pœna solum seruanda esset limitatio; secus in pœna corporali. † De- 39
clara; quia quando clare non constaret de ruptura pacis, sed sola præsumptione; tunc pœna ordinaria non potest imponi. Boss. *titul. de conuict. num.* 40. *& sequen.* vbi loquitur tam in pœna corporali, quam pecuniaria. † Declara; quia si inter rixantes se- 40
quutum est homicidium alterius rixantium, licet non constet, quis primo insultauerit; tamen præsumitur contra superuiuentem, qui interfecit, maxime quando concurrunt aliqua. Corne. *consil.* 274. *numer.* 9. *& sequen. lib.* 1. † Declara, vt prima opinio, 41
& sic limitatio procedat, quoad pœnam delicti, quam Fiscus exigit ab vtroque, ne delicta remaneant impunita; secus quoad pœnam pacis ruptæ. Ita Boer. *decis.* 237. *colum. final.* Vital. *de pace, numero vigesimoprimo.* Moron. *de pace quæstion.* 118. *per totam.*
† Declara; quia si sumus in mutua iniuria verbali, non interest 42
Reipublicæ; ideo absoluendi sunt, si non constat de eo, qui fuerit primus; secus si iniuria est personalis, vt quia se inuicem percusserint. Ita Felin. in *cap. dilecti filii numero decimosexto, vers. tertia declaratio, de exception.* † Declara, quia is, qui insultum fecit, dicitur 43
dedisse causam alteri ad se defendendum, & si præparauit se ad insultum. Boss. *titul. de homicid. numero octuagesimo octauo, & sequen.*
† Limita pluribus casibus; quia in dubio durior pars tenenda, 44
non benignior, de quibus Marsil. *singul.* 218. *Regulam habemus.* Primus est, quando discordant periti, an sit vulnus mortale; quia in dubio præsumitur, quod sit mortale. † Contrarium tenent 45
Bald. & Cuman. ac alii, quos refert Marsil. *dict. singul.* 218. *numero secundo.* Vide, *Pœna mitior quando eligenda, vel secus. Conclus* 219. Se-
cundus, quando confessio rei est dubia, an metu tormentorum, vel spontanea; quia in dubio spontanea præsumitur. Marsilius *dict. singul.* 218. *numero tertio.* Tertius, quando consilium datum obligat ad delictum, quia in dubio præsumitur, quod Mandatarius non esset aliter facturus. Marsilius *dict. singul.* 218. *numero quarto.* Quartus, Confessio, quæ potest referri ad delictum, vel non delictum, in dubio refertur ad delictum. Marsilius *dict. singul.* 218. *numero quinto.* Contrarium idem Marsilius ibi *numero quinto, vers. contrarium.* Quintus, quia in delicto vniuersitatis, licet non constet, qui deliquerit, tamen in dubio tenentur omnes, non autem absoluuntur. Marsilius *dict. singul.* 218. *numero sexto.* Sextus, quia si Notario ob falsum instrumentum abscindi debet manus, in dubio dextera debet abscindi. Marsilius *dict. singul.* 218. *numero septimo.* Septimus, quando sumus in grauioribus delictis, pœna seuerior, & acriori sumenda est in dubio. Boss. *in praxi, titul. de coitu damnato. numero* 82. & in atrocissimis pœna capitalis sumitur pro vltimo supplicio naturali. Boss. *titul. de pœn. num.* 16. Vide, *Misericordiam debet Iu-*

dex

*dex exercere, Conclus.*274. vbi plura de Clementia, & Misericordia.
Vide, *Seueritas per Iudicem exercenda. Conclus.*237. vbi plura de Seueritate, & rigore exercendis.

Absoluere non debet Iudex in dubio multis casibus. Concl. 42.

1 ABSOLVERE † non debet Iudex in dubio, quando agitur de periculo animæ ex absolutione; ideo obligatus restituere vsuras, licet doceat de restitutione particularium vsurarum diuersis personis facta; tamen debet condemnari ad restitutionem confessatam per defunctum, si non apparet, quod sint eædem vsuræ; quia maius est periculum animæ, si non fiat restitutio, quam importet damnum, si bis soluantur, & restituantur. Federic. de
2 Sen. *consil.*153 *col. final. vers præmissa locum habent, vsque in fin.* † Amplia fauore piæ causæ, & animæ, alio casu, si testator instituit filiam nascituram in 500. florenis, & quod si decedat, antequam nupserit, distribuantur pro anima testatoris, euenitque, quod non nascatur, ita quod habeatur pro non scripto, & si est legatum, accrescit substituto sine onere, si est hæreditas, accrescit cum onere, ex quo non est hæreditas, neque legatum, propter institutionem in quantitate, dicit Bald. *consil.*39. *num.*1. *in fin. cum sequen. lib.*1. quod præsumitur legatum, vt onus non transeat; quia fauorabilior est liberatio; sed tamen quia onus est fauore piæ causæ, determinat contra. † Et multi sunt casus, in quibus in dubio inclinandum est, adesse peccatum, vt non aperiatur via peccato, & vt abstineatur. *cap. iuuenis, de sponsalib.* plene
3 Abb. in *capit.*1. *de seruti.* sed istud procedit in foro conscientiæ, vel si agatur de scandalo, alias secus. Decian. *consil.*8. *numer.* 50. *vers. quia facile, lib.*1. Vide in *ver. Peccatum omnino vitandum. Conclus.*193. † Amplia, quando dubitatur de facultate
4 eius, qui absoluit. Vide, *Excommunicatus si absoluatur. Conclus.* 459.

Absoluere à casibus Episcopo reseruatis qui possint. Conclus 43.

1 PRÆLATI † exempti quoad suos subiectos exemptos habere videntur iurisdictionem quasi Episcopalem; ideo possunt absoluere à casibus Episcopo reseruatis, Federic. de Sen. *consil.*95. *Super dubitationum, colum. penult. ver. consequenter circa præmissa*, vbi reddit rationem; quia alias non esset prouisum saluti exemptorum. † Et de Abbate, quod possit absoluere suos subditos,
2 quando habet iura Episcopalia, vel est exemptus. Vide supra, *Abbas quid possit circa absolutiones. Conclus.*16. † Amplia, vt procedat, nedum si ipsi exempti per se absoluant, sed etiam si deputent personam, quæ debet absoluere; quia poterit absoluere à casibus Episcopo reseruatis, Feder. *dict. consil.*95. *colum. penult. vers. consequenter*, quod loquitur in confessione Monialium
3 exemptarum. † Amplia; quia Pœnitentiarii deputati habent
4 eandem authoritatem in foro pœnitentiæ, quam habent Episcopi, nisi aliter sit prouisum per superiores, Calderin. *consil.*2. *de testib.* alias 168. *verficul. Sed saluo saniori consilio.* Vide, *Pœnitentiarii, Conclus.*261. † Limita in confessoribus Fratrum Prædicatorum, & Minorum; quia non possunt absoluere in casibus Epi-
5 scopo reseruatis, *clemen.*2. §. *si vero, de sepultur.* † Declara hanc
6 limitationem, vt procedat respectu subditorum Episcopi, qui non possunt absolui ab istis Fratribus, secus quoad non subditos; quia si deputantur confessores à Prælato exempto, poterunt absoluere exemptos in casibus Episcopo reseruatis: Ita Federic. de Sen. *consil.*95. *colum. penult. versic. Consequenter circa præmissa.*

Absolutionis effectus, & quotuplex sit absolutio. Conclus. 44.

1 ABSOLVTIO † tantum purgat, & liberat, quantum excommunicatio illaqueat, Oldrad. *consil.*202. *Quidam mo-*
2 *nachus. numer.*3. *versicul. est enim regulare.* † Absolutio alia est iudicialis, alia extraiudicialis; iudicialis est, quæ præiudicium tertii respicit, & prouenit ab excommunicatione lata in foro iudiciali, quæ pariter requirit absolutionem. Federic. de Sen. con-
3 *sil.*14. *numer.*2. *versic. & si dicatur.* † Extraiudicialis absolutio est, quæ in foro pœnitentiali confertur, & non respicit præiudicium tertii, *capit.*2. *de pœnitent. & remiss. in 6. cum ibi not.* Federic. *dict. consil.*14. *numer.*2. *versic.*2. *& num.*4. *in fin. versic. in 2. quæstione.*
4 † Omnis autem absolutio, siue in foro Iudiciali, siue in foro Pœnitentiali, & si fiat absolutio iudicialis à Iudice incompetente, non valet: & idem de pœnitentiali, si fiat à non habente authoritatem, seu iurisdictionem, Federic. *dict. consil.*14. *num.*4. *circa fin. versic. in quæstione*, vbi, quod nec valet consuetudo contraria. Vide, *Absoluere potest, qui potest condemnare*, qualiter intelligatur, *Conclus.*40.

Absolutio in foro conscientiæ quid sit, & operetur. Concl. 45.

ABSOLVTIONEM † in foro conscientiæ nunquam dene- 1
gat Ecclesia redeunti ad eam, in foro animæ. *c. super eo, de hæret. in 6.* Vide, *Ecclesia nunquam claudit gremium pœnitentibus. Conclus.*14. † Operatur hæc absolutio in foro conscien- 2
tiæ, solum quoad Deum, & pœnam æternam, non quoad temporalem; ideo absolutus in foro conscientiæ potest puniri in foro fori, de eodem delicto, Couarruu. *variar. resolutio. lib.*2. *cap.*10. *numer.*2. Declara, vt in *vers. Pœnitentia quando excusat. Conclus.* 262.

Absolutionis causa habet multa priuilegia, vt quilibet admittatur. Conclus. 46.

ACTVS, † qui tendunt ad absoluendum vinculum, quod 1
alias impediret agentem, permittuntur durante ipso vinculo dissoluendo; ideo excommunicatus admittitur ad cessionem bonorum; quia ex ea tollitur vinculum excommunicationis, Federic. de Sen. *consil.*193. *in princip.* † Amplia, vt i- 2
dem sit in seruo, qui licet non possit esse in iudicio, *l. seruus, C. de iudic.* tamen potest esse in iudicio ad petendam absolutionem, *l. iuxta, ff. de iudic.* Federic. *dict. consil.*193. *in princip.* Vide alios casus similes in *ver. Excommunicatus quando repellatur, Conclus.* 455. *& sequen.*

Absolutio ad cautelam à quibus possit dari. Conclusio 47.

ABSOLVTIO † ad cautelam ab excommunicatione, quæ 1
non prætenditur nulla, regulariter debet peti ab eo, qui excommunicauit, & ad eum excommunicatus est remittendus, *cap. ad reprimendam, de offic. ordin.* Oldrad. *consil.*278. *num.*3. *versic. super* 3. † Et excommunicatus ab Ordinario, vel suo Of- 2
ficiali, vel delegato non potest absolui ab alio Ordinario superiore, sed remittendus est ad Ordinarium, qui excommunicauit. Roman. *consil.*387. *in terminis propositæ num.*4. *versicul. secundo idem.* quod intelligit, nisi sententia esset confirmata per Papam; quia solus Papa eo casu potest absoluere. † Declara, ni- 3
si ad superiorem esset appellatum ab ipso Ordinario; quia Iudex appellationis posset absoluere, vt infra, *Absolutio ad cautelam, Conclus.*49. † Limita in testibus excommunicatis, qui pro 4
ferendo testimonio, quando alias veritas patere non potest, de consuetudine possunt absolui ad cautelam, *cap. veniens. in fin.* vbi Hostiens. *de testib.* Oldrad. *dict. consil.*278. *num.*3. *vers. super tertio.* Vide, *Excommunicatus ab Ordinario à quo possit absolui, vel non. Conclus.*465.

Absolutio ad cautelam an concedi possit à Delegato. Conclus. 48.

ABSOLVTIO † ad cautelam non potest dari per Iudi- 1
cem delegatum, nisi sit expresse sibi concessum, Oldrad. *consil.*145. *in princip.* ex mente Innocent. Hostiens. & Ioan. Monac. *in cap. solet, in princip. de sentent. excommun. in 6.* sed loquitur Oldrad. in Iudice delegato remissorie, vt non absoluat testes ad cautelam, nisi sit sibi concessum. † Contrarium tamen al- 2
legat Oldrad. *dict. consil.*145. *in princip.* tenere Archid. in *c. solet, de sentent. excommun. in 6.* & adducit textum in *cap. ad præsentiam, de appellat.* † Amplia; quia delegatus non potest absoluere excom- 3
municatum à se post annum, nisi esset appellatum ab excommunicatione; quia tunc post annum absolui; Calder. *consil* 74. *An Legatus*, alias 1. *de offic. delegat.* Vide, *Iudex delegatus quando habeat, &c. Conclus.*440. † Limita; quia datur absolutio ad cautelam per Iu- 4
dicem delegatum ad causam appellationis, quando appellans post appellationem fuit excommunicatus, etiam ex sola appellatione interposita probabiliter, licet adhuc non iustificata, & antequam Iudex appellationis cœperit cognoscere, Federic. de Sen. *cons.*198. *Casus talis est, lata fuit.* † Limita; quia Iudex delegatus si 5
sibi

sibi mandatur, quod absoluat excommunicatum ad cautelam, facta satisfactione, sufficit etiam si detur cautio de parendo, dummodo non sit excommunicatus pro manifesta offensa, quia ita est de iure rescriptum interpretandum, Calderin. *cons.* 25. *Si mandatur*, alias 2. *de rescript.* quod est consilium Gaspar. Calder. & duplicatur per Ioan. Calder. eius patrem *consil.* 532. quod est 1. *de sentent. excommunicatio.*

Absolutio ad cautelam quando concedenda excommunicato, & qualiter probetur. Concl. 49.

1 ABSOLVTIO † ad cautelam ab excommunicatione lata per Iudicem à quo, post appellationem interpositam, debet cõcedi per Iudicem ad quem, etiam antequam cognoscat, an bene, vel male sit excommunicatus, dummodo constet intra decem dies esse appellatum, & quod appellatio sit releuans, licet non sit iustificata causa appellationis, Feder. de Sen. *consil.* 198. *Casus talis est. lata fuit. in princ.* allegat *c. per tuas, de sentenc. excommun. & c. venerabilibus. & sed si ex causa, & § fin. eod. tit. lib. 6.* † Amplia, vt sit concedenda talis absolutio, quando excommunicatio fuit lata propter expensas non solutas, ante solutionem expensarum, Feder. *dict.*
3 *cons.* 198. *in princ. & in vers. sed opponitur, & dicitur. num.* 1. † Amplia, vt sit danda absolutio ad cautelam, nedum si excommunicatio sit particularis, sed etiam si sit generalis contra omnes de certo loco, vel terra; secus si esset latum interdictum, Feder. *d. cons.* 198. *in prin.*
4 *ver. sed à sententia, num.* 1. † Ratio potest esse, ne dum dubitatur de validitate excommunicationis, ipse excommunicatus priuetur consortio aliorum interim, quod non est admittendum, ita Fe-
5 der. *d. cons.* 198 *num.* 3. *vers. si enim deberemus.* † Amplia; quia absolutio ad cautelam semper danda est data cautione de parendo, quãdo offensa non est manifesta, etiam si in rescripto mandaretur absolui facta satisfactione; quia sufficeret cautio de parendo, Calder. *consil.* 25. *Si mandatur* alias 2. *de rescript.* & est consilium Gasparis Calder. quod duplicatur à Io. Calli. *cons.* 532. quod est 1. *de senten.*
6 *excommun.* † Amplia, quia excommunicatus à pluribus, vel ab eodem pluries, potest absolui ab vna excommunicatione tantum, firmis manentibus aliis, sed si ab eodem superiore, non absoluitur, nisi caueat, quod ab aliis etiam excommunicationibus absolutionem impetrabit, *c. cum pro causa*, vbi gl. & Abb. & in *c. officii, de*
7 *sentent. excommun.* vbi gloss. in *vers. exhibere non debet.* † Limita; quia absolutio ad cautelam non datur à sententia interdicti, prout à sententia excommunicationis, Feder. *d. cons.* 198. *num.* 1. *vers. sed à*
8 *sententia.* † Limita; quia absolutio non datur excommunicato ad cautelam, quando est excommunicatus pro manifesta offensa, nisi prius pareat; & dicitur excommunicatus pro manifesta offensa, quando apparet excommunicatio per sententiam, quæ transiuit in iudicatum, Feder. de Sen. *d. cons.* 198. *in princ. vers. sed op-*
9 *ponitur, num.* 1. & 2. † Declara; quia quando excommunicatus esset pro manifesta offensa, vel quia iniecit manus violentas in clericos, tenetur iurare & cauere de parendo mandatis Ecclesiæ, *c. ex tenore. de sent. excomm.* vbi gloss. in verbo, *debeat*. Et licet possit omitti tale iuramentum; quia non est de substantia absolutionis; tamen non debet omitti. gloss. in *c. cum desideres. in fin. in vers. nisi forma Ecclesiæ, de sent. excommun.* Et vide supra *num.* 6. Declara, vt in *vers. Excommunicatus pro manifesta offensa. Concluſ.* 463. Et in *versic. Excommunicatus ingrediens Religionem, Concluſ.* 462. Qualiter autem probetur excommunicationis absolutio, plene Mascard. *Concluſ.* 12.

Absolutio expressa quibus casibus requiratur, vel tacita sufficiat. Concluſ. 50.

1 ABSOLVTIO † ab interdicto Ecclesiastico requiritur specialiter ab homine, nec sufficit, si pars territorii interdicti alie-
2 naretur. Feder. de Sen. *cons.* 32. *in prin. vers. ad præmissa.* † Amplia; quia afficit interdictum etiam natos post interdictum, donec absoluantur; imo etiam afficit mortuos ciuiliter. Declara, vt plenius in *vers. Interdictum Ecclesiasticum contra populum quos comprehen-*
3 *dat. Concl.* 277. † Amplia in infamia incursa, quæ non tollitur per pœnitentiam, sed requiritur absolutio. Fed. de Sen. *d. cons.* 32. *in prin.*
num. 1. Vide plenius in *ver. Infamia ex quibus tollatur. Concl.* 115.

Absolutio manuum violentarum in clericos cui competat, & quomodo facienda. Concl. 51.

1 EPISCOPVS † potest absoluere Clericum sibi subditum, qui in alium Clericum suæ Diœcesis, vel Ciuitatis, Beneficiatum in eadem Ecclesia iniecit manus violentas, dummodo iniuria sit leuis, Lap. *alleg.* 77. *In Dei nomine, Amen. c. peruenit, de sent. excom. & c. cum illorum, eod. tit.* † Amplia, vt idem possit Prælatus, quod ad suos 2
Religiosos Claustrales *d. c. cum illorum, de sentent. excom.* Lap. *allegat.* 74. *num.* 5. *vers. hic est. quod talibus.* † Extende, vt etiam Prælatus Religiosus absoluat suos Religiosos, etiam si manus iniecerint in 3
Religiosos alterius Ordinis, vel Monasterii; facta tamen satisfactione offensis; quia Prælatus percussi debet verberare Religiosum excommunicatum, Calder. *cons.* 91. *in fin.* quod est *cons.* 1. *An Episcopus, de offi. Ordin. ver. nec est verum*, vbi, quod requiritur citatio Abbatis offensi. † Regula tamen est in contrarium; quia percuti- 4
ens Clericum incidit in pœnam *can. si quis suadente diabolo.* 17. *q.* 4. quod disponit eum teneri se præsentare conspectui Papæ, & sic ab ipso Papa regulariter debet absolui, & procederent prædicta, etiam si percutiat Clericum primæ tonsuræ, sed procedit in graui percussione, secus in leui. Vide, *Percutiens Clericum incidit in pœnam Canonis. Concluſ.* 274. vbi plenissime. † Iuramentum, & cautio- 5
nem præstare debent absoluendi ob iectionem manuum violentarum in clericos, vel ob manifestam offensam de parendo mandatis Ecclesiæ. *c. ex tenore, de sent. excom.* vbi gloss. in *ver. debeat*, dicit, quod forma est generalis circa licita. *c. ad hæc, il 2. de appell.* & idem repetit text. in *c. ad hæc, de sent. excom.* quod non debet dari absolutio, nisi prout est iuris, & caueat de parendo mandatis ecclesiæ. † Et licet huiusmodi iuramentum possit aliquando remitti; 6
quia non est de substantia absolutionis, sed ad cautelam; tamen non debet omitti, vt dicit gloss. in *c. cum desideres. in fin. in ver. nisi forma ecclesiæ.* allegat text. concord. & maxime in *c. super eo, de sentent. excommun.* vbi, quod illi, qui possunt induci, non compelluntur.

Absolutio generalis restringitur ad causam expressam. Concl. 52.

ABSOLVTIO † quantumcumq; generalis concessa, restrin- 1
gitur tantum ad causas in precibus expressas. Oldr. *cons.* 184. *n.* 9. *ver. nititur etiam electus.* † Amplia in transactione generali fa- 2
cta inter plures; quia restringitur ad causam expressam, & ad narratam. Bald. *consil.* 411. *In facto proponitur. lib.* 5. quod est Angel. de Perusio. † Amplia etiam in pacto liberatorio gratuito generali; quia 3
restringitur ad causam expressam. Bald. *dict. cons.* 411. *lib.* 5. *per tot.* † Amplia in sententia generali mandante, quod partes generali- 4
ter se absoluant, vel in laudo; quia restringitur ad causas expressas, non autem ad incogitata. Bald. *cons.* 411. *lib.* 5. † Declara, vt plenius 5
in *verb. Consensus non trahitur ad ignorata. Concl.* 754. † Amplia; quia 6
sententia lata ex causa expressa restringit sententiam. Vide, *Sententia lata ex causa expressa in ea regulari debet. Concl.* 146. † Limita; quia 7
quietatio generalis bene trahitur ad cogitata generaliter Bald. *d. cons* 411. *num.* 3. *ver. quis ergo. lib.* 5. Vide, *Transactio per verba generalia quando restringatur, vel non. Concluſ.* 354. † Declara, quia excommu- 8
nicatus à pluribus superioribus, vel ab eodem superiore propter plura delicta, vel commissa, si absoluitur ab vna excommunicatione, quod potest fieri, erit quidem absolutus, sed non propterea quoad alias excommunicationes, ideo erit adhuc vitandus. Bene verum est, quod si ab eodem superiore petatur, non debet absolui, nisi caueat, quod absoluetur etiam ab aliis, ita tex. cum gloss. & ibi Abb. post alios in *c. cum pro causa*, & plenius in *c. officii, de sentent. excom.* vbi gloss. fin. in *vers. exhibere non debet.*

Absolutus à delicto an possit iterum accusari, vel inquiri de eodem. Concl. 53.

ABSOLVTVS † à delicto, pro quo quis accusabatur, non po- 1
test iterum accusari ab eodem, de eodem delicto. Bartol. in *l. si cui, §. iisdem, in princ. ff. de accusatio. c. de iis. de accusatio.* * commu- *
nem dicit Iul. Clar. in *praxi. §. fin. quæst.* 57. *in princ.* Couarruu. *variar. resolutio. cap.* 10. *lib.* 2. *in princ.* † Extende, vt procedat, siue ac- 2
cusatio fuerit pro delicto criminaliter, siue ciuiliter, quia semel absolutus non amplius accusatur. Clar. *dict. §. fin. quæst.* 57. *num.* 2. vbi de * communi, maxime, quando accusatus fuit absolutus tan- *
quam innocens, vt ibi. † Amplia, vt procedat etiam, quando ab- 3
solutio fuit lata in iudicio denunciationis, vel inquisitionis contra reum, quia non potest vlterius inquiri, vel denunciari pro eodem. Bartol. in *l. Diuus. num.* 11. *vers. vlterius quæro. ff. de custod. reorum. & in l. si cui, §. iisdem. num.* 4. *ver. Quæro hic loquitur ff. de accusat.* & est communis * opinio, vt per Clar. *d. §. fi. q.* 57. *n.* 7. *ver. Sed quid si* * *processum, & n.* 8. *ver. Idemq; dicendum.* † Extende idem, quando absolutus fuit super denunciatione; quia à pari procedũt indicia super 4

denun-

per denunciatione, cum indiciis cum inquisitione. Clar. *d. §. fi. q.* 57. *n.* 8. *in fi. vers. idque.* † Restringe, quando in causa inquisitionis, prout de iure Canonico, pœna ordinaria non esset imposita, quia poterit de nouo accusari ab eo, qui suam prosequitur iniuriam, * communem dicit Clar. *d. §. fi q.* 57. *n.* 8 *ver sed hæc quidem.* † Contra restrictionem tenet Clarus, quando fuit citatus is, qui vult de nouo accusare, ibi *n.* 8. † Dec ara, vt plene per Ang. Are*. *cons.* 110. *In themate supradicto, in princ.* quia si quis est absolutus à iudice procedente per inquisitionem, potest ad accusationem eius, qui prosequitur suam iniuriam, vel suorum, & ignorauit processum per inquisitionem, iterum de eodē delicto inquiri, & probatur ignorantia per iuramentum, vbi allegat pro vtraque opinione, & hanc tuetur: si vero accusans sciuit; tunc distinguitur; aut sententia absolutoria est valida, & non potest iterum puniri; aut sententia est vel nulla, vel iniusta, aut ex falsa causa. & potest iterū inquiri. Idem Ang. Aret. *d. cons* 110. *n* 34. *& seq ver capio secundum* † Nulla autem dicitur sententia absolutoria lata per Iudicem inquirentem contra reum inquisitum, & contumacem nullo petente, vel interueniente pro eo. Item est nulla, si antequam ata sit, fuerit reus citatus ad respondendum inquisitioni. Ang. Aret. *d. cons.* 110 *num.* 40. *vers. secundo fuit processum, cum seq.* † Amplia in laico inquisito ab Episcopo; quia cognouerit Monialem; quia si absoluatur, non potest inquiri super eodem crimine à iudice seculari, propter personam Monialis, vel Clerici, de iure Canonico; quia de delicto commisso in Clericum, vel Monachum Episcopus plene potest absoluere. Bald. *cons.* 260. *Facta est per Episcopum, per tot.* maxime *in fin. lib.* 3. † Restringe, vt non procedat in alio crimine mixto, in quo persona Ecclesiastica non offenditur; quia de iure ciuili iudex secularis potest inquirere; non obstante absolutoria data per Episcopum. Bald. *dict. cons.* 260. *per tot.* maxime *in fin. lib.* 3. sic è conuerso eadem ratione absolutus à iudice seculari poterit in delicto mixti fori inquiri per Ecclesiasticum, si habet legitima indicia infra *n.* 40. & *sequen.* † Amplia, vt procedat etiam, si quis ex gratia fuit absolutus ab eo, qui potest facere gratiam; quia non potest accusari vlterius, * communem * dicit Clar. *dict. §. fin. quæst.* 57. *num.* 9. *ver. habet etiam locum*, vbi dicit, quod crimina semel dimissa, iterum in vltionem venire diuina clementia non patitur, & plenius *quæst.* 59. *in princ.* vbi loquitur in Principe supremo, ad quem spectat facere gratias. Couarru. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 10 *in princ.* † Nam gratia habetur pro solutione pœnæ, gloss. & ibi Doctor. in *cap. de iis, de accusat.* Couarru. *variar. resolut lib* 2. *cap.* 10. *num.* 2. solutio autem pœnæ habetur pro absolutione. Bald. in *auth. sed nouo iure, n.* 4. *C. de seruis fugit.* † Restringe, vt non procedat, quando procederetur in loco originis, & delicti sub diuersis Principibus; quia tunc gratia facta in vno loco non releuat in alio, quin possit accusari. Iul. Clar. *d. § fin. q.* 57. *num.* 9. *ver. scias tamen.* † Restringe, quando fuisset facta compositio per Vicarium Episcopi super delicto, vel alium Iudicem: Clar. *d. § fi. q.* 57. *num.* 12 *in fin. ver.* & Paul. de Castro *cons.* 548. *lib.* 1. † Restringe, quando absolutio esset in foro conscientiæ; quia non impedit procedi in foro fori. Couarru. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 2. † Amplia; quia multo minus potest iterum puniri ille, qui semel fuit punitus pro eodem crimine. Clar. *d. q.* 57. *num.* 12 *ver. dictum est*, vbi, quod non subest aliqua difficultas. † Extende, vt procedat, etiam si esset punitus minori pœna; quia adhuc non posset pro eodem delicto iterum puniri, & ita seruari in practica dicit Clar. *d. §. fi. q.* 57. *n.* 12. *ver. sed fi fuit punitus.* † Declara extensionē, nisi iudex per fraudem imposuisset minorem pœnam; quia tunc de iure posset iterum accusari, & puniri, & ita fecisse Senatum Mediolani, attestatur Clar. *d. §. fi. q.* 57. *n.* 12. *ver. quod tamen.* † Amplia, vt procedat etiam in relaxato ex carceribus absq; absolutione; quia ex quo erat carceratus, & inquisitus pro delicto, ex relaxatione præsumitur innocens. Alex. *cons.* 180. *In causa Angelorum, nu.* 8. *& 9. ver. vlterius etiam, lib.* 2. maxime, quando fuit tortus, & facta contra eum diligentia super delicto. † Amplia, maxime, quādo delictum, & illius punitio spectat ad Ecclesiasticum, quia tunc potest punire, & facta punitione à seculari reus non potest molestari, veluti si iurisdictio Ecclesiastica turbetur, *l. vnica. ff. si quis ius dic. non obtemper. l nullum. C. de testib.* Bal. in *l. si quis. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Aufrer. *de potest. iudic. secul. in person. Ecclesiasti fallen.* 14. *num.* 22. Marian. Soc. in *c. licet suscepto, casu* 40. † Extāde, quia sententia fori Ecclesiastici, & è contra, tollit vlteriorem punitionem fori secularis: & è contra in iis, quæ spectant ad forum Ecclesiasticum, vel è contra. Bald. *cons.* 260. *Facta est inquisitio, in fin. lib.* 3. Alciat. in *cap.* 1. *num* 130. *in prima limitatione, de offic. Ordin.* † Limita, nisi doceatur de præuaricatione accusatoris vel denunciantis, aut inquirentis; quia poterit iterum accusari ab eo, qui prosequitur iniuriam suam, vel inquiri. Bart. *d. l. is cui.* §. *iisdem, in prine. ff. de accusat.* & est communis * opinio. Iul. Clar. *d. §. fi. q.* 57. *n.* 5. vbi reddit ratione, quia non debet obesse dolus primi accusantis secundo accusare volenti, pro quo stat fauor publicus. † Extende, vt idem sit, si accusans, & prosequens propriam iniuriam ignorasset accusationem, denunciationem, & inquisitionem; quia poterit admitti ad accusandum absolutum semel. Bart. *d. l. is cui.* §. *idem, in princ. ff. de accusat.* Iul. Clar. *d.* §. *fi. q.* 57. *num.* 4. † Declara extensionem, vt procedat, si probet ignorantiam per iuramentum, & subsit magna causa, vt q*a sumus in atrocioribus, alias non. Clar. *d.* § *fi. q.* 57. *num.* 4. vbi, quod in causa, quæ non erat atrocior, fecit Senatus dare cautionem accusatori de nouo, de expensis, & damnis reficiendis. † Limita, quando absolutus esset accusatus, vel denunciatus, aut inquisitus de delicto eo; quia probatum non esset; quia potest accusari, denunciari, & inquiri de nouo, secundum * communem, de qua Clar. in § *fin. q.* 57. *num.* 2. *in fi.* † Extende etiam, quando reus absoluitur; quia non est plene probatum delictum, & fuit tortus, & purgauit indicia; quia dicitur absolutus rebus sic stantibus, & si noua indicia superueniunt, potest iterum molestari. Clar. in § *fi. q.* 62. *nu.* 2. vbi, quod de iure deberet diffinitiue absolui. † Extende; quia in dubio sententia censetur lata; quia nō fuerit probatum, non autem; quia innocens fuerit repertus. Iul. Clar. *d.* § *fin. q.* 57. *nu.* 3. vbi dicit * communem, & relatiue *q.* 62. *n.* 3. † Contrarium, quod absolutus de crimine; quia non est probatū, non possit vlterius inquiri, neq; accusari de eodē crimine ad eundem finem, secus ad alium finem, tenet Roman. *consil.* 223. *Præmissa per tot.* vbi ad eundem finem fuit deductum esse crimen, quando primō fuit accusatus criminaliter, & secundo pariter criminaliter, secus si primo criminaliter, secundo ciuiliter, vel è contra. † Extende, vt quod dicitur de crimine, & de accusatione, vt sententia lata, quia non est probatum, inducat exceptionem rei iudicatæ ad eundem finem, idem sit in sententia ciuili, quia non sit probatum, quia est diffinitiua, & valet argumentum de iudicio ciuili ad criminale in hoc, plene Rom. *cons.* 223. *in fi.* vbi apostil. dat concord. † Declara totam istam materiam, quia, aut ista sententia, quia non est probatum, fuit lata in iudicio exequutiuo simpliciter, vel etiam si in iudicio ordinario nulla facta præfixione termini: & tunc non parit exceptionem iudicati, si vero fuit terminus præfixus in causa ordinaria, bene operatur exceptionem iudicati ad eundem finem. Vide, *Sententia absolutoria ab obseruatione iudicii. & sententia absolutoria q. ia non est probatum differunt. Concl.* 169. vbi late. † Declara extensionem, quia non seruatur in multis locis, maxime Mediolani, quia si fertur sententia absolutoria, quia non probatum est delictum, fertur rebus sic stantibus, si vero fertur, quia constat de innocentia, fertur simpliciter: ita seruari dicit idem Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 57. *num.* 3. & repetit plenius *quæst* 62. *num* 2. *ver forma autem absolutionis.* † Et in casibus, in quibus absolutio fit ob non probationem, eo casu debet præstare absolutus fideiussionem de se repræsentando: ita communiter seruari dicit Clar. *d.* §. *fin. q.* 62. *num.* 2. licet dicat, quod in statu Mediolani hoc non seruatur. † Limita, quando sententia est lata propter falsas probationes, & non sit cognitum de falsitate, quia semper potest rescindi. *l.* 1. *C. si ex falsis.* Bart. & Alex. in *l. Diuus. ff. de re iud.* quod procedit, siue sit capitalis, siue criminalis, siue non: & intra quantum tempus, late Bossius in *praxi, tit. si ex falsis, num.* 4. *vsque in finem.* † Extende, etiam si is, pro quo lata est sententia, non est particeps falsitatis. Alexand. in *l. Diuus, num.* 10. *ff. de re iudic.* † Declara, quia non sufficit præsumpta falsitas. Boss. in *tit de falsis, num.* 74. † Limita, quando accusatus fuit absolutus transactione offensi, quia poterit nihilominus accusari à tertio, qui prosequitur suam iniuriam. Clar. *d.* §. *fi. quæstio.* 58. *num.* 4. *ver. sed pone*, vbi dicit * communem, & relatiue *q* 57. *num.* 6. † Limita, quia absolutoria lata super iure, & non super facto non excludit, quin possit iterum procedi, veluti si absoluitur, quia non reperitur in dolo, vel delinquens, quia talis sententia non nocet alicui, quin agere possit: ita Angel. Aret. *d. cons.* 110. *num.* 15. *& seq. ver. secundo est lata.* † Limita, quando delinquens fuit absolutus in foro pœnitentiali, quia potest accusari in foro iudiciali, communem * dicit Clar. *d.* § *fi. q.* 57. *num.* 10. *ver. sed nunquid*, & * omnes hoc approbant. † Extende, etiam si in foro pœnitentiali fuisset punitus pœna condecenti, quia non tollitur pœna iudicialis secundum * omnes, plene Iul. Clar. in § *fi. q.* 57. *nu* 10. *ver. idem dicendum.* † Limita in absoluto à iudice Ecclesiastico de crimine mixti fori, quia si delinquens absolutus erit laicus, poterit accusari, & puniri de nouo coram Iudice seculari. Clar. in § *fi. q.* 57. *n.* 11. *ver. sed hic occurrit*, vbi dicit * communem, & mouetur, quia iurisdictio Ecclesiasti ca, & secularis sunt prorsus separatæ, & distinctæ,

ideo

ideo absolutio lata in vno foro non præiudicat in alio, & ad hoc allegat Didac. Couarruu. *variar. resolut. lib. 2. capit. 10. num. 6.* qui omnium esse consensu receptum dicit. † Extende in casu conuerso, quando Iudex secularis absoluit laicum in causa, & delicto mixti fori, quia poterit per Iudicem Ecclesiasticum inquiri, & apud eum accusari, & puniri per eandem rationem; quia sunt iurisdictiones distinctæ, & separatæ, & sententia lata absolutoria in vno foro, non præiudicat in alio foro, vt idem Couarruu. dicit *d. cap. 10. n. 6.* & Clarus *d. §. fin. quæst. 57. num. 11.* & ita in terminis Afflict. *decis. 219. in foro, in fin.* Vide plene Bald. *cons. 260. Facta est per Episcopum inquisitio. lib. 3. per tot.* vbi allegat pro vtraque opinione plurima argumenta, quod absolutus non possit puniri, postea allegat contrarium, & tandem dicit, quod de iure ciuili absolutus ab Ecclesiastico potest puniri, sed de iure Canonico secus est, si plene est absolutus. † Declara; quia verissima est limitatio, & extensio, quando absolutio esset facta rebus sic stantibus, vel ex hactenus deductis, vel etiam absolutio esset simplex; quia in dubio præsumitur lata; quia non constitit de delicto secundum * communem, de qua idem Clar. *d. q. 57. num. 3. ver. sed hic quæro.* & ratio est in promptu; quæ potest contingere, quod coram Iudice, qui absoluit, non constiterit de delicto, & coram alio, qui vult inquirere, exstent indicia, & probationes sufficientes ad inquirendum; secus esset, si moueretur ad defatigandum ipsum semel absolutum, & vt daret aliam absolutoriam; quia hoc non esset licitum. † Declara; quia si esset facta absolutio; quia accusatus sit innocens, vel non deliquerit; tunc non posset talis absolutus accusari, vel puniri coram alio. Clar. *d. q. 57. num. 2. ver. & hæc quidem conclusio;* vbi dicit * communem, & vide supra in prin. † Declara, seu extende limitationem, vt procedat sine dubio, quando solutio esset solum in foro pœnitentiæ, etiam si pœnitentia fuisset publica; quia poterit puniri pro delicto temporaliter, tam per Ecclesiasticum, quam per secularem, vt per Couar. *variar. resolut. lib. 2. c. 10. maxime num. 3. ver. sexto fuem,* vbi de * communi, & per tot. cap. ponit alios casus, quos videas; quia plene examinat materiam. † Limitat idem Clar. in *d. §. fi. q. 57. num. 14. ver. sed quæro,* vt etiam laicus punitus de delicto mixti fori à Iudice Ecclesiastico, possit iterum accusari, & puniri coram Iudice seculari pro eodemmet delicto, & dicit, quod ista est communis * opinio, pro qua allegat Alciat. in *c. 1. de offi. ordin.* dicentem, quod Felin. in *c. de iis, num. 10. de accusat.* attestatur hanc * communem, licet fateatur in libro suo non reperisse Felin. de communi attestantem; imo fillum videas *num. 13. vers. vndecimo limita,* tenet totum contrarium; quia dicit, quod Bald. pro ista parte allegatus in *l placet. C. de sacrosanct. Eccles.* loquitur, quando pœna spiritualis fuit imposita ab Ecclesiastico, & sic de pœna in foro conscientiæ, quæ non tollit temporalem; item dicit, quod Bald. pro ista limitatione allegatus in *l. 1. C. de summa Trinit.* non determinat aliquid, prout est verissimum; quia dum ibi Bald. sub *num. 7. ver. modo circa hoc,* allegat pro vtraque parte, subiungit, sed hic aliter non determino; quia pender de facto: item Felin. in *dict. cap. de iis, num. 13.* citat plures pro contraria parte, vt infra dicetur, & Couarru. *variar. resolut. lib. 2. cap. 10. num. 6.* dicit * falsum esse, quod Felin. attestetur hanc esse * communem. Allegat etiam Clar. Anton. Gomez, *de delict. cap. 1. num 40. vers. Quare conclusio,* qui citat plures, & dicit magis veram & * communem, sed reuera ipse loquitur in atrocioribus delictis expresse; & quia se fundat super *cap. fin. §. per hoc. de pœn. in 6.* & ita etiam intelligit Farinac. *de inquisitio. q. 4. num. 10. vers. Tertius est casus,* & licet pro hac parte Farinacius *d. q. 4. num. 7. ver. Limita 2,* allegando plurimos dicat, quod est magis vera, & magis * communis opinio, teste d. Gomez. *de delict. num. 40.* tamen ipse Gomez. vbi supra, loquitur in atrocioribus, & non dicit magis veram & magis communem, sed dicit magis veram & communem, subiungit etiam Clarus rationem à se ipso; quia iurisdictiones Ecclesiastica & secularis sunt prorsus distinctæ & separatæ. Ideo, &c. † Contra limitationem tenent quasi omnes Canonistæ, vt per Hostien. in *c. tuæ. de procur.* & plenius in *c. 1. in fin. de offic. ordin.* quem ibi sequuntur Io. Andr. Ægidius Bellam. Ant. de Butr. Cardin. Zabarel. in *10. quæst.* Ioan. de Imola ibidem in fin. Abbas. Barbat. *num. 88.* qui omnes dicunt opinionem Hostiens. esse notabilem, licet aliqui dicant, si vera est, esse notabilem. Io. de Anania in *c. postulasti. in fin. de Iudæ.* adeo, quod constat sine dubio esse communem Canonistarum, sed * quod etiam sit communis opinio * Legistarum, attestatur Abbas in *d. c. tuæ, num. 5. ver. vnde in proposito. de procurat.* vbi dicit quod Legistæ communiter dicunt, quod aut acculatio tendit ad vindictam; & tunc ex quo semel egit vno modo, non potest tentare aliam viam; secus si accusatio concernebat interesse proprium, & rem familiarem, & pro ista parte facit vnum fundamentum, quod ipse Gomez. *d. c. 1. de delictu. num. 4. vers. pro quibus aperte facit,* dicit videri inconuincibile; quia quando per diuersas leges diuersæ pœnæ imponuntur, vna imposita & exacta, non potest imponi alia, dato, quod minor sit imposita, de quo ipse Gomez. ibi *num. 39. vers. Vnum tamen;* citat plures, & dicit * communem per text. in *l. Prætor edixit, § si dicatur. ff. de iniur.* & pro ista parte est text. apertus in *c. fi. de exceptio. lib. 6.* & Doct. ibi. * omnes. † Declara totam istam materiam adeo confuse & male intellectam propter interesse Principum Ecclesiasticorum, & Secularium, seu potius eorum iudicum, qui vt ipsis blandiantur, iurisdictionem Ecclesiasticam conculcare nituntur, & quotidie oriuntur iurgia, & scandala, & pauperes plectuntur Achiui: totque sunt sententiæ, quot sunt capita in hoc articulo; ita vt licitum fuerit vnicuique scribere, & libere loqui; vt etiam aliquando fatua & pudenda a iqui DD. scripserint, quæ omnia ad vnum rectum sensum dirigi possunt, si æquo animo, & recto iudicio per distinctiones iuridicas examinentur. † Prima igitur regula indubitata est; quia si agitur de conueniendo, vel puniendo Sacerdote, vel Clerico beneficiato, aut alias qualificato, secundum formam *Sacri Concilii Tridentini Sessio. 23. c. 6. de reformatio.* Princeps & Iudex secularis nullam prorsus habet iurisdictionem, *cap. cum non ab homine, de iud. c. nullus iudicum, & cap. si diligenti, de foro compet.* & est etiam de iure ciuili statutum, vt in *l. statuimus, C. de Episcop. & Cler.* Quod extendas, prout plene Grammat. *dec. 61. per tot.* & plenius Clar. in *§ fi. q. 37. in princ.* quia neque valet consuetudo, neque præscriptio contraria, neque prorogatio, neque consensus Clerici. Vide plenius, *Clerici non subsunt Principibus secularibus. Conclus. 385.* † Idem est, si agitur de delicto Ecclesiastico cognoscendo, prout, an sit vsura, an simonia, & de similibus, de quibus per Doctores in *cap. cum sit generale, de foro competen.* quia solus Iudex Ecclesiasticus priuatiue ad Principes & Iudices seculares, potest cognoscere secundum * communem, * de qua Ægid. Bellam. *d. c. cum sit generale. num. 16. ver. sed quomodo ergo,* & alii. † Et e conuerso si agitur de conueniendo, vel puniendo laico, inter laicos pariter Regula est indubitata, quod spectat ad solum Principem & Iudicem secularem, & quod Iudex Ecclesiasticus nullam exercere potest iurisdictionem in mere laicos, *l. 3 ff. de off. præsid.* per quem tex. secularis habet intentionem fundatam, nisi Ecclesiasticus doceat de qualitate, vel priuilegio contrario, vt dicunt * omnes in *d. c. cum sit generale,* vbi Bellam. *n. 14. ver. 3. modo potest dici,* cum infinitis, quæ adduci possent. † Et in hac prima Regula procedit optime argumentum, quo vtitur sæpe Clar. *d. §. fin. q. 57. n. 11. & n. 14.* quod ex quo iurisdictiones sunt separatæ, vna non præiudicat alteri, & si Ecclesiasticus puniret laicum in casu spectante ad secularem, non potest inferre præiudicium seculari, quin in solidum & ipse puniat; sicuti neque è conuerso, sed non procedit in casibus mixti fori, in quibus, qui præuenit, procedere debet, vt infra dicitur, & ipsemet Clarus ibi contrarius hoc fatetur *d. §. fi. q. 38. n. 9. & seq.* vbi dicit * communem. † Ista prima Regula, quod secularis Princeps, vel Iudex nullo modo possit punire presbyterum, vel Clericum qualificatum secundum formam Concilii Triden. est inconcussa, & nullam admittit restrictionem; quia secularis est incapax iurisdictionis in Clericos, & circa spiritualia, exceptis casibus, quando talis Clericus à suo superiore Ecclesiastico esset degradatus, seu denudatus ordinibus in specie, vel etiam in genere, prout quando Clericus esset assassinus, per *c. 1. cum ibi not. de homic. in 6.* vel quando esset effectus incorrigibilis, & monitus ter à suo Episcopo perseueraret se immiscendo enormibus; quia tunc perdit priuilegium, vt plene per Clarum *d. §. fi. q. 36. n. 21. & seq. per tot.* maxime, *n. 29. & seq. & n. 35. & seq.* adeo quod licet Clericus falsum deponens coram Iudice seculari offendat iurisdictionem secularem; non tamen potest ab eo puniri propter incapacitatem secularis, & ista est communis * opinio, vt dicit Afflict. *dec. 230. Fuit per relatorem, in prin.* vbi in fi. ait, quod ista est tutior in conscientia; quia cõscientia didicit male dicta continere; & quia diuisum Imperium cum Ioue Cæsar habet, plures citat de communi Clar. *d. §. fi. q. 38. n. 14.* vbi, quod ita seruatur in practica. † In casu vero conuerso totum contrarium est; quia laicus deponens falsum coram Ecclesiastico potest puniri; quia ex quo deliquit coram Ecclesiastico, tale delictum efficitur mixti fori, & erit locus præuentioni inter Iudicem Ecclesiasticum & secularem. Afflict. *dec. 219. in foro Archiepiscopi per totam,* & infra proxime in 2. Regul. dicetur. Idem est in casu denegatæ iustitiæ, quia etiam inter laicos recurritur ad Ecclesiasticum, vel cum superior non adest, vel vacante Imperio, & aliis casibus, vt not. in *c. licet ex suscepto, de foro compet.* † Secunda regula est; quia licet iurisdictiones diuersæ, &

sæ, & separatæ, siue ambæ sint Ecclesiasticæ, prout inter Abbatē, & Prælatum inferiorem, & Episcopum; siue inter seculares, prout inter Prætores, & Gubernatores Ciuitatum; siue inter plures Principes seculares; siue inter Ecclesiasticum, & secularem, quando occurrit delictum, quod per plures potest puniri, ne quis pro eodem delicto, amplius, quam semel, puniatur, ille, qui præuenit, regulariter debet habere causam, & alter debet remittere cognitionem ad eum, qui præuenit, & abstinere; quia neque ipse Deus vindicabit bis in idipsum in tribulatione. *cap. quid ergo 23. q. 5.* & semel punitus non debet iterum pro eodem delicto puniri. *cap. licet, de offic. Leg.* melius in *l. licet. ff. nautæ caupo. stabul. in fin.* vbi plena
55 gl in *verb. exceptio.* † Infertur propterea, quod si quis existens in vno territorio exoneret archibusum ad interficiendum, seu vulnerandum existentem in alio territorio, & vulnerauerit, seu interfecerit, poterit puniri per ambos Dominos dictorum territoriorum diuersorum; sed tamen ne bis de eodem delicto puniatur, erit locus præuentioni, communem * dicit Abb. in *cap. fin. de foro compet. num. 25. & seq. ver. nunc quæro de quibusdam*, vbi congerit multa similia de eo, qui litigauit in vno territorio, & spoliauit in alio. Item de eo, qui adduxit puellam ex vno territorio, & stuprauit in alio; sic etiam de eo, qui commisit delictum in cōfinio duorum dominorum; quia vterque procedit; tamen de iure communi ille, qui præuenit, cognoscere debet; ita etiam Felin. ibi post alios. & in *cap. 1. in 3. not. de præsumpt.* plura cumulat attestando de
56 communi. Clar. in § *fin. q. 38. num. 8. & seq. ver. item pone.* † Consequenter etiam infertur, quod si laicus offendat Clericum, vel cōmittat sacrilegium, aut peccatum, vel delictum mixti fori; quia potest puniri tam à iudice Ecclesiastico, quam etiam à seculari. *cap. cum sit generale, de foro compet. l. placet. C. de sacrosanct. Eccl. l. si quis in hoc genus. C. de Episc. & Cler.* erit locus præuentioni, & qui præuenerit, ille debet esse iudex, & alter remittet causam ad eum, qui præuenit, de iure Canonico est tex. in *cap. proposuisti, de foro compet.* * vbi * omnes, & de iure ciuili est text. in *l. si quis postea, ff. de iudic.* qui textus cum sint clari in vtroque foro, & sint fundati super maxima æquitate ad tollendas confusiones iurisdictionum, & fraudes
57 debent omnino seruari. † Ista præuentio consideratur ex multis, quandoque ex sola citatione etiam verbali legitime facta, quandoque litis contestatione, de quibus Ias. in *l. si plurib. n. 24. ff. de legat. 1.* quandoque ex sententia, vel executione partis sententiæ in causa pœnæ pecuniariæ, etiam contra contumacem. Bald. *consil. 134. Quidam Cagnus, per tot.* maxime *in fin. num. 2. ver. teneo quod melior. lib. 5.* sed maxime habet locum, quando quis habet delinquētem captum, vel etiam sponte constitutum; quia tunc ille præfertur: licet alius præuenerit in citatione, & condemnatione, dummodo captura, vel constitutio non sit affectata, & facta in fraudē, & alteri Iudici notificata, vt plene post alios Felin. in *cap. cum M. Ferrariensis. nu. 25. ver. extra glossam. de constit.* & plene Boss. *tit. de foro*
58 *compet. n. 61. 96. & seq. ver. dicit tamen Bart.* † Hæc præuentio quandoque turbida est, puta; quia eadem die sit ab vtroq; Iudice facta citatio; vel quia inter plures delinquentes vnus est captus ab vno Iudice, alius ab altero Iudice, & quilibet prætendit habere præuentionem; vel quia obstinati Iudices, & pares, non volunt sibi ipsis cedere, siquidem sunt sub eodem Principe, recurrendum est ad Principem, ne contingat diuersas sententias ferri, qui causam totam remittet ad illum Iudicem, per quem magis iustitiæ locus aperiri videatur; si vero sunt Iudices diuersorum dominorū temporaliū, debent sibi inuicem indicia communicare, & simul sententias cōformes proferre, vt plene Boss. *d. tit. de foro comp. n. 104. ver. tertio dic, quod si eadem hora.* Si vero contentio est inter Ecclesiasticum & secularem; tunc maior præfertur minori, & sic Ecclesiasticus debet cognoscere in dubio: ita dicit Ant. de But. in *c. caterū. n. 9. ver. nota hoc dictum, de Iud.* quem citat Felin. in *c. pastoralis. nu. 4. ver. limitatur, de rescript.* vbi dicit, nunquam obliuiscaris hoc dictū, quod etiā videtur tenere inter plures dominos temporales Boss. *de foro comp. n. 111. & seq.* vt dignior cognoscat, & ad eum causa per-
59 tineat. Barb. *cons. 31. stat. 1. n. 2. lib. 2.* † Prout idem in simili dicimus, quando pro eodem delicto Clericus, & plures laici inquiruntur, potest Clericus petere se remitti, & debet remitti ad Ecclesiasticum, & ne continentia causarum diuidatur, & ne diuersæ sententiæ ferantur. Et quia magis dignum trahit ad se minus dignum, etiam laici debent eo casu remitti ad Ecclesiasticum, vt per Ant. de Prato veteri in *l. 1. in fin. ff. quæ sent. sine appell. rescind.* quam sequitur Felin. plures alios citans in *cap. 1. col. 5. n. 6. post med. vers. & dixit d. Anton. de præscr.* Socin. in *l. cum Senatus, in fi. ff. de reb. dub.* vbi, quod vidit in praxi seruari, *ver. quarta conclusio*, vbi citat plurimos, & plenius Socin. *cons. 12. Quoniam in præsentiarum, n. 17. ver. & est adeo potens, lib. 1.* vbi tollit omnia contraria, & extēdit, etiam si vnicus clericus sit, & plures laici, quando materia est indiuidua; secus si diuidua, & citat plurimos & plenissime Boss. *de foro compet. n. 146. & seq.* vbi dicit, quod si laicis esset imponenda pœna sanguinis, quæ non posset imponi per Ecclesiasticum, quod tunc debet Ecclesiasticus laicos remittere, vt puniantur pœna condigna: licet etiam alleget in contrarium Socin. in *d. l. cum Senatus. in fin. ff. de reb. dub.* & infra dicetur. Vide, *Dignum magis trahit ad se minus dignum. Concl.* 435. † Sunt tamen aliqui casus, in quibus non attenditur præuen- 60
tio, sed vterq; Iudex procedit totaliter, & ad totam pœnam, veluti si laicus delinquens est contumax; quia nec Iudex, nec accusator audiretur, quatenus allegaret fuisse præuentum coram alio, ita Bart. in *l. Sepulchri violati. ver. circa primum, n. 2. & seq. ff. de sepul. viola.* plene Socin. *cons. 237. Difficultate. ver. sed præmissis. lib. 2.* Boss. *tit. de foro comp. nu. 82. & seq.* vbi declarant non procedere, si comparuisset post contumaciam, & se constituisset coram Iudice præueniēte, quia posset opponere exceptionem præuentionis, vide infra
n. 64. † Idem, quando delictum fuit commissum in confinio duo- 61
rū dominorum contentioso; quia vterq; procedit, & puniet tanquam in suo territorio, quod licet communis sit opinio de iure communi, quod qui præuenit, procedat, sed contrarium seruatur isto casu de consuetudine, ita Clar. *d. q. 38. n. 11 ver. præterea, quæro*, quod etiam affirmat Boss. *de foro comp. n. 60.* vbi allegat rationem specialitatis, ne sibi præiudicent; sed tamen *n.* 115. dicit, quod debent concordare in processu, ne sententiæ ferantur diuersæ, & *n.* 111. vult, quod dignior cognoscat. † Et ex præmissis patet, quod 62
in casibus mixti fori, licet iurisdictiones sint prorsus separatæ; nō tamen est verum semper, quod vna non impediat aliam; quia imō totum contrarium est, quod per præuentionem vna impedit aliā, nisi in certis casibus specialibus, *d. c. proposuisti, de foro compet. d. l. si quis postea. ff. de iud.* & Bald. in *l. nullum. n. 7. ver. sed an punitio. C. de testib.* dicit, quod licet vi territorii vterque possit punire; tamen secus est vi iuris communis, quod prætulet. † Tertia est Regula; 63
quia in causis mixti fori, si Iudex Ecclesiasticus, vel secularis, qui præuenit, potuit imponere pœnam condignam delicto, & imposuit, talis sic condemnatus, & punitus semel non poterit ab alio molestari; quia cum vterque sit Iudex, vt in *c. cum sit generale, de foro comp.* & qui præuenit, efficiatur solus Iudex. *d. l. si quis postea. ff. de iudic.* & punitio sit condigna delicto, nemo pro eodem delicto bis puniri debet. *l. licet. ff. nautæ caupo. stabul.* & ibi gl. in *ver. exceptio*, & est text. in *c. fin. de except. lib. 6.* vbi, quod sicuti tenetur Ecclesiasticus admittere exceptionem rei iudicatæ coram seculari obtentæ, dummodo non vergat in dispendium salutis animę; ita si secularis non admittit exceptionem rei iudicatæ coram Ecclesiastico obtentæ, potest compelli per censuras Ecclesiasticas ab ipso Iudice Ecclesiastico: & quod punitus à Iudice Ecclesiastico pœna condigna, non possit vlterius molestari à seculari, neq; è conuerso, est text. in *c. de iis, de accus.* qui licet loquatur in absoluto; tamen idem multo magis in condemnato pœna condigna procedet, & ita in terminis tenet gl. pen. in *c. fœlicis, in ver. admimus, de pœnis, in* 6. quam ibi communiter tenent omnes * Canonistæ, vt per Ioan. * Monach. *n* 15. *& seq ver. contra, absolutus semel.* Ioan. And. *n. 19. ver. dicit Ioan. Monach.* Archidiac. *n. 17. ver. quinto decimo nota.* Geminia. ibi in § *per hoc*, & Franchus, qui omnes volunt, quod si pœna est condigna, secularis non possit molestare; si non condigna, supplebit in eo, quod defecit Ecclesiasticus in atrocibus delictis; secus in ordinariis per illum text. qui loquitur vel in casu speciali, vel saltem in atrocibus, & hoc idem etiam sentiunt Antōde Butr. in *c. 1. n. 26 de offic. ord. in fin. ver. veritas est*, vbi etiā Ioannes de Imola in fin. Guido Pap. *n. 16.* & idem etiam tenet Abbas in *c. tuæ. nu. 5. ver. vnde in proposito*, dum allegat text. in *c. fœlicis, de pœnis, in* 6. & ibi distinctionem Ioan. And. & hanc eandem opinionem tenēt Legistæ, maxime Bald. in *l. nullum, nu. 7. ver. sed an punitio facta. C. de testib.* vbi ex mente Iacob. de Beluis. tollit contraria, quod iurisdictiones diuersæ, & distinctæ nihil operentur contra ius commune, & in istis terminis loquitur Caccialup. in *l. 1. C. de summa Trin. n. 27. in fin. ver. quintus casus*, eandemque opinionem tenent Fulg. Castrens. & plenius Ioan. Sichard. in *l. nullum. C. de testib.* & sic patet, quod ista est vera, & communis Canonistarum, & Legistarū opinio, & ita etiam Couar. *variar. resolut. lib. 2. c. 10. n. 6. ver. est tamē intelligenda*, tenet, quod in praxi expediret multū, quod ita obseruaretur, & in hoc etiam nullam subesse difficultatem, attestatur Clarus *d. § fin. q. 57. n. 12. ver. dictum est.* † Intelligas prædictam re- 64
gulam procedere, quando punitus est presens, & satisfecit; secus, si contumax fuit, vel non satisfecit, vt declarat. idem Caccialup. *d. l. 1. C. de sum. Trin. n. 27. ver. primus casus, & ver. secundus casus*, quia alias iudicium eluderetur, & supra *n. 60. ver. sunt tamen aliqui casus.*
† Contra istam Regulam, quæ indubitata est, insurgunt aliqui 65

asserentes ex capite suo, quod licet Episcopus possit in causa mixti fori punire laicum; tamen punitio non potest esse, nisi spiritualis, vt excommunicet, non autem potest punire temporaliter, neque capere, mouentur fallaci fundamento ex *l. placet. C. de sacros. Eccles.* vbi per illum text. puniuntur onera imponētes Ecclesiis, & Ecclesiasticis; quia excommunicantur per Episcopum, & temporaliter puniuntur per secularem. Item ex tex. in *c. cum Episcopus, de offic. ord in 6.* vbi dicitur, quod Episcopus in sua diœcesi exercet iurisdictionē liberam, & capit, & punit Clericos; ergo argumento ducto a contrario sensu, Episcopus procedere contra laicos non potest, nisi excommunicare, non autem pœnam temporalem eis imponere, & alios textus à contrario sensu similes adducunt, & iste error supinus apud multos inualuit, vt Iul. Clar. in § *fin. q.* 37. *in fi. n.* 8. *ver. vnum tamen* dicat seruari Mediolani, & ab ea vti communi * non recedendum; qui tamen cum esset vir eruditissimus, non audet dicere, super qua ratione fundetur; quia scit vt non posse substineri. Nam certum, & indubitatum apud omnes est, quod argumentum à cōtrario sensu non valet, quando ex eo corrigeretur ius commune, * communem dicit Alex. *cons. 69. Visa facti, in fin. lib.* 2 maxime, quādo lex, à qua sumitur argumētum à cōtrario, aliquid operatur sine argumento, vt declarat Roman. *cons.* 399. *Vt præsens consultatio. n. 6. & seq.* vbi Apostill. in *ver. veriorem.* dicit * communem. Vnde cum habeamus text. claros de iure Canonico, in quibus Episcopus potest carcerare, & punire temporaliter laicos in causis, & delictis mixti fori, vt in *c. attendendum, 17. q. 4. & in c. contra idolorum cultores. 25. q. 5. & in c. 2. de adult.* vbi necessario loquitur in laico; quia ducere in vxorem cōpellitur, vel castigatur, & ita plene Gemin. in *d. c. cum Episcopus, n. 9. ver. mihi nunquam placuit, de offic. ord. in 6.* & ibi Franch. in *4. not. & nu. 3* plenius Barbat. *inter consilia crimin. cons. 93. Scribitur Sapientia. n. 12. in fin. cum seq. ver. & si quispiam. tom. 1. crim.* vbi tollit omnia, vsque in fin. & ad *l. placet. C. de sacros. Eccl.* sufficiat responsio, quam ad alium finē dedit Clar. in §- *emphyteusis. q. 28. ver. nec dicatur*; vbi, quod totus titulus *C. de sacros. Eccles. & C. de Episcop. & Cler.* est nullus, ex quo disponit secularis sine iurisdictione de personis, & rebus Ecclesiæ, & *66 quod est communis * opinio, & nullus discrepat. † Extende hanc regulam, vt punitus à Iudice Ecclesiastico non possit puniri à seculari, neque è conuerso, etiam si esset punitus in pœna minori, & sic in pœna extraordinaria; ita tenēt fere omnes Legistæ, vt per Cynum in *l. nullum, in fin. C. de testib. in fin.* vbi reprobat ibi gl. fin. quam dicit esse additam; quia licet Iudex extra ordinem puniuerit testem falsum deponentē coram se; tamen iste testis non poterit puniri à suo ordinario; licet pœna minori fuerit punitus, & idem dicit Bart. ibi in fin. in vtraque lectura. & Alber. ibi in finalibus verbis, & Ang. Salyc. quoque in finalibus verbis, vbi se remittit ad ea, quæ dixit in *l. qui de crimine. C. de accus.* vbi *n. 13. ver. ex prædictis capiat reus consilium*, vbi tenet hanc partem; eandem opinionē plenius tenet Cynus in *l. vbi falsi crimen, in fin. C. ad leg. Cornel. de falsi.* qui mouetur ea ratione; quia pœna imposita ad vindictam nō potest vlterius intentari. *l. licet. ff. nauta, caupo. stabul.* sequitur Bart. in *l. 2. §. publico, in fin ff. de adult.* vbi, quando duo iudicia tendunt ad vindictam, vnum indistincte tollitur propter aliud, non attento, vtrum sit plus in vno, quam in alio. *l. prætor.* § 1. *ff. de iniur.* & hanc * communem Legistarum esse * opinionem dicit Abb. *d. c. tua. n. 5.* 67 *ver. exemplum in sacrilegio, de procurator.* † Pro ista extensione faciunt ea, quæ dicit Caccialup. in *d. l. 1. C. de summa Trin. n. 27. in tertio casu, ver. in contrarium facit*, & rursus *in quarto casu, ver. quinimo, & fortius*, vbi, quod pœna Ecclesiastici, licet minor sit; tamen ex quo est tēporalis, & ad vindictam: & ex constitutione Canonica, & est plena, & ordinaria, debet sufficere; quia, an maior, vel minor sit, non 68 consideratur. *d. l. prætor edixit. § 1. ff. de iniur.* † Secundo facit; quia Iudex ex causa potest augere, & minorare pœnam iuris communis, & pœnam statuti. Clar. *d. § fin. q. 85. ver. vlterius quæro.* plenius Couar. *variar. resol. lib. 2. c. 9. n. 8. ver. duodecimo.* Vide, *Pœna potest minui per Iudicem ex causa.* Circl. 225. † Tertio facit; quia clarum est, 69 quod si Iudex Ecclesiasticus componeret iam condemnatum, vel gratiam faceret condemnato, talis gratia, vel dispensatio eum liberaret, ne possit vlterius puniri. Clar. *d. § fin. q 57. n. 9.* vbi dicit *70 *communem. † Contrarium tenent multi, quod imo si Ecclesiasticus non puniuit in pœna ordinaria maiori, possit secularis de nouo punire; quia Reipul. interest, ne delicta remaneant impunita, ita Bald. *d. l nullum, in fin. C. de testib.* & Fulgos. ibi dicit, quod ita seruatur in practica, & plene ibi Castrens. & Ioan. Sichard. & videntur tenere Canonistæ in *d. c. fœlicis, de pœn. in 6.* de quibus supra *n. 63.* dum volunt, quod punitus possit puniri in eo, quod defuit 71 de pœna ordinaria. † Declara; quia si sumus in delictis, & criminibus ordinariis, vera sit extensio: si vero sumus in delictis atrocib. tunc ne delicta remaneant impunita, potest puniri delinquens in eo pluri, in quo Ecclesiasticus non puniuit, vel nō potuit punire; ita loquuntur Canonistæ in *d. c. fœlicis, de pœnis. in 6.* qui text. loquitur, vel in atrocioribus, vel in casu speciali, & ita etiam * omnes alii Legistæ loquuntur, & declarant. Ant. Gom. *de delict. c. 1. n. 4. ver. quarta conclusio*, vbi dicit * communem, & post eum Farinac. *d. q. 4. n. 10. & seq. ver. quartus casus*, vbi dicit magis * communem, *& n. 11. ver. quintus casus*, qui etiam pulcherrime distinguit, quomodo fiat ista secunda punitio in iis, quæ sunt diuidua, & si pœna pecuniaria sit soluta, an restitui debeat per Iudicem secularem, si vult in personam punire: si vero per Ecclesiasticum sit punitus pœna afflictiua, quæ non potest restitui; tunc mitiori pœna sit laicus puniendus; quia subest legitima causa. † Limita, quando Iudices sunt 72 sub diuersis dominis iurisdictionem exercentibus, puta, Iudice domicilii, vel originis, & delicti; quia vterque procedit. Clar. *d. §. fin. q. 57. n. 13. vers. scias etiam.* & punitio, & solutio pœnæ facta corā vno non tollit condemnationem factam coram alio de consuetudine; secus si sub eodem domino sunt Iudices. † Limita in atro- 73 cioribus; quia potest esse tanta atrocitas delicti, vt non obstante punitione facta per vnum Iudicem possit puniri etiam per alium. Clar. *d. §. fin. q. 57. in fin.* & Farinac. *d. q. 4. n. 11.* vbi dicit * communē. * †Limita; quia non valet absolutio per modum cōpositionis ante 74 formatam inquisitionem solemnem super delicto; quia talis cōpositio facta super adulterio Parochiani Rectoris per Vicarium, vel Episcopum dicitur extorsio, maxime, quando adulterium est qualificatum, & aggrauatum, super quo Episcopus non posset dispensare, & reus potest iterum puniri. Ita Castr. *cons. 349. Notādum, quod per tot. lib. 1.* vbi loquitur, quando sola informatio secreta erat capta; quia compositio, eo casu, nō potest habere vim sententiæ. † Extende, maxime si est facta à Vicario, etiam habente fa- 75 cultatem faciendi compositiones; quia intelligitur de leuioribus criminibus. Castrens. *d. cons. 349. col. 2. ver. quod autem, lib. 1.* Vide plene, *Condemnatus semel non potest vlterius condemnari, & quando secus. Concluſ. 571.*

Absolutio à iuramento multiplex. Concluſ. 54.

ABSOLVTIO † à iuramento duplex est; vna est præiudicialis, 1 quæ fit ad effectum tollendi in totum iuramentum, & vires eius; de qua per Oldrad. *cons. 120. incip. Ad duplicem, in princ.* quem refert, & sequitur Anch. *cons. 18. In quæstione, quæ vertitur, nu. 11. ver. tertio.* Bald. *cons. 460. Vicarius Episcopi, lib. 5.* vbi, quod ista absolutio non datur sine causæ cognitione, videlicet, nisi constet de dolo, vel metu, aut nimia reuerentia iurantis. Anch. *cons. 382. n. 3. & seq.* Ægid. Bellam. plene *cons. 30. n. 11. & seq.* Alex. *cons. 213. Visis, ac ponderatis per tot. lib. 7.* vbi, quod requiritur causæ cognitio, sed ex celeri expeditione non annullatur, quando cognitio causæ non est omissa. † Hanc etiam appellant alii absolutionem, quæ fit ad effe- 2 ctum causæ, vel ad probationem in causa, vt per Roman. *decis. 8.* alias *767. de iureitur, in antiq. sciendum est, in fin. ver. si autem.* † Castr. 3 *cons. 259. col. fin. ver. posset etiam dubitari.* appellat hanc plenam relaxationem, quam asserit impleri ex probationibus factis post primam relaxationem simplicem, absque eo, quod debeat noua absolutio impartiri, quem sequitur Afflict. *decis. 322. Dominus Cicus, in fin. ver. nec obstat. n. 11. & seq.* † Et hæc cum sit præiudicialis, requi- 4 rit citationem partis, vt per Rotam *d. decis. 8. de iureitur. in antiq. in fin.* Oldrad. *d. cons. 120. in princ.* Anch. *cons. 18. n. 11. ver. tertio.* † Et ne- 5 dum citationem partis, sed plenam causæ cognitionem, alias est ipso iure nulla relaxatio. Anch. *d. cons. 382. Retento ordine, n. 4. & seq. ver. in secunda autem*, & probat optima ratione; nam iuramenti relaxatio spectat primo ad partem, postea ad Iudicē; sed detolutio non fit Iudici, antequam pars sit requisita; ergo, &c. & dicit valere argumentum de toto ad partem, si totus contractus nō potest tolli sine citatione; ergo nec iuramentum, quod est pars contractus. † Causæ cognitio præsumitur interuenisse, si Iudex dicat, *vi- 6 sis, &c.* quando partes fuerunt præsentes, & non contradixerunt. Alex. *d. cons. 213. n. 3. & seq. ver. nec obstat, si diceretur, vsque in fin. lib. 7.* † Extende in tantum esse nullam hanc absolutionem à iuramēto 7 confirmante contractum sine citatione, vt Iudex secularis nō teneatur exequi; quia si constat, quod pars non est citata, debet magis præsumi pro contractu valido, quam pro absolutione nulla. Anch. *d. cons. 382. n. 10. & seq. ver. & hoc pro vero.* † Extēde; quia imo 8 quando talis absolutio est ad instantiam partis, non citata parte, facta, pars, quæ egit contra iuramentum, incidit in pœnas, *l. si quis maior. C. de transact.* Ita Anch. *cons. 382. n. 8. & seq. ver. & ex hoc.* † O- 9 peratur hæc absolutio plena lata cum causæ cognitione, quod instrumentum nullum, quod conualidatur per iuramētum, sublato iuramento per absolutionem remanet nullum. Item instrumentum

mentum validum, quod ob læsionem vltra dimidiam posset rescindi sine iuramento, licet iuramentum operetur, q̃ censeatur renunciasse læsioni, tamen sublato iuramento contractus remanet validus; eo modo, quo esset sine iuramento, vt possit rescindi, ita Alex. *consil.* 213. *Visis, ac ponderatis, n.* 2. *lib.* 7. vbi saluat opiniones, quę videbantur contrarię cum ista distinctione, quam etiam
10 approbat ibi Apostill. in *ver. saluat*, quæ dat plures concord. † Et propterea dicit, quod pactum de non succedendo sine iuramento est nullum, cum iuramento vero est validum, si absolutio fiat à iuramento cum causæ cognitione; tunc quia cessat iuramentum, erit nullum, prout si esset factum sine iuramento. Alex. *d. consil.* 213.
Ⓕ *in pr. li.* 7. Vide, *Absolutio simplex à iuramento quando concedenda, & qd*
11 *operetur. Concl.* 56. † Alia est simplex absolutio ad effectum agendi, q̃ quam non tollitur iuramentum, nec vires eius, sed solum habilitatur iurans, vt possit allegare ea, quæ de iure operantur, vt iuramentum non valeat. Anch. *d. consil.* 18. *n.* 11. *ver. tertio.* Oldrad. *consil.* 120. *ver. ad secundum effectum. n.* 2. Bald. *consil.* 460. *Vicarius Episcopi, lib.* 5. Castr. *cons.* 259. *col.* 3. *ver: sed remanet, lib.* 2. vbi, q̃ ex ista præferuatur ius partibus. † Et ista est summaria cognitio, & fit ante rela-
13 xationem. Ægid. Bellam. *cons.* 30. *n.* 11. † Et ista absolutio simplex ad effectum agendi duplex est; quia potest concedi à parte, cui iura-
Ⓕ mentum fuit præstitum, & compellitur relaxare. Vide, *Iuramentum potest remitti inter iurantes, & quando secus. Concl.* 515. † Alia, quæ
14 datur per Superiorem, & licet aliqui tenuerint, quod ista à Superiore non sit concedenda, nisi in subsidium, quando pars non vult remittere iuramentum; tamen veritas est in contrarium, q̃ sunt remedia æque principalia. Abb. in sua *q.* 2. *col. pen. in fin. ver. & circa*
15 *hunc casum.* † Tertia species est; quia differt absolutio à iuramento, & à restitutione in integrum aduersus iuramentum. Nam is, qui iurauit, puta, maior, vel minor læsus absoluitur à iuramento, non autem restituitur aduersus iuramentum. Si vero alteri detulit iuramentum, qui iurauit, & ex tali iuramento delato, & suscepto læditur enormissime, restitui debet aduersus tale iuramentum susceptum, & delatum: si minor fuit is, qui detulit. Abbas *d.*
16 *consil.* 107. *num.* 6. *ver. & ideo notanter dixit.* † Absolutionum ad effe-
17 ctum agendi alia est gratiosa. † Alia est in forma commissionis Iu-
18 dici, Rota in *antiq. dec.* 8. *de iureiur.* alias 767. incipit, *Sciendum.* † Et vtraq; absolutio fit in eadem instantia ad abbreuiandas lites, quia Iudex summarie cognoscit, an subsit causa absoluendi ad effectũ agendi, & absoluit, & postea plene cognoscit, an sit rescindendus contractus. Vide plene Ægid. Bellam. *consil.* 30. *n.* 11. vbi reddit ra-
19 tionem. † Sed si absolutio fit ab Episcopo, & Ecclesiastico, & causa introducatur coram Iudice seculari, dicas, q̃ absolutio, quæ est habilitatio à iuramento, fit cum causæ cognitione, vt summarie constet de dolo, vel læsione, & fit non citata parte. Postea coram Iudice seculari fit plenissima causæ cognitio, & si fertur sententia ad fauorem absoluti, non indiget alia absolutione; si contra eum, reincidit in periurium, & debet absolui à periurio firmo manente iuramento. Ita Castr. *consil.* 259. *Circa primum, col.* 3. *vsq; in fin. ver. sed remanet dubium, lib.* 2.

Absolutio ad effectum agendi quando, & qualiter peti possit. Concl. 55.

1 ABSOLVTIO † à iuramento in quibus casibus peti possit. Abbas *consil.* 71. *Quinq; dubia. col. vlt. lib.* 2. Roman. *consil.* 437. *In casu proposito, circa fin.* vbi plena Apostilla. Imol. & Alex. in *l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.* Alex. *consil.* 42. *Super præmisso themate. col. fin. lib.* 1. *& consil.* 59. *Viso instrumento. lib.* 1. *& consil.* 39. *Viso statuto. lib.* 4. & plenissime Curt. Sen. *consil.* 65. *n.* 22. *& seq.* vbi, q̃ debet peti ab Ecclesiastico, & non à seculari, etiam Principe absoluto, ex causa, & sine causa non debet dari, & quãdo iuramentum confirmat contractum, vel cessat dolus, læsio, & machinatio, non datur; & si conceditur ad effectum experiendi in iudicio; non ta-
2 men Iudex debet tollere sine causa iuramentum. † Et non debet peti, absq; expressione causæ, & minus conceditur absque causa. Abb. *c. non est, de voto.* & quæ concurrere debeant, vt concedatur. Ias. *consil.* 177. *lib.* 2. vbi late, *n.* 6. *ver. restat alia dubitatio, vsq; in fin.* vbi,
Ⓕ quod ex causa datur, etiam si sit triplicatum. Vide, *Absolutio simplex*
3 *à iuramento. Concl. proxima seq. n.* 14. † Et debet causa, propter quam petitur allegari; quia, nisi allegetur, causa deceptionis, vel læsionis, non p̃sumitur. Castr. *consil.* 174. *Contra superius consulta. col. fin. ver. sciendum est. lib.* 1. plenius Abb. *d. consil.* 71. *in fin. lib.* 1. vbi, q̃ neq; Papa sine causa tollit iuramentum. Rom. *d. cons.* 437. *in finalib. verbis.* Alex. *d. cons.* 42. *n.* 19. *& seq. lib.* 1. Curt. Sen. *d. cons.* 65. *n.* 26. *ver. ter-*
4 *tia conclusio.* † Amplia; quia peti debet ante litem contestatam, & antequam iurans sit effectus periurus. Alex. *consil.* 17. *lib.* 3. Natta *consil.* 145. *n.* 21. *& consil.* 233. Vide, *Absolutio non datur. Concl.* 62. *n.* 27. Ⓕ *& seq.* † Amplia; quia in petitione absolutionis à iuramento ne- 5
cesse est, quod vertatur peccatum eius, contra quem petitur absolutio, videlicet, vt ex parte eius interuenerit dolus, vel metus, vel quæstus illicitus, videlicet, vltra dimidiam, quæ habet dolum re ipsa, alias non sufficit læsio iurantis, quæ sit licita, & permissa. Alex. *consil.* 222. *Visa facti. n.* 5. & 6. *ver. bene facit, lib.* 2. Vide infra, Ⓕ *Absolutio à iuramento requirit causam. Concl.* 59. *n.* 4. *& seq.* vbi habes causas legitimas.

Absolutio simplex à iuramento quando concedenda, & quid operetur. Concl. 56.

DATVR † absolutio à iuramento ad effectum agendi, vbicun- 1
que iurans fuit deceptus, & læsus dolo aduersarii. Bald. *consil.* 175. *Statutum prohibens, lib.* 4. vbi videtur velle, q̃ constet. † Exten- 2
de maxime ad fauorem minoris, q̃ contraxit contra formam statuti; quia dolus p̃sumitur ex parte eius, qui contraxit cum tali minore casu prohibito. Bald. *cons.* 178. *Istud statutum. lib.* 3. Ias. *d. consil.* 177. *n.* 6. *lib.* 2. † Extende multo magis, quando pater decepit fi- 3
liam minorem renunciantem; quia debet dari absolutio à iuramento, alias esset vinculum iniquitatis. Castr. *cons.* 455. *Ad primum. n.* 5. *ver. posset etiam, lib.* 2. vbi, q̃ licet filia renuncians patri, & læsa possit sine interitu salutis seruare iuramentum; tamen pater non est sine peccato; & ideo debet dari absolutio. † Et sine absolutio- 4
ne iurans non debet propria auctoritate venire contra, quandocunq; ipse iuramentum sine interitu salutis potest seruare, etiam si ex parte eius, cui fuit iuratum, adsit peccatum. Castr. *d. cons.* 455. *col. pen. ver. prius tamen obtenta. lib.* 2. Curt. Sen. *cons.* 65. *n.* 23. *ver. tutius tamen.* Vide, *Absolutio à iuramento quando necessaria, vel non. Concl.* 58. Ⓕ
maxime *n.* 15. *& seq.* † Amplia; quia vbicunque iuramentum est 5
illicitum, & iniustum ex parte recipientis, licet possit seruari sine interitu salutis ex parte iurantis; tamen potest peti absolutio ab Episcopo, & debet concedi, vel recipiens iniuste tale iuramentum compellitur relaxare. Abb. *cons.* 8. *Iria. n.* 5. *ver. moueor. lib.* 2. *& cons.* 12. *Et si copiosius. col.* 2. *in fin. ver. & iuramentum, eod. lib.* & plenius *cons.* 107. *Quatuor sunt, col.* 3. *in pr. n.* 3. *ver. restat nunc. lib.* 2. Alex. *cons.* 222. *Visa facti, n.* 5. & 6. *lib.* 2. *ver. bene facit.* † Extende; quia vbicun- 6
que iuramentum non habet tres comites, iudicium, veritatem, & iustitiam, est locus absolutioni, vel relaxationi, quia non obligat. Abb. *consil.* 8. *n.* 6. *ver. item, & secundo, lib.* 2. vbi iudicium sumit p̃ discretione, iustitiam pro re non iusta, & rationabili, alias esset vinculum iniquitatis, q̃ esse non debet. † Extende; quia vbicun- 7
que iuramentum habet in se turpitudinem, prout, q̃ vsuræ non repetantur, vel quid simile, semp̃ potest peti absolutio, *c. si vero, iureiur.* q̃ licet loquatur de absolutione Papæ; tamen p̃cedit etiam in inferiore, prout in Episcopo. Abb. *d. consil.* 12. *col.* 2. *in fin. ver.* Ⓕ *sed circa absolutionem, lib.* 2. Vide, *Iuramentum de soluendis vsuris remittere tenetur creditor. Concl.* 516. † Et dicitur inesse turpitudo ex parte 8
recipientis, quando fit act° contra legem, puta donatio vltra 500. sine insinuatione. Abb. *cons.* 107. *col.* 3. *in pr. lib.* 2. vbi dicit* comunem, & *n.* 6. *& seq.* † Item, quando interuenit magna læsio; quia 9
tunc etiam re ipsa inest dolus, licet non ex proposito. Abb. *d. cons.* 107. *col.* 3. *in pr. lib.* 2. vbi dicit* communem, & idem repetit. *n.* 6. & * *seq.* † Item multo magis, quando dolus interuenit ex proposito, 10
veluti, quia consanguinei minoris donantis asseruerint donationem cedere in vtilitatem minoris, q̃ semp̃ est falsum; q̃ donare est p̃dere. Abb. *d. consil.* 107. *col.* 3. *in pr. lib.* 2. vbi dicit* comunem, & repetit. *n.* 6. *& seq.* † Item multo magis, quando concurrunt p̃dicta 11
simul, videl. quod sit actus contra legem, concurrat læsio & dolus ex proposito, & petens sit minor. Abb. *d. cons.* 107. *n.* 4. *lib.* 2. † Itẽ si 12
reuerentia patris interuenit in donatione filiæ. Abb. *d. cons.* 107. *n.* 5. *lib.* 2. † Amplia; quia vbicunque quis iurat actum factum con- 13
tra legem, vel statutum; ex parte recipientis inest dolus, vel turpitudo; & ideo recipiens compellitur relaxare iuramentum, quando iurans est læsus. Abb. *d. consil.* 8. *col. fin. n.* 7. *lib.* 2. Declarat tamen aliter Rom. *consil.* 437. *In casu proposito, n.* 11. *ver. quoad tertium dic,* vt per eum. Extende vt infra, *Absolutio à iuramento requirit causam. Concl.* 59. *n.* 4. *& seq.* Vide, *Iuramentum quando quis teneatur re-* Ⓕ
mittere, tanquam exactum super prohibito. Concl. 517. † Causa tamen 14
legitima, propter quam debet concedi hæc absolutio simplex, debet allegari, & exprimi. Sarnen. in *tract. breuium, n.* 46. Aymon. *consil.* 7. *n.* 3. qui dicit, quod Iudex Ecclesiasticus non potest illam concedere, nisi ex causa legitima, puta, doli ex proposito, vel re ipsa, & loquitur in minore. Imo petens debet causam exprimere. Vide, *Absolutio ad effectum. Concl. præced. n.* 2. *& seq.* Vide plenius, Ⓕ
Absolutio à iuramento requirit causam exprimi, Concl. 59. † Citatio par- 15

tis an requiratur. Vide plene, *ver. Absolutio à iuramento an requirat citationem, Concl. 61.* †Absolutio à iuramento ad effectum agendi, 16
operatur, q̃ non tollitur iuramentum, si q̃ sit, sed habilitatur agens, vt possit ea deducere, quæ de iure faciunt iuramentum non esse obligatorium. Oldr. *cons. 120. Ad duplicem, n. 2. ver. ad secundum.* Anch. *consil. 18. In quæst. quæ vertitur. n. 11. ver. tertio.* Castr. *consil. 259. Circa primum, n. 2. ver. sed remanet dubium. lib. 2.* plene Crau. *consil. 7.*
17 *n. 7. ver. intentio autem Iudicu.* † Et ista absolutio simplex est q̃dam relaxatio iuramenti, quæ operatur, vt qui non poterat audiri obstante iuramento, audiatur sine metu piurii. Castr. *consil. 143 Viso*
18 *processu, in pr. ver. 2. respondetur, lib. 2.* †Amplia, quod licet sit simplex absolutio ad effectum agendi; tamen impletur, & fit plena ad effectum penitus tollendi iuramentum ex p̃bationibus, parte vocata, postea factis, absque eo, q̃ requiratur alia absolutio. Castr. *d. consil. 259. lib. 2. col. fin. ver. posset etiam dubitari*, quem sequitur Affl. *dec. 322. col. fin. ver. nec obstat*, sequitur Crau. *d. consil. 7. n. 7.* allegat Bal-
19 dum *cons. 460. Vicarius Episcopi, lib. 5.* †Declara; q̃a si iuramentum confirmat contractum, vt q̃a minor dixit cum iuramento, se maiorem, iux. *auth. Sacramenta puberum. C. si aduers. vend.* vel quia mulier fundum dotalem cum iuramento vendidit, & alias, vbicunq; substantia contractus non est p̃hibita, sed solus effectus, tunc absolutio non tollit effectum iuramenti, sed relaxat iurantem, vt possit impugnare contractum; si vero contractus substantia est prohibita, vel persona minoris, sine certa solennitate contrahens etiam cum iuramento, quo casu contractus est nullus, & iuramẽtum non confirmat; tunc absolutio à iuramento operatur plenũ effectum, q̃a sublato iuramento, contractus est nullus. Ita Angel. *cons. 160. Domina Catharina. n. 3. col. 3. ver. dicit quis.* & sequitur Abb. *consil. 107. quatuor sunt. n. 5. ver. ad tertium dubium. lib. 2.* vbi clarius dicit, q̃ si iuramentum conualidat contractum, absolutio operatur solum, q̃ contraueniens non dicitur piurus, & sic non repellitur. Ideo debet restitui aduersus contractum, put maior, puta, ex eo; q̃a est læsus enormiter, vel dolo inductus, &c. Si v. non conualidat contractum nullum, eo ipso, quod est absolutus à iuramento, potest ex contractu nullo vendicare rem suam. Si v. contractus est mero iure validus, sed p̃pter læsionem, vel dolum rescindendus, obtenta absolutione restitui debet contra contractum, vt idem Abb. plenius ibi *n. 6. & seq.* & plenissime Crau. *consil. 7. nu. 6. & seq. ver. quin imo.* Vide plenius, *Absolutio à iuramento non datur multis casibus. Concl. 62. n. 5. & seq.* Videas omnino Cur. Sen. *cons. 65. in fin.* vbi, q̃ fatuus est Iudex, q̃ credit absolutionem à iuramento confirmatorio contractus tollere contractum, nisi probetur dolus, metus, vel turpitudo, & magna est differentia, an iuramentum relaxetur totaliter, an ad effectum agendi, & q̃ sæpe erratur non intelligendo terminos absolutionum istarum: vide inf. *n. 22. & seq.*
20 † Operatur multa absolutio à iuramento, quia debilitat contractum, facit cessare absolutionẽ, quæ non cessaret, interponit moras debitoris, & forte etiam facit vacillare instrumentum, ne de-
21 tur exequutio, plene Anch. *cons. 98. Prædictis subtiliter, per tot.* †Contrarium, q̃ imo iuramentum præstitum sup contractu solenniter inito tollat beneficium Prætoris in obtinenda restitutione ad-
* uersus contractum iuratum. Bart. Bald. & *omnes in *l. 1. C. si aduer. vend.* Ideo data absolutione non potest restitui absolutus aduersus contractum, sed intelligas, vt non possit Prætor restituere aduersus contractum durãte iuramento, sed obtenta absolutione à iuramento secus est. Ita Abb. *cons. 107. Quatuor sunt, col. pen. n. 6. li. 2.*
22 †Extende; q̃a operatur pinde, ac si non esset iuratum, quãdo est in plenissima forma, quantum ad hoc, vt audiatur, restituaturq; in
23 integrum læsus, & similia, Socin. Iun. *consil. 47. nu. 37. lib. 3.* †Imo quando datur expresse cum decreto, q̃ perinde sit, ac si non esset iuratum, vt tranleat in iudicatum, & ostendat iuramentum iniquum ad effectum, vel q̃ restituatur, vel agat absolutus libere actione sibi competenti, vel officio Iudicis, ac si non iurasset. Ant.
24 de Butr. *d. consil. 45. n. 2. ver. sed quicquid sit.* †Non tamen tollitur vis iuramenti, nisi quatenus probetur postea in iudicio fraus, vel dolus, sed solum absolutus habilitatur ad ea deducendum in iudicio sine metu piurii. Castr. *consil. 259. Circa primum, col. fi. lib. 2.* sequitur Felin. in *c. 1. col. pen. in 8. q. de iureiur.* Afflict. *dec. 220. n. 10. & seq.* & su-
25 pra *n. 39.* †Et quando est data absolutio solum ad effectum agendi, quod contractus nihilominus sit validus, & quoad quæ, vide
26 Guido. Pap. *dec. 226.* incipit: *Item fuit, &c.* †Declara; quia absolutio à iuramento tollit effectum iuramenti, sed non tollit contractum, quin valeat mero iure; quia dolus non tollit transactionem, vt dicatur nulla, quãdo est ex pa[illegible]bitoris resistentis adhibitus; secus, si dolus esset actoris. Cal[illegible] *consil. 164. Contra superius consulta. col. fin. ver. superest aliud, lib. 1.* Crauett. *consil. 7. n. 6. & seq.*
27 †Vide omnino Castillion. *consil. 24. n. 60. & seq. vsq; in fin. vers. cuius causa aduertendum est*, vbi dicit, quod iuramentum habet duos effectus, vnum spiritualem; quia ligat animam, quoad Deum, ita vt volens contrarium asserere, vel facere non audiatur; quia esset periurus, & in hoc primo effectu Papa solus prouidet, nec istud transit ad hæredes, vel successores; quia personalissimum est. Secundus effectus est temporalis, qui à lege Ciuili inducitur, q̃ minor iurans contractum censeatur per fictionem maior factus, & iste effectus cum habeat suam perfectionem; quia statim, q̃ contraxit vt maior, non potest rescindere, nisi prout maior posset. Idcirco absolutio à iuramento non tollit ius quæsitum, sed solum tollit primum effectum, ne possit contrarium asserere. Secundus effectus non potest tolli, nisi eo modo, quo maior contrahens posset rescindere, vide eum; quia plene explicat. †Castr. 28
consil. 290. Visa supradicta. n. 2. col. 2. ver. sed dubitatur, & n. 3. lib. 2. distinguit, quod tale iuramentum nullo modo potest relaxari per Episcopum, quando conualidat contractum; quia nisi sit dolo, vel metu extortum, vel super re prohibita, Ordinarius non potest tollere tale iuramentum. Crauet. *consil. 7. nu. 7. ver. secundo respondeo*, & magis *communem dicit Curt. Sen. *consil. 65. n. 25. ver.* *
sed præmissis omnibus, vbi, quod neque sufficit dolus re ipsa ex læsione; q̃a non æquiparatur hoc casui dolo vero, vide eum vsque in finem, quia plenissime loquitur. †In Papa vero dicit, q̃ licet possit 29
tollere effectum iuramenti quoad ius Canonicum, non tamen quoad ius Ciuile; q̃a hoc modo tolleret ius quæsitum inductum ex *Auth. Sacramenta puberum. C. si adu. vend.* & dato, q̃ hoc posset, solum potest quoad sibi subditos tollere ius quæsitum, ibi plena apostill. ad *d. consil. Castr. 290. col. 2. ver. sed dubitatur, & ver. sed dubium, & n. 3. lib. 2.* Crau. *d. consil. 7. n. 7. ver. secundo respondeo.* †Limita; q̃a 30
non potest dari absolutio à iuramento etiam per Papam, quando iuramentum omni ex parte est licitum, videl. ex parte iurantis, ex parte eius, cui iuratur, & ex parte materiæ, sup qua iuratur. Abb. in sua *q. 2. stante statuto. col. 16. ver. primus ergo casus, & cons. 71. in fi. li. 1.*

Absolutio à iuramento per quem possit concedi. Concl. 57.

ABSOLVTIO †ad effectum agendi potest concedi per Episco- 1
pum superiorem eius, q̃ iurauit, siue sit absolutio, siue remissio, vt p̃ Cald. *consil. 182. in pr.* alias *6. de iureiur.* Bald. *cons. 328. Quædam puella, in pr. n. 5. ver. nec obstat, si dicatur, lib. 3.* vbi loqtur in absolutione minoris cum iuramento de non veniendo contra, vt dicatur absolutio Papalis, ex quo fouetur p̃ Canones Papales, & idem Bald. *cons. 287. Proponitur, q̃, in fi. lib. 5.* & q̃ hæc absolutio spectet ad Episc. Dec. *cons. 180. col. 3. in fi.* †Declara; q̃a superior absol- 2
uit iurantem, quãdo pars, cui fuit iuratum, recusat remittere iuramentum; q̃a ipsa pars potest absoluere, & remittere sine superiore, *c. 1. de iureiur.* Cald. *consil. 184.* alias *8. de iureiur.* Vide, *Iuramentũ quã. o quis teneatur remittere, Concl. 515.* †Adde; q̃a est contentio inter Do- 3
ctores, an Episc. possit absoluere à iuramento ad effectum agendi absq; eo, q̃ prius fiat diligentia, q̃ pars relaxet, & aliq tenent, q̃ prius debeat requiri pars, vt relaxet, iuxta *c. 1. de iureiur.* & si pars non vult absoluere; tunc adeundus sit Episcopus, qui absoluat, alias non: alii tenent contrarium, q̃ possit Episcopus absoluere, etiam si pars, cui fuit iuratum, non sit requisita ad relaxandum; quia nullibi datur iste ordo, & hanc veriorem dicit Abb. *cons. 12. Et si copiosius. col. 2. in fin. ver. & expressius. lib. 2.* sub *n. 5.* vbi *n. 6.* reddit rationem; quia ex tali iuramento turpiter recepto acquiritur Deo, nõ parti; ergo Iudex, q̃ tenet locum Dei, potest absoluere. †Amplia, 4
vt Episc. p̃prius possit absoluere subditum, etiam quando iurauit contractum factum cum non subdito, & extra diœcesim fuit celebratus contractus. Cald. *consil. 91. An Episc.* alias *1. de offic. ordin.* & duplicatur *cons. 128.* alias *14. de foro compet.* vbi, q̃ is, q̃ potest compellere ad obseruantiam, potest absoluere. Lap. *alleg. 10.* disputat hic plura in principio, vbi idem casus ponitur, sed figurat contractum celebratum p̃ forensem vsurarium, tunc absentem in diœcesi, & Cald. *d. cons. 182.* alias *6. de iureiur.* q̃ quasi est idem cum *cons. 91.* Vi-
de, *Iuramentum de soluendis vsuris remittere tenetur debitor. Concl. 516.* †Amplia, vt etiam Episc. ratione fori habitationis possit pariter 5
talem absolutionem dare, put si Ferrariensis studeat Bononiæ, potest absolui etiam ab Episc. Bononiæ. Cald. *d. cons. 91.* alias *1. de offic. ordin.* vbi idem est, etiam si iurauit sup contractu alibi celebrato, & cum non subdito, q̃ duplicatur *cons. 182.* alias *14. de iud.* & sunt cons. Gaspar. Cald. & Io. Cald. *cons. 128.* alias *6. de iureiur.* vbi idem dicit, & quod est locus præuentioni inter Episcopum originis, & habitationis iurantis. †Extende, vt nec sit necessaria citatio, vel 6
vocatio Episcopi p̃prii eius, qui iurauit, neq; Episcopi loci, in quo iuratum est, Cald. *cons. 91. circ. fi.* alias *1. de offi. ord.* & duplicatur *cons.*

128. alias

7 128. alias 14. *de iudic.* † Extende, vt nec isti duo Episcopi, qui in solidum possunt absoluere, debeant conuenire; quia sufficit, quod alter eorum sine participatione cum altero fecerit. Calder. *consil.* 182. *in fin.* alias 6. *de iureiur.* Vide, *Absolutio à iuramento an requirat citationem partis. Concl. 61. n. 16. & seq.* † Amplia; quia Episcopus absoluit minorem, q̃ contraxit contra statutum inductum ad publicam vtilitatem, & est læsus; quia daretur etiam restitutio in integrum. Bald. *consil.* 177. *Istud statutum, per tot. lib.* 3. † Extende; quia de consuetudine Episcopus Bononiæ dat absolutiones, etiam non citata parte. Imol. quem sequitur Felin. in *c.* 1. *n.* 24. *de iureiur.* & quod valeat ista consuetudo. Becc. *consil.* 63. *circa fi.* Natta etiam idem testatur de Episcopo Alexandrino, & Bononiæ. *consil.* 167. 10 *n.* 6. † Amplia; quia Capitulum Sede vacante, cum succedat loco Episcopi, potest absoluere à iuramento, sicut Episcopus; quia respicit hæc absolutio iurisdictionem, q̃ residet in Capitulo. Card. Zabar. *consil.* 35. *nu.* 3. *ver. ad secundum.* Vide, *Capitulum Sede vacante, quæ posit. Concl.* 56. † Amplia; qa etiã Legatus de latere potest concedere absolutionem à iuramento, etiam in casu, quando dubium est, an sit obligatorium, vel non. Calderin. *consil.* 180. *per tot.* 12 alias 4. *de iureiur.* † Amplia; quia absolutio à iuramento præstito super re prohibita potest peti, & debet agens iuramentum relaxare via exceptionis etiam coram iudice seculari. Fed. de Sen. *consil.* 272. *in fin. ver. & credo.* † Extende; quia pars, cui est iuratum, potest remittere iuramentum, nec indiget iurans tali casu alia absolutione; quia omne iuramentum parti præstitum habet tacitam conditionem, si pars, cui est iuratum, velit seruari, vel non; quia 14 Deus aliter non vult. Castr. *consil.* 210. *Et ponderatis n.* 2. *lib.* 2. † Et q̃ pars, cui est iuratum, possit de iure ciuili relaxare iuramentum ipli iuranti, sunt text. clari, & doctrina apud Ang. Aret. *consil.* 87. *In casu, & themate, n.* 41. *& seq. ver. nec dicat dictus adultus.* † Contrarium, quod imo relaxatio iuramenti, quantumcunq; super re prohibita præstiti, debeat peti coram Ecclesiastico iudice necessario, tenet Castr. *consil.* 196. *in princ. lib.* 2. & idem tenet Host. in *c. significauit, de cens. ver. interdixit,* vbi, q̃ quantumcunq; sit temerarium iuramentum, non debet iurans contrauenire, nisi consulta Romana Ecclesia, & hanc* magis communem, & tutiorem viam di- 16 cit Fulg. *consil.* 121. *in princ. & per tot.* † Declarat Angel. Aret. *d. consil.* 87. *n.* 41. *& seq. ver. nec dicat,* q̃ potest fieri relaxatio à parte, cui est iuratum, quando pars, quæ iurauit, acceptat relaxationem; si vero nõ acceptat, potest adire Episc. & petere absolutionem ad effectũ agendi, & ante non est in mora, neq; sibi currit tempus. Vide, *Iuramentum potest remitti inter iurantes, & quando secus. Concl.* 515. † Limita, quando est dubium, an absolutio sit concedenda; quia debet concedi per PP. Socin. *consil.* 115. *Circa primam, lib.* 1. *n.* 8. *ver. vnum non omitto.* Alex. *consil.* 222. *Visa facti narratione, n.* 10. *ver. deniq; lib.* 2. vbi, quod dicitur dubia res, quando adsunt opiniones Do- 18 ctorum hinc inde. † Contrarium, q̃ imo possit concedi per Legatum Apostolicum, consuluit Cald. *consil.* 180. alias 4. *de iureiurand.* vbi loquitur in iuramento præstito sup confœderatione, ex qua 19 præsumebatur mala causa, vt posset Legatus absoluere. † Declara; quia absolutio gratiosa à iuramento spectat ad solum Papam, quando non est absolutio circa ea, q̃ spectant ad disputationem fori, alias solus Episcopus potest absoluere. Bald. *consil.* 328. *n.* 5. *ver.* 20 *nec obstat, lib.* 3. † Limita; quia Episcopus non potest habilitare, neque dispensare, aut absoluere à iuramento ad effectum agendi, quando semel fuit contrauentum, & est incursum pœnam. Gem. *consil.* 105. *n.* 8. *& 9. ver. licet enim reperiatur.* Vide plenius infra, *Absolutio à iuramento non datur. Concl.* 62. *n.* 27. 21 † Limita; quia iudex laicus de hac absolutione nullo modo se intromittit, cum sit res spiritualis. Castr. *consil.* 196. *Super primo quæsito, in princ. lib.* 2. vbi apost. 22 citat Socin. *consil.* 115. *Circa primam quæstionem, per tot. lib.* 1. † Extende in tantum, vt nec laico possit p iudicem Ecclesiasticum com- 23 mitti. Castr. *d. consil.* 196. *in pr. lib.* 2. † Extende; quia non venit in generali comissione facta Ecclesiastico, & laico de omnibus causis, quæ pendebant coram Episcopo; quia si simul Ecclesiasticus, & laicus bigamus incapax spiritualium absoluerunt, absolutio est nulla ratione mixturæ prohibitæ. Castr. *d. consil.* 196. *in princ. lib.* 2. 24 † Extende, vt procedat, etiam si procuratores partium consenserunt; quia non possunt renunciare huic exceptioni ex mandato generali; quia requiritur mandatum speciale. Castr. *d. consil.* 196. 25 *in pr. ver. nec obstat consensus, lib.* 2. † Extende; quia ne dum nulla est relaxatio iuramenti facta per laicum, sed etiam totus processus postea factus super dicta absolutione redditur nullus. Castr. *d. con-* 26 *sil.* 196. *n.* 5. *lib.* 2. † Extende; quia neq; Princeps supremus potest se * intromittere vllo modo de iuramento secundũ magis* cõmunes, & veras opiniones, seu conclusiones. Curt. Sen. *consil.* 65. *n.* 22. *& seq. & n.* 25. vbi plura cumulat.

Absolutio à iuramento quando necessaria, vel non. Concl. 58.

ABSOLVTIO † à iuramento est necessaria ad hoc, vt quis possit 1 agere; quia non debet propria authoritate venire contra iuramentum, quando potest seruari sine interitu salutis æternæ. Castr. *consil.* 455. *Ad primum, n.* 6. *ver. prius tamen, lib.* 2. Host. in *cap. significauit, in princ. in glo. Interdixit, de cens.* vbi, quod quantumcumque sit temerarium iuramentum, non debet iurans contrauenire, nisi consilio requisito à Romana Ecclesia, & facit *c. tribus.* 22. *q.* 4. vbi gl. exponit, quod iuramenta sunt soluenda, videl. irritanda, quando quis male iurat, quando incaute, & quando pueri, vel puellæ iurarunt, & quod requiratur absolutio, etiam si iuramentum non sit obligatorium. Petr. de Anch. *consil.* 34. *n.* 15. *ver. item quod licet,* & communem* dicit Anch. *consil.* 382. *Retento ordine, in prin.* vbi, quod spectat hæc cognitio ad iudicem, non ad partem, ne sit iudex in causa propria, an iuramentum valeat, vel non. Castr. *consil.* 147. *Contra superius consulta, col.* 1. *in fin. ver. concluditur, li.* 1. vbi apo. in *ver. contra.* † Amplia, etiam si iuramentum esset sup 2 solutione vsurarum, phibita; quia si iurauit soluere, & non contrauenire, compellitur ad solutionem, nisi absoluatur. Feder. de Sen. *consil.* 300. *in fin. n.* 2. *ver. item dico, quod debitor,* & quod de consuetudine detur absolutio, Cald. *consil.* 183. *in fin.* alias 7. *de iureiur.* † Amplia in transactione; quia etiam si adsit læsio, & dolus, re- 3 quiritur absolutio à iuramento, antequam agatur; quia potest seruari sine interitu salutis æternæ. Io. de Anan. *consil.* 33. *in fin.* vbi Bologn. in fin. † Extende in laudo homologato, quando continet 4 enormissimam læsionem, quia debet obtineri absolutio à iuramento citata parte, & cum causæ cognitione. Ancharan. *consil.* 198. *in princ.* & non solet concedi, nisi summatim cognito de læsione, iuxta notata in *c.* 1. *& c. debitores, de iurei.* Vide, *Reductio ad arbitriũ boni viri non habet locum multis casib. & quando secus. Concl.* 73. maxime *num.* 7. *& seq.* † Imo non constito de læsione; Papa non solet 5 concedere absolutionem à iuramento. Socin. *consil.* 111. *nu.* 10. *lib.* 1. allegat Abb. in *c. cum contingat, de iureiur.* sed dicas hoc esse in absolutione plenaria, non autem ad effectum agendi. † Amplia in 6 minore, qui cessit iura hæreditatis, & confessus est pretium cum iuramento; quia si deceptus est, ex quo numeratio non fuit facta, debet prius absolui. Anch *consil.* 338. *Visa copia, in fin. & per tot.* † Amplia, vt procedat etiam respectu tertii, cuius interest; qa li- 7 cet alteri sit iuratum; tamen ad hoc, vt iurans possit contrauenire etiam cum tertio, cui non iurauit, debet absolui. Gaspar. Cald. *consil.* 139. *in fi.* alias *vnic. de feriis,* vbi reprobat Anch. contra tenentem. † Amplia, vt procedat etiam, si iuramentum asseratur dolo 8 partis, vel metu præstitum; quia licet non obliget; tamen debet obtineri absolutio. Petr. de An. *consil.* 18. *n.* 6. *ver. restat igitur, vsq; in fin.* & est magis communis* opinio, vt per Fulg. *consil.* 121. *n.* 3. † Re- 9 stringe certis casibus, quando gesta per metum sunt ipso iure nulla. Anchar. *d. consil.* 382. *in princ.* † Declara tamen, quando metus est 10 apparens ex instrumento, alias debet sequi declaratoria, quod sit nullus contractus, quando metus est latens. Anch. *d. consil.* 382. *in princ.* † Amplia; quia idem est in iuramento metu extorto; quia 11 voluntas coacta voluntas est, & non tendit ad interitum salutis æternæ; ideo obligat, donec absoluatur à Iudice Ecclesiastico. Fulgos. *d. cons.* 121. *Quidam S. agit, n.* 3. vbi dicit magis* communem. * † Amplia idem, si dolo sit præstitum iuramentum; quia necessa- 12 ria est absolutio à iuramento. Io. de Anan. *consil.* 33. *circa primum, in fin.* vbi Bologn. in apostill. in fin. † Amplia; quia absolutio est ne- 13 cessaria ad relaxationem iuramenti, etiam si dicatur contra bonos mores, vel contra bonum obedientiæ, ita quod non obliget, vt Calder. *consil.* 180. alias 4. *de iureiur.* qui loquitur in iuramento nõ obligatorio, vt absolutio Superioris sit danda. † Contrariũ, vt 14 absolutio, & relaxatio ab homine sit necessaria, solum, quando iuramentum obligat; secus autem, quando non obligat; qa imo propria authoritate potest iurans contrauenire, maxime, quando iuramentum vergit ad deteriorem exitum, tenet Cald. *consil.* 183. *num.* 2. *ver. non obstat, si dicatur iuramentum,* alias 7. *de iureiur.* & idem tenet Gemian. *consil.* 51. *Super præmisso dubio, per tot.* maxime in fin. vbi, quod minor contrahens, & iurans contra statutum; quia iuramentum operatur peccatum mortale, vel saltem veniale, ob inobedientiam non ligatur, sed potest sine absolutione contrauenire. † Declara; quia tutius est petere absolutionem à iura- 15 mento, licet iuramentum non sit obligatorium, vel illicitum. Cald. *consil.* 184. alias 8. *de iureiur. ver. sed ijs non obstantibus,* vbi ponit plures casus, in quib. iuramenta non sunt soluenda, sed imo sunt irrita, & idem tenet Bald. *consil.* 483. *Viso statuto, in fin.* vbi dicit, q̃ statutum non potest inducere, vt sint licita periuria, licet possit

tollere effectum iuramenti, præsupponendo contractum dolosum vel nullum, *lib.* 4. Ang. *cons.* 218. *in fin.* vbi tuetur non requiri; tamen dicit tutius esse, q̃ obtineatur, & *consil.* 215. *in fin. ver. nec etiam aduersatur.* Fulg. *consil.* 121. *in princ.* dicit magis *communem, q̃ absolutio requiritur, etiam si iuramentum sit metu extortum; q̃ tutior est via: idem tenet Alex. *consil.* 42. *n.* 6. *lib.* 1. vbi, quod siue sit ex dolo ex proposito, siue re ipsa, & siue à maiore, siue non, quibus casibus non ligat, tutius est absolutionem petere. Anch. *cons.* 180. *Visa diligenter, in fin.* plenius etiam Curt. Sen. *consil.* 65. *n.* 23. & 24. *ver. tutius tamen est*, & infra *n.* 27 & *n.* 34. & *seq.* & *nu.* 53. & *seq.* & 16 *n.* 78. † Et quod sit semper necessaria absolutio à iuramento; quia * alias iuramentum nihil operaretur, dicit Alex. esse communem * opinionem, *consil.* 125. *n.* 9. *ver.* & *ideo dixit, lib.* 1. Anch. idem dicit; quia alias q̃s esset Iudex in causa ppria, si staretur suæ assertioni, * & voluntati, *cons.* 382. *Retento ordine, in prin.* vbi dicit, quod omnes * 17 ita tenent. † Extende; quia absolutio est necessaria, etiam si iuramentum sit dolo, vel metu extortum. Innoc. & ibi Io. And. & alii in *c. ad aures. quod met. caus.* Ang. in *l. si quis pro eo. ff. de fideiuss.* Bald. *in rubr. C. de rer. permut. in fin.* Host. *in summa, tit. de iureur.* §. *quomodo censeatur, ver. si quis igitur*, clarius Archid. *in c. quamuis eod. tit. lib.* 6. & * communem * dicit Imol. in *cap. cum contingat. n.* 32. *de iureiur.* Natta *consil.* 144. vbi tollit contraria. Abb. in sua *quæst.* 2. *col.* 13. *n.* 16. & *seq.* 18 *ver. quartus casus, & col.* 16. *in fin. ver. sextus casus.* † Declara; q̃ si metus, vel dolus est apparens ex instrumento, vel iuramentum vergat ad interitum salutis apparenter, non requiritur absolutio, alias si est latens metus, vel dolus, requiritur. Anch. *d. consil.* 382. *in* 19 *princ.* † Declara; quia requiritur absolutio Superioris, etiam si iuramentum sit nullum, quando copia Superioris potest haberi, alias secus. Card. Zabar. *consil.* 35. *col.* 2. *in princ. ver. quod si non posset, &* 20 *consil.* 137. *n.* 4. *ver. dicitur autem obligatorium.* † Regula igitur est, q̃ si iuramentum est irritum ipso iure, & non valet; q̃ non habet tres comites, vel subsunt causæ annullantes, non requiritur absolutio, si vero valet mero iure, & sit annullandum, requiritur absolutio. 21 Ita Calder. *d. consil.* 184. alias 8. *de iureiur.* † Extende; quia quando adest maxima læsio vltra dimidiam: ita quod dolus re ipsa interuenit, non requiritur absolutio. Dec. *d. consil.* 179. *Visa renunciatio-* 22 *ne. n.* 7. † Contrarium Alex. *d. consil.* 42. *n.* 6. *lib* 1. vbi, quod tutius est eam obtinere, & idem dicit *consil.* 125. *Visis, & consideratis, col.* 1. *ver.* 23 *licet dicat, lib.* 1. *supr. n.* 15. & hæc est veritas amplectenda. † Amplia, quia absolutio est necessaria etiam reo debitori, qui iurauit in apocha priuata, soluere, & non venire contra; quia licet alleget apocham vsurariam, non debet audiri, nisi obtenta absolutione. 24 Bald. *consil.* 8. *Punctus quæstionis, circa fin. lib.* 4. † Limita, quando falsa suggestione minor fuit inductus ad renunciandum; quia iuramentum non est obligatorium, quoad ignorata, & ea, q̃ quis non renunciasset, cessante falsa suggestione. Feder. de Sen. *consil.* 199. *in princ. ver. sed contrarium, iuncto fin. ver. ex ijs potest.* Anch. *consil.* 180. *in fin.* vbi, quod non est necessaria absolutio; tamen tutius est pete- 25 re. † Extende idem esse, quando dolo minor fuit inductus ad iurandum contractum bonæ fidei. Bald. *consil.* 213. *Punctus talis est, in princ. ver. ex hoc infertur, lib.* 1. licet in fine dicat, Episcopum debere 26 relaxare tale iuramentum in subsidium. † Limita in hærede iurantis; quia in eo non est necessaria absolutio. Socin. *consil.* 115. *Circa primam quæstionem, n.* 11. *ver. non omitto, lib.* 1. idem in alio successore infra *n.* 49. & *n.* 69. *cum multis seq.* Vide tamen Paris. *consil.* 75. *n.* 23. *lib.* 3. q̃ dicit, quod licet hæres non teneatur petere absolutionem à iuramento defuncti; tamen si petat ad cautelam, non sibi præ- 27 iudicat. † Limita in minore alienante læso vltra dimidiam; quia non requiritur absolutio à iuramento. Cuman. *consil.* 180. *Videtur primafacie, n.* 4. licet dicat tutius esse, quod obtineatur, & quod iuramentum non valeat, nec requiratur absolutio. Anton. de But. in *c. cum contingat, in* 4. *cas. princ. de iureiuran.* licet dicat cautius esse obtinere absolutionem, sq̃uitur Alex. *consil.* 89. *Viso, lib.* 2. Corn. *consil.* 133. *In hac, col.* 4. *lib.* 3. vbi infinitos allegat. Curt. *consil.* 65. *col.* 2. *n.* 21. & *seq. ver. tutius tamen*, & Barba *consil.* 53. *vol.* 2. *per tot.* Alexand. 28 *consil.* 125. *Visis, lib.* 1. & supra *n.* 25. & *seq.* & infra *n.* 34. & *seq.* † Extende; quia refutatio filiæ facta patri non seruata forma statuti, non validatur per iuramentum, licet debeat relaxari per Episcopum. Bald. *consil.* 483. *Viso, lib.* 4. & *consil.* 78. *lib.* 2. Dec. *consil.* 180. *Visa per* 29 *tot. & consil.* 181. *Satis.* † Extende; quia minor 25. annis, quæ renunciauit patri, non obligatur iuramento; quia præsumitur ignorare vires patrimonii paterni, & legati sibi facti, late Fed. de Sen. *consil.* 30 199. *An D. Angela.* Iaf. in *l. de ijs, ff. de transact.* † Imo etiam si diceretur certiorata minor in instrumento, non valeret iuramentum, nisi aliunde probaretur certioratio. Curt. *consil.* 43. Aret. *consil.* 92. *Viso legato, col.* 2. de quo vide pro vtraque. Iaf. in *authen. Sacramenta pube-* 31 *rum. C. si aduers. vendit. col.* 11. & 12. *n.* 54. & *seq.* † Idem, si minor læsus enormissime cum iuramento promisit non contrauenire ex aliqua causa; quia potest petere restitutionem in integrum, & contrauenire etiam non petita absolutione. Cum. *consil.* 18. Abb. *consil.* 8. & *consil.* 107. Alex. *in l. sciendum, col.* 13. *n.* 2. *ff. de verb. obligat.* vbi dicit * communem. Grammat. *consil.* 128. *Ciuili, n.* 11. & *seq.* vbi plures citat, & dicit hanc esse * communem, & pro hac parte Vide, * *Restitutio in integrum non datur multis casibus etiam minori. Concl.* 295. *n.* 24. † Contrarium tenet Alex. *consil.* 125. *n.* 9. *ver.* & *ideo dicit, lib.* 1. 32 vbi dicit * communem, & quod non possit audiri læsus etiam minor, nisi obtenta prius absolutione à iuramento. Bald. Nouell. *tr. de dot. in* 7. *par. in* 1. *priuil. in* 20. *limit.* Paris. *cons.* 75. *lib.* 3. *n.* 20. qui loquitur in muliere, sed in minore, vt non audiatur, si iurauit non contrauenire, & non agat ad restitutionem; quia iuramentum facit eam maiorem, quando maxime interuenit decretum, plenissime Ias. *d. l. sciendum, n.* 32. *ver. istam glossam. ff. de verb. obligat.* vbi ꝑ vtraque, & dicit hanc magis * communem. † Declara; quia non 33 est necessaria, si læsio est enormissima; tamen cautius facit, si petit, & obtineat absolui. Ant. de Butr. in *c. cum contingat, in* 4. *cas. pr. de iureiur.* Vide plenius Corne. *consi.* 133. *In hac, li.* 3. & est magis comunis * opinio Canonistarum, quod debet obtineri absolutio, vt di- * cit Fulgos. *consil.* 121. *n.* 3. Anch. *consil.* 18. *n.* 6. *vsq. in fin. & consil.* 180. *in fin.* & infra proxime. † Et quod tutius sit semper recipere absolutionem à iuramento ab Episcopo, etiam in casibus, in quibus 34 iuramentum, tanquam iniquum non obstaret; puta, quia detectum sit, quod ex falsa causa est præstitum iuramentum. Alexan. *consil.* 89. *Viso puncto, colum. fin. num.* 15. & 16. *lib.* 2. maxime in *ver. vel si voluerit*, & idem dicit Alex. *consil.* 168. *Super primo, in fin. lib.* 1. & supr. *n.* 15. † Declara; quia si constat de dolo, vel metu, aut fraude com- 35 missa in contractu; quia tunc non est obligatorium, & secundum Legistas non indiget absolutione; secundum Canonistas obligat mero iure: ideo indiget absolutione, & tutius est illam habere, & in hac materia standum est Canonistis, ita Afflict. *decis.* 263. *In causa Lucillæ. per tot.* vbi Vrsil, citat pro vtraque infinitos, & licet quatuor de consilio tenuerint ibi opinionem Legistarum, & solus Afflict. tenuerit Canonistarum; tamen in *decis.* 322. eiusdem Afflict. *num.* 6. obtenta fuit absolutio ab Ecclesiastico, licet constaret de metu. † Limita in iuramento præstito de seruando con- 36 tractu; quia si est, vel detegitur simulatum iuramentum, non obstat, sed potest dari de simulatione; secus si iuramentum esset de seruandis omnibus supradictis; quia tunc obligat, nec simulatio tollit omnia. Calder. *consil.* 177. alias 1. *de iureiur.* † Limita, quando 37 iuramentum non est in specie, sed in genere, & iurans dicit non cogitasse de casu speciali, per quem contrauenit; quia iuramentum nihil operatur, veluti si donans iurauit non contrauenire, & postea donatio fiat nulla, propter omissam registrationem intra tempus: vt per Feder. de Sen. *consil.* 281. vel si non fuit insinuata; quia si in specie non est iuratum, vel renunciatum super hoc, iura- mentum non se extendit. Calder. *consil.* 178. alias 2. *de iureiur.* † Li- 38 mita in impubere; quia sicut non obligatur iuramento: Ita non est necessaria absolutio, nisi esset doli capax, vide Afflict. *decis.* 322. *Dominus Cicus, in princ.* vbi recitat opiniones contrarias, & dicit hanc esse Bartol. & Canonistarum communem, * & cui standum * est. † Limita in alienatione rei Ecclesiasticę facta sine solemnitati- 39 bus; quia absq; absolutione, is, qui alienauit cum iuramento potest rescindere contractum. Paris. *consil.* 31. *Circa præsentem difficultatem, n.* 10. & 11. *lib.* 4. infra *n.* 48. † Limita, quando iuramentum 40 vergit ad interitum salutis; quia non requiritur absolutio. Anch. *d. consil.* 382. *in princ.* † Et idem est, quando est illicitum; quia in 41 eo, quod est destruendum, authoritas Superioris non est necessaria. Card. Zabarell. *consil.* 35. *col.* 1. *in fin. ver. ad secundum.* † Limita; 42 quia minor prohibitus a statuto contrahere, & iurare, si contraueniat, non obligatur ex tali iuramento contra præceptum Superioris; quia peccat mortaliter; vel si est consilium reuerentiæ, veniendo contra, peccat venialiter; ideo non obligatur, & sine absolutione potest contrauenire, Gemin. *consil.* 51. *Super præmisso, per tot.* imo Bald. *consil.* 283, *Iuri publico circa med. ver.* & *licet, lib.* 4. dicit, quod isto casu lex, vel statutum vicem Apostoli tenet circa remissionem iuramenti, vt non valeat, neque obliget. † Contrarium 45 dicit Bald. quod tutius sit petere absolutionem, *consil.* 483. *in fin. lib.* 4. † Declara; quia stante statuto, quod iuramentum præsumatur dolo extortum, non requiritur absolutio. Vide, *Minor cum iu-* 44 *ramento valide contrahit, & quando secus. Concl.* 252. *n.* 14. & *seq.* & *nu.* 23. & *seq.* Vide plenius, *Absolutio à iuramento non datur multis casibus. Concl.* 62. *num.* 49. & *sequent.* † Tu declara melius, quam alius, 45 vt per Abb. in *quæst.* 2. *stante statuto, colum.* 13. & *seq. vsq. in fin.* vbi distinguit per vndecim casus, & allegat prius pro affirmatiua, q̃ debeat audiri per quatuor argumenta, postea, quod non, ꝑ quin-

que

que fundamenta, tandem distinguit vndecim casus, ad quos semper recurras; & in octauo casu amplectitur casum minoris, *col.* 17. & 18. & dicit, quod si lex, vel statutum prohibet minorem sine certa solemnitate ex causa publicæ vtilitatis se obligare, & iuramentum præsumatur dolosum, vel alias; tunc iuramentum non
46 obligat, & non est necessaria aliqua absolutio. † Si vero statutum respicit priuatam vtilitatem principaliter, prout statuta communiter respiciunt fauorem minorum principaliter, & secundario publicam vtilitatem, licet Federic. de Sen. & Ant. de Butr. quos allegat, teneant, quod Iuramentum valeat; tamen debet dari absolutio. Ipse reprobat hoc, quod ex quo valet; quia potuerunt renunciare fauori suo, non debent absolui; quia materia peccati, seu iuramenti prosterneretur in totum, & respondet ad omnia contraria, vt d. casu 8. vbi excipit casum, quando minor esset læsus; quia tunc ratione læsionis, ex quo recipiens iuramentum turpiter recepit, debet absolui; & quia inest dolus, vt plene exa-
47 minat ibi. *col.* 18. & 19. in nono casu, & infra, *n.* 54. & *seq.* † Vide etiam Roman. *consil.* 437. *In casu proposito, n.* 11. *vsq; in fin. ver. quoad tertium*, vbi, quod iuramentum præstitum contra legem diuinam debet à parte remitti, & si non remittatur, debet à superiore relaxari; si vero est contra legem humanam præstitum, non debet remitti per partem, neq; per superiorem; quia alias leges de iuramento essent ludibrio; & quia iuramentum seruari debet, si sine
* interitu salutis potest seruari, & hanc esse * communem dicit ibi apostill. in *ver. Nec relaxatio*, quæ citat plurimos; quia nisi sit dolo, vel metu extortum, valet contra legem humanam, & q̃ non possit superior relaxare, ibi, in fin. expresse dicit Roman. & apost.
48 fin. dat concord. † Limita, quando iuramentum non ligat, vt quia est in præiudicium Ecclesiæ, vel præstitum nullo præsente, & recipiente; quia quando iuramentum non ligat, non requiritur absolutio. Gemin. *consil.* 60. *n.* 7. *ver. Ex istu infertur*, & supra *nu.* 39.
49 † Limita in successore, q̃ non iurauit per seipsum, quia iuramentum est personale; ideo si Canonicus nouus est receptus, qui non interuenit iuramento præstito super contractu facto etiam capitulariter per alios, non eget talis Canonicus absolutione à tali iuramento. Gemin. *consil.* 60. *n.* 7. *ver. Item Canonici nouiter*, & in hærede, supra *n.* 26. & successoribus vniuersitatum, infra *n.* 69. & *seq.*
50 † Limita in iuramento prodigi interdicti; quia si alienauit cum iuramento, non valet alienatio, neque iuramentum ipso iure. Feder. de Sen. *consil.* 31. *per tot.* Bald. *consil.* 259. *Quæritur, vtrum, & cons.*
51 260. *lib.* 2. † Limita in contractu simulato; quia potest dicere de simulatione is, qui iurauit simpliciter contractum simulatum, absque absolutione. Ias. in § *fuerat. Instit. de action. n.* 87. & *n.* 88. vbi apostill. in *ver. Iurantem*, dicit, hoc iuramentum esse pictum, & nihil valet, Calder. *consil.* 117. alias 1. *de iureiur.* Angel. Aretin. *consil.* 30. *Videtur dicendum, n.* 29. & ita etiam videtur tenere Alex. in *l. nemo*
* *potest, n.* 16. *ver. Sed est dubium. ff. de leg.* 1. vbi dicit * communem, &
52 ibi Iason *n.* 44. *ver. tertio principaliter.* † Contrarium, quando iurauit is, qui dicit de simulatione, omnia contenta esse vera, vel iurauit non allegare simulationem; q̃ non audiretur vllo modo, etiam obtenta absolutione, Alex. *d. l. nemo potest. ff. de leg. 1. n.* 16. vbi Iason *n.* 46. *ver. pondera tu prouecte.* Sed dicas, quod absolutione ob-
* tenta potest dicere de simulatione secundum * communem, de qua Socin. *consil.* 155. *Præstantissime. lib.* 2. *in fin.* Riminald. Iun. *consil.*
53 62. *per tot.* vbi tollit omnia contraria. † Declara; quia ad bene esse peti debet, & obtineri. Castrens. *consil.* 168. *Super primo, in fin. lib.* 1.
54 Angelus Aretin. *d. consil.* 30. *num.* 29. & 30. supra *n.* 15. † Vide Abbatem plenissime examinantem in *sua quæst.* 2. *stante statuto, colum.* 10. *cum seq. num.* 12. *in fin. cum seq. ver. Nec descendens ad tertium*, vbi allegat multa, pro vtraque opinione, quod non sit necessaria, facit quinque argumenta: & quod sit necessaria absolutio in contractu simulato, facit quatuor argumenta: tandem *col.* 11. *ver. Ad solutionem*, recitat distinctionem. Anton. de Butr. in *c. cum contingat, de iureiur. an.* Postea ponit ipse sex casus, quos videas, cum ipse totã materiã magis explicet, vt infra, & maxime *col.* 17. *ver. octauus casus.* Declara; quia si statutum est ratione priuatæ vtilitatis principaliter, prout præsumitur, valet iuramentum, & non debet absolui; quia potuit iuri suo renunciare; secus si esset in fauorem publicum principaliter; quia non valet iuramentum, & respon-
55 det ad omnia contraria, supra *n.* 45. & *seq.* † Extende, quod non sit necessaria absolutio, quando simulatio est; quia non intendunt partes id, quod agunt simulate, valere, vel obseruare. Abbas *dict. quæst.* 2. *col.* 11. *in fin. vers. puto considerandum*, & hoc ideo; quia deficit consensus ambarum partium, & plenius Abb. ibi *colum.* 12. *ver.*
56 *primus casus.* † Idem est in simulatione contractus ad contractum, videlicet, quando agunt partes, quod contractus factus, & iuratus non seruetur, veluti si extat gabella pro venditione, & non pro donatione, si donatio fiat ad fraudandam gabellam, & agitur, quod non seruetur vt donatio, iuramentum non eget absolutione. Abbas *d. quæst.* 2. *col.* 11. *in fin. n.* 15. secus si agatur, vt contractus apparens, & simulatus seruetur, quando potest seruari sine peccato. † Idem est, quando agunt simulatum contractum, qui seruari debet; quia si est illicitus, vel cum peccato, iuramentum non 57
obligat. Abb. *d. quæst.* 2. *colum.* 11. *in fin.* ex mente Butrii. † Contrarium in secundo, & tertio casu, tenet Abbas *d. quæst.* 2. *col.* 12. *ver. secundus casus*, quia cum agatur de deceptione alterius, & de turpi- 58
tudine iurantis, non debet audiri, & requiritur absolutio. † Idem 59
est, quando fit contractus simulatus ad contractum, qui non potest seruari sine interitu salutis, vel quando est contra bonos mores; quia tunc non requiritur absolutio. Abbas *d quæst.* 2. *n.* 18. *ver. quintus casus*, & rursus *col.* 16. *ver. secundus casus.* † Idem est, quando 60
quis iurat alteri calide; quia vnum in ore, aliud in corde est; quia iuramentum intelligitur secundum mentem recipientis, quando habuit rectum intellectum, & sic Deus recipit; ideo debet obligari, nec auditur, nisi absoluatur. Abb. *d. q.* 2. *col.* 13. *n.* 18. *v. sextus casus*, distingue, vt ibi. † Extende, quando potest seruari sine in- 61
teritu salutis, sed est contra bonos mores; quia non requritur absolutio. Abb. *d. q.* 2. *col.* 16. *ver. tertius casus*, quod tamen declara, vt ibi *col.* 17. *ver. septimus casus.* † Restringe, quando simulatio est iura- 62
mento firmata, & est dubium, an iuramentum sit simulatum, puta, quia id non potest probari, sed adsunt coniecturæ, semper in dubio debet absolutio peti; quia tutior via est eligenda. Abb. *d. q.* 2. *col.* 13. *n.* 16. & *seq. ver. quartus casus.* † Restringe, quando iuramen- 63
tum est calore iracundiæ præstitum, vt si quis iurauit nunq̃ loqui cum tali, debet absolui. Abb. *d. quæst.* 2. *col.* 16. *n.* 21. *ver. quartus casus.* † Restringe, quando iuramentum à principio est sup. materia in- 64
differenti; sed postea deuenit ad casum, de quo si cogitasset, non iurasset, prout si iurauit non negociari, vel non recipere feudum. Abb. *d. q.* 2. *colum.* 16. *n.* 21. *ver. quintus casus.* † Restringe, quando iura- 65
mentum est in contractu, in quo interuenit dolus, vel metus; q̃ non obligatur iuramento; sed tamen tutius est, vt absoluatur. Abb. *d. quæst.* 2. *col.* 16. *in fin.* & 17. *in princ. ver. sextus casus.* † Restrin- 66
ge, quando iuramentum continet turpitudinem ex parte recipientis, & maxime concurrente turpitudine etiam ex parte materiæ, super qua iuratur; quia valet iuramentum; ideo debet sequi absolutio, quod procedit, etiam stante statuto in loco, quod filiusfamilias, vel minor non possit obligari sine certa solemnitate. Abb. *d. q.* 2. *col.* 17. *ver. septimus casus*, vbi declarat. † Limita, quan- 67
do is, qui iurauit, obtinuit sententiam fauorabilem, & sibi non fuit oppositum de iuramento; quia valet sententia, quæ si transiit in iudicatum, non potest excipi de periurio; quia agens ex sententia non contrauenit iuramento, neq; sententia potest dici nulla. Lap. *alleg.* 25. *an minor, num.* 3. *ver. ad quartum, vsq; in fin.* in simili facit Bald. *consil.* 289. *Brauiter me expedirem. lib.* 5. vbi, quod si actum est super exequutione instrumenti, & Iudex secularis, non obstante simulatione simpliciter opposita mandauit illud exequi, non retardatur sententia, etiam si reus velit opponere qualificatam simulationem vsurarum coram Ecclesiastico; quia non debet impediri exequutio, sed cognosci sine inhibitione, vel data cautione de restituendo. Bald. *consil.* 290. *In causa istorum, lib.* 5. & sic absolutio non est necessaria hoc casu, lata sententia; q̃ nihil fuit oppositum. † Limita in Vniuersitate; quia Vniuersitas est perso- 68
na imaginaria, non habens animam, neque corpus, ideo non ligatur iuramento, nec requiritur absolutio. Gemin. *consil.* 60. *n.* 7. *ver. & procedit hoc, & consil.* 83. *in princ.* † Extende, vt neque singulares 69
personæ ligentur iuramento per Vniuersitatem præstito, nisi sint iidem, qui iurauerunt. Geminian. *d. consil.* 60. *num.* 7. *ver. singulares autem.* † Extende; quia neque successores in ipsa Vniuersitate ob- 70
ligantur iuramento præcessorum, ideo possunt agere sine absolutione. Gemin. *d. consil.* 60. *n.* 7. *ver. & hanc conclusionem, & consil.* 83. *in princ.* † Extende, vt neque obligentur illi, qui de Vniuersitate 71
postea sunt effecti; quia ipsi non iurarunt, neque præsentes fuerunt. Gemin. *d. consil.* 60. *n.* 7. *ver. ex ijs etiam infertur, & consil.* 83. *in princ.* † Extende, vt imo iuramentum non obliget Vniuersita- 72
tem, etiam si adsint aliqui in Vniuersitate, qui iurauerunt, quando non constituunt maiorem partem Vniuersitatis, sed minorem. Geminian. *d. consil.* 83. *in princ.* & *per tot.* † Limita, quando est 73
contra bonos mores, puta super contractu simulato, vel contractu prohibito à lege, maxime si prohibitio est odio recipientis iuramentum; quia sicuti non valet istis casibus; ita non requiritur absolutio à iuramento; quia lex ciuilis potest interpretari iuramentum, ne se extendat ad illicitos contractus. Castrens. *consil.* 195. *num.* 5. *ver. prima est, per totum, lib.* 2. † Limita in eo, qui per do- 74
lum, & metum transegit, Angelus *consil.* 215. *in fin.* vel etiam com-

promisit. Angel. *consil.* 218. *in fin.* vbi dicit, quod licet non sit obligatorium iuramentum, etiam de non veniendo contra; tamen
75 tutius est ab eo petere absolutionem. †Declara; quia non requiritur absolutio, quando metus, vel dolus apparet ex instrumento, alias si est latens, debet sequi declaratio Iudicis, vt ex illo contractu non possit conueniri. Ancharan. *consil.* 382. *Retento ordine, in*
76 *princ.* † Limita in eo, qui compromisit, & iurauit non petere reductionem ad arbitrium boni viri; quia si laudum est latum continens errorem, vel dolum manifestum, potest iurans sine alia absolutione venire contra, & petere reductionem. Bald. *consil.* 55. *Ad euitentiam præmittendum, num.* 2. *ver. secundo casu, & in fin. ver. item apparet, lib.* 3. plene Castr. *consil.* 259. *Circa primum, colum.* 2. *ver. circa quartum, lib.* 2. vbi, quod si arbiter est in vero dolo, is, qui iurauit non petere reductionem, petet sine absolutione; quia iuramentum esset contra bonos mores. Angel. Aretin. *d. consil.* 47. *nu.* 48. vbi iuramentum habet tacitam conditionem, si æque, & iuste sit
77 laudatum. †Extende idem, quando fuit latum laudum extra personas, vel res, inter quas fuit assumptus. Bald. *d. consil.* 55. *per tot. lib.*
78 3. † Declara; quia absolutio ad cautelam potest, & debet peti.
79 Castr. *d. consil.* 259. *n.* 2. *col.* 2. *in fin.* 2. *supra n.* 15. †Extende, quando compromissum erat ad pronunciandum de iure tantum; quia si extra fas pronunciat, dicitur extra compromissa pronunciare; & non requiritur absolutio. Ang. Aret. *consil.* 87. *In casu, n.* 47. *& seq.*
80 *ver. nam sicut compromissum.* †Restringe, quando est velatus dolus; quia necessaria est absolutio, etiam obtinenda citata parte. Bald.
81 *d. consil.* 55. *n.* 2. *ver. tertio casu, lib.* 3. †Contrarium, & melius Castr. *d. consil.* 259. *col.* 2. *& seq. ver. circa quartum, lib.* 2. quod si dolus arbitri fuit præsumptus, non verus, est necessaria absolutio, quæ potest concedi parte inuita, & sic non citata; quia is, contra quem compellitur, ex quo licite non posset recipere, q̃ prætendit ex dolo
82 præsumpto. †Declara; quia Iudex Ecclesiasticus potest precipere seculari, vt non procedat in causa; donec cognoscat, an iuramentum habens talem conditionem, si iuste fuerit laudatum, obliget, & si obligat, inhibet; sin minus, absoluit, vel dimittit iuran-
83 tem, vt agat. Bald. *consil.* 93. *Iuramentum quandoque, lib.* 4. †Limita in eo, qui donauit cum iuramento de non veniendo contra; quia si donatio indigeat insinuatione, & non sit insinuata intra tempus debitum, potest donans venire contra sine absolutione. Baldus *cons.* 371. *Factum sic proponitur, n.* 3. *ver. sed videamus, & in fi. lib.* 3. vbi tamen in fine dicit cautius esse petere propter regulam Ca-
84 nonistarum. †Limita; quia vbicunq; lex prohibet contractum, & tollit etiam consensum contrahentium, sine certa solennitate, iuramentum nihil operatur; quia sine consensu non valet. Bald. *d. consil.* 283. *circa med. ver. & licet subtiliter, lib.* 4. vide supra *n.* 42. *& seq.*

Absolutio à iuramento requirit causam legitimam exprimi. Concl. 59.

1 CAVSA †legitima debet exprimi ab eo, qui petit absolutionem à iuramento, alias Iudex Ecclesiasticus non potest illam concedere, & dicitur causa legitima, si allegatur dolus ex proposito, vel re ipsa. Crauett. *consil.* 7. *Enimundus, n.* 3. *ver. nec tale iuramentum,* vbi *num.* 6. *ver. cessante autem,* dicit, quod cessante causa prædicta, vel turpitudinis, non datur. Dec. *consil.* 180. *Visa renunciatione, n.* 3. *ver. & idem concludit,* vbi, quod non datur absolutio, nisi iuramentum sit dolo, metu, vel super re illicita extortum, & causam legitimam esse dicit Alex. *consil.* 42. *col. pen. in fin. n.* 19. *lib.* 1. quando quis esset inductus propter minas, vel mendacium, & Bald. *consil.* 39. *Proponitur, quod celebratus fuit, n.* 2. *ver. modo veniamus, lib.* 3. vbi, quod is, qui vult rescindere venditionem iuratam, debet absolui, & absolutio non datur, nisi alleget causam rationabilem, puta, vsurarum, vel quid simile, & quod non possit dari, nisi causa exprimatur à petente. Ias. plene *consil.* 177. *lib.* 2. & Castr. *consil.* 174. *Contra*
☞ *superius consulta, col. fin. ver. sciendum tamen est, lib.* 1. Vide, *Absolutio ad effectum agendi. quando, & qualiter peti possit. Concl.* 55. *num.* 2. *& seq.*
2 †Amplia in tantum, vt nec minori detur absolutio, cessantibus causis legitimis supradictis. Crauett. *d. consil.* 7. *n.* 6. *ver. cessante au-*
3 *tem,* vbi dicit communem. †Amplia, vt nec Papa det absolutionem à iuramento sine iusta causa, glos. 2. in *c. quando, de iureiur. and.* quod procedit etiam in inferioribus, vt de vtroq; Cald. *cons.* 184. *circa fin. ver. & gloss.* alias 8. *de iureiurand.* & Abb. *consil.* 12. *Vt clare, col. fin. lib.* 1. vbi, quod quando iuramentum non habet turpitudinem ex parte iurantis, neque ex parte eius, cui iuratur, neque Pa-
4 pa solet absoluere; quia sine causa absoluere non potest. †Causæ igitur sunt legitimæ, si propter dolum quis iurauit, siue dolus sit ex proposito, siue re ipsa, vt per Crauett. *d. consil.* 7. *n.* 3. *ver. nec tale iuramentum.* †Extende, vt imo dolus præsumptus sufficiat pro re- 5
laxatione, & absolutione à iuramento. Cald. *consil.* 184. *in fin.* alias 8. *de iureiur.* †Item metus dicitur causa legitima, vt per Dec. *consil.* 6
180. *n.* 3. *ver. & idem concludit,* idem tenet Alex. *consil.* 42. *col. penult. num.* 19. *lib.* 1. qui loquitur de minis. †Læsio enormis est legitima 7
causa absoluendi à iuramento. Calder. *consil.* 8. *de iureiur.* alias 184. Afflict. *dec.* 263. *per totam, & decis.* 322. *n.* 4. *& seq.* maxime *num.* 6. & quid in minore, quid in maiore, plenissime Abbas in sua *quæst.* 2. *col.* 18. *& 19. ver. nouus casus*; vbi, qd si per verba generalia esset renunciatum læsioni; & concludit, quod si læsio est modica, non debet dari absolutio minori, neque maiori, si enormis, vel enormissima, debet dari, etiam si per verba generalia esset renunciatum enormi, & enormissimæ læsioni; quia sunt clausulæ Notariorum de stylo; & quia vbi est enormis læsio, inest dolus ex parte recipientis, saltem re ipsa, qui æquiparatur vero dolo, & contra dolosum semper datur absolutio, licet aliqui in hoc contrarium teneant, quod non detur absolutio, quando p verba generalia renunciauit, quod admittit, quando verba sunt clara. †Mi- 8
næ præcedentes præbent iustam causam dandi absolutionem à iuramento. Alex. *d. consil.* 42. *n.* 19. *col. pen. in fin. lib* 1. †Mendacium, 9
vt si quis p Mendacia fuisset inductus ad contrahendum, vel iurandum; quia hæc est causa legitima absoluendi. Alex. *d. cons.* 42. *n.* 19. *col. pen. in fin. lib.* 1. † Turpitudo est causa legitima absoluendi à 10
iuramento ad effectum agendi iurantem. Crau. *consil.* 7. *nu.* 6. *ver. cessante.* †Declara, vt procedat, quando turpitudo est ex parte re- 11
cipientis, vt in promissione vsurarum. Dec. *d. consil.* 180. *n.* 3. Abb. *consil.* 12. *lib.* 2. *in fin.* qui hoc dicit clare. †Peccatum, seu iniquitas 12
præbet causam absoluendi; qa non debet esse vinculum iniquitatis iuramentum, nec debet esse nutritiuum peccati, *c. cum contingat. de iureiurand.* Alex. qui hoc intelligit, quando nõ posset seruari sine interitu salutis, in *consil.* 42. *nu.* 18 *lib.* 1. *col. pen. vers. item respondeo,* quod intellige in quocunq; interueniente, etiam si non contrahat. Castr. *consil.* 174. *Contra superius, n.* 2. *lib.* 1. vbi exemplificat in patre, qui induxit filiam ad renunciandum fraude; quia ex quo filia læsa est, & pater est in peccato, concedi debet absolutio. †Iniustitia, seu captiositas iuramenti sufficit pro causa relaxatio- 13
nis, quę presumitur in rustico, muliere, & minore, si constat, contractum eis esse damnosum; quia simplicitate inducti censentur. Dec. *consil.* 180. *n.* 4. *in fin. ver. pro qua benefacit.* † Si is, qui impugnat 14
relaxationem iuramenti, non est ille, cui fuit iuratum, is licet ex contractu iurato prætendat interesse, facta sibi communicatione contractus; tamen non impedit absolutionem. Petrus de Ancharan. *consil.* 18. *num.* 9. *ver. tertio hoc probatur.* † Minoritas iu- 15
rantis, quando non iurauit se maiorem, sed simpliciter, est causa sufficiens ad obtinendam absolutionem à iuramento. Anch. *d. consil.* 18. *n.* 9. *ver. quarto præsupposito.* † Impubertas; quia qui doli 16
capax non est, non obligatur iuramento, ex quo deficit iudicium, quod est vnum ex tribus, quæ concomitari debent iuramentum. Cald. *consil.* 184. alias 8. *de iureiur. in princ.* †Regulariter omnes cau- 17
sæ reducuntur ad tres principales, quando deficit veritas, iudicium, & iustitia, quæ debent semper concomitari iuramentum, & quando vnum deficit; tunc iuramentum non valet, & est causa legitima, quæ reducuntur per alia verba ad tres casus, quando malum continet iuramentum, quando incautum, & quando indiscretum, puta, à puero est præstitum. Cald. *cons.* 184. alias 8. *de iureiur.* vbi late prosequitur. † Generaliter vbicunque iuramentum, 18
si seruetur, inducit peccatum in eo, cui iuratum est, debet dari absolutio, licet ex parte eius, qui iurauit, possit seruari, veluti si sunt solutæ vsuræ, si iurans esset læsus vltra dimidiam; quia eo casu est in præsumpto dolo, & sic in peccato; sed est secus, si infra dimidiam esset læsio; quia est permissa. Alexand. plene *consil.* 222. *num.* 5. *& seq. ver. bene facit, lib.* 2. Vide, *Absolutio simplex à iuramento quando concedenda. Concl.* 56. *n.* 5. *& seq.* vbi exprimuntur causæ legitimæ absoluendi à iuramento.

Absolutio à iuramento quam cognitionem requirat. Concl. 60.

ABSOLVTIO †à iuramento præstito de non contraueniendo 1
instrumento, quod accusatur vsurarium, ad hoc, vt detur, requirit saltem semiplenam probationem, quod instrumentum sit vsurarium. Federic. de Sen. *consil.* 300. *Factum tale est, debitor, in fin. ver. item dico, quod ad hoc,* sequitur Gemin. *consil.* 16. *n.* 5. *ver. super* 20. *vsque in fin.* quod est subscriptum à Matth. de Mathesina. †Contra- 2
rium, quod imo sufficiat probatio per iuramentum, & præsumptio, quia agitur de leui præiudicio, tenet Petr. de Anchar. *consil.* 18. *In quæstione, quæ vertitur, n.* 9. *& 10. ver. quarto præsupposito.* †Declara; 3
quia si petitur absolutio à iuramento, vel propter dolum, vel aliam causam

causam asserram, illa debet probari, alias aperiretur via periuriis; quia si daretur sub conditione, quatenus probet, in plenaria absolutione, si contingat non probari, remaneret periurus, & ita tenere omnes * Canonistas, dicit Castr. *consil.* 259: *Circa primum, in fin. lib.* 2. †Declara tamen, quod probatio talis non releuat in negotio principali. Feder. *d. consil.* 300. *in fin.* †Vide plene Guido. Padæ *dec.* 224. vbi, quæ requirantur, vt Iudex Ecclesiasticus dispenset super iuramento. †Et generaliter, quod in absolutione, & habilitatione à iuramento requratur causæ cognitio, & consequenter partis citatio, plene Alex. *consil.* 222. *Visa facti. n.* 8. *vers. præterea respondeo, lib.* 2. vbi apost. dat concord. sed etiam in habilitatione simplici, dat contrarios. † Amplia; quia absolutio à iuramento cum tendat ad hoc, vt dolosus liberetur à peccato, est cau a summaria, & summarie cognoscenda. Petr. de Anchar. cuius cons. est *consil. Cald.* 139. alias est *vnicum de feriis, in pr.* & idem Anch. *consil.* 18. *n.* 9. *& seq. ver. quarto præsupposito.* Bald. *consil.* 55. *Ad euidentiam præmittendum. n.* 2. *ver. tertio est præmittendum. lib.* 3. †Amplia, vt tempore feriarum ista absolutio possit expediri, tanq̃ causa summaria, & fauorabilis. Petr. de Anch. *d. consil. inter consil. Cald.* 139. alias *vnic. de feriis, in pr.* Felin. in *c.* 1. *de iureiur. in fin.* intelligendo de feriis in fauorem hominum. †Contrarium tenet Gaspar. Cald. *d. consil.* 139. *in fin.* quod est *vnicum, de feriis*, vbi reprobat Anch. ibi. Amplia; quia requirit citationem partis. Vide Concl. proxim. seq.

Absolutio à iuramento ad effectum agendi an requirat citationem partis. Concl. 61.

ABSOLVTIO †à iuramento plena, per quam tollitur effectus iuramenti, & ipsum iuramentum requirit citationem partis, ex quo est præiudicialis. Oldrad. *consil.* 120. *in pr.* Rot. in *antiq. dec.* 8. *de iurei. in fin.* alias 767. *sciendum.* Bald. *consil.* 259. *Quæritur, vtrum, in fin. lib.* 2. Anch. *consil.* 298. *Prædictis subti. iter, in pr.* pleniſſime Fel. in *c.* 1. *de iureiur. n.* 23. *ver. quarto quæro*, quia, vbi requiritur causæ cognitio, ibi necessaria est citatio sine dubio. †Declara, vt non procedat in absolutione à iuramento concessa ei, q iurauerat soluere creditori suo, quando propter paupertatem, & cessionem bonorum p debitorem factam declaratur, ipsum non teneri ad iuratam obligationem; qa non requiritur citatio, ex quo pars citata non poterat contradicere. Cald. *consil.* 173. alias 7. *de iureiur. per tot.* vbi late. † Amplia, vt etiam requiratur citatio partis in absolutione simplici à iuramento ad effectum agendi. Bald. *consil.* 55. *Ad euidentiam præmittendum. n.* 2. *ver. tertio præmittendum*, vbi loquitur in petente reductionem ad arbitrium boni viri, *lib.* 3. & adducit rationem; quia ista requirunt saltem summariam cognitionem. Fel. in *c.* 1. *ver.* 4. *quæro, de iurei. n.* 23. *& seq. ver. contrarium.* Barb. *cons.* 24. *Clementissime, col.* 8. *lib.* 2. Abb. *consil.* 12. *Et si copiosius, col. fin. lib.* 2. & hanc * communem * dicit Alex. *consil.* 39. *lib.* 4. Iaſ. in *l. nec quicquam. §. vbi decretum. n.* 49. *ff. de offi. Proconſ. & Legat.* Fel. in *c.* 1. *col.* 8. *n.* 25. *de iurei.* * vbi dicit, quod ista opinio, q̃ citetur pars, est tutior, & ibi * communiter DD. quia pars lædi potest, & quod requiratur, Abbas in *quæst.* 2. *col. fin. in princ.* Alex. plene *consil.* 222. *Visa facti, n.* 8. *lib.* 2. vbi apost. in *ver. habilitatio*, citat pro vtraq; parte. †Extende in eo, qui absoluit, vel transegit, aut promisit non petere; quia requiritur citatio partis, ex quo inhabilis habilitatur, & infertur iudicium, siue magnum, siue paruum; quia contra inauditam partem nihil possumus diffinire, Anch. *consil.* 382. *Retento ordine, n.* 3. *& seq.* †Extende; quia imo infertur magnum præiudicium propter moras debitoris; & quia contractus iuratus conquassatur, & debilitatur; ideo requiritur causæ cognitio, & citatio partis, alias absolutio est nulla, vel saltem iniusta, & declaranda nulla. Anch. plenissime, *consil.* 198. *Prædictis subtiliter, per tot.* †Contrarium, q̃ imo non requiratur citatio partis, tenent, Rot. *dec. if* 8. *de iureiur.* alias 767. *Sciendum, in antiq.* Afflict. *dec.* 220. *nu.* 19. *cum seq.* vbi dicit magis * *communem, & de communi attestatur Alciat. in *c. cum contingat.* * *num.* 44. *& :* 24. *de iureiur.* & de magis * communi Natta *consil.* 167. * *Perspectis, & diligenter, n.* 5. vbi dicit, ita * comuniter seruari, & hanc * magis * communem dicit Roland. à Vall. *consil.* 34. Alex. *consil.* 49. *n.* 20. *lib.* 4. Ruin. *consil.* 170. *n.* 30. *lib.* 1. & ita seruatur in practica, vt per Imol. in *c. debitores, col.* 9. *de iureiur.* Ruin. *consil. supra citato*, plene Socin. Iun. *consil* 47. *n.* 38. *lib.* 3. allegat Oldrad. *consil.* 120. *Ad duplicem finem.* Addit. ad *dec. Tholos.* 62. & ita seruari; pleniſſime Castr. *consil.* 259. *Circa primum, col.* 3. *ver. sed remanet lib.* 2. licet in fine dicat, * Canonistas * omnes tenere, q̃ requiratur probatio causæ. Alex. *consil.* 49. *Paucis, n.* 20. *lib.* 4. quod est Anton. de Prato veteri, vbi, quod præsentia Dei supplet. Plures citat Felin. *d. c.* 1. *num.* 24. *ver. caterum, de iureiuran.* †Declara, vt si absolutio petatur solum ad effectum habilitandi iurantem, vt detegat fraudem contractus, debet dari etiam parte non citata, vel etiam contradicente; quia agitur de modico præiudicio, Petr. de Anch. *cousil.* 18. *In quæstione, n.* 10. *&* 11. Bald. *consil.* 460. *Vicarius Episcopi, lib.* 5. Castr. *consil.* 259. *col.* 3. *ver. sed remanet dubium*, vbi, q̃ reseruatur ius parti in plenario iudicio. †Contrarium tenet Alex. *consil.* 222. *n.* 8. *li.* 2. quod ex quo requiritur causæ cognitio, necessario requiritur semp citatio, siue agatur de absolutione à iuramento confirmante contractum, siue non; quia etiam in sola habilitatione requiritur citatio partis, & apostill. ibi in *ver. habilitatio*; dat plures concord. pro vtraque parte, quod requiratur citatio, & non requiratur, quando absolutio solum inducit habilitationem iurantis, vide eos, quia plures sunt pro declaratione, quam pro isto contrario. †Declara, quia quando absolutio datur à iuramento ad effectum agendi, cum solum possit allegare causas, propter quas iuramentum non obligat; tunc non requiritur citatio; quia non permit ius partis, alias secus; & quia videtur data sub conditione, si causa subest, & probabitur, vt Felin. in *d. c.* 1. *n.* 25. *ver. & in hac varietate, de iureiuran.* vbi tamen dicit tutiorem viam esse, quod fiat citatio. †Declara; quia facta citatione in contumaciam potest concedi habilitatio, Guido Papæ *dec.* 224. *&* 225. †Declarat plene Abb. *d. consil.* 12. *col. fin. ver. An autem, lib.* 2. quod duæ sunt opiniones contrariæ; Prima Pauli de Eleaz. & Calder. quòd requiratur citatio solum, quando ex iuramento firmatur contractus; quia si petitur absolutio à iuramento firmante contractum, & contractus semoto iuramento annullatur, necessaria est citatio; si vero non firmatur contract⁹, non sit necessaria citatio; quia iste est actus quasi pœnitentialis, & extraiudicialis: & hanc partem dicit tenere Ant. de Butr. in *c. debitores, de iureiur.* quia turpitudo recipientis operatur, q̃ ex tali iuramento sibi non acquiratur, sed Deo, vnde sufficit præsentia Dei repræsentata per Iudicem Ecclesiasticum; tutius tamen est, si citatur. Tu dicas, quod seruanda est consuetudo loci, prout Im. & post eum Felin. in *c.* 1. *n.* 24. *in fin. de iureiur.* vbi dicit de practica Episcopi Bononiæ, quod non fiat citatio. †Sed contrarium dicit Abb. veriorem *d. consil.* 12. *in fin. ver. aliam opinionem*, quia summaria cognitio requiritur, quæ sine parte haberi non potest, *lib.* 2. & quia non potest negari, quin interfit creditoris. † Declarat Alex. *consil.* 49. *Paucis, n.* 20. *lib.* 4. quod est Anton. de Prato veteri, quod non requiritur citatio; quia ex iuramento non oritur actio parti, sed Deo; & ideo cum Deus vbiq; sit præsens, valet absolutio; sicuti dicimus de parte præsente, quæ non citatur, & dat similia de dispensatione in priuilegio, in quibus non tangitur, nisi ius superioris; quia non fit citatio. Declarat Afflict. *d. dec.* 220. *n.* 10. *& seq.* quod magis communis opinio est, quod absolutio valet sine citatione partis; tamen si esset subreptitia, vel obreptitia; quia tacitum est, q̃ debuit exprimi, vel expressum, q̃ non est verum, annullatur, & non valet. †Amplia; nisi absolutio à iuramento peteretur ad effectum tollendi obligationem, quæ dicitur vsuraria; quia debet tunc pars citari, & causa examinari. Oldrad. *consil.* 120. *in princ.* † Limita; quia absolutio à iuramento ad effectum detegendi contractum vsurarium, non requirit citationem partis; quia non læditur ius partis non citatæ, quod illæsum remanet. Oldr. *consil.* 120. *Ad duplicem finem, ver. ad secundum.* †Limita; quia Episcopus Bonon. absoluere à iuramento Ferrariensem Bononiæ studentem potest, etiam si iurauit sup contractu celebrato extra territorium, & cum forense, nec debet citari Episcopus proprius absoluendi, neq; Episcopus loci, in quo fuit iuratum. Cald. *consil.* 91. *An Episcopus*, alias 1. *de offi. Ordin.* quod duplicatur *consil.* 128. alias 14. *de iud.* & idem Calder. *consil.* 182. alias 6. *de iureiur.* †Limita, vbicunq; agitur de absolutione à iuramento ad effectum habilitandi eum, qui iurauit, duntaxat ad effectum, vt possit detegere nullitatem, & fraudem contractus; quia datur sine citatione partis, nec requiritur solemnis examinatio; quia nõ agitur de graui præiudicio. Petr. de Anchar. *consil.* 18. *In quæstione, n.* 10. *&* 11. vbi dat simile de seruo petente veniam. Cald. *consil.* 183. *in fin. ver. Idem videmus*, alias 7. *de iureiur.* †Limita; quia non requiritur citatio partis in absolutione à iuramento, quando fuit temerarium ex parte præstantis. Gemin. *consil.* 60. *in fin. n.* 8. *ver. & in hac absolutione.* †Limita; quia citatio partis non requiritur in absolutione à iuramento, quando tale iuramentum non ligat iurantem ex dispositione iuris communis. Gemin. *consil.* 60. *in fin. ver. & idem etiam.* †Limita, quia vbicunque fit absolutio à iuramento ad effectum agendi, fit sine citatione partis, si pars citanda est absens, ita Gemin. *d. consil.* 60. *in fin.* vbi dicit hoc non habere pro absoluto, licet super hoc alleget iura. †Limita; quia absolutio à iuramento de soluendis vsuris expresse de generali consuetudine conceditur non citata parte. Calder. *consil.* 183. *in fin. ver. item constat* alias 7. *de iureiur.* † Limita; quia non est vocanda pars, quando datur absolutio à iuramento illi-

to illicito, quia ex eo alicui non potuit acquiri. Card. Zaba. *consil.* 35. *n.* 2. vbi loquitur in eo, qui iurauit, non reuelare fideicommissum factum pro spurio.

Absolutio à iuramento non datur multis casibus. Concluſ. 62.

qui comparuit cum curatore; quia licet curator sit nulliter datus, ex quo maiori dari non potuit; tamen valet iudicium, si ipse, qui erat maior, comparuit; quia abundat cura nulliter data. Signor. *cons.*238.*col.*2.*ver.sed prædictis circumscriptis*, vbi dat regulam, quod actus personæ cum vitio interuenientis, non vitiat actum sine vitio interuenientis. *l.fin. C. de tutel.* † Extende; quia licet citatio ad 24
sententiam requirat peremptorium de iure communi, alias est nulla; tamen si nulliter citatus compareat, & est præsens in iudicio tempore sententiæ, conualidatur sententia; quia præsens non citatur. Alex.*cons.*123.*Viso processu, in prin.ver.non obstat etiam quarta,*
*cum seq.lib.*2. vbi *n.*3. *ver.pro quo etiam*, dicit, quod isto casu præsumitur præsens ex ista causa. † Et idem in citatione facta nulliter 25
sine commissione iudicis; quia si pars citata comparet, & est præsens in iudicio, conualidatur; quia non est necessaria, & abundat. Alex. *d.cons.*123.*n.*3.*in fin.ver.& posito, quod ista citatio. lib.*2. † Et ge- 26
neraliter, quod omne vitium citationis tollatur, & purgetur per citati comparitionem. plene Tiraquell. *de retract. lignag.*§.9.*gloss.*2.
*n.*17.*cum seq.ver.sed illud est.* † Declara, seu restringe, nisi compa- 27
rens esset ibi ad effectum impugnandi, & impugnaret sententiam, vel ex alia causa. Vide, *Præsentia in iudicio ad vnum finem, an*
*præiudicet ad alium finem. Concl.*604.*n.*23.*& seq.* † Amplia in instru- 28
mento probando falso; quia testes instrumentarii superabundantes non vitiant instrumentum, licet dicant singulariter contra instrumentum, videlicet non vidisse, non interfuisse, vel quid simile, quando bona fama Notarii subest, & alius numerus testium sufficiens remanet, etiam si alii mortui sint. Bald. *cons.*37.*Quidam tabellio, per tot. lib.*1. secus, inquit, si deponerent contextualiter contra instrumentum, videlicet, quod non fuerit celebratum ipsis præsentibus. † Amplia in donatione inter personas prohi- 29
bitas, quæ valet, si interuenit traditio, & confirmatur morte donantis, etiam si sit facta propter merita, quæ non probantur, vel nõ sunt vera; quia licet non valeat inter personas prohibitas, nisi merita probentur: tamen intelligitur, nisi morte confirmetur; quia expressio meritorum nõ necessaria, sed abundans, licet non probetur; non tamen vitiat, quin confirmetur morte. Angel. Aretin. *cons.*100.*In casu prædicto. in prin.* maxime *num.*8.*& seq.* † Am- 30
plia in absolutione à iuramẽto defuncti; quia cum tale iuramentum, quoad animam, non liget hæredem; ideo non tenetur petere absolutionem; si tamen petat, non sibi præiudicat; quia abundans cautela non nocet. Paris. *consil.*75.*num.*23.*& sequent. lib.*3.
† Amplia in sententia interlocutoria, quæ non fertur in scriptis, 31
prout diffinitiua, neque continet relationem actorum, vt per

Corne.

Corne. *consil.262. Pro euidentia, num.2. lib.4.* Si tamen est in scriptis lata, & *cum* relatione actorum, *visis, &c.* non vitiatur; quia abundans cautela, &c. Corn. *d. consil.262. n.6. lib.4.* vbi dicit * com-
* 32 munem. † Extende; quia sententia non vitiatur, si causæ veræ adiiciatur causa falsa abundans. Roman. *consil.343. Ex proposito,*
33 *num.8.* † Amplia in solemnitate non necessaria; quia si adhibea-
34 tur, & nulliter, non vitiat. Put. *decis.344. num.5. lib.2.* † Amplia; quia sicut omissio valoris non vitiat gratiam, motu proprio factam; de prouisione beneficii: ita expressio valoris inepta, vel falsa, aut superflua non vitiabit gratiam. Ancharan. *consil.295. Pro clariori, num.9. & num.13.* vbi late. † Amplia in citatione infantis
35 filiifamilias; quia licet ipse citari non possit, sed pater eius, tanquam pater, & legitimus administrator; si tamen ex abundanti citetur ipse, & pater tanquam pater, & legitimus administrator, non vitiatur citatio. gloss. *in §. multis. §. in transitu. Institut. de libert.* Decian. *consil.163. colum.6. in princip.* Alexand. *in l.1. colum.5. ff. de iu-*
36 *risdict. omn. iudic.* facit Socin. *consil.99. & consil.101. lib.4.* † Limita, nisi id, quod abundat per errorem, loco necessarii, & requisiti sit appositum, quia tunc vitiatur tota dispositio. Petr. de Anchar. *consil.1. per tot.* vbi, quod arbiter habens facultatem arbitrandi, sub pœna partibus applicanda, si laudauit applicando pœnam Fisco, non valet sententia in aliquo; quia applicatio facta Fisco non abundat, sed per errorem est facta loco partium, maxime, quando cõstat, quod vigore laudi ita laudauit; quia repugnat po-
37 testas volũtati. † Et idem in adeunte cum auctoritate eius, cuius non interest; quia non vitiatur, nisi nomine eius, qui auctoritatem interponit, aditio fieret; quia tunc error vitiat. Roman. *consil.*
38 *512. Quo ad primum, n.10. versic. nec refragatur.* † Limita in dilatione, quæ debet esse competens, etiam si assignetur in casu, in quo nõ
39 debebat assignari. Calderin. *consil.134.* alias *2. de dilatio.* † Limita in libello, quia licet causa non sit exprimenda; si tamen exprimitur inepta, vitiatur libellus. Bald. *consil.472. Statuto Communis, n.5. in fin. lib.1. & consil.320. Relicti fuerunt, circa fin. lib.2.* vbi, quod expressa no-
40 cent, non expressa non nocent. † Extende, vt idem sit in suspicione Iudicis allegata; quia licet non debeat exprimi de necessitate; si tamen exprimatur, & inepte, vitiatur allegatio. Bald. *d. consil.472.*
41 *nu.5. in fin. lib.1.* † Limita in pacto nudo liberatorio, in quo licet causa non sit exprimenda; si tamen exprimatur, & sit erronea, seu falsa, vitiatur pactum nudum. Bald. *consil.189. Creditor cum filio, in fi.*
42 *lib.2.* Ias. in *l. creditori, in princ. C. de pact.* † Limita; quia licet ea, quæ abundant, non vitient; tamen omittenda sunt ea, quæ non sunt necessaria; ideo interrogatio fieri non debet, quæ non releuat.
43 Dynus *consil.23. Super quæstione. num.7.* † Limita in contractu suspecto; quia abũdantes cautelæ augent suspicionem. Tiber. Decian.
☞ *consil.32. n.65. lib.1.* Anchar. *consil.257. Ex eordine in fin.* Vide, *Cautelæ,*
44 *quando noceant, vel iuuent, & illa vtendum sit. Concluſ.162.* † Limita, quia licet hæres possit propria auctoritate capere possessionem hæreditatis; si tamen adit Iudicem, vt associet eum, licet non requiratur citatio alicuius personæ; tamen requiritur, quod Iudici constet esse hæredem, & cõstet in actis, alias possessio esset nulla. Bart. *consil.82. Quæstio commissa, col.1. ver. aut dicemus, lib.2.* quod est
45 Collegii Pisani. † Sic dicimus in emphyteuta, & conductore, qui finita locatione possunt expelli propria auctoritate; si tamen dominus adeat Iudicem, vt associet, debet Iudici constare, quod sit
46 facta locatio, & finita. † Limita multis casibus; quia habens pactum exequutiuum capiendi propria auctoritate possessionem rei, adueniente casu cõuento, si adeat Iudicem, non potest postea propria auctoritate capere. Negus. *de pignor. in 4. part. num.25.*
47 † Extende; quia is, qui potest agere via exequutiua, si intentat iudicium ordinarium, non potest reuerti ad viam exequutiuam;
☞ quia sibi præiudicat. Vide, *Exequutiuum iudicium differt ab ordinario*
48 *in multis. Concluſ.470. num.15. & seq.* † Extende regulariter; quia via, quam elegisti, tibi pateat; Vide, *Eligens vnam actionem quando*
49 *alteri renunciare videatur. Concluſ.105.* † Limita; quia licet in causa summaria non requiratur libellus, vel accusatio solemnis, sed qualis qualis petitio. *clement. sæpe de verb. signif.* Tamen in accusatione, in crimine læsæ maiestatis, in qua potest procedi summarie, & de plano per accusationem, & inquisitionem, debet accusatio, & inquisitio esse apta, & solemnis, & inepta vitiat, ne possit procedi; quia illa verba, *per inquisitionem, & accusationem,* debent intelligi de valida. Bart. plene in *extrauag. ad reprimendum, in ver. per*
☞ *inquisitionem, num.27. vers. sed quæro.* Vide, *Actus inutilis quando-*
que producitur à iure. Concluſ.146. Vide, *Causæ plures quando plures operentur effectus, vel non. Concluſ.145.* Vide,
Superfluitas verborum in interpretatione non admittitur. Concl.896.

Abundare in Cautelis, quando sit necesse. Concluſ.68.

IN † casibus dubiis, an actus requirat certam solennitatem, vel 1
non, ex abundanti debet illa solemnitas adhiberi, ad tollendũ dubium. Ita Guido Pap. *decis.149. secunda conclusio, circa fin.* vbi, quod si est opinio disputabilis, quod aliquid sit necessarium, vel non, cautius est illud adhibere, licet non sit necessarium, ad tollendas disputationes. † Subhastatio rerum minoris ꝛienandarũ 2
debet fieri in loco domicilii minoris, *l. magis. §. illud. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cura.* sed si res est extra domicilium minoris in alio territorio, videtur, quod fieri debeat in loco rei sitæ, *l. si prædium. C. de præd. & aliis reb. minor.* Tamen quia res est dubia, an sufficiat in vno loco, cautela datur ex necessitate, quod fiat in vtroque loco. Calder. *consil.277.* alias *1. de empt. & vend.* † Dispensatio inter cõ- 3
trahentes matrimonium, inter quos est dubium de cognatione spirituali, debet adhiberi, etiam si de iure posset teneri, quod cognatio non sit contracta propter defectum intentionis. Gemin. *consil.130. Quoad delictum,* maxime *in fin.* † Regulariter vbi agitur de 4
timore peccati, in dubio ad se eximendum à peccato, datur cautela, quod potius præsumatur peccatum, ad illud tollendum, quam alias. *cap. iuuenis, de sponsal.*

Acceptatio quid sit, & à quo fieri possit. Concluſ.69.

ACCEPTATIO † est actus nudi facti; & ideo potest fieri ac- 1
ceptatio beneficij etiam per excommunicatum. Zabar. *consil.*
103. col. fin. n.9. & consil.104. nu.1. † Actus legitimus dicitur accep- 2
tatio; ideo non recipit conditionem. Zabar. *consil.103. n.8. ver. ad secundum.* † Acceptatio beneficij facta per laicum procuratorio 3
nomine valet, quia nõ reperitur laicus prohibitus. Cald. *consil.222.*
alias *1. de præben.* † Et quod possit fieri acceptatio per procurato- 4
rem expectantis, tenet Anch. *consil.413. nu.4.* & dicit, quod debet esse certa. † Amplia; quia potest fieri per excommunicatum; 5
quia acceptatio est nudi facti. Zabarel. *consil.103. num.9.*

Acceptatio debet expresse fieri, & quando secus. Concluſ.70.

ACCEPTATIO † beneficij nõ dicitur facta, nec valet, si exe- 1
quutor assignauit præbendam procuratori, qui non declarauit acceptare, licet petierit sibi tradi instrumentum assignationis. Cald. *consil.223.* alias *2. de præben.* vbi multa similia ponit. † Am- 2
plia; quia nedum debet esse expressa, sed etiam debet esse certa. Ideo acceptatio generalis, & incerta non releuat, nec facit, quod currat mensis; quia ignorans vacationem non potest acceptare, sicut neque conferre. Anch. *consil.413. Vltra rationes, per tot.* Vide, ☜
Expressum vbi requiritur, non sufficit tacitum, neque præsumptum. Concl.
650. † Amplia; quia debet esse certa, & specialis. Anch. *d. consil.* 3
413. Vltra rationes, per tot. Zabar. *consil.99. per tot.* † Limita in fauora- 4
bilibus, & ijs, quæ sunt appetibilia; quia sufficit scientia, vt quis dicatur acceptasse, & consentire. Ias. in *l. quæ dotis. ff. solut. matr. n.7.* ☜
ver. secundus casus. Vide, *Scientia, & patientia. Concl.59.* † Extende; 5
quia Donatarius dicitur acceptare donationem, eo ipso, quod scit, & non contradicit, ita vt ius in eum dicatur translatum irreuocabiliter, si donatio est irreuocabilis. Crauett. *consil.261. num.5.* Dec. in *reg. semper, qui non prohibet. ff. de reg. iur.* Roland. à Vall. *consil.*
18. n.34. lib.1. cum seq. pleniss. Guido Pap. *consil.63. n.11. & seq. ver. & si opponatur,* vbi restringit, nisi constaret, quod donans velit certiorari de acceptatione expressa. † Extende in marito acquirẽte pro 6
se, & vxore; quia eo ipso, quod sciuit vxor, dicitur acceptasse. Dec. *consil.58. Pro tenui n.2. ver. ex eo sequitur.* Roland. à Vall. *consil.4. n.28. & seq. lib.2.* Burat. *consil.118. n.4. & seq.* plene Crauett. *consil.261. num.5.*
† Extende in emptione facta à Tertio suo, & nomine Titii, quia 7
si Titius sciuit, præsumitur acceptasse, seu ratum habuisse, etiam quocunque modo sciuerit. Roland. à Vall. *consil. 4. n.28. lib.2.* vbi, quod scientia presumitur in vicinis, vel simul habitantibus, & ad omnia prædicta allegat. Guido Pap. *consil.23. col.8. ver. & si opponatur.* † Extende generaliter; quia legitimatus censetur consentire 8
legitimationi. Bald. *consil.146. Titulus Principis. n.8. lib.1.* Vide, *Con-* ☜
sensus tacitus, & scientia resultans, quando sufficiat. Concluſ.747. Vide,
Consensus expressus requiritur multis casibus. Concl.746.

Acceptatio quale ius conferat expectanti. Concluſ. 71.

EXPECTANS † ad beneficium, quod duxerit acceptandum, 1
per acceptationem beneficij vacantis acquirit ius ad rem. Gemin. *consil.103. nu.7. ver. non obstat, si dicatur.* † Et æquiparatur ac- 2

ceptatio electioni, ideo debet esse certa, & non generalis, prout electio. Anch. *cons.413. Vltra rationes, per tot. & n.3.*

Acceptandi tempus quando incipiat currere expectantibus. Concluſ.72.

1 ACCEPTATIONIS † tempus præfixum expectantibus currit à tempore notæ vacationis in Eccleſia, Oldrad. *conſ.198.*
2 *Circa primum. num.7. ver. ad quartum.* † Amplia in tantum, vt poſt menſem præfixum à die notę vacationis expectans in forma pauperum, non poſſit acceptare, etiam ſi beneficium vacet de iure
3 tantum. Oldra. *conſ.182. in fin. ver. quartum.* † Amplia idem in quolibet expectante in genere; quia beneficium debet acceptare à die notæ vacationis intra tempus ſibi præfixum. Lap. *alleg.85.n.9.*
4 *ver. ſed quæro. quando.* † Et acceptatio debet eſſe certa, & ſpecialis, non autem generica, & incerta; quia non poteſt cadere acceptatio, neque collatio in ignorante. Anch. *conſ.413. Vltra rationes, per tot.* vbi, quod ſi non fiat expreſſa, & à certo, non valet. Zabar. *conſ.*
5 *99. per tot.* vbi latiſſime, quod menſis non currit, niſi à die acceptationis, ſpecialis, non autem generalis ſufficit. † Amplia; quia poſt acceptationem certam currit menſis expectanti ad faciendum ſibi prouideri. Anch. *conſ.413. n.3. in fin. & nu.4.* † Reſtringe;
6 quia menſis nõ currit ad faciendum ſibi prouideri à die acceptationis incertæ, & generalis. Anchar. *d. conſ.413. n.3. & ſeq.* Zabarel.
7 *d. conſ.99.* vbi multa. † Declara; quia menſis datus ad ſibi faciendum prouideri à die acceptationis intelligitur, vt dies termini non cadat in termino, & ſic dies acceptationis non computatur in menſe dato. Anch. *d. conſ.413. in fin.*

Acceptilatio mult plex, & quid operetur. Concl.73.

1 ACCEPTILATIO † multiplex; quia aliquando fit pure, ali-
2 quando ſub conditione. † Conditionalis acceptilatio, videlicet ſub conditione fieri non poteſt, *l.4. ff. de acceptilat.* Sed bene poteſt fieri acceptilatio de debito conditionali, & extituro. Bald. *in l. ſi quis à certo. ver. opponitur. quod acceptilatio, ff. de cond. ob cau.* Dec.
3 *in l. actus legitimi. ff. de regiur.* † Conditionalis dicitur pura, quando ius competit de præſenti faciendi acceptilationem. Signorol. *conſil.188. num.15. ver. Vnum nolo omittere. l. ſi ſub conditione. ff. de acce-*
4 *ptilat.* † Et in acceptilatione poteſt deduci ius competens, ſiue actione, ſiue proſequutione, ſiue officio Iudicis. §. *Item per acceptilationem. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* † Fieri non poteſt, niſi per illum,
5 qui habet ius illud acceptilatum, vel petitionem ad illud. Signor. *d. conſ.188. n.16.* & vbi non eſt debitum, vel actio, vel officium Iudicis, non poteſt acceptilatio fieri. *l. per iuſiurandum. §. ſi legatorum.*
6 *& in l. niſi conſentiat. ff. de acceptil.* † Et licet acceptilatio præſupponat obligationem, & ſic ius acceptilatũ præexiſtere; tamen procedit, etiam ſi ſit in potentia, & fieri. *l. ſi ſub conditione*, & ibi Bart. &
7 Caſtr. Imo & alii, *ff. de ſolut.* † Operatur acceptilatio facta per eũ, qui poteſt eſſe hæres, vt inducatur aditio, & ceſſet ius accreſcendi. Signor. *d. conſ.188. n.16. ver. cum igitur*, plenius *conſ.165. n.20. &*
8 *ſeq.* † Extende; quia operatur traditionem ei, in quo acceptilatur, videlicet ad eius fauorem, cui fit acceptilatio. Signor. *d. conſ.188.*
9 *n.17.* plenius *conſ.163. n.10. & ſeq.* maxime *nu.30.* † Extende; quia acceptilatio à debitore dotis facta per maritum inducit liberationem, quaſi maritus accepto ferens videatur tradidiſſe, & donaſſe debitori. *l. à viro. ff. de iur. dot.* & ipſe tenetur ad dotem acce-
10 ptilatam. † Extende; quia licet renuntiatio habeat effectum ſubſiſtentem cauſa renuntiationis tantum; ſi tamen interuenit etiam acceptilatio, perpetuo excluditur is, qui per acceptilationẽ
11 renuntiauit. Rom. *conſ.22. nu.3. ver. propoſita ergo.* † Liberationem inducit acceptilatio 41. *ff. de acceptil.* quod intellige in iis, quæ verbis ſunt inducta in obligatione. Roman. *conſ.209. Pro verificatione.*
12 *n.2.* † Et quod plene liberet acceptilatio, Vide, *Solutio extinguit*
13 *obligationem. Concl.140. n.16.* † Imo, quod acceptilatio ita inducat liberationem, vt ſicut ſolutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, ita etiam acceptilatione. Roman. *conſ.46. in princ.*
14 *ver. aut enim.* † Si verò obligatio non verbis, ſed rebus conſiſtat, & contracta ſit, acceptilatio non liberat ipſo iure, ſed ope exceptionis. *l. ſi acceptilatum. ff. de acceptilat.* Et idem in iis, quæ iure gen-
15 tium debẽtur, vt per Galiaul. *in rep. rubr. ff. de verb. oblig. n.149.* † Declara; quia acceptilatio liberat, ſicut ſolutio, ſi fiat à creditore; ſecus ſi à procuratore, vel ab eo, qui habet mandatũ à lege, vel homine, prout ſocius, & correus; quia liberat à toto. ſi facit acceptilationem in contractu verbis celebrato, in cõtractu recontracto liberat ſolum à parte ſua; quia tranſit in pactum de non petendo.
16 Rom. *d. conſ.209. per tot.* † Declara, niſi adſit Aquiliana ſtipulatio; quia tunc liberat ipſo iure indiſtincte, idem Lancel. Galiaul. *d. repet. rubr. ff. de verb. oblig. n.149. & ſeq.* vbi plura de effectu acceptilationis. † Item operatur acceptilatio, quod non poteſt opponi ex- 17
ceptio non numeratæ pecuniæ. Rom. *conſ.46. n.2.* vbi Apoſtil. allegat Bart. *in l. ſi ex pluribus, in prin. ff. de verb. oblig.* † Acceptilatio fit 18
mediante ſtipulatione Aquiliana, & iſta liberat ipſo iure ab omni obligatione. Ideo ponitur illa clauſula, videlicet, *liberarunt ſe inuicem per Aquilianam ſtipulationem præcedentem, & acceptilationem ſubſequentem*; de qua *in l. actione. C. de tranſact.* Galiaul. *in repet. rubr. ff. de*
verb. oblig. n.149. vbi plura. † Plus operatur acceptilatio, quam pa- 19
ctum de non petendo; quia remiſſio per pactum non habet vim ſolutionis: prout acceptilatio. Bart. & alii per illum text. *in l. ſi marito. §. ſi pater. ff. ſol. mat.* vbi maxime Caſtr. *n.3.* declarat, & quod acceptilatio habeat vim ſolutionis. Bart. *in l.3. §. nunc de effectu. n.4.* & ibi etiam gl. *ff. de liber. legat.* Doctor. *in l. cum Aquiliana. ff. de tranſact.*
Rom. *conſ.46. in prin.* vbi, quod ita liberat acceptilatio, vt ſolutio.
† Si tamen pactum de non petendo eſſet imperſonaliter conce- 20
ptum; tunc idem operatur, quod acceptilatio. Caſtr. *d. l. ſi marito. §.1. ff. ſol. mat.* † Dicas, quod acceptilatio ita liberat ipſo iure, ſicut 21
ſolutio, quando facta eſt præcedente Aquiliana ſtipulatione; ſecus ſi ſine Aquiliana ſtipulatione; quia liberat ope exceptionis. Galiaul. *d. rubr. ff. de verb. oblig. n.149.*

Acceptilatio quid ſit, & an probet veram ſolutionem. Concl.74.

ACCEPTILATIO † eſt confeſſio de recepto, quæ non pro- 1
bat veram numerationem, Bart. *in l.1. ff. de iis, quæ in frau. cred.* quem ſequitur Bald. *in rubr. C. eod. tit.* vbi, quod per acceptilationem, ſeu confeſſionem de recepto non tollitur actio naturalis competens, niſi per exceptionem, idem Bald. *in l. fi. C. de compenſa.* Socin. *in l. Iulianus, la 1. ff. de condit. & demonſtr. in prin.* vbi, quod qui acceptilationem facit, non dicitur dare, & aliud eſt dare, aliud remittere, & facilius quis remittit, quam det. Cum. *conſ.24. Teſtator filio, in princ. & n.3.* vbi, quod aliud eſt confiteri habuiſſe, aliud acceptum habere, quod eſt Cumani, Chriſtophori de Caſtill. Proſdocimi de Comitibus, & Andrici de Alano. † Adde; quia con- 2
feſſio, & liberatio facta; quia dicit liberans ſibi fuiſſe ſatisfactum; & quia habuit, dicitur repugnantiã continere, ſi dicat, quod propterea liberat per acceptilationẽ, & Aquilianam ſtipulationem, Angel. *conſ.189. in fi.* † Qualiter autem fiat acceptilatio per Aqui- 3
lianam ſtipulationem, eſt tex. *in l. & vna. §. eius. ff. de acceptil.* Angel. *d. conſ.189. Anno ab eius natiuitate*, vbi *in fi.* quod non continet conditionalia, niſi fiat expreſſa de eis mentio, & quod per Aquilianam ſtipulationem, ab Aquilio inuentam, deducatur omnis obligatio, & per acceptilationem tollatur, præcedente Aquiliana ſtipulatione, eſt text. *in §.1. Inſt. quib. mod. toll. oblig. & in l. actione. C. de tranſact.* & propterea clauſula de ſtylo introducta eſt, quod per Aquilianam ſtipulationem præcedentem, & acceptilationem ſubſequentem tollitur omnis obligatio. Galiaul. *in repet. rubr. ff. de verb. oblig. n.149.* † Amplia, vt idem ſit in confeſſione de recepto 4
ſimpliciter facta, etiam ſi dicat, quod confitetur habuiſſe & recepiſſe à tali dante, & actualiter ſoluente; quia cum poſſint omnia referri ad præteritum, non probatur vera numeratio, vel ſolutio. Bart. *in l. ſi ex cautione. in 2. lectur. C. de non numer. pecun.* Bald. *in l. ſi ex pretio, eod. tit.* Ias. *in l. ſingularia, n.49. ver quarto limita. ff. de iureiurand.* Aretin. *Inſtit. de liter. oblig. n.8. ver. quid ſi in inſtrumento.* Felin. *in cap. ſi cautio. n.52. ver. modo dicta regula, de fide inſtrumentor.* Vide plenius, *Confeſſio de recepto non probat veram numerationem. Concl.655.* † Am- 5
plia, vt idem ſit in compenſatione, quæ non probat veram ſolutionem, ſed fictam; tamen etiam, quando pecunia eſt parata ſolutioni, probat. *l. Iulianus. la 1. ff. de condit. & demonſtr.* vbi Bart. Caſt. Socin. & alii; quia aliud eſt dare, aliud remittere, vel compenſare. Vide, *Compenſatio an ſit ſolutio vera, vel ficta. Concluſ.488.* † Am- 6
plia in tantum acceptilationem nudam non probare veram ſolutionem, vt ſi fiat de debito liquido, cenſeatur donatio, quæ indigeat inſinuatione. Cuman. *dict. conſil.24. in prin.* & idem tenet Lancellot. Galiaul. *in repet. rubr. ff. de verbor. obligat. num.149. & ſequent.* vbi pro vtraque parte, & quod indigeat inſinuatione; quia in dubio potius ſecundum ſubſtantiam, vt acceptum ferat, quam vt probetur numeratio. Socin. *conſil.92. Viſo inſtrumento, in fin. lib.4.*
† Declara, vt per Socinum *conſil.159. verſic. & ex prædictis, lib.2.* vt 7
procedat donatio inducta ex acceptilatione, niſi ceſſet cauſa, vel probetur error. † Extende; quia ſi maritus accepto tulit dotem 8
à debitore vxoris, fingitur dotem recepiſſe, & dono tradidiſſe debitori. Ideo tenetur vxori, *l. vir ab eo, & in l. à viro. ff. de iure dot.* vbi Odofred. Bald. & alii. Ruin. *conſil.133. num.4. & ſequent. verſic. ſecundo modo. lib.4.* vbi idem dicit in pacto de non petendo, & infra *nu.14.* † Declara, vt procedat, quando maritus ſine iuſſu vxo- 9
ris fecit acceptilationem; ſecus ſi iuſſu vxoris; quia tunc cedendo iura

do iura liberatur. Bald. & alii *d.l.à viro. ff.de iur.dot. & in l.debitores, cum l.sane.ff.eod.* † Amplia; quia acceptilatio non tollit errorem; quia potest rescindi, si sine causa fiat. Socin.*cons.*159.*num.*23.*lib.*2. † Limita, nisi Notarius attestaretur, quod habuerit in præsentia sua; quia tunc probatur vera solutio, & vera numeratio, vt per Bart.*in d.l.si ex cautione, C.de non num.pecu.* & alios supra allegatos, etiam si deinde apponeretur acceptilatio; quia ea censetur de stylo Notarii. Barbat.*in addit.ad Bald.in rubr.de reuoc.iis, quæ in fraud.C. in ver.Indicia.* Vide plenius, *Confessio de recepto non probat veram solutionem, & quando secus.Concl.*655.† Limita, nisi res, quam quis confitetur recepisse, vel tradidisse, esset præsens in loco, vt possessio rei, pecunia, & similia; tunc enim propter præsentiam rei præsumitur vera numeratio, vel traditio, vt per Bart. & alios *in l.prædia. ff.de acquir.possess.* licet Socin.*in l.Iulianus, la*1.*ff.de condit.& demonst. in princ.ver.sed aduerte*, videatur velle, quod præsentia rei requiratur solum in specie, nõ in quantitate, & sic quoad pecuniam non requiratur præsentia. Vide, *Dare importat dominium transferre.Concl.*56. † Limita in dote, quando præcedit promissio; quia per acceptilationem, seu cõfessionem de recepto probatur vera numeratio, etiam in præiudicium tertii; Afflict.*decis.*402.*per tot.am.* Tiraquell.*de retract.ligr.ag.*§.1.*glos.*18.*num.*81.*& seq.* † Et quod sit speciale in dote, quod acceptilatio habeat vim naturalis solutionis, quoad repetitionem, & exactionem à marito, qui accepto tulit. Bald.*in l.pen.§.si vir.ff.solut.matrim.* vbi Angel.& supr.*num.*8. & 9. † Limita; quia licet acceptilatio non probet veram solutionem, seu numerationem; probat tamen fictam, & sic habet effectum solutionis quoad liberationem in præiudicium confitentis. Socin. *d.l.Iulianus, la*1. *ff.de condit. & demonstrat.colum.*1.*ver.* 2.*nota*, quod tamen intelligas, vt per Bald.*in l.*4.*C.ad Velleian.* quia ficta solutio, vt est acceptilatio, non operatur idem, quod vera. † Limita, quoad forum conscientiæ; quia vsurarius, qui tenetur restituere vsuras, sponte, & non per dolum, sed liberaliter liberetur, & is, cui restitutio debet fieri, donet, vel remittat vsuras, dicitur satisfecisse vere, ita quod est tutus in foro poli, ac si vere restituisset, & alter vere recepisset.Feder.de Sen.*cons.*184.*in prin.* vbi dicit * communem. Vide plenius, *Vsurarius tenetur restituere vsuras.Concluſ.*351.*num.*19.*& multis sequentib.* † Limita; quia quando præcedit confessio de recepto, & renuntiatur exceptioni non numeratæ pecuniæ, quæ post triginta dies probat solutionem, licet subsequatur acceptilatio; non tamen minus probat veram solutionem; quia censetur ex abundanti adiecta acceptilatio. Cuman.*d.consil.*24.*in princ.ver.in contrarium, & num.*3.*vers.aliud est enim.* Vide, & declara, *Exceptio non numeratæ pecuniæ, potest opponi. Concluſ.*416.*num.*26.*& seq.*

Accessorium quid sit, & quando dicatur. Concluſ.75.

ACCESSORIVM † est triplex; quia quædam sunt accessoria per viam necessitatis, quædam per viam æquitatis, & quædam per viam inhærentiæ, vt per Bald.& Præpos.*in c.dilectus, de appell.* Alb.Brun.*in tract.de aug.in* 1.*concl.prin.n.*11. † Amplia; quia præambula cognitio ad causam dicitur accessoria, veluti si statutum mandat fieri compromissum inter consanguineos, & compelli per iudicem; quia compulsio est accessoria, tanquam præambula. Pet.de Anchar.*cons.*78.*Ex verbis,n.*2.*& seq.* vbi, quod sequitur eandem naturam principalis; quia si est appellabilis, vel non causa principalis, ita præparatoria. † Amplia; quia qualitas dicitur accessoria ad factum, & delictum; ideo sublato facto, vel delicto tollitur qualitas, tanquam accessoria, quando sumus in remissione partium informatarum; secus in remissione Principis, quando est qualitas aggrauans. Bald. *cons.*378. *Videtur mihi, in fin.lib.*4.sequitur Rom.*cons.*449.*Inquiritur.in fi.* vbi apostil.reddit rationẽ. Vide, *Qualitas non entis considerari non potest.Concl.*6. † Limita; quia non dicitur accessorium id, quod non venit proprie ex significatione vocabuli. Calder.*cons.*215.*in fi.ver.nec obstat*, alias 9. *de appellat.* vbi, quod commissa causa appellationis non censetur commissa exequutio, si contingat instantiam transire desertam.

Accessorium sequitur naturam sui principalis. Concluſ.76.

ACCESSORIVM † sequitur naturam sui principalis, *c. accessorium, de reg.iur.* † Et ideo quando vnum trahit consequentiam ab alio, si non valet primum, neque valet reliquum.Signor. *cons.*90.*n.*16.*&* 18. † Amplia, quod Ecclesia vnita sequitur naturam Ecclesiæ, cui est facta vnio.Oldrad.*cons.*257.*n.*16.*ver.quod autem, & multis seqq.* † Amplia in guarentigia, & præcepto habente executionem paratã; quia si non valet principale instrumentum, non valet guarentigia.Socin.*in l.*1.*n.*79.*ver.quarto limita.ff.sol.mat.* † Amplia; quia membra Monasterii sequuntur caput, videlicet, ipsum Monastiũ, cui subsunt; ideo membra in loco diuerso existentia soluere debẽt onera in loco Monasterii principalis; & idẽ in solutione decimarũ Papalium.Fed.de Sen.*cons.*151.*n.*3.*ver.Item const.at.* † Amplia; quia quæstio accessoria causata à principali cognitione, cognoscitur ab eodem iudice; & ideo causa dotis, vel alimentorum, tanquam accessoria ad causam adulterii, debet cognosci per Ecclesiasticum iudicem, quãdo aditur de adulterio ad separationem thori.Fed.de Sen.*cons.*236.*in prin.* † Amplia; quia renuntiatio, & consensus, qui præstatur ad fauorem emptoris de re renuntiantis, licet sit largo modo donatio; tamen non est proprie donatio, sed accessoria ad venditionem; ideo non requiritur insinuatio, etiam si excedat 500. aureos; quia sequitur naturam principalis venditionis, Calder.*cons.*228. alias 2.*de empt.& vendit.* † Amplia; quia contractus venditionis si est simulatus, etiam pactum de retrouendendo, & distractus proueniẽs ex venditione simulata, dicitur pariter simulatus. Bald. *consil.*54.*Casus breuis, n.*2. *ver.In contrarium, lib.*1. † Extende; quia imo precarium, constitutum, iuramentum, & omnes aliæ clausulæ contractus sunt simulatæ, & nihil operantur, quando contractus simulatus est. Bald. *cons.*66.*inter virum & vxorem, lib.*1.Gozad.*cons.*28.*n.*29.*&* 33.& declara, quoad iuramentum, infra *n.*13.*& seq.* † Extende; quia si contractus tollitur, tollitur etiam hypotheca ex eodem contractu. Bald.*cons.*118.*in fin.lib.*1.Alex.*cons.*142.*n.*2.*lib.*5.Goza.*cons.*28.*n.*29. *&* 33. infra *n.*12. † Amplia; quia si legitimatio est subreptitia, & nulla; quia non est facta mentio, quod legitimatus esset spurius, etiam clausula, *non obstante*, nihil operatur; quia obreptio, & subreptio gratię principalis reddit etiam subreptitiam clausulam accessoriam.Bald.*cons.*81.*Quidam Simoninus, lib.*1.† Amplia; quia cassato principali cõtractu, cassatur obligatio hypothecæ in eodem contractu facta; ideo cassata alienatione censetur cassata omnis hypotheca.Alex.*cons.*22.*in fin.lib.*1.Socin.*cons.*215.*in fi.lib.*2.Bald. *cons.*275.*Præmisso statuto Communis Veronæ, lib.*5.*vers.nec est ambigendum.*Ias.*cons.*133.*n.*20.*lib.*3.multos congerit Menoch.*cons.*58.*lib.*1. *n.*11.sed *in fin.n.*68. *ver.non obstat octauum*, vbi declarat multis modis, & qualiter procedat, sic etiam declarat Glossator *Stat.Bonon. de dotib.restit. fol.*257. vide supra *n.*10. † Extende; quia cassato instrumento iurato, cassatur etiam iuramentum, gl. *in l.si patronus, §.fin.ff.quæ in fraud.cred.* Bald.*in l.Imperator.col.pen.ff.de stat.hom.& in l.*1.*col.*5.*ver.quæro, vtrum iuramentum donationis. C.de inoffic.donat.* † Contrarium, quod imo sit speciale in iuramento; quia annullato principali, nõ annullatur iuramentum illi accessorium; quia pro iuramento quis obligatur magis Deo, quam homini, & nulla solemnitas, vel phibitio humana impedire potest obligationem Deo. Alex.*cons.*38.*Visa petitione, n.*8.*ver.non obstat prædictis.lib.*3.vbi, quod est speciale in iuramento. † Declara; quia si iuramẽtum est interpositum in fraudem, & præiudicium alterius; tunc nihil operatur in præiudicium tertii, & annullato principali, tale iuramentum accessorium annullatur. Alex.*d.cons.*38.*n.*8.*in fin.ver.non obstat.quod dicit Bald.lib.*3. † Amplia; quia si non appellatur à laudo inter consanguineos lato vigore statuti, compellẽtis ad compromissum; ita nõ appellabitur à sententia præambulę cõpulsionis, tanquam accessoria. Anchar.*cons.*78.*Ex verbis sententiæ, per tot.* † Amplia; quia de delicto accessorio non potest constare, si non cõstat de principali. Bald.*cons.*497.*De accessorio delicto, lib.*1.*in princ.* † Extende; quia vbi principalis non tenetur ad pœnam, neq; accessorius tenetur. Bald.*cons.*495.*Ex nullo capite, in fin.vers.nec enim, lib.*1. vbi, quod is, qui credebat fraudasse gabellam, si aliquid soluit famulo Datiarii, vt taceret, non tenetur famulus, si reuera soluens non fraudauerat, sed dubito; quia diuersa sunt delicta, ex quo famulus ex intẽtione passus est se corrumpi. † Amplia; quia licet alimenta non præscribantur, nisi spatio 30. annorũ, vel forte nunquam; si tamen sunt accessoria, & debita in consequentiam vsufructus; tunc præscribuntur eo tempore, quo vsusfructus. Franc.Marc. *decis.* 831. *Quæritur, an propter, per tot.* † Extende in actione; quia licet non præscribatur minori spatio 30. annorum; fallit tamen, quando est accessoria ad vsumfructum.Franc.Marc. *decis.*829. *Quæritur, qualiter, per tot.* † Amplia; quia obligatio fideiussoris accessoria habet eandem naturam, & cõditionem, quam habet obligatio principalis; ideo si promittit frater sorori sponsæ, & eius sponso dotem, & se obligent simpliciter consanguinei fratris, si non sequitur matrimonium, sicuti frater liberatur; quia in principali obligatione inest cõditio, si sequatur matrimonium, vel si non peccaret sponsus contra legem sponsalium, vel aliquod peius contingeret; vt, quia efficeretur leprosus, vel sine naso; ita & obligatio accessoria habet easdem conditiones. Abb.

cons.48. Atting.in,col.1.ver.nec obstat iuramentum,iuncta col.2.in fi.ver.
22 *descendo,lib.1.* † Amplia;quia pendẽte casu principali,& incidenti accessoria, si principalis est finita, dicitur etiam finita accessoria; puta,actor negauit positionẽ veram,per quam incidit in pœnam statuti:si obtinuit in causa principali,quę est finita per sentẽtiam, non poterit molestari pro pœna negatæ positionis. Anchar.*cons.*
23 145.*Si dicta positio.* † Extende; quia omne officiũ Iudicis extinguitur finita causa,in qua poterat iudex ex officio aliquid facere. An-
24 char.*d.cons.*145.*n.*2. † Extende; quia finita causa petitorii per tres conformes, extinguitur omne possessorium, quod absorbetur à petitorio. Alex.*cons.*45.*Visa facti.in prin.lib.*3.vbi dicit *cõmunem, & iterũ *cons.*76.*In causa.& lite,in prin. ver.& ad hoc ostendendũ, lib.*2.
*25 vbi de *communi. † Amplia in decreto irritanti super lege, vel cõstitutione;quia cum sit accessoriũ, sequitur naturam legis, cui adiicitur: nã licet de natura decreti sit, quod statim ligat ẽt ignorantes:tamen secus est,si sit accessorium legi; quia non ligat, nisi prout lex,videl.post duos menses à die publicationis. Rom. *cons.*
330.*Circa primum,n.*11.*&*13.*ver.quoad tertium,*vbi plena Apostil.*in*
*26 *ver.puto,*dat concord.& dicit *communẽ.† Amplia;quia accessorium sequitur naturã sui principalis, etiam si accessorium sit dignius quam principale. Rom.*d.cons.*330.*n.*13.*in fi.*vbi apost.*in ver.*
27 *dignius,*dat concord.†Extende;quia ea,quæ habent diuersam naturam,si annectuntur accessorie alteri rei diuersę;tunc res annexa, tanquam accessoria, perdit suam naturam, & recipit naturam principalis,cui fit annexio. Roma.*cons.*330.*n.*14.*& seq.* vbi videas
28 plura exẽpla. †Primo allegat *c.super eo,de præb.in* 6.vbi Parochia is est incompatibilis cum personatu curato; si tamen vniatur personatui, efficitur compatibilis;quia mutat naturam suam,&assu-
29 mit naturam eius,cui vnitur.Rom.*d.cons.*330.*n.*14. † Secundo in donatione causa mortis, quæ non reuocatur, nisi fiat reuocatio, tamen si facta est in testamento, assumit ita naturam testamenti, vt testamẽto euanescẽte, euanescat donatio in eo cõtenta.Rom.
30 *d.cons.*330.*n.*14.*&* 15.*ver. secundo probatur.* † Tertio in exequutore dato; quia mortuo delegante, expirat datio exequutoris re integra; secus si exequutor esset datus in gratia pura:quia sicuti gratia est perpetua; ita etiam datio exequutoris accessoria mutat naturam.Rom.*d.cons.*330.*n.*17.*ver.item probatur,* allegat *c.si super gratia,*
31 *de offic.deleg.* † Quarto, decretum irritans in dispositione conditionali suspenditur in suo effectu in diem conditionis, *clem. vnic. de concess.præb.* licet de sui natura ligaret statim etiã ignorates. Rom. *d.cons.*330.*n.*11. *ver.quoad tertium,iuncto n.*17. *ver.secundo principaliter.*
☞ Vide, *Accessorium sequitur principale necessarium,quando est consequens. Concl.prox.seq.* Vide, *Clausulæ exequutiuæ non ampliant dispositionem, imo non valent,nisi valeat & disposito principalis.Conclus.*306.*n.*33.*& seq.*
32 † Limita multis modis,de quibus Menoch. *cons.*58. *nu.*63. *& seq. lib.*1. videlicet,quãdo principale annullatur iure ordinario, secus si iure speciali:puta,ratione statuti. Cruet.*q.de indemnit.mul.n.*4.
33 † Extende, quando principale in totum annullatur; secus si in parte. Menoch.*d.cons.*58.*n.*68.*ver.respondeo quarto.* Cruet.*d.quæst.*
34 *de indemn.mulier.n.*40.*ver.*4. † Extende, quando diuersa ratio militat,vt quia in principali tractatur de damno,&in accessorio tractatur de lucro. Menoch. *d.consil.*58.*in fin. ver.ita etiam non refraga-*
35 *tur.*Cruett.vbi supra,*n.*47. †Extende,vbi agitur de pœna delinquentis in eadem persona; quia si non potest puniri in principali delicto, punitur in accessorio, ne remaneat impunitus. Bart. *in sua quæst.*15.*statuto Ciuitatis,in fin.principij, vers.vndecimo probo,iuncto fin. quæst. vers. non obstat vndecima,* vbi, quod sufficit, quod possit puniri de iure communi pro principali delicto, licet non possit
36 secundum formam statuti. † Limita; quia accessorium non sequitur naturam sui principalis, quando habet diuersam ratio-
37 nem. Alex.*cons.*4. *Circa primum, n.*5. *lib.*1. † Extende in fideiussione,quæ licet non valeat,si non valet obligatio principalis;tamen fallit,quando est iurata; quia tunc diuersa est ratio. Alexand. *dict.*
38 *consil.*4.*num.*5.*lib.*1. † Limita multis modis, vt infra, *Accessorium*
☞ *non sequitur suum principale. Conclus.*79. Vide, *Vnita Ecclesia mutat naturam, & sequitur naturam Ecclesiæ, cui est facta vnio. Conclus.*243. Vide incertum authorem post regulas Socin. *regul.*3. *Accessorium sequitur naturam sui principalis,* vbi limitat, quando est diuersa ratio, de quo supra *num.*36.

Accessorium sequitur principale necessarium, quando est consequens. Concl.77.

1 ACCESSORIVM † quando venit in necessariam consequentiam principalis, concesso principali, censetur concessum accessorium,& alia,sine quibus stare non potest, *l.*2.*ff.de iurisdict. omn.iudic.* Feder.de Sen. *consil.*163.*in princip. versic.in contrarium,&*
2 *consil.*186.*in princip.* † Facit *consu.Oldrad.*11.*Thema tale est,* vbi, concesso priuilegio pauperibus infirmis, ne pro redditibus, qui pro eis impenduntur, soluant decimas, comprehenduntur ea etiam, quæ expenduntur pro aliis ministris necessariis, sine quibus stare non possunt, vbi multa similia allegat. † Amplia;quia probato 3
principali, probatum dicitur accessorium, plene Mascar.*concl.*14. *An si probatum fuerit principale,& concl.*15.vbi,quod accessorium iuramento probatur. † Et pater dans filiæ in potestate existenti fa- 4
cultatem donandi dotem sibi datam,videtur eam emancipare, *l. si permittente.ff.ad Maced.* Oldra. *cons.*26.*ver.sed contrarium.* † Et pa- 5
ter,vel dominus concedẽdo filio peculiũ,vel seruo,dicitur etiam concedere facultatem obligationis contrahendæ cum iis, qui in potestate concedentis sunt, *l.sed si damnum.* §.1.*ff.de pecul.* Oldrad. *cons.*26.*ver.secundo probatur.* † Monasterium postulans Abbatem 6
mendicantem,& nihil proprii habentem, tenetur facere expensas pro expeditione,& prosequutione postulationis, ex quo sine expensis non potest sortiri effectum. Oldra.*cons.*27.*ver.quarto videtur,* vbi,quod legata militia,veniunt omnes expensæ ad ingressum militiæ. † Et vsufructu legato,debetur à proprietario via, & 7
seruitus,sine quibus vsusfructus non posset effectum sortiri, *l.*1. §.1.*ff.si vsusfr.pet.* Oldr.*cons.*27.*in prin.ver.& breuiter.*†Cui concedi- 8
tur finis, concessa ẽt censentur ea, per quæ peruenitur ad finem. Oldr.qui multa similia congerit *cons.*225.*Grauamina,n.*13.*ver.circa secundum,*vbi,quod concesso haustu,concessum est iter;&relicto horreo,est relictus transitus,&adducit multa similia.† Et cõcessa 9
sepultura,censetur concessa delatio mortui processionaliter; quia hoc est de laudabili consuetudine,quod processionaliter mortui deferãtur.Oldr.*d.cons.*225.*n.*14.*in fi.ver.vltimo videtur,*& sic aliquo concesso,omnia, quæ de laudabili consuetudine veniũt, censentur concessa. † Et concessa sepultura, censetur concessa celebra- 10
tio pro defunctis. Fed.de Sen.*cons.*186.*in prin.& per tot.* † Minor, 11
qui ex forma statuti non potest obligari sine consensu patris,obligatur consequenter circa ea,quę sunt in sequelam matrimonii. Ideo mulier minor recipiẽs iocalia à marito obligatur ad restitutionem,non obstante statuto. Sig.Hom. *cons.*49. *In quæstione ver-*
*tente col.*2.*in fi.ver.ite non obstat.* †Amplia;quia in dispositione ho- 12
minis vno cõmisso,censetur nedum commissum accessoriũ, sine quo illud commissum expediri nõ potest, sed etiã censetur commissum accessoriũ, sine quo actus posset expediri, quãdo melius potest expediri cũ accessorio. Aret.*in c.de testib.*§.*de testib.col.*3.quẽ sequitur Dec.*in c. vt debitus,n.*24.*col.pen.de appell. ver.nam commissio*
extenditur. Vide, *Iurisdictio concessa ad quæ se extendat.Concl.*549. † Am- 13
plia, vt cum aliquid conceditur, etiam omnia, quæ commissum plenum faciunt,intelliguntur concessa, *auth.vt liber.de cætero,* §.1. *in gl.* Fed.de Sen.*cons.*216.*Domino Feder.in prin.* † Amplia;quia licet 14
Iudex ciuilarum ciuilium non habeat cognitionem criminalium causarum;tamen incidenter habet, si in causa ciuili committatur cõtumacia,vel inobediẽtia,ratione dependentię necessarię.Fed. de Sen.*cons.*302.*n.*3.*ver.officiales vero.* † Amplia; quia in mandato 15
hominis, nedum veniunt ea, quæ sunt necessaria ad explicãdum mandatũ, quando talia possent expresse committi, sed etiam veniunt eadem, licet expresse nõ potuissent mandari, quando concurrunt quatuor, q̃ actus tendãt in eam causam. Item concurrat euidens necessitas. Item,quod non excedatur summa. Itẽ, quod concurrat tẽporis,& loci cõgruentia.Bald.plene *cons.*379.*Quan-*
*do super facto.n.*5.*ver.secundo modo, lib.*2. vbi vult,quod dato mandato ad bellum possint imponi onera,&accipi pecuniæ,&alia,quę nõ possunt mandari expresse, sine quibus bellum fieri nõ potest.
† Amplia; quia legatu liberationis extenditur ad accessoriũ vsu- 16
ras contractarum post testamẽtum. Abb. *cons.*31. *Arbitror.n.*2. *lib.*2. † Restringe;quia restitutio in integrum quoad sortẽ princi- 17
palem non accreuit quoad vsuras ex principali sorte debitas. Abb. *d.cons.*31.*in prin.lib.*2. † Amplia;quia licet iurisdictio ex rescripto 18
cõcessa expiret morte cõcedentis,re integra; Item, quãdo gratia principalis est nulla,expiret iurisdictio data in cõsequentiã;tamẽ secus est in iurisdictione accessoria ad gratiã;quia sicuti gratia nõ expirat morte concedentis re integra:Ita neq; expirat iurisdictio accessoria,vt sequatur naturã sui principalis. Abb.*in cons.*34.*Super*
*quæstionis.n.*5.*ver.quinimo,& n.*6.*lib.*2. †Amplia in casu contrario; 19
quia sublato principali, accessorium sublatum esse necesse est. Anch. *cons.*394.*Dubium est,n.*3. † Et homicidio non probato,non 20
potest probari accessorium ad illud; puta, mandatũ, auxilium,& similia. Bald.*cons.*259.*Verba inquisitionis,n.*6.*ver.sed & illud, lib.*1.& quod remoto principali remoueatur accessorium,sine quo stare nõ potest. Alex.plene *cons.*32.*Opportune considerato,in prin.lib.*2.vbi plena apostil.*in ver.accessorium,* dat plurimos concord. † Et subla- 21
to cõtractu principali,cessat pactum in eodem contractu appositum. Anch.*cons.*394.*nu.*3.& plenius *nu.*5.vbi,quod concomitan-

tiæ ces-

tiæ cessant, quando cessat principale, & annullata diuisione, tanquam ex falsa causa, dominij translatio, pacta, stipulationes, promissiones de euictione, de defendendo, & de non molestando, tanquam appendiciæ cessant. Anch. *consi.* 291. *Super pluribus, nu.* 7.

22 † Et actus, qui venit in consequentiam alterius, regulatur secundum primum actum. Vide, *Actus si fiat in exequutione alterius. Concl.* 130. † Et gratia, super qua emanauit monitorium, subreptitia, vel nulla existente, nullum redditur monitorium super ea fundatum. Anch. *consi.* 297. *Efficacibus, in princ.* Abb. *consi.* 34. *Super quæstionis materia, num.* 5. *col.* 2. *ver. subreptio autem, lib.* 2. vbi, quod gratia

23 subreptitia, quæ est nulla, operatur, quod processus exequutionis meræ, vel cum causæ cognitione, sit nullus. † Et contractu principali annullato iuramentum, guarentigia, hypotheca, & omnia alia accessoria redduntur nulla. Gozad. *consi.* 28. *num.* 27. *& sequen.* vbi late, plene Roman. *consi.* 42. *Visis, quæ egregie. num.* 3. *ver. secundo quia:* vbi, quod annullato contractu, vel instrumento annullatur guarentigia, & quælibet clausula, & ibi Apostill. *in ver.*

25 *clausula*, dat plurimos concord. † Extende; quia quando contractus ex se est simulatus, etiam constitutum est simulatum, & non operatur, quod ex quo venditor sit in possessione per longum tempus, cesset simulatio; quia procederet contrarium, quando nulla alia coniectura simulationis adesset, nisi possessio. Roman.

26 *consi.* 246. *Clarissime, in princ.* vbi Apostil. *in ver. adminiculis*, dat concord. † Extende; quia sublato fundamenta corruit omne superæ-

27 dificatum. Bart. *in q.* 6. *Lapus, nu.* 2. *ver. quinto probatur.* † Et ideo inter permutantes beneficia non valet permutatio, si alter permutantium non habet ius in re, quam permutat; quia principaliter regulatur permutatio ex iure permutantium. Gemin. *consi.* 21. *in*

28 *fin.* † Idem est in optione, quæ presupponit Canonicum titulum optantis in præbenda dimissa; Ideo cessante principali optio nō valet accessoria. Rot. *decis.* 10. *in antiq. de præben. in fin.* & Gemin. *d.*

29 *consi.* 21. *nu.* 10. *ver. non obstat alia, vsque in fin.* † Et si laudum est nullum, pœna in laudo apposita non tenet. Alex. *d. consi.* 32. *in princ.*

30 *lib.* 2. † Et si instrumentum est nullum, guarentigia in eo, & aliæ clausulæ corruunt cum instrumento, Alex. *d. consi.* 32. *in princ. lib.*

31 2. † Declara; quia si quis cum iuramento se obligat & promittit sub certa pœna non allegare nullitatem laudi, vel instrumenti, licet instrumentum esset nullum, vel laudum nullum; tamen cōmittitur pœna, pmissa. Ita Alex. *d. consi.* 32. *n.* 6. *ver. modo superest. lib.* 2. *& nu.* 7. maxime, quando cum iuramento est promissa, & in iis, quæ non sunt contra publicā vtilitatem, & hoc modo declarantur præmissa, & sequentia omnia, vbi, quod licet quis non possit bona Ecclesię alienare, neq; de eis compromissum facere ob publicam vtilitatē: si tamen particularis nomine suo promittit pœnam, si contraueniatur, pœna valet cum iuramento; quia non est

32 contra publicam vtilitatem. † Et qui non potest renunciare solemnitati, vel aliquid facere, non etiā potest pœnam promittere, & si promittat, non obligatur; quia annullato principali, annullatur accessorium pactum, vel pœna adiecta, Alex. *d. consi.* 32. *nu.* 2. *& seq. lib.* 2. vbi Clericus, qui bona Ecclesię non potest alienare, nec potest compromittere sub pœna, & qui non potest instantiā prorogare, si prorogat sub pœna, non valet pœna; quia accesso-

33 rium non valet, vt ibi. † Declarat iterum Alex. *d. consil.* 30. *n.* 7. *in fi. cum seq. ver. postremo non obst. at tertiū, lib.* 2. quia si quis promittit sub pœna non reclamare à laudo etiam cum iuramento, licet non respiciat publicam vtilitatem: tamen appellando pœnam non incurrit; quia inest clausula; *si iuste laudatū fuerit*; vnde non cōmittitur pœna, donec appareat, an iuste; vel iniuste fuerit laudatum.

34 † Limita, vt concesso principali non censeantur cōcessa omnia, sine quibus cōmode illud fieri nequit, quando sunt talia, quę verisimiliter non fuerunt cogitata, & sunt nimis ardua. Fed. de Sen. *consi.* 191. *Quæstio talis est, scholaris, nu.* 3. *ver. & si opponatur.* Vide, *Accessorium sequitur naturam sui principalis. Concl. prox. præced.*

Accessoria, quæ veniunt in consequentiam, quando attendantur. Concl. 78.

1 ACCESSORIA, † & ea, quæ veniunt in consequentiam, non attenduntur, sed ea, quæ fiunt principaliter. Oldrad. *consi.* 170.

2 *ver. Nec moueat, & consi.* 200. *ver. Præterea, circa fin.* † Extende; quia, si principale est permissum, prout appellatio die feriata in honorem Dei, censetur etiam permissus rogitus Notarij, qui venit in consequentiam. Anchar. *consi.* 361 *Visa plena. num.* 6. *ver. Sed fortius.*

3 † Amplia; quia Princeps, qui non potest tollere ius quæsitum de iure gentium, vel naturali, illud tollit, quando est quæsitū de iure Ciuili, in cōsequentiam iuris Ciuilis; quia sicut potest tollere ius Ciuile: Ita etiam ius naturale, & gentium, quando pendet à iure Ciuili. Deci. *in cap. quæ in Ecclesiarum, nu.* 122. *ver. sed tamen responderi, de constit.* & plene Gozad. *consi.* 5. *num.* 17. vbi dat exemplum de eo, qui ex præscriptione acquisiuit, & multa allegat. † Extende; 4
quia Papa, qui potest tollere ius Ecclesiasticum, sed non ius prophanum naturale; si tamen ipsum ius prophanum pendet à iure Ecclesiastico, potest tolli per Papam, Felin. *d. c. quæ in Ecclesiarum, nu.* 40. *de constit.* † Extende; quia Papa, qui potest tollere votum, 5
potest etiam tollere ius naturale quæsitum ex voto; quia venit in consequentiam. Felin. *d. c. quæ in Ecclesiarum, nu.* 40. *de constit.* & ibi Deci. *nu.* 122. *& sequen.* allegat Innoc. & alios *in c.* 2. *de voto.* † Am- 6
plia; quia secundum prædicta, idem videtur etiā in priuatis; quia si faciunt pacem, vel alium actum conditionalem, qui vult vti aliquo iure consequenti in vim pacis factæ, debet illo vti secundū modos, & conditiones principalis dispositionis, & ita coram Sanctissimo Domino nostro Clemente VIII. fuit resolutum die Martis 12. Octobris 1593. me proponente in vna Spoletana Pacis: in qua erant pacta extraordinaria, & fuit dictum, quod pax est voluntaria; quia nemo ad eam compellitur, & aliter noluerunt partes pacem facere; ideo rupta dici non potest, nisi secun- 7
dum pacta, & faciunt iura allegata in mea informatione super hoc facta, & ius fisci quæritur tantum à pace in consequentiam; quia ea non facta, non potest quæri de ruptura. † Extende in
Clericis; & non subditis statuto laicorum; quia si volunt allegare beneficium statuti, & illo vti, tenentur vti cum suis qualitatibus, prout principaliter fuit ordinatum. Deci. *in c. Ecclesia Sanctæ* 8
Mariæ, nu. 225. *de constit.* vbi Apostil. allegat concordant. † Extende etiam contra fiscum, & piam causam; quia in hoc non sunt priuilegiati; quia si volunt vti contractu, vel statuto, tenentur ad vnguem seruare omnia disposita in contractu, vel statuto. Deci. *consil.* 531. *Accurante, per tot. in prin.* † Limita, quando in accessorio 9
militat diuersa ratio; quia tunc est verum, quod imo attēditur, vt principale. Alexan. *consi.* 4. *Circa primum, num.* 5. *lib.* 2. Vide plenius *in ver. Principalis dispositio attenditur, non quæ in consequentiam. Concl.* 662. Vide etiam, *Principaliter fieri multa prohibentur, quæ admittuntur in consequentiam. Concl.* 663.

Accessorium quando non sequatur suum principale. Concl. 79.

ACCESSORIVM † non sequitur principale in actibus de- 1
notantibus translationem dominij, quando omnino non cohæret principali, sed ab eo est diuisibile. Oldrad. *consi.* 121. *num.* 9. *ver. quarto, in actibus.* † Amplia, vt idem sit in adiacentijs ad i- 2
psum principale; quia non censentur translatæ, nisi de illis sit dictum. *l. si quando. C. de bon. vacant.* Oldrad. *consi.* 121. *num.* 11. *ver.* 6. *videtur expressum.* † Amplia, quod accessoria non censentur con- 3
cessa concesso principali, quando illud, quod dicitur accessorium, est arduum, & non fuit verisimiliter cogitatum à concedente. Feder. de Sen. *consi.* 191. *num.* 3. *ver. Et si opponatur.* † Amplia, 4
quando diuersa ratio militat in accessorio, quam in principali. Alexand. *consi.* 4. *Circa primum, num.* 5. *lib.* 1. † Amplia; quia quan- 5
do accessorium non potest valere, vt accessorium, valet vt principale. Alexand. *consi.* 4. *num.* 5. *ver. potest, & quarto, & num.* 6. *lib.* 1. vbi exemplificat, vt stipulatio adiecta confessioni, intelligatur principalis; quia vti accessoria non valeret ad disponendum. † Amplia; quia si principale non valet, vt quia iure speciali an- 6
nullatur, bene valet obligatio fideiussoria, & sic accessorium. Alexan. *consi.* 59. *Viso instrumento, n.* 11. *ver. quoad secundum, lib.* 1. † De- 7
clara; quia si principalis obligatio est nulla aliter, quam iure speciali; tunc & fideiussio redditur nulla, apostill. ad Alexand. *d. consi.* 59. *num.* 11. *ver. accessoria, lib.* 1. † Contrarium in hypotheca, quæ est 8
accessoria personali; quia si tollitur personalis ex rescripto Principis, tollitur etiā accessoria; secus si alias, quā ex rescripto Principis. *l. intelligere, C. de luitio. pigno.* † Amplia; quia hypotheca, licet 9
sit accessoria personali obligationi; tamen si habens hypothecā decedat sine hærede, & sic deficiat personalis; non tamen desinit hypothecaria realis, plene Ioan. de Imol. *consi.* 10. *Viso instrumento, per tot.* vbi late pro vtraque parte hanc tenet. Vide supra, *Accessorium sequitur naturam sui principalis. Concl.* 76. *& seq.* vbi habes ampliationes, & limitationes.

Accessus ad rem suam quando, & qualiter debeatur. Concl. 80.

ACCESSVS † ad rem suam per fundum suum, vel per viam pu- 1
blicam negari non potest de iure. Bald. *consi.* 390. *Factum tale est, quidam, nu.* 2. *ver. super secundo, lib.* 4. † Amplia; quia possum ha- 2
bere accessum ad fundum meum, etiam inuito domino, per agrū alienū, quando mihi est constituta seruitus in fundo alieno. Bald.

3 *d.consi.390.num.2.ver.2.casu, lib.4.* † Extende; quia si quis habeat arborem in fundo alieno cum seruitute eundi, & redeundi, illa
4 valet, & debetur. Vide, *Arbores in fundo alieno. Conclus.480.* † Extende; quia is, qui habet aditum iure seruitutis per domum alienam, potest eo vti, inuito domino domus. Vide, *Seruitus qualiter constituatur. Concl.221.num.23.& sequen.* † Declara; quia si fratres,
5 & consortes communicant aditum portæ, non transit illa communicatio ad extraneos, maxime, quando communicantes habent filias, & vxores; & hoc, nisi ex necessitate aliunde non haberent aditum. Anch. *cons.379. Ioannes, & P.* vbi pro vtraque, & sic distinguit. Vide, *Communio aditus, & portæ. Concl.541.* † Limita; quia cessante seruitute, quis non potest accedere per fundum alienum ad rem suam, inuito domino fundi, per quem vult accessum habere. Bald. *d.consi.390. circa fin. lib.4.*

Accessus in electionibus quando fieri possit. Conclusio 81.

1 FAcis† pluribus electionibus, regulariter non est licitus accessus ad minorem partem, sed solum de minori ad maiorem partem datur accessus, Franc. Marcus *decis.1034. in princ. & decis.*
2 *927.* † Extende; quia etiam si vota sint æqualia, non potest dari accessus de vna electione ad aliam; quia neutra valet. Marc. *d.de-*
3 *cis.1034.* † Restringe in electione Papæ; quia admittitur accessus, nedum de maiori parte ad minorem, sed etiam pro eo, qui habet vnicum votum; secus si nullum. Hostiens. *in c. licet, de election.* vbi Butri. *num.33.* Franc. Marc. *decis.1034.* vbi, quod accessus datur ad minorem partem in electionibus Papæ, & monialium.

Accidentia possunt mutari, non vitiata substantia, secus è contra. Concl.82.

1 ACcidentia † contractus possunt mutari, nec vitiatur contractus; secus, si mutatur substantia. Calder. *consi.314. ante med. ver. ad cuius declarationem*, alias 11. *de feud.* vbi, quod pacta, & conuentiones feudales possunt alterari ex conuentione, nec di-
2 citur vitiari substantia. † Facias regulam, quod quædam sunt substantialia contractus, quædam naturalia, quædam accidentalia, vt declarat Berengarius *in repet. l. pacta conuenta, ff. de contrah. empt.*
3 *num.45. & sequen.* † Substantialia contractus sunt ea, quibus per contrahentes non expressis contractu subsistere non potest, prout consensus in omni contractu, in emptione & venditione res, & pretium, in mutuo, quod res recipiat functionem, & ista tolli non possunt vllo modo. Berengar. *d.l.pacta conuenta, num.45. & sequen. ff. de contrahen. empt.* Ias. *in l. iurisgentium. §. adeo autem, ff. de*
pact. Vide, *Emptio & venditio ex quibus dicatur perfecta. Conclus.124.*
4 † Extende; quia nedum substantialia non possunt pacto tolli, vel mutari, sed nec consuetudine remoueri. Franc. Niconitius *in re-*
5 *pet. rubr. de noui oper. nunciat. n.230. & sequen.* † Naturalia vero, quæ authoritate legis contractui insunt, etiam si de illis partes nihil dixerint, & hæc dicuntur naturalia intrinseca, quæ non sunt substantiæ, licet abesse non possint, prout albedo cigno, nigredo coruo, & hæc naturalia tolli non possunt pacto, remanente contractu; prout in donatione causa mortis, quod possit reuocari; quia si fiat pactum contrarium, non potest esse causa mortis; in mutuo, quod idem in genere restituatur, si fiat pactum contrarium, non est mutuum; in venditione, quod transeat dominium, si fiat pactum contrarium, non est venditio. Ita Berengar. *in l.pa-*
6 *cta conuenta, num.47. & sequen. ff. de contrah. emptio.* † Naturalia extrinseca sunt, quæ insunt à lege contractui, etiam si non exprimantur; tolli tamen possunt pacto, remanente contractu, vt in venditione inest euictio, potest conueniri contrarium; in emphyteusi inest caducitas, potest conueniri alia pœna, remanente contractu. Berengar. *d.l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. nu.50.*
& de istis naturalibus, quæ inducunt substantiam, vel non, Vide plenius *in ver. Pacta contra naturalia contractus. Concl.17.* Vide, *Causa quid sit, & est multiplex. Conclus.134. nu.9. & sequen.* vbi, quæ natura-
7 lis, quæ accidentalis. † Accidentia contractus sunt ea, quæ per legem non insunt, & sine quibus contractus stare potest. Berenga.
8 *d.l. pacta conuenta, nu.51. ff. de contrah. empt.* † Regulariter accidentalia, & causalia non mutant rei naturam; ideo Castra, quæ de sui natura sunt subiecta Ciuitati, si propter accidens bellum fuerunt separata, cessante accidenti non mutarunt naturam. Abb. *consil.*
62. In controuersia, nu.8. in fin. & nu.9. ver. de iure communi, lib.2. & nu.
9 *10.* vbi ponit exempla. † Extende; quia is, qui casualiter abest, vel casualiter adest, non dicitur abesse, neque adesse, & sic per accidens. Abb. *d.consi.62. colum.4. in fin. num.10.* vbi ponit plura exempla de scholaribus, qui non sortiuntur domicilium in studio; in rebus venalibus, quæ casualiter sunt in domo, nec veniunt in legato eorum, quæ sunt in domo. † Extende; quia datia, quæ com- 10
petunt ratione certi loci, si per accidens ratione belli fuerunt exacta in alio loco, non mutant naturam suam, quin sint illius loci, pro quo exigebantur. Abb. *consi.62. col.8. nu.15. in fin. ver. non obstat, quod dicitur, lib.2. & num.16.* † Et accidentia abesse, & adesse pos- 11
sunt præter subiecti corruptionem. Sebast. Medic. *de diffinit. bono. possess. diffinitio.100. nu.23. & 27.* † Et qualitas aduenies enti non 12
mutat substantiam, sed naturam. Brun. *de aug. in 3. quæst. principal. num.7.* † Non tamen potest esse accidens sine subiecto. Balb. *de* 13
præscriptio. in ver. Celsus, nu.24. tom.17. fol.113. Horat. Mandos. *de priuil. ad instar. gloss.11. num.20. tom.18. fol.134.* Bald. *in c. significante. ver. nam accidentia, de appell.* apostil. ad *consil. Rom.91. Visis, ac percunctatis, num.8. in ver. qualitas.* Vide, *Essentia rei debet dari, vt sit locus qualitati.*
Concl.334. Vide plenius *in ver. Qualitas non entis. Conclus.6.* † Et ac- 14
cidentia possunt miraculose mutare subiectum, alias non. Brun. *de augum. quæst.3. princ. nu.2.* vel melius dicas, accidentia, vel qualitas non possunt stare sine subiecto, nisi per viam miraculi. Anch. *consi.208. nu.17.* † Et causa naturalis est, quæ sine expressione in- 15
est contractui de sui natura, prout in mutuo, quod æque bonum reddatur; accidentalis, quando actui iam substantiato aliquid adiicitur, quod non venit ex illo contractu. Marant. in sua *praxi, par.*
2. n.29. & 30. Vide, *Essentia rei debet dari, vt sit locus qualitati. Conclus.*
334. Vide, *Qualitas non entis considerari non potest. Concl.6.*

Accingendus de proximo habetur pro accincto. Conclus.83.

DE † proximo accingendus habetur pro accincto. *l. ex eo tem-* 1
pore, ff. de testam. milit. Felin. *in c. eam te, nu.16. ver. erat iste electus, de rescript.* vbi infinitos casus ponit, & declarat. Ias. pariter *in auth. si qua mulier, nu.23. & sequen. C. de sacrosanct. Eccl.* vbi plura similia adducit, quæ videas, & ibi declarat, & iterum Ias. *in l. admonendi, in 1.*
lect. num.53. ver. ista tamen regula cum sequen. ff. si cert. pet. at. vbi plura.
† Et moriturus omnino, prout vulneratus mortifere, qui non 2
potest viuere, habetur pro occiso; & ideo potest vulnerans condemnari de occiso, licet melius sit expectare mortem vulnerati; ita Boher. *decis.323. num.6. circa fin.* & est doctrina Baldi *in l. bello. ff. de excusat. tutor.* † Amplia; quia sicut Iudæi puniuntur, si aliquid 3
machinantur contra fidem Catholicam, vel Christianam: ita etiam puniuntur, si remouent cum dolo, vel fallacia volentem baptizari; quia accingendus habetur pro accincto, & qui impedit viam, impedit terminum. Bald. *consi.315. Iudæis tutela, in princ. lib.1.*
† Amplia; quia habetur pro perdito, quod de proximo est per- 4
dendum. Anchar. *consi.340. num.2.* † Amplia; quia habetur pro 5
mortuo de proximo moriturus, & habet tractum retro, quandoque ad tempus infirmitatis. Anchar. *d.consi.430. num.2.* sequitur Felin. *in d.c. eam te, num.16. ver. resultabit ergo, de rescript.* † Declara, vt 6
per Alexan. *consi.12. Viso instrumento, in fin. lib.1.* vt procedat, quando non potest loqui, & caret intellectu infirmans. † Amplia, 7
quia mulier habetur pro copulata viro, & traducta ad domum viri, quæ de proximo erat copulanda ad effectum, vt maritus dotem lucretur. Alex. *consi.129. Super primo, num.7. & sequen. ver. istis sic præmissis, lib.7.* vbi, quod stante statuto, quod maritus lucretur dotem, si vxor fuit copulata, & traducta, sufficit, quod esset in itinere, vt traduceretur, sed mortua in itinere, maxime, quando maritus, vel alius pro eo fecit expensas. † Extende; quia etiam si 8
statutum loquatur, quod maritus lucretur dotem vxoris, quando fuit copulata viro actuali copula; tamen habebit locum, si erat destinata ad copulam, licet nondum copulata, si maritus sustinebat onera, & expensas. Alex. *d.consi.129. num.9. ver. tertio, quia*
lib.7. † Extende, vt idem sit multo magis, quando statutum dice- 9
ret, quod lucretur dotem, si mulier fuit traducta ad domum viri; quia si de loco mulieris ad locum viri traducebatur, & moriatur, antequam domum viri ingrediatur, habetur pro traducta; quia de proximo erat traducenda. Alexan. *d.consi.129. nu.10. ver. quinto probatur, lib.7.* maxime, si maritus onera sustinebat, vt ibi dicit Alexan. vbi etiam, quod domus sumitur pro loco, vbi est domicilium. † Amplia; quia habetur pro dato, quod paratum est vt 10
detur Anch. *d.consi.430. nu.2.* † Amplia; quia potentia de facili 11
reducibilis ad actum habetur pro ipso actu; & ideo spes firma, & non variabilis, quam habet primogenitus succedendi in maioratu, habetur pro successione, & licet moriatur; tamen transmittit ad filium suum, licet ipse non successerit. Abb. *consi.85. In præsenti, col.2. ver. moueor, lib.1. & consi.91. Quoad primum, nu.3. lib.1.* Felin. *in c. eam te. num.16. ver. resultabit ergo, de rescript.* † Amplia; quia 12
id, quod ab euentu proximo tertio acquiri debet, nō potest sine fraude dirigi, vt in alium deriuetur. Anchar. *d.consi.430. Fuisset ex-*

pediens,

pedient, per totum, vbi est casus, & ponuntur in fine multa similia.
13 † Extende; quia si senex, & infirmus permutat beneficium pingue cum tenui, quod breui erat vacaturum ad fauorem expectantium, licet permutatio non impediatur per expectantes; tamen secus est, si est de beneficio proxime vacaturo; quia præsumitur violenta, ex quo de proximo ab euentu beneficium vacaturum habetur pro vacante. Fastol. *dubio* 22. & Rota *decis. 2. de præ-*
14 *sumpt. in antiq.* alias 340. † Extende; quia in conditione de futuro si quis recedet, sufficit, quod cæperit recedere ex Prouincia, vel Regno; secus, si per verba præteriti, si quis recesserit intra talem terminum; quia requiritur factum expletum. Alexan. *consi.* 194.
15 *Perspectis iis, num. 3. ver. modo dico, lib. 6.* vbi apostil. *in ver. cæperit.* † Sic in statuto prohibente extrahi granum, si loquitur per verba præteriti, requiritur actus consummatus; si per verba futuri, si quis extraheret, sufficit, quod cæperit extrahere, vt condemnari possit; quia actus cæptus habetur pro perfecto, & non creditur tali contrafacienti, si dicat, quod pœnituerat. Alexan. *d. consi.* 194. *nu.*
16 3. *& sequen. vsque in fin.* † Extende in emphyteusi, & feudo; quia Ecclesia licite denegat alienationem seni, & infirmo, per cuius obitum feudum, vel emphyteusis de proximo est reuersurum,
17 vel reuersura ad Ecclesiam. † Imo licentia concessa non suffragatur, si alienatio fiat ab eo, qui est in extremis, vel ab eius procuratore, per cuius obitum emphyteusis reuersura erat ad Ecclesiam. Gratus *consi.* 110. *in princ. lib.* 1. vbi, quod habetur pro mor-
18 tuo. † Amplia in simili; quia multa cæpta fieri, dicuntur facta, quando sumus in fauorabilibus; secus si in odiosis. Bart. *consi.* 36.
19 *Statuto Ciuitatis Assisi, lib.* 1. & ibi citat iura hoc probantia. † Contrarium allegat apostil. ad Bartol. *d. consi.* 36. *in ver. verbum facta, lib.* 1. quod imo non dicitur factum, donec aliquid supereset agen-
20 dum. *l. penult. C. ad Syllan.* † Declara; quia si materia est fauorabilis, factum dicitur, licet non perfectum, si odiosa, secus. Bartol. *d. consi.* 36. *lib.* 1. Ioan. Igneus *in l.* 1. §. *ferui appellatione, col. fin. ff. ad Sylla.* quem citat, & sequitur apostilla ad Alexand. *consil.* 129. *num.* 7. *in*
21 *ver. proximo, lib.* 7. † Declara; quia materia est brocardica, vt habeatur pro facto, quod de proximo debet fieri; quia non est semper verum, & sunt infinita hinc inde exempla. Roman. *in l. admonendi, num.* 49. *de iureiur. and.* plene *in l.* 1. §. *Idem quæsit. ff. ad Syllan.*
22 † Declara igitur; quia de proximo faciendum, habetur pro facto, quando concurrit propria natura rei, vt reuertatur ad suam naturam, prout in grano sato, quod antequam seminetur, dicitur esse inter mobilia, postquam satum est, & pendet, dicitur esse pars rei, & sic immobile; sed tamen; quia de proximo reuertitur ad suam naturam, cadit in legato omnium mobilium, licet tempore testamenti sit fructus pendens propter destinationem de proximo secundum suam naturam; & quia habet causam de præterito, non de futuro. Castrens. *consi.* 132. *Videtur dicendum, colum.* 2.
23 *ver. breuiter, lib.* 1. † Declara alio modo; quia quando aliquid de necessitate iuris debet fieri, petitio, quod illud fiat, licet non sit factum, habetur pro facto, exemplum, emphyteuta, qui debet inuestiri, si petat inuestiri, habetur pro inuestito, ita vt ipsi tanquã inuestito succedatur, Castrens. *consi.* 338. *Ad primum, in fin. ver. &*
præd icta, lib. 2. Vide alia similia *in ver. Factum dicitur, quod necessario*
24 *debet fieri. Concluſ.* 20. † Declara melius; quia causa proxima attenditur, non remota; quod fallit, quando remota non est multum remota, & vtraque est in rerum natura, plene Franc. Aretin. *consi.*
6. Viso, num. 10. *ver. confirmatur, vsque in fin.* vbi, quod res destinata ad ædificium, habetur pro ædificij parte, quando concurrunt, quod ædificium est cæptum, & pars perfecta annexa parti, cui res destinata debet accedere; secus, si ædificium non est cæptum, & res non est in rerum natura, & sic multum remota, non aptata.
25 † Amplia; quia regula, de proximo accingendus habetur pro accincto procedit maxime, quando agitur de excludenda falsitate, vel delicto; ideo si instrumentum continet aliquid factum, quod de proxime debebat fieri, cessat falsitas; quia quælibet causa, &c.
26 Ioan. de Imol. *consi.* 31. *Ad primum.* † Amplia; quia de proximo condemnandus habetur pro condemnato. Roman. *in l. admonendi.*
27 *num.* 49. *ff. de iureiur. and.* † Et ideo licet fideiussor non agat ad reuocationem, nisi sit molestatus, vel condemnatus; tamen fallit; quando est obligatus per instrumentum habens exequutionem paratam. Alexan. *consi.* 72. *Visis num.* 6. *lib.* 2. quia tunc habetur pro condemnato, & ibi apostil. *in ver. condemnato*, quæ pro vtraque ci-
28 tat. † Extende, vt idem sit in absoluendo de proximo; quia habetur pro absoluto. Roman. *d. l. admonendi, num.* 49. *ff. de iureiur. and.*
29 † Limita multis exemplis; quia imo de proximo accingendus non habetur pro accincto, & destinatio animi non releuat; quia imo destinatum non habetur pro impleto, & res non iudicatur ab eo, quod erit, sed ab eo, quod est; & ideo materia est Brocardica; vt dicit Felin. *c. cum adeo, num.* 4. *& sequen. de rescript.* maxime, *num.* 6. vbi allegat Alexand. & Aretin. & alios. † Et ideo discipuli, 30
qui sperant se futuros magistros, non gaudent priuilegio magistrorum, & qui est futurus religiosus, non gaudet priuilegio religiosi. Roman. *d. consi.* 237. *num.* 4. *ver. nec refragatur, vsque in fin.* † Li- 31
mita; quia vbi agitur de forma, vel de pœna incurrenda, vel vbi spes proxima est fallibilis; tunc de proximo accingendus non habetur pro accincto, neque actus perficiendus habetur pro perfecto. Felin. *in cap. eam te, num.* 16. *in fin. ver. tamen diuersis modis limi-*
tatur, de rescript. † Limita; quia licet beneficia vacent per promo- 32
tionem ad Episcopatum, & consecrationem; tamen non habentur pro vacantibus, vsque ad vltimum momentum, etiam si de proximo sit promouendus, & collatio facta ante est nulla. Anch.
consi. 397. *Apparet ex narratis, in fin.* sequitur Felin. *d. cap. eam te. n.* 16.
ver. resultabit ergo, de rescript. † Limita; quia de proximo expellen- 33
dus non habetur pro expulso, quin interim exigat, & consequatur fructus possessionis, quam habet, Anchar. *consi.* 285. *Tria prin-*
cipaliter, num. 4. *& sequen.* vbi loquitur in eo, qui soluit Ioann. Bentiuolo, dum imminebat expulsio ex Ciuitate Bononiæ; quia iusta fuit exactio, & maxime; quia expulsio erat dubia, licet proxima ab effectu subsequuto. † Limita in Clerico de proximo 34
creando; quia si non est Clericus actu, non potest habere beneficium, quantumcunque incedat in habitu, & tonsura, & promoueatur statim, Felin. *in d. c. cum adeo, num.* 4. *& sequen.* vbi ponit multos casus, *de rescript.* † Extende; quia res non recipit determi- 35
nationem ab eo, quod erit, sed ab eo, quod est de præsenti. Felin.
d. cap. cum adeo de rescript. num. 4. *ver. addatis pro commum.* † Extende; 36
quia ingressurus Monasterium, & professurus religionem, non habetur pro ingresso, neq; pro professo, vt dici possit miles cœlestis militiæ, & gaudeat priuilegio militari. Roman. *consil.* 237.
Oppositionem, num. 4. *ver. nec refragatur vsque in fin.* & ibi Apostill. *in*
ver. speratur. † Contrarium Clar. *in* §. *testamentum, quæst.* 28. *n.* 2. *ver.* 37
quia imo, vbi dicit *communem. † Limita in odiosis; quia de pro- *38
ximo banniendus non habetur pro bannito, vt possit offendi vigore statuti, neque è conuerso de proximo rebanniendus habetur pro rebannito. Ias. *in d. auth. si qua mulier. 23. C. de Sacrosanct. Eccl.*
Vide infra, *Actionem habens. Concl.* 108. *per totam.* Vide, *Euentus, qui*
contingere possunt, quando considerandi, vel non. Concl. 347. *cum aliis, ibi*
sequentibus. Vide, *Factum aliquid esse, quando dicatur. Concl.* 23. Vide,
Ius in spe, quando dicatur considerabile. Concl. 629. Vide, *Spes proxima*
quando considerabilis. Concl. 366.

Accollatio facta in se de aliquo credito, vel negotio, quid sit, & operetur. Concl. 84.

ACCOLLATIO † facta per aliquem de certo credito, vel ne- 1
gocio in seipsum, est quædam subrogatio facta ad commoda & incommoda crediti, vel negotij. Vide, *Debitorem alienum acce-*
ptans periculo suo facere dicitur, & quando secus. Concluſ. 39.

Actus extraiudiciales qui dicantur. Concluſ. 85.

EXTRAIVDICIALES † actus dicuntur, qui fiunt extra iu- 1
dicium sine contradictorio, & potius appellantur facta, quã acta; quia acta dicuntur iudicialia, facta dicuntur extraiudicialia, gesta dicuntur, quæ sine verbis fiunt. Ita Guid. Pap. *decis.* 616. *de*
actis. num. 3. † Amplia; quia confirmatio electionis, licet fiat præ- 2
missо edicto, de quo *in cap. fin. de election. in* 6. tamen dicitur extraiudicialiter fieri, quando non interuenit specialis contradictor.
Gemin. *consi.* 87. *colum.* 1. *vltra med. ver. item in actibus.* † Amplia in 3
vnione beneficiorum; quia dicitur actus extraiudicialis. Gemin.
d. consi. 87. *ver. ad secundum, in princ. & per tot.* Vide infra, *Actus, qui*
dicantur esse de actis, & qui non. Concluſ. 87. † Amplia; quia omnes 4
actus extraiudiciales dicuntur facti in iudicio non contentioso, sed ex officio, & propterea iudicium non dicitur contentiosum, quando fit aliquid, quod potest fieri absente parte, prout deputatio Oeconomi, subdelegatio, & similia. Imp. *alleg.* 82. *nu.* 2. & 3. vbi, quod ista, licet fiant in iudicio; tamen non sunt de processu, neque acta iudicij dicuntur. † Appellatio non est actus iudicia- 5
lis, ideo potest interponi omni loco, omni tempore, & extra iudicium. Io. de Anan. *consi.* 93. *in fin. ver. quod autem dicitur.*
Vide, *Appellari potest diebus feriatis, etiam in*
honorem Dei. Concluſ.
366.

Acta

Acta iudicialia quæ dicantur, & qualiter probentur, & an præsumantur. Concl. 86.

1 SENTENTIA † Iudicis continetur appellatione actorum iudicialium; ideo si statutum prohibet acta posse rogari coram Iudice, nisi per certum Notarium, neq; sententia potcrit rogari, nisi per eundem Notarium. Bald. *consi.137. Ad officium Ius dicentis. lib.* 2 3. Guid. Pap. *decis. 616. in fin.* † Generaliter appellatione actorum veniunt omnia, quæ fiunt in iudicio contradictorio, & omnia, quæ fiunt etiam sine contradictione, in quibus decretum Iudicis 3 interponitur. apostil. ad Guid. Pap. *decis. 616. in ver. acta.* † Et proprie gesta in iudicio appellantur acta, gesta extra iudicium appellantur facta, quæ vero fiunt sine verbis, appellantur gesta. Ita 4 Guid. Pap. *d. decis. 616. nu. 4.* † Acta causæ dicuntur confessiones, & testes, & ea, quæ respiciunt factum; acta vero iudicij dicuntur citationes, satisdationes, & similia. gl. *in clemen. sæpe, in ver. defensiones, de verbor. significi.* Canonistæ *in c. causam, de testib.* Archid. *in c. indemnitatib. §. si vero, de testib. in 6.* plene Guid. Pap. *decis. 616. num. 4.* vbi, quod probationes dicuntur acta litis, vel causæ, citationes, 5 & similia, acta iudicij. † Acta vero ordinaria iudicij sunt libellus, seu petitio, litis contestatio, iuramentum calumniæ, & ista tolluntur per absolutionem ab obseruatione iudicij; nõ tamen tolluntur acta probatoria, prout testes, & aliæ probationes, quę reiterari non debent. Bart. *in l. cum lite. ff. iud. sol.* vbi Alex. & idem Alexan. *consi. 58. Visa petitione, lib. 2.* Abb. & Felin. *in c. causam il 1. de testib.* quia acta probatoria non dicuntur acta iudicij; sed acta cau- 6 sæ, vt ipsi dicunt. † Acta causæ notoriam probationem inducunt, *c. cum olim, de verb. signif. c. fi. de cohabit. Cleric. & mulier.* & hoc, quan- 7 do sunt publicata, non aliter. *l. gesta. C. de re iudic.* † Item, quando conclusum est in causa, & non aliter faciunt probationem notoriam; quia donec potest probari contrarium, non dicitur probatio notoria, gl. *in c. significauerunt, de testib. in ver. liquere,* plene Natta *consi. 51. nu. 18. & sequen.* Ias. *in l. admonendi. ff. de iureiur. an. nu. 50. &* 8 *sequen. in 2. lectura. ver. ex ista secunda lectura.* † Extende, vt procedant prædicta, quod acta causæ notoriam probationem inducunt, etiamsi in eis non sint adhibiti testes. Zabarel. *consi. 41. Cum præsupponatur in facto.* Vide, *Acta iudicialia,* infra, *Concl. 89.* Vide, *Iudicij calor multa operatur. Concl. 483.* † Declara, vt procedat extensio, quoad acta iudicialia secus, si fieret cõtractus in iudicio; quia debent 10 adhiberi testes. Bald. *in rubr. C. de fid. instrum. in 2. colum.* † Restringe, & declara; quia, vt probent acta, debent habere signum, vel sigillum Iudicis, prout instrumentum debet habere signum Notarij, alias non probat. Ita Guid. Pap. *decis. 616. de actis. num. 5.* † Et 11 regulariter, aut fit instrumentum de actis per Notarium causæ de mandato Iudicis, aut vbi non fit instrumentum, prout in Parlamento Delphin. fit litera testificatoria, Guid. Pap. *d. decis. 616. in* 12 *princ.* † Probari non possunt acta iudicialia, nisi per scripturam regulariter, & quando secus. Vide plene, *Probatio per testes non ad-* 13 *mittitur, si potest fieri per scripturam. Concl. 772. nu. 5. & seq.* † Neque præsumuntur acta, nisi appareant, & ista est regula, quæ fallit in antiquis, & multis casibus.

Actus qui dicantur esse de actis, & qui non. Conclusio 87.

1 COMMISSIO † receptionis testium est de actis, & processu; ideo arbiter, & arbitrator, qui potest procedere de iure, & de facto, ordine seruato, & non seruato, potest etiam cõmittere iuramenta, & examen testium; secus, si non haberet facultatem liberam, vt supra Bald. *consi. 296. Ioannes q. M. per tot.* maxime *in fin.* 2 *lib. 1.* † Amplia; quæ contestatio litis dicitur esse de actis. Bald. *consi. 150. Casus actualiter, num. 1. in fin. nu. 2. & 3. ver. non obstat secun-* 3 *dum motiuum, lib. 2.* † Amplia; quia citationes, litis contestatio, libellus, iuramentum calumniæ, & alia, quæ respiciunt iudicium, dicuntur de actis iudicij; alia vero, quæ respiciunt factum, vel probationem, dicuntur de actis litis, seu causæ, vt declarat plene Guid. Pap. *decis. 646. num. 4.* Vide incertum authorem post regul. Socin. *regu. 3. citatio dicitur de processu,* vbi declarat, quando citatio 4 sit de actis, vel non. † Limita; quia instrumentum productum nõ est de actis, sed debet per registrationem fieri de actis; imo etiam facta registratione; quia reddi debet parti, non est de actis. Anch. 5 *consi. 173. Circa primum, num. 4.* † Contra limitationem, quod imo decretum, instrumentum, & iura producta sint de actis, & semel producta sint effecta communia, ita quod vtraque pars possit eis vti, prout etiam idem dicitur de testibus productis. Roma. *consi.* 433. *Quoad primum, num. 10. ver. Quoad vltimum,* vbi idem de con- 6 fessione facta, & acceptata, vt non possit reuocari. † Restringe, quando quis comburit, vel corrumpit instrumentum productum; quia dicitur corrumpere acta, cum corrumpat productionem, quæ est de actis. Anchar. *consi. 173. nu. 9.* † Restringe, quando instrumentum productum arguitur de falso; quia tunc debet reponi in actis, & non penes partem; ideo tunc est de actis. Anc. 8 *d. consi. 173. num. 9. & seq.* † Limita; quia ea, quæ exhibentur Iudici pro informatione animi sui; quia non sunt de actis, & ideo parti non sunt concedenda; quia talia dicuntur exhibita, non producta, ita Guid. Pap. *decis. 241. in aliqua, in princ. & decis. 242. in princ.* † Et ideo allegationes non dicuntur de actis. apostill. *in d. decis.* 9 *Guid. Pap. 241.* vbi allegat Specul. pro contrario, sed dicit, quod de consuetudine nõ seruatur; quia allegationes non producuntur, sed exhibentur; & ideo necessario non est danda copia parti; si tamen Iudex velit dare, potest; quia sunt in iure; & in ijs, quæ sunt iuris, Iudex supplet. ita apostil. ad *d. dec. Guido Pap. ver. apparet, quod non.* † Limita; quia schedulæ, quæ dantur, confidentium, & suspe- 10 ctorum consultorum, non sunt de actis; quia lacerantur; ideo nõ auditur petens exhiberi, si non constat, quod extent, Ioan. de Anan. *consi. 93. num. 2. in fin. ver. nec iuuat.* † Limita; quia citationes 11 licet sint de actis regulariter; tamen prima citatio, & oblatio libelli, & alia, quæ fiunt, tanquam præambula litis, non sunt de actis, vel de processu, & quamuis iudicium, & processus incipiat à citatione; tamen non intelligitur de prima. Ias. *in consi. 31. volum. 1.* Vide, *Actus extra iudiciales qui dicantur. Concl. 85.* † Probari debent 12 acta iudicij per scripturam regulariter. Vide, *Probatio per testes non* ☞ *admittitur, si per scripturam fieri potest. Concluſ. 772.* † Restringe; 13 quia probantur etiam per confessionem partis, & alijs legitimis documentis. Bald. *consi. 150. Casus actualiter, num. 4. ver. Item non obstat, lib. 2.*

Acta iudicialia per quem scribi debeant. Conclusio 88.

ACTA † iudicialia debent scribi per Notarium actuarium ad 1 hoc deputatum per Iudicem, Roma. *consi. 281. In re præsenti, in fin. nu. 5. ver. quoad secundum, vsque in fin.* † Extende in tantum, quod 2 etiam statutum, quod rogitus fieri debeant per duos Notarios, non habet locum in rogitu actorum iudicialium; quia imo neq; de consensu partium valeret rogitus per alium, vel alios factus. Roma. *d. consi. 281. n. 5. & 6.* vbi apostil. *in ver. conscribat.* † Extende; 3 quia is, qui cæpit scribere acta, debet etiam perficere vsq; in finẽ, alias non probant acta per alium scripta, quam per eum, qui fuit à Iudice deputatus, Roma. *d. consi. 281. n. 6.* & ibi apostil. *in ver. conscribat.* Alex. *consi. 120. Viso processu, n. 5. ver. tertio obuiat. lib. 7.* † De- 4 clara; quia valent acta etiam criminalia scripta per alium Notarium, postquam alius cæperat, quando primus esset absens, vel impeditus. Alexand. *consi. 120. num. 6. in fin. ver. ſante, quod, lib. 7.* † Amplia in tantum, quod Iudex, vel arbiter iudicare debens nõ 5 potest scribere acta coram se facta, & absq; Notario, gl. *in auth. vt Iudices sine quoquo suffrag. §. necessitatem.* Ant. de But. *consi. 32. n. 2. ver. Item si nunc arbitri.* † Et est ratio; quia acta scribi debent de manda- 6 to Iudicis; & quia nemo potest sibi mandare, & quis duplici officio fungi non potest, prout hæc omnia apostil. magna ad *singul. 1. Mathesil.* vbi late; & quia, vt inquit Ant. de Butr. *d. consi. 32.* non potest Iudex fungi officio Iudicis & testis, ibi in prin. † Declara, quia 7 ampliatio procedit in casibus grauioribus in causis vero leuibus, & summarijs, si Iudex est Notarius, potest ipse rogari de actis, & ita declarat Mathesil. *d. notabil. 1.* & ibi apostill. plena, quæ *num. 16.* dicit, causas viles, & breuiores esse, quæ non excedunt quinque scuta. † Amplia; quia sicuti acta iudicij coram Iudice debent scri- 8 bi; ita etiam coram arbitro, alias non probantur, neque probant. Socin. *regul. 5. Acta coram arbitris facta sunt scribenda,* vbi limitat duobus modis in causis breuioribus, & summarijs, & quando partes darent arbitro licentiam.

Acta iudicialia probant plene sine testibus. Conclusio 89.

ACTA † facta in iudicio, probant plene, etiam si in eis non sint 1 descripti aliqui testes; quia calor iudicij hoc operatur, *c. quoniam contra, de probat.* Alexand. *consi. 13. num. 8. lib. 1.* Bologn. *in addit. ad consil. Ioan. de Anan. 85. num. 4.* Vide, *Iudicij calor multa operatur.* ☞ *Concl. 483.* † Declara; quia non procedit coram arbitro, vel arbi- 2 tratore. Alex. *consi. 13. nu. 8. lib. 1.* † Declara procedere solum in a- 3 ctis, quæ necessario fiunt in iudicio contentioso, secundum Lap. *alleg. 82. nu. 2. ver. speciale est.* Ideo constitutio procuratoris, Oeconomi subdelegatio, & alia facta in iudicio, debent testibus conscribi, & muniri, vt ibi. † Declara concurrentibus duob. scilicet, 4 quando sunt publica; secus si sunt occulta, & quando est in causa cõclusum; quia probant plene. Vide sup. *Acta iudicialia. Concl. 86.*

num. 6.

5 *num.6.& seq.*.† Limita in procuratore constituto in iudicio,&ad iudicia;quia non probat sine testibus.Lap.*alleg.*82.*n.*4.*ver.item solum.*† Limita in actis factis in iudicio ex officio suo, quando non est necesse,quod talis actus fiat in iudicio contentioso, vt est deputatio Oeconomi ; quia debent adhiberi testes, alias non probant.Lap.*alleg.*82.*num.*2.*ver.quia regula*, & idem in collatione beneficij, & similibus. † Limita in delegatione, vel subdelegatione;quia debent adhiberi testes, licet fiat in iudicio; quia non dicitur de actis iudicij,& non valet sine testibus.Innoc. *in d.ca.quoniam contra.de probat.& in c.ad audientiam, de testib.*Lap.*d.alleg.*82.
8 *num.3.ver.vnde delegatio.*† Limita in sententia diffinitiua, & interloquutoria,&in contestatione litis;quia communiter in istis adhibentur testes.Lap.*d.alleg.*82.*num.*3. *ver. vnde in sententia,in fi.ver.*
9 *item ac sine testib.*† Limita;quia acta iudicij sumpta à Notario non
10 deputato,non probant sine testibus,Lap.*d.alleg.*82.*nu.*3.† Limita;quia licet non requirantur testes in ijs, quæ geruntur in iudicio; tamen non procedit, quando fieret contractus in iudicio; quia debent testes adhiberi, alias non probarent instrumẽtum.
11 Bald.*in rubr.C.de fid. instrum.col.*2. † Limita in insinuatione donationis, quæ licet fiat in iudicio; tamen debent testes adhiberi. Lap.*d.alleg.*82.*nu.*4.*ver.item tex.*

Acta iudicij ad vnum finem facta an probent ad alium. Concl.90.

1 ACTA † iudicij facta ad vnum finem non probant inter alias personas ad alium finem. Feder.de Sen. *cons.*223. *Domino Nicolao*, maxime, si pendet appellatio à sententia lata super illis actis,vt ibi. Vide, *Res inter alios acta, tertio non præiudicat. Concl.*264.
☞ Vide Soc.*reg.*6.*Acta facta in vno iudicio non probant in alio inter diuersas personas*, & limitat quatuor modis.† Extende;quia acta iudicij
2 summarij non probant in plenario, etiam inter easdem personas. *cap.veniens, de testibus.l.penult.ff. de iu, qui sunt sui, vel alien. iuris.*
3 † Declara extensionem, vt procedat, quando aliquid fuit deductum in iudicio incidenter, & non principaliter, prout si filius petat alimenta,& deducit summarie, & probat se filium, vt consequatur alimenta, nec in iudicio plenario sufficit illa probatio filiationis incidenter, & summarie facta.Ita declarat Abb.*consil.* 50.*Circa quæstionem,col.*2.*in fin. ver.non obstat,lib.*1.vt dicit,quod idem est, quando in iudicio summario agebatur ad vnum finem, in plenario ad alium finem; & secus esse, si in vtroque agebatur ad eundem finem,licet primum iudicium esset summarium, vel exequutiuum ; quia si in vtroq; factæ sunt plenæ probationes, probant in vtroque,& plenius Ancharan.*cons.*146.*In præd.quæst.*
* *nu.*7.*& sequen.vsque in fin. ver.sed subtilius*, vbi dicit * communem, quod acta in vno iudicio non faciunt fidem in alio, etiam inter
4 easdem partes, quando variatur modus agendi. † Limita inter eadẽ personas; quia regula est, quod cui nocet, vel prodest sententia,pariter eidem nocere,& prodesse debent acta. Alex. *consil.* 61.*Viso processu,nu.*9.*ver.ita etiam dicimus,lib.*2.vbi apostil.*in ver. nocere*, dat concordan.& adde Deci. *consil.* 700. quod est vltimum,
5 *num.*5.† Extende-quod dicitur de eisdem personis,vt habeat locum etiam in habentibus causam ab eis,& repræsentãtibus,plene Alexand.*d.consil.*61.*num.* 7.*& multis sequen.ver. Item præsuppono, lib.*2. Vide, *Acta iudicij coram vno Iudice in Concluſ.proxima sequen.* Vide, *Confessio in iudicio facta. Concluſ.* 639.*num.*54.*& sequen.* Vide, *Probatio ad vnum finem facta. Concluſ.* 783. Vide, *Sententia in vno iudicio. Concluſ.*175. Vide, *Testes examinati in vno iudicio. Concl.*269. Vide, *Præsentia in iudicio ad vnum finem an præiudicet ad alium finem. Concluſ.*604.

Acta iudicii coram vno Iudice, vel arbitro facta, quando probent coram alio, vel non. Concl.91.

1 ACTA † coram vno arbitro, probant coram alio successiuo arbitro,in quem partes compromiserunt, quando acta sunt publica,& factum respiciunt. Bald.*consil.*147. *Inuentarium hæredis,*
2 *in fin.ver.sequitur videre.lib.*4.† Amplia;quia acta causæ,quæ respiciunt factum coram Iudice seculari, probant etiam coram Iudice Ecclesiastico,& spirituali inter easdem partes.Capel. Tholos. *decis.*199.*item fuit quæsitum*,vbi secus est,quoad acta concernentia
3 instantiam,& Guid.Pap.*quæst.*36. † Amplia; quia imo inter easdem personas faciunt fidem,etiam in alia causa, penitus diuersa, & separata. Addit. 1.ad *decis. Tholos.*199. Vide plene per Mascard. *Concl.*33. *Acta iudicij facta in vno iudicio, quando probent in alio inter eas-*
4 *dem personas, & quæ requirantur.* † Generaliter,quando acta causæ coram vno Iudice probent coram alio Iudice, varij varia tenent, plene Anchar.*consil.*146.*in fin.* Alexand. *consil.*82. *In causa,col.*2.*nu.* 5.*ver.quia dato lib.*1. Guid.Pap.*decis.*136. vbi apostilla se remittit ad plenam apostil.ad *decis.C.apellæ Tholo.*199.sed quia confusa est materia, recurre,& vide plenius Felin. *in cap.causam. il* 1. *de testibus.* vbi facit regulam affirmatiuam, quod probent acta causæ inter easdem personas, prout sunt probationes, & similia factum respicientia, & distinguit multos casus ; secus est, si respiciunt instantiam.Deci.*in l.*2. *ad fin.C.de eden.* Alexand.*consil.*58. *Visa petitione.lib.*2.& vide plene per Iaſ.*in d.l.*2.*C.de eden.num.*18.*in fin.cum seq. ver.in vltima parte glossæ*, vbi dicit materiam intricatam, & per distinctiones ponit regulas cum fallentijs multis. † Declara, quod 5
in casibus,in quibus acta in iudicio vno probent in alio, semper debet intelligi,si producantur,alias non. Alexand. *consil.* 82. *col.*2. *num.*4.*&* 5.*ver. nec obstat, lib.* 1. & talis productio non debet esse generica,produco omnes, sed specialis, apostil. 1. ad *decis. Tholos.* 198.quod intellige secundum Iaſ. *d.l.*2.*n.*14.*ver. ex tertia lectura.C. de eden.*vt coram subrogato Iudice non requiratur productio,sed visio, sed bene coram alio diuerso Iudice requiritur productio.
† Et ista productio debet fieri in secundo iudicio in specie;secus 6
si generalis productio fieret ; quia diceret,producit omnes processus, & omnia facta; quia non releuaret.Ita apostil. 1. ad *decis. Tholos.*198.Quid in testibus,& probationibus, Vide, *Testes examinati in vno iudicio. Concluſ.*269. † Limita;quia non probant acta,& 7
probationes factæ in vno iudicio, in alio, si debito modo non sunt factæ.Guid.Pap.*decis.*136.*si acta.num.*2.*ver.si autem non sunt debito modo.* † Limita; quia acta in iudicio summario non probant 8
etiam inter easdem partes, in plenario iudicio.Bart.*in l.*2.*§. hoc edicto.ff.vi bonor.raptor.num.*5.*& sequen. ver. quæro, vtrum probationes.*
† Restringe in confessione principalis facta in iudicio summa- 9
rio;quia nocet vbique in plenario. Felin.*in cap.*1.*col.pen.vt lit. non conteſt.*† Declara restrictionem,vt non procedat,quando in iudi- 10
cio summario fuisset pronunciatum contra illam confessionem; quia tunc non præiudicat.glo.fin. *in authen.Item possessor. C.qui potior.in pignor.habean.in ver.transferat.* Alexand.Socin. & Iaſ.*in l.qui Romæ.§. scientia.ff.de verbor.oblig.in princ.*Felin.*in cap.Capitulum,de rescript.*Marsil.*sing.*275.*Nemo audiendus est,per tot.*maxime *num.*3.*&* 4.† Cõtrarium,quod imo acta facta in iudicio possessorio sum- 11
mario inter easdem personas probent in petitorio, & plenario, tenuit Guid.Pap.*decis.*136.*circa fin.ver.restat ergo*, vbi est casus decisionis. † Limita;quia acta iudicij ciuilis, non probant in causa 12
criminali.Bart.*in l.*2.*§.*1.*num.*5.*& seq.ff.vi bonor.raptor.* Vide, *Confessio in iudicio ciuili. Concluſ.*671. Vide, *Probatio,& acta in causa criminali.Concluſ.*790.Vide plenius per Mascard.*conclus.*34.*Acta & gesta in causa ciuili,an probent in criminali.* † Restringe,nisi ad instructionẽ, 13
vt fiat inquisitio generalis. Ita Bald.*in l.edita.in* 9.*colum.C.de eden.* quem refert & sequitur Guid. Pap.*decis.*136.*ver. in causa autem criminali.* † Restringe; quia probant pro reo, vt Guid. Pap. *d.decis.* 14
136.*circa fin.ver.in causa autem criminali.*† Limita;quia acta ordina- 15
ria iudicij coram arbitro facta non probant coram Iudice.Socin. *reg.*8.*Acta ordinarij iudicij*, vbi ponit tres fallentias. † Limita;quia 16
etiam inter easdem personas non probant acta iudicij facta ad alium finem Socin.*reg.*7.*Acta facta in vna ex pluribus instantijs*,vbi limitat quinque modis. Vide, *Acta iudicij ad vnum finem facta. Concl. prox.præced.* Vide, *Sententia lata in vno iudicio, quando præiudicet in alio.Concluſ.*175. Vide, *Testes examinati in vno iudicio an probent in alio. Concluſ.*269. Vide *ver. Confessio in iudicio facta. Concluſ.*461. Vide, *Confessio in iudicio ciuili. Concluſ.*671. Vide, *Probatio ad vnum finem facta.Concluſ.*783.Vide Socin.*in reg.* 4. *Acta facta in vno iudicio, in alio fidem non faciunt*,vbi limitat duobus modis, & plenius *in reg.*6.

Acta iudicialia quæ pereant, perempta instantia. Concluſ.92.

REGVLA † est, quod perempta instantia,pereunt omnia acta 1
pertinentia ad ordinem iudiciarium. Alex.*consil.*58.*Visa petitione.lib.*2.vbi exemplificat in libello,litis contestatione,iuramẽto calumniæ,& similibus.quæ pertinent ad ordinem.† Declara; 2
quia respicientia merita causæ non pereunt, sed probant in alia instantia:prout probationes,confessiones,& similia. Angel.*cons.* 155.*In quæstione vertente.col. fin. ver.super tertio.* Abb.*cons.fin.col.pen. ver.venio ad tertium.lib.*2. Vide Duas proximas conclusiones præcedentes.Vide plenius *in ver.Instantia causæ deserta.Concl.*214.

Acta iudicialia quando sint communia. Concl.93.

COMMVNIA † dicuntur instrumenta, & alia iura producta in 1
iudicio. Anch.*consil.*208.*Iudex de iure,n.*19.*ver.si enim producit*, ẽt si producantur,ad defensam producentis.Rom. *cons.*433. *Quoad primum.n.*10.*&seq.ver.quoad vltimum.*† Amplia;quia probatio- 2
nes factæ in iudicio sunt communes. Anchar.*d.consil.*208.*num.*19.

† Exten-

3 † Extende in testibus examinatis; quia effecti sunt communes, tanquam de actis, & probant pro vtraque parte. Roman. *d. consi.* 4 433.*nu.*11. vbi apostill.*in ver.auferri*.dat concord.† Extende quoad confessionem factam in iudicio & acceptatâ; quia est communis, & de actis. Ideo in præiudicium partis non potest reuocari. Roman.*d. consi.*433.*circa fin.* vbi apostill.*in ver.non potest*, dat concordan. Vide, *Producta in iudicio, quando communia efficiantur.Concluſ.* 875. † Limita; quia positio negata non est communis negan- 5 ti;ideo non potest se ex illa iuuare. Anchar.*d.consi.*208.*nu.*19. 6 † Restringe;nisi negata positio probaretur;quia tunc esset communis neganti, & posset vti probatione communi. Anchar. *d. consi.*208.*num.*19.

Acta Iudicij nulla quando possint conualidari. Concluſ. 94.

1 ACTA, † & processus nullus, licet partes consentiant, quod super eo,tanquam valido pronuncietur; sententia tamen erit nulla; quia non possunt partes sanare substantialia iudicij. 2 Guido Pap.*decis.*216.*Iudex de voluntate partium.* † Extende; quia in criminali processu non potest sequi condemnatio valida, si processus est nullus, etiam de consensu partium; quia omnino erit 3 nulla. Guid.Pap.*d.decis.*216.*nu.*3.† Restringe;quia non procedit conclusio coram supremis Iudicibus;quia non adstringuntur ad 4 solemnia iudicij. Guid. Pap. *d.decis.*216.*nu.*1. † Restringe,quoad testes examinatos parte non citata, quæ si consensit, quod probent,potest valida sententia ferri. Guid.Pap.*d.decis.*216.*nu.*2.vbi, 5 quod ita seruatur. † Limita; quia licet partes non possint conualidare sententiam nullam,vt valeat tanquam sententia;tamen possunt consensu suo conualidare,vt valeat,tanquam pactum,& conuentio. De quo plene *in ver. Brocardum, quod potui, nolui, &c. Concluſ.*133.*num.* 42. *cum multis seqq.* vbi vide plures instantias, & declarationes.

Actio quid sit,& vnde proueniat. Concl.95.

1 ACTIO † nihil aliud est, quam ius prosequendi in iudicio, quod sibi debetur. *Instit. de actio.in princ.* vbi Ias.*num.*13.dicit, 2 quod capitur multis modis verbum,*actio*. † Et dicit Ias. ibi *in* §. 1. incip.*superest.num.*19. quod sicut argumentum apud Logicos dicitur, quod concludit ex propositione maioris, & minoris, & consequentiæ; ita apud Legistas argumentum dicitur actio, & repetit clarius *in* §.*æque.num.*48.† Et omnis actio est directa, vel 3 vtilis. Directa est, quæ causatur ex obligatione ad fauorem eius, pro quo directe fit obligatio. Vide, *Actio directa, & vtilis. Concluſ. sequen. proxima.* Et plenius infra, *Actio non datur sine obligatione. Concluſ.*109.*in princ.* † Vtilis vero causatur ex æquitate, vbicunque verba directa sunt pro Titio, cui promittitur solutio ad sui 4 ipsius commodum: si vero ad commodum alterius absentis, absenti competit vtilis, verbi gratia, promitto soluere Titio præsenti pro Seio, Seius habet vtilem tantum, plene Bald. *consi.* 18. *lib.*4. Alexand.*consi.*207.*num.*2.*lib.*7. Vide Conclusionem proximè sequentem,*vers.item vtilis.num.6.cum sequen.* † Et appellatio 5 actionis intelligitur de formata, quæ possit in iudicio deduci, & 6 exerceri. Signor.*consi.*217.*num.*6.† Alia est diuisio actionum;quia aliquæ sunt directæ, aliquæ vero sunt contrariæ, de quibus plene Alexan.*consi.*214.*Quando dolus,num.*2.*& sequen.ver.Excellentissime Doctor.lib.*7. Vide, *Actio directa, & contraria quæ dicatur.Concluſ.* 7 101. Actio aut est generalis,prout actio tutelæ,negociorũ gestorum, pro socio,& similes;aut particularis;& generalis potest intentari multis modis, videlicet,in genere, prout,si peto socium condemnari ad reddendam rationem administrationis, & reliqua restituendum, & sic libellus generalis, & incertus quoad quantitatem admittitur. Item potest intentari etiam in specie, prout si peto socium condemnari ad mille, quorum restat debitor occasione societatis, vel saldi, & sic actio potest particulariter intentari. Alex.plene *consi.*80.*Viso processu,in pr. lib.* 4. & quod possit in specie intentari, idem Alexand. *consi.*170.*Circa primum,* 8 *num.*3,*ver. nam etiam, lib.* 2. † Extende; quia libellus generalis, vt peto quicquid habes in tali villa, substinetur, & valet, Alexand. *consi.*187. *In hac causa,in princ.lib.*2.vbi apostil. *in ver.procedere*, dat concordan. & dicit ibi Alexand. quod in generali actione sufficit petitio generalis, & in speciali actione requiritur specialis. 9 † Declara; quia quando actio generalis proponitur, & libellus generalis admissus est, duo sunt modi prosequendi, & probandi;vnus; quod specialiter fiat postea probatio, de rebus particularibus; & hoc casu sententia debet ferri particularis. Alius modus est, quando etiam facta probatione in genere debet ferri sententia generalis, quæ expectat postea liquidationem in specie;antequam fiat exequutio.Ita Alexand.*d.consi.*187.*in princ.ver. & si diceretur,lib.*2.vbi,quod si esset facta probatio in specie, quoad aliqua,& in genere, quoad alia, poterit ferri sententia specialis,quoad probata specialiter;& generalis, quoad probata generaliter. † Introductæ sunt actiones, vt in iudicium deducantur, 10 & succedant in locum officij, quod manu regali exercebatur, *l.*2.*in princ.*§.*deinde.ff.de orig.iur.*Signorol.*consi.*217.*num.*9.quia antequam essent actiones introductæ de iure ciuili, omnia manu regia,& via facti exequebantur.Alexand. *consi.*134. *Animaduersis, num.*4.*ver.non obstat*,& iterum *num.* 43. *lib.* 6. † Officium Iudicis 11 proprie non est actio, sed bene venit sub nomine actionis cum dictione vniuersali, vt si cedo actionem mihi ex quacumq; causa,vel ratione competentem.Alexand.*consi.*102.*Viso Themate, nu.* 3.*libr.* 6. † Obligatio est mater actionis, sed nullum datur me- 12 dium inter obligationem & actionem, Signor.*consil.* 217.*num.*8. vbi idem dicit inter dominium & rei vendicationem in habitu, & abstracto: nam datur medium,&c. Vide, *Actio non datur sine obligatione. Concl.*109.† Actiones omnes aut sunt naturales;† Aut 13 ciuiles; † aut compulsoriæ, prout illæ, quæ oriuntur ex rescripto 14 Principis;quia nec sunt naturales, neq; ciuiles. sed oritur quod- 15 dam ius compullorium,quod expeditur officio Iudicis. Castren. *consi.*339.*Quia exceptiones,num.*4.*lib.*1.† Aliquæ sunt bonæ fidei,a- 16 liquæ stricti iuris. Ias.*in* §.*actionum,in princ. Instit. de actio.*vbi enumerat,quæ sint bonæ fidei,quæ non.† Actiones omnes aut sunt 17 personales,prout quando ex contractu,vel quasi, aut ex delicto, vel quasi oriuntur,vt per Ias.*Instit.de actio.*§.*omnium,num.*49. melius *in princ.& n.*3.† Et per actiones personales petimus id, quod 18 nobis debetur, &ad nos pertinet, Ias.*in* §.*quædam.nu.*18.*Instit.de actio.*† Aut sunt reales, prout quando oriuntur ratione dominij, 19 vel rei ad nos pertinentis, Ias.*d.*§.*omnium,num.*49.& melius, *nu.* 5.*Instit.de actio.* † Et realis semper oritur ex iure,quod quis habet 20 in re,& sic ratione dominij.Ias.vbi supr.& *in* §.*quædam.nu.*18.*Inst. de actio.*& melius *in* §.*omnium,num.*3.*eod.tit.*† Aut sunt mixtæ,quę 21 nõ sunt mere personales,neque mere reales. Ias. *in* §. *actionũ, n.*5. *Instit.de actio.* † Aut in rem scriptæ, prout quando proueniunt à 22 contractu, vel quasi, maleficio, vel quasi, & sic origine sunt personales, sed persequutoriæ in rem; quia sequuntur possessorem rei,& etiam tales sunt omnes actiones interdictorum. Ias. §.*omnium, num.*6.*Instit.de actio.* † Et istæ in rem scriptæ dicuntur esse 23 ius incorporale rei annexum, per quod competit actio confessoria,vel negatoria,quæ potest exerceri directe, vel vtiliter contra quemcunque occupantem rem alienam. Castren*consil.*336. *Laudatio,in fin.lib.*1.† Actiones omnes aut sunt natiuæ,videlicet, 24 quæ habent materiam præexistentem,ex qua oriri possit;aut datiuæ, videlicet, quæ non habent materiam præexistentem, sed dantur à lege ex quadam æquitate.*l. iuris gentium,*§.1.*ff.de pact.*vbi Bartol. dicit singulare, & plene Ias. *Instit.de actio.* §.*rursus, num.* 78.*& seq.*

Actio directa, & vtilis, & in quo differant. Concluſio 96.

ACTIO † directa est illa,quæ oritur directe ex aliqua obligatione, veluti si ego depono scuta mille penes Titium; quia 1 tenetur mihi actione directa ex depositio. Castren*consil.*434.*Visis omnibus, col.fin. ver. nunc ergo.libr.*1. Vide plura alia exempla *in ver.* 2 *Actio personalis ex quibus oriatur.Concl.*98.† Extende; quia ista actio directa personalis,quæ oritur ex contractu,vel quasi,ex delicto, vel quasi,ita inhæret ossibus, & personæ habentis,vt non possit cedi, Vide infra proxime,*Actiones personales, & directæ.Concluſ.*97. 3 † Oritur tamen aliquando hæc actio personalis in subsidiũ sine 4 obligatione;prout si quis habuit; vel exegit rem meam, vel creditum meum,vt cõpellatur exhibere, vel vt detur contra eum actio in factum.Castren.*consil.*62.*Præsupposito,vt dicatur,lib.*1.& vide multa similia exempla, & declara,vt procedat, quando ex causa lucratiua tertius possidet. Vide infra, *Actio personalis contra quos nõ competat.Concl.*99.in limitationibus,&maxime *n.*29.*& seq.*† Ex- 4 tende; quia actio directa etiam datur ei,qui habet actionẽ à iure ex contractu, & eius aduersario,quando idem contractus in suo correlatiuo variatur nomine, prout emptio, & venditio;quia eodem nomine non appellatur,sic neq; cõtrahentes; quia vnus appellatur emptor, alter venditor. Nam vtriq; datur actio directa,videlicet emptori,& venditori ex illo cõtractu,ita Alex.*consil.* 214.*Quando dolus,n.*3.*ver.clariss.Domine.lib.*7.vbi apostil.dicit communem.† Vtilis vero actio dicitur actio contraria, quæ cõpetit 5 ei, qui non habet diuersitatem in cõtractu, & neq; in persona cõtrahentium,prout in depositio;quia nõ mutat nomen, sed dicitur depositum tam in deponente,quam recipiente, & nõ mu-

tatur

tatur etiam nomen in contrahentibus; quia vnus dicitur deponens, alter depositarius formatus à deponente, & directa competit soli deponenti, contraria, & vtilis depositario ex æquitate,
6 & interpretatione. Alex. *d. consi. 214. nu. 4. lib. 7.* † Item vtilis actio dicitur ex diuersis, prout directa, & ita denominatur ab vtilitate; quia ex depósito à me facto ad vtilitatem Titij, vel ad fauorẽ Titij, Titius dicitur habere vtilem actionem, & ego directam. Ca-
7 strens. *d. consi. 434. col. fin. in prin. ver. nunc ergo quæritur, lib. 1.* † Et causatur ista vtilis ex æquitate, & interpretatione, vt subueniatur sibi. Alex. *d. consi. 214. n. 4. in fine. ver. quamuis, lib. 7.* Vide conclusionẽ
8 proximam præcedentem. † Ex alio etiam dicimus actionem vtilem alicui competere, quando creditor cedit creditũ alteri; quia apud eum remanet actio directa, id est, illa obligatio debitoris, sic concepta verbis directis, quæ tolli, & transferri non potest; ideo transit vtilis actio in cessionarium sola; quia esset impossibile facere, quod à principio cessionarius sit creditor, prout cedẽs.
9 Dyn. *consi. 47. n. 2. & 3.* † Similiter dicimus vtile dominiũ esse penes feudatarium, emphyteutam, conductorem ad decem annos; quia tanto tempore dominium vtile acquiritur; quia reuera ipsi percipiunt vtilitatem, & fructus. Alex. *consi. 168. Stantibus, in prin.*
10 *& per tot. lib. 6.* Vide, *Dominium, directum & vtile. Concl. 611.* † Sic etiam dicimus actionem vtilem nedum realem, sed etiã personalẽ, quæ competit mihi contrà nomen debitoris mei. Alex. *consi. 17.*
11 *Requisitus, nu. 4. lib. 1.* † Et nedum datur vtilis persequutoria rei, & sic realis, sed etiam hypothecaria vtilis aduersus debitorem debitoris. Alex. *d. consi. 17. nu. 4. lib. 1. & nu. 5. ver. secunda ratione*, qui tamen hoc negat, quando per exequutionem sententiæ, & sic per solutionẽ esset semel extincta ipsa actio in illo casu, quod qualiter sit verũ, vide Vrsil. ad *decis. Afflict. 109. nu. 5.* vbi declarat. † Imo,
12 licet regulariter vtilis, vel directa personalis non detur, quando nullus contractus, vel quasi intercessit, vt per Alex. *d. consi. 17. n. 4. lib. 1.* tamen vtilis caũsatur quandoq; ex sola æquitate, veluti si res pignoraui Titio, & Titius vendidit res pignoratas Lucio, certe actio personalis, quam contra Titium habebam ex pignore, non transit in Lucium, sed bene creatur ex æquitate quædam actio v-
13 tilis. Bald. *consi. 18. Punctus quæstionis, lib. 4.* Vide, *Actio non datur sine obligatione. Conclus. 109. nu. 47. & sequen.* † Item oritur actio vtilis ex interpretatione; & ideo vbicunq; statutum facit mentionem
14 actionis, de directa intelligitur. Bart. *in 2. quæst. Pisanæ Ciuit. atis, nu. 4. ver. quarto hoc probatur, in prin.* † Declarat Bart. *d. quæst. 2. In solutione, nu. 3. ver. ad quartum.* quia licet actio vtilis sit ex interpretatione; non tamen sequitur, quod iudicium super vtili sit ex interpretatione, sed dicitur iudicium vere, sicuti si super actione dire-
15 cta esset. † Et multa priuilegia habet actio directa, quæ non competunt vtili; infra *Concl. proxime sequen. num. 12.* & è conuerso multa priuilegia habet vtilis, quæ non competunt directæ. Vide,
16 *Actio vtilis præfertur directæ. Conclus. 100.* † Differunt etiam; quia actio vtilis, & realis competit, etiam si nulla causa allegetur. Directa vero, & personalis requirit causæ expressionem, alias non competit. Ias. *in §. item si quis. nu. 42. & seq. Instit. de actio.* & reddit ibi rationem.

Actiones personales, & directæ ita inhærent ossibus, & personæ, vt non possint cedi. Concl. 97.

1 Actiones † personales, & directe inhærent personæ & ossibus, in tantum, vt non possint alteri cedi, neque à persona abdicari. Anch. *consi. 5. Pro parte nobilis, num. 5. & 6. ver. si vero cessio.* & est text. *in l. 3. ff. pro socio*, plene Ias. *in §. omnium, nu. 1. Instit. de act.* vbi plene, & apostill. ibi *in ver. personam. l. actionum genera. ff. de actio. &*
oblig. Cravet. *consi. 298. n. 7.* Vide, *Cessio de quibus fieri possit, & de quibus non. Conclus. 212.* † Declara; quia licet directa actio cedi non
2 possit; si tamẽ cedatur, remanebit inefficax apud cedentem, neque erit locus *l. 3. C. de nouatio.* vt possit exigere à debitore ante notificationem. Ita Alex. *in l. ex asse. n. 6. ff. ad Trebel.* vbi dicit ita te-
* nere, ibi Bart. & cum eo communiter * alij Doctor. transeunt, &
3 ita videtur Alex. concludere, & ad hoc fuit alias allegatus. † Caue; quia non dicunt Bart. & Alex. quod si cedantur directæ, remanent inefficaces, sed dicunt, & est verum, quod licet primus cedens transferat in primum cessionarium solas vtiles; tamen apud cedentem remanent directæ; & ideo potest debitor soluere cedenti, qui habet directas, quod non procedit, si cessionarius cedat alteri; quia cum cedat vtiles solas, quas habet, apud eum nihil remanet; ideo eidem primo cessionario solui non potest, etiam si non interuenerint aliqua, de quib. *in l. 3. C. de nouation.* Limitat tamen Alexan. quod etiam si debitor ignorans secundam
4 cessionem solueret primo cessionario, liberaretur. † Declara; quia directa actio, & vtilis cedi potest; ita tamen, vt cessionarius directam nomine cedentis, vtilem vero nomine suo exerceat. Dyn. *consi. 47. Visa, & diligenter, num. 2. & 3.* Imo cessionarius ipso iure dicitur procurator in rem suam, *l. qui stipendia. C. de procurat.* Ias. *in l. si se non obtulit, in 3. not. ff. de re iudic.* † Restringe; quia licet 5
actio directa cedi non possit; tamen cessionarius illam exercere potest nomine cedentis, *d. l. qui stipendia. C. de procurat.* quia cessionarius dicitur procurator in rem suam. Ias. *in l. si se non obtulit, in 3. not. ff. de re iudic.* † Declara restrictionem procedere in directa per- 6
sonali; secus in directa reali, seu in rem; quia illa bene cedi potest. Dyn. *d. consi. 47. num. 3.* † Et dicitur personalis, quæ oritur à con- 7
tractu, vel quasi; Realis vero, quæ habet originem à re, plene Ias. *Instit. de actio. §. omnium. n. 49. & sequen.* & realis transit sine cessione. Cravet. *consi. 298. m. 10.* Signorol. Homod. *consi. 4. Statuto Ciuitatis, num. 2. ver. secundo probat*, & vide; quia differunt origine, effectu, & modo proponendi. Infra, *Actio personalis contra quos. Conclus. 99. num. 8. & sequen.* † Amplia; quia multa sunt remedia 8
personalia, & actiones personæ competentes, quæ nullo modo cedi possunt, de quo dicas, vt *in ver. Cessio de quibus fieri possit, & de quibus non. Conclus. 212.* † Limita; quia actio personalis potest cedi 9
emptori, vt saltem tueatur excipiendo, sic videtur velle Cravett. *consi. 298. num. 7. in fin.* Vide plenius, *Actio personalis contra quos non competat, vel secus. Conclus. 99. num. 43. & sequen.* † Limita; quia po- 10
test lex, vel statutum operari, quod actio directa transeat in cessionarium, sicut vtilis. Castrens. *consi. 171. In casu præsenti. colum. 2. ver. item secundo, lib. 2.* † Extende; quia hoc posset Senatusconsul- 11
tum Trebellianum, si vellet; quia cum istud sit de iure ciuili introductum, & Senatusconsultum sit ius ciuile, hoc potest. Ita Bartol. *in d. l. ex asse. ff. ad Trebellian. num. 3. ver. quæro fideicommiss.* & ibi * omnes. † Directa actio habet multa priuilegia, quæ non * 12
competunt vtili actioni; & ideo multæ exceptiones possunt competere contra vtiles actiones, quæ non competunt contra directas, gloss. *in l. emptor.* & ibi Bald. *C. de hæred. vel action. vend.* gl. & Bart. *in l. 1. & 2. C. de actio. & obligat.* gloss. *in l. quoties, in princ.* & ibi Bart. *ff. de admin. tut.* Ias. *in l. 1. num. 8. C. de transact.* † E conuerso 13
vtilis præfertur directæ in concursu. Vide, *Actio vtilis præfertur. Conclus. 100.*

Actio personalis ex quibus oriatur, & quid sit. Conclusio 98.

Actio † personalis oritur inter emptorem & venditorem, 1
ex empto, vel vendito, quando non est sequuta traditio rei venditæ. Bald. *consi. 36. Factum sic se habere videtur, circa med. ver. item est præmittendum ad euidentiam, lib. 1. & consi. 69. Inter virum & vxorem. in fi. ver. personali etiam, lib. 1.* vbi, quod agitur personali contra venditorẽ, vt tradat. † Extende; quia etiam actio rescissoria pro- 2
pter læsionem dicitur ex empto, & personalis, secundum * com- *
munem. Io. de Imol. *consi. 30. In casu præmisso, per totum.* † Amplia; 3
quia ex omni contractu etiam pignoratitio oritur solum actio personalis. *Inst. quib. mod. re contr. ab. oblig. §. creditor. & Instit. de oblig. §. sequens.* † Declara; quia in pignoratitia competit actio debitori 4
contra creditorem creditoris rem pignoratam detinentem. gl. *in l. grege. §. 2. ff. de pignor.* Bald. plene pro vtraq; parte *consi. 18. Punctus quæstionis, lib. 4.* † Amplia in pacto de ingredieudo possessionem 5
propria authoritate debitoris; quia licet pactum sit in rem scriptum, & per illud detur auocatio possessionis; tamen oritur ex actione personali extensa, quæ afficit omnem possessorem, & est personalis, & non realis actio. Signor. Homod. *consi. 4. Statuto Ciuitatis, per totum.* † Amplia; quia actio personalis vtilis competit 6
creditoris aduersus nomen debitoris obligatum; ideo potest primus creditor agere personali vtili aduersus debitorem sui debitoris, facta excussione. Alex. *consi. 17. Requisitus in causa, nu. 4. lib. 1.* † Amplia; quia actio personalis oritur ex locato, & ex emphy- 7
teusi. Rom. *consi. 311. In casu propositæ consultationis in prin.* † Amplia; 8
quia actio de dote est personalis, & cõperit contra illum, qui recepit dotem, vel cuius nomine recepta fuit. Castren. *consi. 357. Primo videndum, in prin. lib. 1.* licet etiam cõpetat hypothecaria. *C. de rei vxor. actio. l. vnica.* † Limita; quia actio personalis nõ datur, vbi ces- 9
sat contractus, & obligatio ex contractu. Alex. *consi. 184. In causa, & lite, nu. 6. ver. insuper non potest obtinere, lib. 6.* † Declara; quia actio 10
personalis non potest oriri, nisi ex obligatione, quæ obligatio necessario debet esse, vel ex contractu, vel ex quasi cõtractu, aut ex delicto, vel quasi delicto, *Instit. de actio. §. omnium.* & ibi Ias. in prin. vbi, quod personalis est; quia nõ egreditur personam, plene Feder. de Sen. *consi. 218. Domine Franciscæ, in princ.* vbi, quod valet argumentum; non sum tibi obligatus ex contractu, vel quasi, neque ex delicto, vel quasi; ergo non potes agere contra me. Vide plenius infra, *Actio personalis contra quos non competat. Conclus. proxi-*
ma sequen.

ma sequen. vbi habes multas extensiones, restrictiones, & declarationes.

Actio personalis contra quos non competat, vel competat. Concl. 99.

1 ACTIO † personalis non competit contra tertium possessorem. Bald. *consi. 36. Factum sic se habere videtur, circa med. ver. item est præmittendum ad evidentiam, lib. 1.* vbi, quod non sequitur fundum actio ex empto; quia est personalis, & idem repetit *consi. 455. lib. 5.* vbi duplicatur Alexand. *consi. 11. per tot. lib. 3. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebellian.* vbi glos. *in ver. sequitur.* Castrens. *num. 2.* Ias. *num. 3.* & alij. Alexand. *consi. 92. Perspectis, num. 7. lib. 1.* Ias. *consi. 37. num. 9. & seq. lib. 1. & consi. 109. lib. 4.* Natta *consi. 159. Vidi allegationes, num. 2. cum*
2 *sequen.* late Tiraquel. *de retract. lign. æ. §. 8. glos. 5. num. 7.* † Declara; quia, quis ratione rei, pro qua conuenitur, non est vere personaliter obligatus, sed largo modo propter rem dicitur obligatus, sic dicit Alex. *consi. 185. In causa, & lite, num. 5. ver. quia etiam ratione*
3 *rei, lib. 6.* † Amplia; quia actio pignoratitia oriens ex contractu, tanquam personalis non competit contra emptorem rei pignoratitiæ, soluto, vel compensato pretio; quia personales sunt omnes actiones, quæ ex contractu nascuntur. *l. 2. ff. de pignor. Insti.*
4 *de oblig. at. §. sequens.* † Declara secundum Bald. *consi. 18. Punctus quæstionis.* quod licet directa actio non competat; tamen competit vtilis ex æquitate iuris Canonici. *lib. 4.* vbi pulchre loquitur, & dat casum, in quo etiam directa competit actio pignoratitia, videlicet debitori contra creditorē creditoris, ad quem res pigno-
5 rata deuenit. † Secus est, si nomen debitoris esset; quia licet cōpetat creditori creditoris personalis vtilis, vel etiam hypothecaria vtilis aduersus debitorem debitoris; tamen eo debitore debitoris soluente suo creditori, vel cessionario, extinguitur omnis actio, neq; agit creditor creditoris cōtra cessionarium, cui est facta solutio. Alexan. *consi. 17. Requisitus num. 4. & sequen. lib. 1.*
6 † Amplia; quia is, qui habet actionem personalem ad redimendum aliquid, si illud, quod potest redimi, alienetur; actio personalis ad redimendum non transit in possessorem. Bald. *consi. 38. Proponitur, quod, per tot.* maxime *num. 2. lib. 3.* Alexan. *consi. 10. lib. 1.*
☞ Vide, *Pactum de retrouendendo non obligat quoad multa. Concluſ. 29.*
7 † Declara, & restringe multis modis, vt per Cranet. *consi. 12. nu. 7.*
8 *& sequen.* † Cognoscitur autem actio personalis ab actione reali; quia personalis nascitur ab obligatione, realis nascitur à iure causato in re, non autem ab obligatione. Signor. Homod. *consi. 4. Statuto Ciuitatis, num. 2. ver. secundo probat.* † Item ex effectu; quia in
9 personali petitur aduersarium condemnari ad aliquid faciendū, in reali petitur declarari ius competere ad rem. Signor. *d. consi. 4.*
10 *num. 4.* † Item ex modo proponendi; quia personalis proponitur contra obligatum, realis contra possessorem. Signor. *d. consil. 4.*
11 *num. 5.* † Amplia; quia actio ex empto ad pretium non competit domino rei contra illum, qui emit rem alienam à tertio; quia in particularibus pretium non succedit loco rei, neque dominus rei venditæ potest ratificare id, quod suo nomine gestum non est, sed debet agere ad rem suam rei vendicatione, vel alias. Alex.
12 plene *consi. 49. In causa, per tot. lib. 5.* † Amplia; quia actio personalis non sequitur fundum, neq; singularem successorem. Roman. *consi. 311. In casu propositæ consultationis, in princ. & consi. 388. In casu propositi, num. 8. & consi. 488. Hæc sequestratio, in fin. l. 1. §. si quis. ff. ad Trebell. Nam aduersus. C. si cert. pet. at.* Castrens. *consi. 330. Visis, & consideratis, col. 2. ver. nec etiam transit, lib. 1.* vbi tollit contraria. Roma.
13 *consi. 311. In casu, in princ.* vbi Apostill. 1. † Extende; quia petens rescindi laudum, per quod bona sui debitoris fuerunt adiudicata tertio inter debitorem & tertium possessorem, non auditur, nisi prius declarato eius credito cum debitore, vel eius hærede, & facta excussione bonorum debitoris, gl. *in §. item si quis in fraudem, in ver. possessis,* & ibi Doctor. maxime Ias. *num. 65. in fin. cum sequen. ver.*
* *gloss. ver. possessis.* vbi de communi, & limitat multis modis. *Iustit. de act. l. 1. & l. penult. C. de reuocand. iis, quæ in fraud.* Et si est possessor ex causa onerosa, requiritur dolus, videlicet, quod sciuerit fraudem; si ex causa lucratiua, secus est. Plene Ias. *d. §. Item si quis. nu. 33.*
14 *& sequen. Institut. de actionib.* † Extende; quia actio personalis non sequitur possessorem fundi. *l. fin.* vbi glos. *ff. de contrahen. emptio.* & ideo non datur contra tertium possessorem, qui titulo possidet.
15 † Extende; quia actio personalis non competit contra successorem ex pacto, vel contractu etiam in Ducatu; quia dicitur singularis successor. Ægid. Bellamer. *consi. 39. in princ. p. ver. ad secundum.*
16 † Extende multo magis, quando successor est singularis mediatus, & non habet causam immediatam ab obligato. Ægid. *d. consi.*
17 *39. num. 2. ver. & idem videtur.* † Extende; quia socius omnium bonorum, licet possit agere actione personali contra socium, qui emit nomine proprio, & pecunia communi, vt communicet rem emptam; tamen non poterit agere contra singularem successorem. Alexand. *consi. 152. In causa & lite, num. 6. ver. Fortius dico lib. 7.* vbi apostil. *in ver. Actio.* dat concordan. † Declara, vt per So- 18
cin. *consi. 80. nu. 2. ver. Respectu autem, lib. 3.* † Amplia; quia vendens 19
hæreditatem cum pacto, quod emptor teneatur satisfacere creditoribus, non liberatur hæres, quin teneatur soluere, & creditores non possunt conuenire emptorem ex pacto obligatum. *l. ratio iuris. C. de hæred. vel actio. vendi.* plene Bald. & alij ibi. Cranett.
consi. 12. num. 6. & seq. † Restringe fauore fisci; quia fiscus vendens 20
hæreditatem liberatur, & agunt creditores contra emptorem. *l. 1. C. de hæred. vel action. vend.* † Restringe, quando est in rem scri- 21
ptum pactum, prout pactum de retrouendendo; quia potest exerceri contra singularem successorem, quando sciuit pactum, vel fuit conuentum, quod teneatur successor. Ita Cranet. *d. consi. 12. in fin.* & plenius *consi. 201. num. 4. in fin.* vbi dicit non habere difficultatem, quando adest hypotheca, ex qua fuit actum, & successor se obligauit. Plene Ias. *in §. Item, si quis in fraudem, Institut. de actio. num. 33. & sequen.* vbi loquitur, idem, si possessor sciuit; quia tunc est in fraude, & *num. 33. ver. & iuxta.* quid si sciuit post, non tempore contractus, vbi plena apostilla. † Restringe; quia ma- 22
gis * communis est opinio, quod possit agi contra singularem * successorem, quando actio est personalis, & in rem scripta; quia tunc impeditur dominij translatio: magis * communem dicit * Ias. *consi. 128. lib. 4.* quem citat de magis * communi attestando, * Cranet. *d. consi. 201. num. 3.* Licet etiam allegat Ias. sibi contrarium, & hanc magis * communem dicit etiam Menoch. *consi. 63. nu. 8.* * *& sequen.* † Restringe, quando proponitur actio hypothecaria 23
facta discussione, vel Saluianum sine discussione; quia tunc contra singularem competit actio personalis ratione hypothecæ. ita Cranet. *d. consi. 201. num. 4. in fin. ver. Plane.* allegat Socin. *consi. 80. lib. 3. num. 2. ver. Respecto autem.* † Restringe ex æquitate; quia am- 24
pliatio est de rigore iuris Ciuilis; quia datur actio in factū, quando adest realis obligatio, ita apostil. ad Alexan. *consi. 10. lib. 1. in ver. sed recte,* vbi, quod ita seruatur ex æquitate in Francia. † Restrin- 25
ge, quando extaret statutum, quod potest tollere rigorem iuris Ciuilis. Cranet. *d. consi. 201. num. 8.* † Restringe de iure Canoni- 26
co, quando adest iuramentum; quia tunc acquiritur absenti actio, & obligatio. Abb. plene *in proœm. decret.* incip. *Gregorius. num. 25.* vbi apostil. † Restringe fauore piæ causæ; quia censetur facta 27
promissio Deo, qui vbique est præsens. Abb. *d. proœm. decret. in fi.* † Contrarium tenet Bero. *in cap. in præsentia num. 78. de probat.* & 28
est * communis opinio, nisi adsit persona, quæ acceptet. Doct. * *in l. illud. C. de Sacrosanct. Eccles.* Clar. *in §. donatio. quæst. 12. in fin.* † Li- 29
mita, multis casibus, de quib. Guid. Pap. *decis. 576. Actio personalis, per totam,* maxime *num. 2.* videlicet, pro alimentis, pro anniuersarijs defunctorum, pro decimis, pro oblationibus, pro tributis, confessoria, negatoria, & alijs casibus, quibus contra tertium agi potest. † Limita; quia licet ex contractu pignoris oriatur actio 30
personalis, quæ nō transit in successorem singularem: tamen etiam competit actio in factum, & ad exhibendum, quæ est realis, & rei persequutoria, & transit. Castrens. *consi. 62. Præsupposito, vt dicitur, circa fin. ver. Item non obstat, quod ex laudo, lib. 1.* † Limita; quia a- 31
ctio personalis per extensionem transit ad quemcunq; possessorem, prout est pactum de ingrediendo possessionem debitoris propria authoritate; quia dicitur in rem scriptum, licet sit personale. Signor. *d. consi. 4. per tot.* maxime *nu. 6. & sequen. ver. quinto probatur.* vbi *nu. 7.* dat exemplum in Saluiano, & omnib. interdictis ad exhibendum. Vide, *Pactum ingrediendi quid operetur. Concluſ. 37.*
† Extende, vbicunq; datur actio à lege, vel statuto propter rem, 32
prout causa retractus, licet actio condictionis ex lege sit personalis; tamen dicitur in rem scripta, & propterea transit cum read quemcunque, ita Tiraq. *de retract. lign. æ. §. 8. glos. 5. nu. 6. & sequ.* vbi late. † Limita, quando actio personalis propter impossibilitatē 33
contra alium exerceri non posset; quia tunc impossibilitas operatur, quod poteſt exerceri aliqua in simili. Cranet. *consi. 12. nu. 5.* Vide, *Impossibilitas operatur multa. Concl. 53.* Vide, *Impossibilitas causat ius extraordinarium. Concl. 55.* † Limita; quia actio personalis transit 34
in singularem successorem in multis casibus, videlicet, quando singularis successor sciuit. Item, quādo suscepit litem pro interesse. Item, quando res est obligata generaliter cum iuramento; Cranett. *d. consi. 12. nu. 7. & seq.* † Et istud est per modum fallentiæ, 35
quia regula est in contrarium. Ang. *in l. 1. §. si hæres,* vbi Alex. *in pr.* & Ias. *n. 8. ff. ad Trebell.* Bart. *in l. interdum. in prin. ff. qui potior. in pigno.*
† Declara; quia ista actio personalis, quanndo datur contra tertiū 36
possessorem, datur, quando possidet ex causa lucratiu; secus, si ex causa onerosa. *l. iis solis,* & ibi per gl. *in ver. proficiat,* & Bart. *nu. 2.*

Castrens.

Castrens.*num.2.de condict.indebit.* Alexan.*in l.fin.num.1.& 2.ff.de eo, per quem factum erit*, vbi dicit * communem. Bald. & moderni *in l. plane.§.1.ff.de legat.1.*& ita declarat Couarru. *variar.resolut.lib.2.c.3. nu.10.ver.prima conclusio*, vbi dicit * communem Cagnol.*in l.2.nu. 114.C.de rescind.vend.* Crauet.*consi.7.num.15.* sequitur Menoch.qui alios citat,*consi.63.nu.21.& sequen.*& loquũtur in actione læsionis vltra dimidiam iusti pretij, quæ est personalis, & transit contra singularem successorem ex causa lucratiua. Castrens.*cons.62. Præ-*
37 *supposito in princ.ver. item dico, lib.1.* † Item datur, quando possidet partim ex causa lucratiua, vt per Cagnol. *d.l.2.nu.114.C.de rescind. vend.* vbi, quod si is, qui emit rem infra dimidiam iusti pretij, & alteri vendidit iusto pretio, non competit contra secundum emptorem subsidiaria actio, etiam si primus emptor non sit soluen-
38 do; secus, si emit pro eodẽ pretio infra dimidiam. † Declara; quia ista actio subsidiaria non datur post quadriennium, à die, quo sciuit, ita Crauet.*d.consi.7.nu.5.* Couar.*variar.resolut.lib.2.cap.3.in fine.*
39 † Extende; quia limitatio procedit in vltima voluntate, & fauore vltimæ voluntatis. Castrens.*consi.94. Clarum est, lib.2.* Socin.Iun. *consi.137.nu.5.lib.1.* per text.*in l.plane.§.qui rogatus.ff.de legat.1.* Quia magis fauendum est vltimæ voluntati, propter fauorem publicum. *l.vel negare.ff.quemad.testam.aperian.* & quia differunt in multis dispositiones ex vltima voluntate, & inter viuos. Alciat. *consi.*
40 *676.n.2.cum sequen.ver. sed iis non obst.antib.* † Extende; quia in contractibus datur subsidiaria personalis contra singularẽ, quando sciuit, vel est doli particeps, vel locupletatur.*l.1.C. si vendito pigno.*
41 *agatur.* Neguſ.*de pignor.in 6.part.nu.27.* † Extende; quia quando competit ius reale ad creditum, quod fuit per alium exactum ex causa lucratiua in præiudicium habentis obligationem & hypothecam crediti, siue sit consumptum, siue non, ipsum creditum, semper datur actio subsidiaria personalis contra eum, qui exegit, vt vel exhibeat exactum, vel tantundem, vel datur actio in factum generalis ad prædicta. Ita Castrens.*consi.62. Præsupposito.lib. 1.per totum*, & quod detur actio in factum subsidiaria contra eum, qui detinet ex causa lucratiua rem mei debitoris personaliter obligati. Castrens. *consi.96.Circa ea, quæ.in fine.lib.1.* vbi, quod vbi-
42 cunque adest æquitas, datur hæc actio in factum. † Et quod causa onerosa liberet tertium singularem à personali omnino. Ægi.
43 Bellam.*consi.39.num.2.ver.nec obstat.* † Limita; quia transit ad singularem successorem per modum excipiendi, vel replicandi. Roman.*d.consi.311.in princ.* vbi apostil.allegat Boer.*decis.43. colum. penult.num.17. ver.ad quod respondetur.* Castrens.*consi.62. lib.1.* Crauett. *consi.296.num.7.in fin.* Nam dicit Roman. quod concedens rem suam pro pensione, si vendat tertio, licet concedens non possit agere ad pensionem contra ementem; quia actio est personalis; tamen potest agere rei vendicatione, & si emptor excipit de concessione suo authori facta; tunc replicatur de pensione.
44 † Declara, vt per Castrens.*consi.330.Visis.colum.2.in fin.& colum.3. in princ.ver.nec obstat, lib.1.* quia licet pactum de non petendo personale factum ad fauorem possessoris transeat ad singularem successorem rei excipiendo; quia facilior est exceptio, quam actio, seu obligatio actiue, & passiue, tamen illud procedit, quando pactum personale est contemplatione rei, prout in dubio præsumitur; secus, si contemplatione personæ, & constet; quia
45 non transit ad singularem successorem. † Limita multis modis, de quibus plene Rip.*in l.1.§.si hæres.ff.ad Trebell.* vbi Alexan. & Ias.
46 † Limita; quia actio personalis, & iura personalia possunt cedi, si consuetudo hoc admittit. Castrens.*consi.243. Super primo, per to-*
47 *tum, lib.1.* † Extende, quando res, vel actio personalis, semel effecta est alienabilis, vel constat, quod fuit empta, & concessa medio Iudice; quia tunc potest cedi, & alienari. Castrens.*consi.243. col.final.lib.1.*

Actio vtilis præfertur actioni directæ. Concl.100.

1 ACTIO † vtilis præfertur directæ in concursu.*l.in causæ.§.fin. ff.de procurat.* Oldrad. *consi.224.num.17.ver.sed const.at.* Fulgos. *consi.186. Pro determinatione, num.1.* vbi, quod directæ remanent inutiles in concursu cum vtilibus. Castrens.*consi.382.Primo videndum, in fin.lib.1.* Alexand.*cons.96. Sentio dictum soluentem, num.3.ver.*
2 *nec prædictis obst.at, lib.7.* † Contrarium per plura tenet Signorol. *consi.217.Factum sic se habet, num.12.& sequen.ver. puto tamen*, vbi di-
* cit * communem, & adducit multa iura, quæ probant ius directum, & dominium esse potentius vtili, & actionem directam prævalere vtili; quia directum venit ex mente, & verbis; vtile ve-
3 ro ex mente sola. † Declara; quia quando ab eadem persona, & authore proueniunt, sunt paris potentiæ, & melior est conditio
4 primitus occupantis. Signor.*d.consi.217.num.16.* † Declarat Alex.

cons.96.Sentio dictum soluentem, ver.nec prædictis obst.at, li.7. quia præfertur habens vtilem actionem, si concurrat cum habente directam, antequam habens directam exegerit; quia si exegit, antequam habens vtilem denunciauerit, debitor liberatur. † Decla- 5
ra; quia vtilis & directa actio se habent per modum contrariorum, & præfertur, seu præualet vtilis, quando est causata ex vtili dominio. Signor.*d.consi.217.n.17.* † Si vero se habetur vt diuersa; 6
tunc vtilis præfertur inutili, directa indirectæ. Signor.*d.cons.217. nu.17.* † Quando vero se habent per modum vniformium, vtilis 7
præfertur, si competat ei, cui principaliter negocium vtile competit: directa quoq; præualet, si cõpetit ei, cui negocium directũ principaliter competit. Ita Signor.*d.consi.217.num.17.* † Declara; 8
quia speciale est in vltima voluntate, quod habens vtilem actionem præfertur habenti directam; quia testator legando videtur velle, quod debitor soluendo legatario liberetur. Alex. *consi.96.*
num.4.ver.item respondeo, lib.7. † Declara; quia antequam fit facta 9
intimatio debitori ab eo, qui habet vtiles actiones, solutio facta habenti directas liberat soluentem: post notificationem vero si soluit, non liberatur, & sic vtilis firmat exercitium directarum, facta notificatione. Castrens.*cons.382. Primo videndum, in fin.lib.1.* 10
† Extende, vt procedat, quando cessionarius, vel emptor habens actiones vtiles præfertur, si ipse concurrat cum cedente habente directas, sed istud idem etiam procedit in hæredibus, & inter hæredes cedentis, & cessionarij. Fulgos.*consi.186.in prin.* † Exten- 11
de, vt idem sit in prosequutione pignoris; quia potior est causa creditoris, quam domini. Fulgos.*consi.186.col.3.ver.sicut in pignore*, quod extendit, *num.2.* etiam ad hæredes creditoris, & domini.
† Amplia adeo hoc esse verum, vt debitor soluens, vel transi- 12
gens cum creditore habente solum directam actionem, non liberetur, quando fuit cessio, vel venditio crediti notificata. Fulgos.*d.consi.186.in princ.* Vide, *Cedens iura quando possit exigere à debitore, vel non. Concl.*185. † Extende; quia vtilem habens actionem 13
semper præfertur cessionario posteriori habenti directam, etiã si habens directam præuenerit citando, & obtinẽdo executionem; quia potest impedire per habẽtem vtiles ante solutionem. Alex.*cons.17.lib.1.* & plenius *cons.15.lib.6.per tot.* vbi attestatur * de
* communi. † Extende; quia vbicunq; concurrunt habentes vti- 14
lem, & directam contra tertium possessorem, semper præfertur habens vtilem, quando cessio est ad commodum cessionarij; secus si ad commodum cedentis. Crauet. *consi.227. Iasredus, num.2.*
† Amplia; quia si emphyteuta agat pro damno dato in emphy- 15
teusi, non potest dominus liberare damnum dantem, quasi sit dominus directus; quia etiam si ipse damnum dedisset, teneretur vtili domino. Castr.*cons.471. Ad primum, circa si.lib.1.* † Limita, quia 16
habens directum dominium, & directam actionem, præfertur habenti vtile dominium, & vtile actionẽ, quando præoccupauit. ita Signor.*d.consi.217.nu.16.* † Declara, vt procedat, quando se ha- 17
bent, vt diuersa, non autem cõtraria; quia habens directam præfertur ad effectum directæ, prout è contra habens vtilem præfertur ad effectum vtilis. Signor.*d.consi.217.nu.17.* † Limita; quia 18
habens directum dominium, & directam actionem potest liberando eum, contra quem est cessa vtilis tertio, extinguere vtilem cessam, secundum * communem, de qua Signor. *cons.217.nu.18.* *
& seq.ver.venio ad tertium, maxime *nu.21.* † Restringe, quando ce- 19
dens vtilem tertio obligasset iura cessa, & hypothecasset bona, pro quib. fecit cessionem; quia tunc non tolleret obligationem, neq; hypothecam. Signor.*d.consi.217.n.21.ver.nec obstat*; vbi, quod hypotheca dicitur separata à contractu, & non respicit contractum, sed obseruantiam contractus. Vide, *Dominium directum, & vtile, in quibus consistat, in quo differant, vel æquiparentur. Concl.*601.

Actio directa, & actio contraria, quæ dicatur. Conclusio 101.

ACTIO † directa dicitur illa, quæ oritur ex contractibus, ex 1
quibus variatur nomen contractus, & variatur nomen cõtrahentium; quia actio, quæ competit ambobus, semper dicitur directa: exemplum; quia contractus venditionis variatur quoad partes; quia respectu venditoris dicitur venditio, respectu emptoris dicitur emptio; idcirco siue agat venditor, siue emptor, dicitur agere directe vterque; quia eis cõfertur hæc actio; secus, si non variatur contractus, neque nomen contrahentium; quia tunc non cõpetit directa, sed contraria actio, quæ est vtilis ex æquitate; datur exemplum in mandato; quia mandans solus habet directam, mandatarius contrariam, quæ est vtilis; quia nomina non variantur, sed vnum deriuatur ab alio; & idem est in deposito, & similibus: ita pulchre Alex. *consi.214. Quando dolus, nu.2.ver.*

excellentissime Doctor. vsque in fin. lib. 7. vbi tollit contrarium, quod errando in hac materia motiuabat Iudex, & reprehendit etiam
* Roman. contrarium sentientem *sing. 406.* & hanc esse * com-
2 munem Alex. fatetur ibi apostilla. † Contrarium respondet Iudex replicans solutioni Alexandri, quod imo detur contraria, etiam vbi variatur contractus, prout in negociorum gestore, & in tutela; quia datur actio directa primo, & vtilis, vel contraria secundo: allegat totum tit. *de contra. iud. tut. ff.* ita ille Iudex *d. consil.*
3 *Alex. an. 2. † nu. 4. in 1. & sequ. ver. quamuis responsiones, lib. 7.* † Declara; quia contrarium inepte deducitur; quia per exempla illa non variantur nomina contrahentium, & sic non tollitur, imo confirmatur responsio Alex. ideo Alex. non curauit dare aliud respõsum, vt per apostil. ad Alex. *d. consi. 214. nu. 4. in ver. quamuis, lib. 7.*

Actio vtilis competit sine cessione. Concl 102.

1 HÆRES † cum beneficio sicuti potest soluere primo venienti totum creditum, etiam posteriori, dummodo sine dolo soluat, & liberatur; ita primus creditor agit contra eum, qui fuit facta solutio, actione vtili sine alia cessione. Castrens. *consi. 212. Su-*
2 *pradicta omnia, in fin. lib. 1.* † Amplia; quia, quoad vtilem actionem Notarius acquirit absenti sine cessione. Roland. à Vall. *consi. 19.*
* 3 *nu. 17. lib. 1.* vbi dicit * communem. † Extende multis casibus, de quibus *in ver. Cessio iurium debet fieri. Concluf. 211.* Et plenius *in ver.*
4 *Acquirere alteri quando, & per quos quis possit. Concl. 440.* † Amplia; q̃lia vsufructuarius omnium bonorum, in quem transeunt iura, & actiones, post quam præstitit cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri & de restituendo, sine cessione, potest illa exercere, etiam in concursu cum directis, & præualet, Alex. *conf.*
5 *96. Sentio, lib. 7.* † Extende; quia sicuti quando legatur totum nomen debitoris, transit pleno iure vtilis actio sine cessione; ita etiam si legatur nomen debitoris non pleno iure, sed quoad vsumfructum, debet transire vtilis actio sine cessione ad effectum cõsequendi vsumfructum, quia paria sunt, legare ius debitoris, vel
6 cedere ita pulchre Alex. *d. conf. 96. nu. 2. lib. 7.* † Limita; quia regula est, quod in actione personali quam quis recipit nomine alterius, non acquiritur illi, cuius nomine recipitur, sine cessione. *l. possessio quoque, §. si possessio. ff. de acqu. poss.* Castrens. *conf. 171. In*
7 *præsenti casu, col. 2. ver. primum est, lib. 2.* † Extende; quia neq; procurator acquirit domino absenti sine cessione obligationẽ personalem; secus si acquireret domino præsenti. *l. si procuratori præ-*
8 *sentis. ff. de verb. oblig.* Alex. *conf. 179. Visis, & lectis, n. 3. ver. probatur etiam, lib. 7.* † Extende; quia etiam si Notarius acquireret absenti in iis, quæ non spectant ad officium suum; tamen non acquirit sine cessione; secus in iis, quæ spectant ad officium Notarij. Angel.
9 *conf. 73. In statuto Florentino, & fin.* † Restringit tamen duobus casibus, scilicet, quando extat statutum, vel lex. Item; quãdo is, qui tenetur cedere, non reperitur. Castr. *d. conf. 171. col. 2. ver. primum*
10 *est, lib. 2.* † Restringe ad effectum liberationis; quia si tu stipulatus es, nomine meo tibi solui decem, possum ego liberare debitorẽ sine cessione tua; quia si sumus in iis, in quib. potuisti mihi acquirere sine cessione, res est clara; si sumus in iis, in quibus non potuisti acquirere sine cessione, ex cessione mea oritur exceptio doli ad fauorẽ debitoris liberati; & quia possum ego agere contra eum, qui nomine meo fuit stipulatus, vt eum liberet. Bar. *conf.*
11 *192. Stipulatus est, lib. 1.* † Restringe, quando interuenit iuramentum; quia operatur, vt in absentẽ, pro quo stipulatur, transeat actio vtilis sine cessione; & est ratio; quia iuramentum respicit Deum, qui supplet præsentiam absentis; & quia operatur idem, quod iudicium, Alex. *d. conf. 207. Domine Alex. n. 2. lib. 7.* vbi apost.
12 *in ver. fallit.* dat concgr. & repetit *conf. 208. in prin. eod. lib. 7.* † Restringe, nisi cessio fiat in iudicio; quia vtilis acquiritur absenti si-
13 ne cessione. Alex. *d. conf. 207. nu. 3. in fi. lib. 7.* † Et procedit restrictio, etiam si stipulatus protulit verba in ipsius personam, prout si stipulatus sit dotem Dominæ Saræ; quia non attenditur, in quẽ verba concipiantur, sed sufficit, quod interfit absentis, vt vtilis actio acquiratur illi sine cessione, stante iuramento. Alex. *d. consi.*
14 *207. n. 2. & seq. lib. 7.* † Limita; quia si ego obligo me Titio de soluendo pro Seio absente centum, actio directa acquiritur Titio, cui debeo soluere; vtilis vero Seio, pro quo debeo soluere, & hęc actio vtilis non competit Seio sine cessione. Alex. *conf. 207. Do-*
15 *mine Alex. n. 2. lib. 7.* † Restringe in legato, vel statuto; quia si lego dotem pro filia marito eius, potest agere etiam filia sine cessione, & maritus; sic etiam in dispositione statuti, siue dirigat verba in vnum, siue alterum. Alex. *d. conf. 207. num. 2. & seq. lib. 7.* & plenius
☞ repetit *conf. 208. in prin.* Vide, *Absenti non acquiritur, &c. Conclu. 38. num. 130.* Vide, *Legatarius incorporalium quando habeat vtilem actionem sine cessione, vel non. Concl. 149.*

Actiones reales quæ esse dicantur. Concl. 103.

ACTIO † realis dicitur, quæ oritur ex iure causato in re, non 1
autem, quæ oritur ex obligatione. Signorol. Homod. *conf. 4. Statuto Ciuitatis, num. 2. & seq.* vbi ponit differentiam inter realem & personalem. † Et natura obligationis realis est, quod is, qui 2
habet rem obligatam, quæ est penes plures possessores etiã pro indiuiso, nullam dicitur habere obligationem contra possidentes, licet possit eos conuenire hypothecaria, tanquam possidentes; quia hypothecaria est actio realis, quæ non præsupponit obligationem competere contra possidentes: ita plene Alex. *consil. 98. Super eo, de quo lib. 7. num. 2. ver. sed quando plures.* vbi, quod non possunt etiam cõueniri in solidum, licet habeat quilibet eorum partem in parte, & qualibet gleba, sed pro rata eorum; quia quilibet habet partem iuris intellectu, licet oculo corporali non videatur. † Amplia; quia actio hypothecaria est realis. Bald. *consil.* 3
465. Statuto Ciuitatis, nu. 3. ver. quia in hypothecaria, lib. 1. Vide *in ver.* ☞
Hypotheca est realis. Concl. 111. Vide, *Actio mixta hypothecaria. Concluf.*
105. † Declara; quia licet actio intentata, & directa ad rem hypothecatam ex prima intentione, sit realis; quia tamen finalis intẽ- 4
tio est consequendi creditum, pro quo res est hypothecata, dicitur personalis, & ea, quæ de personali loquuntur, habent locum in ista. Castr. *conf. 10. Si vera sunt, nu. 7. lib. 1.* † Amplia; quia petitio 5
hæreditatis dicitur actio realis, & licet quoad effectum, maxime respectu fructuum sit mixta; quia personalem continet: tamen statutum Mediolani, quod sententia lata in reali exequatur contra quoscunq; etiam tertios possessores, habet locũ etiam in sententia super petitione hæreditatis lata. Signor. *conf. 48. Quæritur, si petij, per tot.* vbi in fin. quod ita de facto obtinuit. † Amplia; quia 6
si is, qui alieno nomine possidet, reali actione conueniatur, & condemnetur, talis sententia nõ nocet domino, si ignorauit, adeo, quod neq; exequutio sententiæ facta nocebit domino. Bart. *in l. 2. C. vbi in rem actio. n. 10.* † Declara; quia si possessor nominat 7
dominum, debet absolui ab illo iudicio, & proceditur contra dominum dato nouo libello, & non tenetur nominans probare, quod nomine alieno possideat. vide plene Bart. *in d. l. 2.* vbi de hac materia plura cumulat, & quod Iudex debet notificare nominationẽ domini factam in iudicio. † Amplia; qua vbicunq; ius rea- 8
le competit ex laudo, vel contractu, aut sententia, licet agi non possit actione ex laudo, sententia, vel contractu contra tertium; quia est personalis actio; tamen agitur ex iure reali descendente ex contractu, vel sententia; quia reale transit contra omnem possessorem. Castr. *conf. 62. Præsupposito, circa fi. lib. 1. & per tot.* † Exten- 9
de; quia personalis actio vtilis oritur etiam aduersus eum, qui possidet rem obligatam, vel nomen debitoris obligatum. Alex. *conf. 17. Requisitus in causa, n. 4. lib. 1.* Vide, *Actio personalis contra quos* ☞
non competat. supra Concl. 99. † Extende; quia actio in rẽ datur con- 10
tra possessorem rei, & non fit mutatio iudicii ex defensore veniẽte ad rei defensionem. Bar. *in q. 2. Pisanæ Ciuitatis. in prin.* quod declarat ibi in solutione, nisi sit venditor, qui ex necessitate venit ad defensionem pro suo interesse; quia potest petere fieri compromissum, tanquam coniunctus, licet emptor non posset; quia non mutatur iudicium, & idem repetit *conf. 29. Consilium. lib. 2.* † Extẽ- 11
de; quia actio realis tractari debet in loco, & territorio, in quo res sita est. in quo sit iurisdictio. *l. fin. C. vbi in rem actio. c. fi. de for. compet.* quod procedit, quando constat, quod est de territorio, alias nõ, vt per Alex. *conf. 1. Ponderatis, in prin. ver. secundo iuncto. n. 15. ver. non obstat, quod ratione loci. lib. 5.* & plene ibi *n. 3. ver. non potest etiam dici.* † Extende; quia si est dubium de territorio, Iudex cognoscit, an 12
sua sit iurisdictio. *l. si quis ex aliena. ff. de iudic. c. Romana. §. contrahentes, de for. compet. in 6.* Vide, *Iudex cognoscit, an sua sit iurisdictio. Concl.* ☞
414. † Amplia; quia ius incorporale rei annexum dicitur realis ac- 13
tio, cuius vigore competit confessoria vtilis, vel directa contra occupantem, & hæc datur etiam domino feudi contra eum, qui male fuit inuestitus, Castr. *conf. 336. Laudatio, in fin. lib. 1.* † Amplia; 14
quia realis actio transit in emptorem, & singularem successorem sine cessione. Cruet. *consi. 298. num. 10.*

Actio realis contra dominum nominatum quando dirigenda, vel non. Concl. 104.

SI quis † agat reali, vel personali in rem scripta cõtra colonum, 1
vel aliũ, qui nomine domini possideat, & ipse nominat dominium in iudicio, ad effectum, vt veniat ad causam; si ante litẽ contestatam, auditur, & veniente domino liberatur ab illa causa. *l. 2. C. vbi in rem actio.* Castr. *conf. 471. Ad primum, in prin. lib. 1.* Alex. *consil.*
136. Viso processu, in fi. n. 7. ver. illud autem certum, li. 7. † Sic etiã is, qui 2
conuentus reali, vel mixta petitione hæreditatis, vel alia actione, &

ne, & libello respondens dixit, se possidere iure familiaritatis, vel nomine talis, non potest vlterius cõueniri, & debet absolui, si contra eum actor processit, qui debet in expensis condemnari.
3 Alex. *d. consi.* 136. *in fin. lib.* 7. † Restringe, quando actio est personalis, vel quando is, qui conuenitur, sentit vtilitatem, & cõmodum ex actu, vel damno dato; quia licet nominet dominum, etiam Episcopum, & veniat ad causam, non liberatur, *authen. qua in prouincia*, vbi Bart. *nu.* 8. *C. vbi de crimine agi opor.* Castrens. *consi.* 471.
4 *per tot. lib.* 1. † Restringe; quia dolosa nominatio non liberat nominantem: ideo is, qui simulate donauit, vel vendidit, & constituit se nomine donatarij, vel emptoris possidere, si cõuentus nominet donatarium, vel emptorem, non liberatur; quia dolose fa-
* cit Roman. *consi.* 246. *Clarissime. per tot.* maxime *nu.* 3. *& seq.* vbi di-
exception. & duplicatur per Bisignet. *decis.*2. *eod. tit.* & clarius *in de-*
*cis.*70. *in antiq.* alias 6. *de re iudic.* Geminian. *cons.*58. *Pro clariori, in*
*princ. & cons.*91. *Præmitto, in princ.* & latius *cons.*92. *in princ.* vbi dicit communem * opinionem. Ancharan. *consil.*233. *in princip.* Rot. *in* *
*nou. de re iudic. decis.*1. alias 15. *in fin. & decis.*4. *eodem titul. in nou.* alias
160. † Declara, vt per Roman. *cons.*347. *in prin.* & maxime *num.*5. 30
vbi, quod debeat absolui reus, & possessor, actore non probante, etiam si constet de non iure rei, sed non debet dari canonizatoria sententia, sed duntaxat absolutoria. Ratio est, ne detur vitiosus ingressus non habenti titulum. Rota *in nou. decis.*160. quæ
31 est 4. *de re iudicat.* † Extende ampliationem, vt procedat per non ius actoris reum absolui, siue non ius actoris proueniat ex inhabilitate personæ actoris, siue ex alia causa. Geminian. *consil.*91. *in*
32 *princ.* † Extende, etiam si agatur de fructibus beneficii debitis ex residentia; quia si actor non residet, non auditur contra Prælatum, qui non consignat fructus non residenti. Ancharan. *d. cons.*
33 233. *in princip.* † Restringe, nisi actor impetrasset gratiam, *si neu-*
tri; quia tunc obtinere debet, si constat de non iure rei, & actoris.
34 Roman. *cons.*379. *Circa primum, num.*5. *ver. si vero consideras.* † Amplia, vt procedat in petitorio, quod actore non probante reus absoluitur, videlicet, quando actor nihil probauit, & iste est casus indubitatus. Bald. *consil.*481. *Vertente quæstione, in princip. lib.*1.
35 † Extende, vt procedat, etiam si vterque pariter probauit in petitorio; quia saltem reus habet præsumptionem possessionis

pro se.

pro se. Bald. *d. cons.* 481. *in princ. vers. aut vtraque pars, lib.* 1. † Extende in possessorio, seu possessorio, & petitorio simul. Castr. *consil.* 81.
per tot. lib. 1. † Amplia in possessorio, vel quasi; quia actore nihil probante, reus absoluitur. Bald. *d. cons.* 481. *in princ. lib.* 1. Castrens.
cons. 81. *in prim. lib.* 2. †Extende in Saluiano interdicto, & hypothecaria; quia si non sunt probata incumbentia, danda est absolutoria reo. †Extende, vt procedat, etiam si vtraque pars de possessione, vel quasi, æqualiter probet; quia si probationes sunt aduersatiuæ; puta, quia vterque probat, quod solus possedit, etiam reus absoluitur. Bald. *d. cons.* 481. *in pr. ver. aut loquimur in possessorio, lib.* 1.
† Extende magis, quãdo probatio actoris est dubia, vt quia probat possedisse, sed non solũ, & constat de possessione possessoris; quia
absolui debet. Castr. *d. cons.* 81. *col.* 2. *in prin. lib.* 2. †Restringe extensionem, vt non procedat in pari probatione, quando actor haberet possessionem suam adiuuatam iuris adminiculo; quæ tunc si possessio rei nõ est adminiculata, pro actore est ferenda sententia, vel pro reo, prout alter habet vltra æqualitatẽ probationis, præsumptionem iuris. Bald. *d. cons.* 481. *in princ. nu.* 1. *in fi. & n.* 2. *in princ.*
ver. nõ possessio, lib. 1. † Restringe, quando vterq; æqualiter probauit super rebus corporalibus, & probatio non est aduersatiua, sed compatibilis; vt quia ambo possederunt; quia Iudex potest ferre sententiam pro quolibet pro parte, dicendo, quod vterq; possidet pro indiuiso. Bald. *d. cons.* 481. *n.* 2. *ver. si vero probationes, lib.* 1. †Restringe, quando vterq; æqualiter probauit super rebus incorporalibus, & probatio non est aduersatiua; puta, in iurisdictione, vel seruitute, quæ possunt competere pluribus in solidũ; & tunc Iudex nõ debet pronuntiare pro quolibet, pro parte, sed pro quolibet promiscue, dicendo, vti promiscue possidetis, ita promiscue
possideatis. Bald. *d. cõs.* 481. *n.* 2. *ver. aut in reb. incorporalib. lib.* 1. †Restringe, quando actor melius probasset, q̃ reus, puta, quia testes si essent de Vniuersitate pro Vniuersitate, testes actoris essent omnino integri. Bald. *d. cons.* 481. *n.* 2. & 3. *ver. nam si probaret melius,*
lib. 1. †Restringe, seu declara; quia vbi probationes sunt æquales, Iudex potest iudicare secundum conscientiam, tam in possessorio, quam in petitorio, prout ipse coram Deo viderit magis posse inclinare. Bald. *d. cons.* 481. *n.* 2. *ver. alij dicunt, lib.* 1. & infr. *n.* 52. *& seq.*
☞ Vide, *Iudex iudicare debet secundum acta & probata. Contl.* 398. † Amplia, vt procedat etiam in iudicio turbationis, & manutentionis; quia actore non probante, reus, qui dicitur turbasse, absolui debet. Bald. *cons.* 37. *Quidam Nerius, in princ. lib.* 5. † Amplia etiam in spolio; quia actore non probãte suam primæuam possessionem,
reus absoluitur. Angel. *cons.* 367. *In quæstione vertente, in prin.* † Amplia in actione negatoria; quia si agens non probat se dominum eo modo, quo dominium probatur, reus debet absolui. Castren.
cons. 4. *in princ. lib.* 1. † Amplia in iudicio *l. diffamari. C. de ingen.* vel *l. si contendat. ff. de fideiuss.* quia si actor non probauit incumbentia,
reus absoluitur. † Amplia, vt procedat tam respectu rei petitæ, quam etiam ratione interesse. Rom. *cons.* 192. *Sicut, n fin.* sequitur
Caputaquen. *decis.* 2. *in prima parte impressarum.* † Amplia in emptione & venditione. Alex. *cons.* 18. *Viso processu, in prin. lib.* 1. † Amplia in pari probatione; quia in conflictu præferuntur testes, & probatio rei. Bald. *in d. l. qui accusare, in fin. C. de eden.* Extende etiam; quia etiam si actor aliquid probauit; quia probatio dubia non releuat, & reus absoluitur. Rom. *cons.* 167. *n.* 3. Vide, *Probatio dubia,*
quando & qualiter dicatur, & non releuet. Concl. 766. † Amplia; quia sufficit reo, vel quod perimat intentionem actoris, vel quod illam dubiam reddat; quia sufficit sibi, quod Iudex titubet. Bald.
cons. 79. *Dauanti da voi. n.* 7. *ver. sciendum est autem. lib.* 2. Alex. *cons.* 16.
In causa, & lite, n. 23. *in fin. lib.* 5. vbi, quod reo est fauendum, & sufficit pro absolutoria, quod p suas probationes obfuscauerit probationes actoris. † Amplia in fideiussore reo; quia absoluitur actore non probante. Io. de Imol. *cons.* 139. *in fi.* † Amplia; quia regula procedit tam in prima, q̃ in secunda instantia; quia si actor non probauit in prima instantia, debet probare in secunda, & vlteriori, alias reus absoluitur. Ange. Aret. *cons.* 88. *In causa. per tot. &*
iterum *cons.* 133. *In thesate, n.* 5. *& seq. ver. igitur sicut.* † Amplia etiam in causa appellationis. Guido Pap. *decis.* 20. *& decis. Tholos.* 341. vbi Aufrer. *in addit.* Neuiz. *cons.* 93. *n.* 16. Aret. *in l.* 1. *ff. si tut. vel cur. appell.*
* vbi de * communi, & dicit ita pluries practicasse, & iudicasse. Franc. Marc. *decis.* 470. *circa fin. lib.* 1. Alciat. *de præsumpt.* 3. *regul. præsumpt.* 9. *n.* 1. † Contrarium Crauett. *cons.* 273. Vant. *de nullit. titul. à*
quo. & à quibus, n. 21. † Amplia; quia ista est obligatio Iudicis, iuris & de iure, vt actore non probante, reus absolui debeat; & ideo Iudex ex officio suo supplere debeat. Bald. *cons.* 128. *in prin. n.* 2.
ver. imo Iudex. lib. 5. † Amplia; quia actore non probante, in tantum reus absolui debeat, vt non debeat Iudex reseruare actori iura melius probandi. Bart. *in l. admonendi. col.* 3. *in* 1. *q.* vbi Ias. *n.* 76.
& seq. ff. de iureiur. Bald. *cons.* 153. *Nouum dubium, vol.* 1. Castr. *cons.* 219.
col. fin. vol. 2. † Amplia in materia feudali; quia agens ad feudum, 60
tanquam antiquum, & paternum, si non probat qualitatem assertam, reus absolui debet. Sign. Homod. *cons.* 10. *In quæstione vertente, n.* 5. † Extende; quia natus ex fœmina excluſa semel, si pos- 61
sidet feudum, defenditur aduersus alias fœminas semel excluſas, per non ius earum; quia possidet. Fulg. *cons.* 12. *Ad id, de quo.* † Ex- 62
tende; quia si agens vti feudatarius rei vendicatione ratione vtilis dominii ab Ecclesia Romana, probet de directo dominio à Communitate Perusii, debet succumbere; quia non probat, sed etiam probat feloniam, vt repellatur; quia dominium directum recognouit ab alio, quam à domino primo. Castrens. *cons.* 469.
Viso, & examinato, per tot. lib. 2. † Amplia in criminali iudicio. Dy- 63
nus *cons.* 48. *In quæstionibus, n.* 2. *ver. super secundo, & nu.* 3. Ioseph. de Ludouic. *decis. Perus.* 14. *in princ.* vbi late Alex. *cons.* 66. *col.* 2. *ver. verum, quia, lib.* 1. & est * communis opinio. Ias. *in l. non est nouum. n.* 5. *
C. de edend. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 62. *in princ.* vbi de * communi. Rom. *
cons. 167. *n.* 3. Alex. *cons.* 1. *Viso processu, in prin. lib.* 3. *& cons.* 89. *Viso themate, n.* 4. *& ver. sed præmissis. lib.* 3. vbi magis procedit in criminalibus, in quib. probatio clarior requiritur. Vide aliquid per Mascard. *Concl.* 29. *Reum absolui, actore nõ probante,* vbi loquitur in turbatiua. † Extende etiam in criminalibus ciuiliter motis, apostill. 64
magna ad Matthesil. *sing.* 17. *n.* 4. *ver. quod etiam verum est.* † Exten- 65
de in causa adulterii. Rom. *cons.* 167. *Antonius, n.* 3. *ver. secundo principaliter.* † Extende in causa raptus. Alex. *cons.* 1. *lib.* 3. *in princ.* † Ex- 66
tende, siue in criminali causa procedatur per denuntiationem, si- 67
ue per accusationem, siue per inquisitionem. Alex. *d. cons. in princ. lib.* 3. Vide Mascard. *Concl.* 28. vbi, quod si plura deducit crimina contra testes, debet omnia probare. Vide, *Accusatus quando non* ☞
possit condemnari, etiam probato delicto. Concl. 172. † Amplia in causa 68
mixta accusationis, prout loquitur Alex. *d. cons.* 66. *col.* 2. *ver. verum*
quia. lib. 1. † Amplia in materia emphyteusis, siue agat emphyteu- 69
ta, siue habens directum dominium. Castr. *cons.* 369. *Viso, & examinato, in prin. lib.* 2. † Amplia; quia actor debet probare contenta 70
in suo libello; ideo si intentauit venditionem certæ quantitatis vini pro certo pretio, debet ista probare, & si testes nesciũt quantitatem vini, & pretium, nõ dicitur probasse; ideo reus debet absolui. Bald. *cons.* 406. *lib.* 4. *per tot.* † Extende in tantum, vt si intentauit vnam actionem, & non probat in ea, sed in alia, reus possessor absolui debet. Castr. *cons.* 81. *per tot. lib.* 2. † Amplia in tantum 72
hoc esse verum, quod actore non probante, reus absolui debeat, vt procedat, etiam si extet statutum, quod reus non soluens Prætori decimam eius, quod contra eum petitur, non possit audiri; quia debet absolui, actore non probante, vel saltem Iudex debet pronuntiare, se nõ posse condemnare reum; quia actor non probauit, & non posset ipsum reum absoluere; quia non soluit decimam. Bald. *cõs.* 128. *Statuto cauetur, per tot.* maxime *n.* 4. *ver. ad horum*
intelligentiam, lib. 5. † Extende, vt procedat hæc regula, etiam stante statuto, quod reo ius non reddatur propter aliquam causam; 73
quia adhuc actore non probante debet absolui, notandum dicit Cacher. *decis. Pedem.* 144. *n.* 55. † Amplia etiam, si ex forma statuti 74
denegaretur reo defensio; adhuc tamen, si actor non probat intentionem suam, reus absolui debet. Bald. *in rubr. C. mand.* Veron.
cautel. 314. quia tunc non auditur ipse, sed Iudex, cuius interest suum officium exequi, *l.* 1. *ff. de off. assess.* Ant. de Butr. *in c. cum dilectus,*
extr. de consuet. Imol. *in clem.* 1. *de iure patron.* Bart. *in l. fin. ff. de pet. hære.*
† Amplia in eo, qui agit tanquam heres; quia si non probat se he- 75
redem, reus absoluitur. Fulg. *cons.* 165. *In quæstione proposita, in prin.*
ver. circa causam iniquitatis. † Extende in casu contrario, quando a- 76
ctor agit cõtra filium, tanquam hæredem patris; quia debet probare eum hæredẽ. Bald. *in l. nec intentio. C. de transact.* Alex. *cons.* 34.
col. 2. *ver. nec obstat, lib.* 3. *& cons.* 72. *n.* 3. *lib.* 5. Natt. *cons.* 140. *n.* 3. vbi, quod actor contra filium vti hæredem patris nõ obtinet, nisi doceat eum, etiam talem. Vide, *Legitimatio personarum debet fieri in o-* ☞
mni iudicio. Concl. 244. † Extende, vt procedat, etiam si probatio 77
per testes fuerit facta in alia causa inter alias personas; quia non releuat in diuersa. Fulgos. *d. cons.* 165. *in prin.* vbi late. † Extende, et- 78
iam si agatur de successione inter proximiores; quia actore non probante reus absoluitur. Castr. *cons.* 98. *Visis, in princ. lib.* 1. † Ex- 79
tende in eo, q̃ agit, vt filius, vel ut hæres; quia si non probat, reus absoluitur. Castr. *cons.* 4. *in princ. lib.* 2. † Amplia, vt procedat in re- 80
uocatione sequestri, etiam reuocabilis, & in casu prohibito facti; quia si non constat de interesse petentis, vel de iure suo, reus, qui obtinuit sequestrũ, etiam in casu prohibito, debet absolui. Fulg.
cons. 169. *Factum sic se habet. nu.* 2. † Extende, etiam si is, qui impu- 81
gnat sequestrum, velit sustinere partes rei; quia reus non efficitur ex eo, quod ipse velit esse reus, sed ex eo, quod vel possidet,

vel in

82 vel in iudicium vocatur. Fulgos. *d. conf. 169. n. 2.* † Amplia; quia debet actor etiam apte agere, non inepte, alias reus absoluitur: & dicitur inepte agere, si non deponit pretiū, ad quod tenetur, vt actionem cōsequatur; quia nō sufficit verbalis oblatio. Anchar. *d.*
83 *conf. 331. in p in.* † Idē est, si non exprimat in causa adulteratæ mu-
84 lieris, quod esset maritata. Rom. *cōs. 167. in prin.* † Amplia in causa
85 matrimoniali, vt per Castill. *conf. 38. n. 8.* † Extēde, vt procedat tam in actore in prima instantia, quam in appellāte in secunda instantia. Ang. Aret. *conf. 133. In themate, n. 5. & seq. vers. igitur sicut duplica-*
86 *tur.* † Et ista absolutoria, quæ datur actore non probante, debet esse sententia diffinitiua, quæ finiat negotium principale. Alex.
87 *conf. 80. Viso, pcessu. in prin. ver. iis sic propositis, lib. 4.* † Amplia, vt procedat, ēt si actor fundaret se in negatiua; quia adhuc si nō probat negatiuam, super qua se fundat, reus absoluitur. Corne. *conf. 2. Pro*
88 *decisione, col. pen. lib. 2.* † Amplia, vt procedat, etiam si actor in termino probatorio fuerit impeditus legitime; quia nisi petat dilationem nouā per restitutionem in integrum, & si Iudex denegaret, nisi appellet, reus potest absolui. apostill. magna ad Mathesil.
89 *sing. 17. n. 9.* † Amplia in casu conuerso, quod dicitur de actore nō probante, vt reus absoluatur, idem esse in reo excipiente; quia si nō probat suam exceptionem, in qua fundat se, & efficitur actor, altera pars, quæ dicitur in hoc rea, debeat absolui. Corne. *conf. 80. col. 1. lib. 3.* Crauet. *conf. 48. n. 4.* plene Ang. Aret. *conf. 155. In causa do-*
90 *mini. n. 8. & seq. ver. ex quo sequitur.* † Et quia sicuti actor debet probare suam intētionem & actionem: ita reus debet probare suam exceptionem. Crauet. *conf. 226. n. 8.* Ang. Aret. *d. conf. 115. n. 8. & seq.*
91 † Extende; quia in dubio nulla exceptio præsumitur vera. Franc.
92 *in c. interposita. col. 2. extr. de appell.* † Imo reus non probans suam ex-
93 ceptionem, præsumitur calumniari. Corn. *conf. 80. col. 1. lib. 3.* † Et quod in casu conuerso, quando actor plene probauit, & exceptio rei remanet dubia; quia est non plene probata, fertur sententia pro actore. *c. post electionem, & c. cum super, de conces. præb.* Alex. aliegat plura ad hoc *conf. 134. In causa & lite, in prin. lib. 2.* & plenius *conf.*
94 *181. In causa. & lite, in prim. ver. item fundata erat. lib. 6.* † Declarat Alex. *conf. 134. In causa. & lite, in prin. ver. ista procedere. lib. 2.* vt ampliatio procedat, quando probationes actoris & rei sunt contrariæ de directo, veluti si actor probat, reo mutuasse decem per duos testes, & reus probat contrarium per vnum testem; tunc fertur sententia pro actore; sed si probationes sunt diuersæ, prout si actor probauit, mutuasse decem, per duos testes, reus probat, soluisse, per vnum testem, tunc fertur sentētia pro reo iurante in supple-
95 mentum. Alex. *d. conf. 134. in prin. ver. ista dico, lib. 2.* † Limita econtra; quia actor probans debet obtinere. *l. quinquaginta. ff. de probat.*
96 *l. qui sententiam. C. de pœn. c. cum Ioannes, de fide instru.* † Limita, quando actor habet præsumptionem iuris, vel facti pro se, quæ transfert onus probandi in reum; quia tunc non absoluitur reus, si nihil probat. Salyc. *in l. actor. C. de prob.* plenius Alex. & Ias. *in l. qui ac-*
97 *cusare, C. de eden.* † Limita, quando probatio actoris est certa, quæ propter dubiam probationem rei non eliditur. Bald. *d. conf. 79. n.*
98 *7. ver. sed si probatio. lib. 2.* † Limita multis modis relatiue positis per
99 apostil. magnam ad *singul. Matthesil. 17. nu. 8. & seq.* † Limita vndecim modis, de quibus Pet. Ptolomæus *in repe. l. admonendi. ff. de iureiurand. n. 49.* vbi addit plures casus sub *n. 50.* in quibus imo reus
100 debet se purgare per iuramentum. † Limita, quando reus opposuit declinatoriam, vel aliam exceptionem impedientem litis ingressum; quia si non probat exceptionem, non tenetur actor probare intentionem suam ante litem contestatam in negotio principali; ideo Iudex tenetur pronuntiare, esse procedendum ad litis contestationem, non autem potest absoluere reum, eo quod actor non probauerit. Fulgos. *conf. 163. In causa, & quæstione,*
☞ *in princ. ver. ad oppositam partem.* Vide, *Agens ex vna causa, & probans ex alia non obtinet. Concluſ. 244.* Vide, *Petens vnum, & probans aliud, succumbit. Concl. 328.* Vide plene etiam per Mascardum *Concl. 26. Actore non probante reum absolui.*

Actor quando, & in quibus casibus reus existat, & econtra. Concluſ. 118.

1 ACTOR, † qui agit, vt tollatur impedimentum, per quod ius suum prosequi non potest, dicitur reus vere; quia secundum veritatem in hoc se defendit, quoad remouendū impedimētum, ex quo per modum replicationis est quædam exceptio. Lap. *alleg. 55. Quidam coram Iudice, n. 5. ver. quod autem in casu prædicto,* alleg. not. *in c. tuam, de ord. cognit. in c. lator. qui fil. sint legit. & ver. item excommunicatus.* Socin. *conf. 264. Visis instrumento, in fin. n. 16. lib. 2.* vbi, quod agens, vt tollatur impedimentum, vel ne teneatur ad aliquid, dicitur reus; quia inspici debet causa originalis, non accidentalis, plenissime Alex. *conf. 103. Consideratis, per tot.* maxime *n. 5. & 6. ver. hoc expressius, lib. 5.* Vide, *Excōmunicatus quādo repellatur à iudicio. Concl.* ☞ *457. & seq.* † Et qui petit remitti nuntiationem: licet det libellum 2
super hoc; tamē dicitur reus, prout si petat remissionem nuntiationis confirmari. Bald. *in l. de pupillo. §. qui remissionem. ff. de nou. oper. nunt.* vbi ponit alia exempla de eo, qui petit sententiam declarari nullā, vel processum nullū; quia dicitur reus; secus si originaliter diceret processum contra se factum nullum; quia sicuti est actor in principali; ita in appendiciis. † Et protestans nihil fieri contra 3
se; quia possidet, dicitur reus; nisi quoad onus probandi, quod sit possessor. Bald. *d. l. de pupillo. §. qui remissionem. ff. de nou. oper. nun.* † Et 4
habens quamcunq; defensionē, vel exceptionem, potest præuenire conueniēdo ciuiliter eum, quem timet agere velle contra se corā Iudice, coram quo si actor ageret, cōueniret, & si legitime lis per citationē est cœpta, nō poterit actor coram alio Iudice cōpetenti cōuenire; quia per legitimā citationem est præclusa via aliis Iudicibus; secus si citatio non esset legitima, plene Rom. *conf. 412. Pro habenda. per tot.* vbi apost. † Extende in tantū esse verum, quod 5
is, qui agit tanquam laicus contra Episcopum, vel Clericū, vt tollatur impedimentū, vel super *l. diffamari, C. de inge.* remanea reus, 6
& non actor, & ideo possit corā Iudice laico agere; quia si Clericus agere voluisset, necessario traxisset laicū coram seculari. Alex. *d. conf. 103. Consideratis, lib. 5. in pr. & per tot.* † Amplia, vt actor agens 6
super iactationib. super quib. petit imponi perpetuum silētium, dicatur reus; quia nō petit sibi aliquid adiudicari. Lap. *alleg. 55. n. 7. ver. quod sit defensor patet.* Alex. plenis. *conf. 103. Consideratis, per tot.* vbi plura similia adducit *lib. 5.* † Contrarium videtur velle Fed. de 7
Sen. *conf. 238. in fi. ver. quicquid sit,* vbi, q imo sustinet partes actoris is, qui agit, vt silentium imponatur. Afflict. *dec. 268.* vbi, q imo est actor. † Declarat tamen ibi Fed. quoad forum, secus esse, vt vere 8
sit reus; quia præueniens seruabit suū tribunal, & ipsum actorem trahet coram suo Iudice, coram quo ab actore traheretur. *d. conf.*
237. *in fi.* plene Rom. *conf. 412. Pro habenda. in prin.* Vide *in ver. Diffa-* ☞
matus de crimine. Concl. 411. vbi declaratur melius, cum concluſ. ibi prox. seq. † Amplia, vt idem sit in eo, qui agit, vel excipit contra 9
cōtractus vsurarios; quia quoad se dicitur reus veritate inspecta, siue agat, siue excipiat; quia videtur se defendere. Lap. *d. alleg. 55. n.*
5. *ver. nam hæc ipsa.* † Amplia in reductione laudi; quia debet peti 10
corā illo Iudice, cui supponitus est reus, licet ipse petat reductionem. Alex. *d. conf. 103. n. 2. ver. pro hoc, lib. 5.* vbi apost. *in ver. Iudex,* citat Alex. *conf. 131, in princ. lib. 2.* Vide, *Reductio laudi ad arb trium boni* ☞
viri coram quo petenda. Concl. 67. † Amplia in eo, qui ob contuma- 11
ciam passus fuit immissionem in bonis suis, qui cum sit paratus soluere expensas, agit ad recuperationē bonorum suorum; quia non dicitur actor, sed reus; ideo cōtra eum non admittitur exceptio, q sit excommunicatus. Lap. *alleg. 55. n. 3. ver. declaro hoc.* † De- 12
clara; quia excōmunicatus, & bannitus, qui nō possunt agere, sed tantū se tueri, si passi sunt immissionē ex primo decreto, & prouocati veniunt ad iudiciū, possunt; quia rei etiam si ipsi prius prouocati citarent, secus, si ipsi principaliter agerent ad reuocationē tenutæ, citando eū, qui obtinuit; quia sunt eo casu actores, & non audirentur, plene Rom. *conf. 217. Res ista, ver. secūdo probatur, per tot.*
† Amplia, vt si appellans excommunicatus impediatur prosequi 13
appellationem suam, si agit, vt tollatur impedimentum, dicitur reus, sicut & impeditus agere ad declarationem cōtractus vsurarii post litem contestatam, si agit, vt tollatur impedimentum, dicitur se tueri, & reus. Lap. *d. alleg. 55. n. 5. ver. item si excommunicatus.* vbi est casus allegatus. † Amplia in iudicio oblationis ad euitan- 14
dam moram faciendam per debitorem; quia si creditor recusat recipere, vt fiat depositum, debet adiri Iudex ipsius deponentis; quia vere est reus, non autem Iudex creditoris; quia est actor originalis. Alex. *conf. 103. n. 4. ver. cōprobatur. lib. 5.* † Amplia in eo, qui 15
reus vere existens vult præuenire, vt examinet testes ad perpetuam rei memoriam; quia illos debet examinare coram illo Iudice, coram quo deberet conueniri per suos aduersarios actores, & illos citare debet coram proprio Iudice, tāquam reus. Fed. de Sen.
conf. 237. in fi. ver. quicquid sit. Alex. *conf. 103. n. 3. lib. 5.* † Amplia; quia 16
iste actor, vt præfigatur terminus ad agendum ei, qui se iactat, vel qui agit, vt tollatur impedimentum suæ exceptionis, remanet reus vere, quoad forum; ita vt iudicium debeat fieri coram Iudice competenti, coram quo egisset actor originalis. Nam si Episcopus, vel Clericus, qui prætendunt contra laicum ius in prophanis, sicut si agere vellent, deberent conuenire laicum coram suo Iudice seculari; ita si laicus agat ex dictis remediis, cum sit reus, debet trahere coram Iudice seculari Clericos hoc casu; quia attenditur causa originalis, non causa accidentalis, plene Alexand. *consil. 103. Consideratis, per tot. lib. 5.* Vide, *Clericus coram se-* ☞
culari. Concluſ. 386. nu. 20. † Restringe, quoad veniam petendam; 17

quia

quia incidit in edictum nō petita venia, si seruus dominum conueniat in hoc iudicio, licet reus existat; quia prouocat ad iudiciū. Alex. *d.cons.*103.*n.*1.*lib.*5. allegat Bart. *in l.libertus.la*1.*ff.de in ius voc.*

18 † Idem, si quis in isto iudicio vocaret ad vetitum examen; quia perderet causam, sicuti, si esset vere actor originalis. Bartol. *in l.in criminali.C.de iurisd.om.iud.* licet Alex. *d.cons.*103.*n.*1.*ver.secundo con-*

19 *firmatur, lib.*5. declaret Bart. † Amplia; quia appellans, qui litem prosequitur, non proprie dicitur actor. Bald. *in l.libertus,in pr n.ff. de in ius vo.* Afflict. *decis.*268. *In alia causa,in fin.* Nam appellatio dicitur defensio aduersus iniquam sententiam. *l.*1.*in prin.ff.de appell.* Bart. & Imol. *in l.si expressim.eod.tit.* Alexan. *cons.*97. *Viso themate,in*

20 *prin.lib.*6. † Declara; quia substinet appellans vices actoris in hoc; quia debet probare se iuste appellasse. Bart. *in l.*1. *C.si tutor, vel cu-*

* *rator,* & ad nonnulla alia tenetur, de quibus per * Doctor. *in c.cum*

21 *in Ecclesia,de appell.* sed tamen proprie nō est actor. † Amplia; quia excipiens dicitur actor in exceptione, licet sit reus, quoad litem, quod intelligitur quoad hoc, vt teneatur probare. *l.in exceptionib. de probat.* & tamen improprie est actor, vt concludit Bart. *in l.*1. *ff.*

de except. sequitur ibi Sócin. per illum tex. in princ. & dixit Corn. *cons.*260.*n.*6.*lib.*3. quod nitens exceptione, debet illam probare, alias succumbit, & *cons.*109.*n.*3.*eod.lib.* & Castren. *cons.*261. *Visis, & consideratis.ver.& etiam si recte consideretur, lib.*2. & exceptionem debere probari per excipientem in sua specie, & forma, Dec. *consil.* 534.*n.*9.*ver.& ad hoc facit.* Crauet. *cons.*1.*n.*29.*ver.ideo pars,* & si reus nō probat suas exceptiones, dicitur carere iure. Crauet. *cons.*48.

22 n.4. & præsumitur calumniari, vbicunque opposita non probat. Corn. *consil.*80.*colum.*1.*lib.*3. † Amplia in excommunicato; quia licet non audiatur in iudicio, si est actor; secus si reus; tamen si agit, vt tollatur impedimentum suæ exceptionis, vel ex *l.d ffamari.C.de ingen.* remanet reus, nec sibi obstat excōmunicatio. Alex.

23 *consil.*103. *Consideratis, nu.*8.*lib.*5. † Amplia; quia reus dicitur, qui citatus etiam generaliter causam suam defendit. Fulgos. *cons.*179.

24 *ver. ad tertium.* † Limita; quia reus vere efficitur actor, & partes actoris substinere cogitur, prout est possessor, & quilibet alius, qui se opponit exequtioni trium conformium, & omnis alius, qui venit ex transuerso; quia vere efficitur actor; ideo non declinat forum, etiam si esset Clericus, coram seculari compellitur defendere, vt late Per. de Anchar. *cons.*333. *Ad dubia.quibus,in princip.*

25 *nu.*1. &c. † Limita in eo, qui venit ad causam non vocatus, sed ex transuerso pro interesse; quia est actor, & sibi non competunt exceptiones declinatoriæ Rei, quod vltra dictam non trahatur, vel quid simile. Bald. *cons.*427. *Reuerendissimus Dominus,in princ.lib.*

26 4. † Declara, nisi talis veniens ex transuerso esset necessitatus, vt quia nullus adesset reus in causa, & procederetur ex officio sine reo ipso sciente, & qui compellitur omnino comparere, ne ex taciturnitate sibi præiudicet. Bald. *d.cons.*427. *ante med. ver.sed ego in*

27 *contrarium,per tot.lib.*4. † Limita; quia non dicitur reus is, qui venit ad reuocationem sequestri facti, etiam in casu prohibito, licet velit assumere partes rei, quando non constat de eius interesse; quia ad hoc, vt sit reus, debet esse vel possessor, vel vocatus in iu-

28 dicio. Fulgos. *cons.*169. *Factum sic se habet, n.*2. † Limita; quia actor dicitur etiam, qui facit compromissum, quando substinet partes actoris, & compromittendo dicitur agere. Fulgos. *cons.*179. *Dubia,*

29 *super quibus, ver. super quinto.* † Et proprie actor dicitur, qui petitorium proponit, & non qui prouocatus ad iudicium alium vocat, *c.forus,de verb.signif.* Bart. & Castr. *in l.libertus.in fin.ff.de in ius vocan.* sequitur Alex. *cons.*103. *Consideratis iis,* 1.*col.lib.*5. Dec. *in c.intellexi-*

30 *mus,col.penult.de iudic.* † Extende; quia dicitur actor, qui alium in iudicio, seu ad iudicium prouocat, etiam si alias sit reus; ideo captus pro fuga, si citat ad iudicium, vt declaretur captura nulla, licet in captura sit reus; tamen in iudicio declarationis capturæ nullius dicitur actor; quia prouocat ad iudicium, & sibi perit instantia. Roman. *cons.*217. *Res ista,in princ.* vbi Apostill. *in ver. prouo-*

31 *cat,* dat concord. Vide *ver. Actor sequitur forum rei. Concl.*122. † Limita in iudiciis diuisoriis, quæ dicuntur iudicia duplicia; ideo vterque dicitur actor, & vterque reus; tamen reuera is, qui primo prouocauit, ille tenet locum actoris. Ita Abb. *cons.*61. *In causa, col.* 2.*ver.quincto dominus, iuncto sine consilio. ver.ad vltimum.lib.*1. *l.in trib.*

32 *ff.de iudic.* † Et quod in diuisione vterque sit actor, & reus, est tex. *in l.inter coheredes.§.qui familiæ herciscundæ.ff.famil.herciscun.& in l.in tribus, ff. de iudic.* vbi, quod iudicia diuisoria sunt duplicia, prout communi diuidundo, familiæ herciscundæ, & finium regundorum.

33 † Extende in interdictis; quia aliqua simplicia, prout sunt restitutoria, prohibitoria, ne quid in flumine publico, &c. semper qui petit, est actor, alter reus. Aliqua interdicta sunt duplicia, prout *vti possidetis, vtrobi,* & similia, & dicuntur duplicia; quia vterque est actor, & vterque reus. *Instit.de interdict.§.penul.* Alex. *cons.*88. *Quo-*

*niam, in princip.lib.*5. † Et in iudicio turbatæ possessionis vterque 34
est actor & reus. Bart. *consil.*112. *Accusatus, lib.*1. Vide, *Accusare qui*
*posint. Concluſ.*160.*num.*25. Vide, Interdictum, *vti possidetis. Concluſ.*281. *num.*9.

Actori licet, quod reo non licet. Concluſ.119.

NON † licet actori, quod reo non licet; ideo sicut reus non 1
potest alienare rem litigiosam, neq; mutare iudicium propter alienationem; ita neque actor. Dyn. *cons.*24. *Quæstio talis est,*
quidam cœpit,in princip. & per tot. maxime *in fine.* Vide plura exem- 3
pla *in ver. Æqualitas in iudiciis seruanda. Concluſ.*306. † Amplia in ca- 2
su conuerso; quia quod conceditur actori, censetur etiam concessum reo; ideo si actor obtinuit reum citari, vt personaliter compareat, debet pariter actor comparere personaliter, & econtra; quia sunt correlatiui. Gemin. *in cap.*1. *de dol.& contumac. lib.*6. gloss. *in clement. sæpe, in verb. voluerit, de verbor. significat.* † Extende; 3
quia si actor impetrauit causam conuentionis summarie tractari, pariter erit summaria causa reconuentionis rei. gloss. *d. cl.m.sæpe. ver.voluerit, de verb.signif.* Bald. *in c.à nobis, col.penult. de præscript.c.non debet licere, de regul.iur. in* 6. † Amplia; quia si actor impetrauit ius 4
iniquum, debet pati pariter retorsionem eiusdem iuris iniqui in seipso, vt *ff. quod quisque iuris.* Vide *in ver. Quod quisque iuris. Concluſ.* 49. † Limita; quia in causa momentanea, & in possessorio 5
non appellatur per reum condemnatum, sed bene appellatur per actorem condemnatum, ita Menoch. *de acquirend.possess.remed.*4. *num.*876. *& seq.* vbi pro vtraque, & hanc tuetur Angel. *in l. quis-*
quis. C.quorum appell.non recip. † Contrarium Rota, vt per Put. *decis.* 6
316. *In vna Assiniaten.lib.*2. † Declara, vt per Bart. *in l.*2. *ff.de appellat.* 7
recip. quem sequitur Castrens. *cons.*39. *circa fin. lib.*1. plenius Abb. *cons.*55. *col.*1. *lib.*2. vt idem sit in actore, quod in reo; secus si non haberet actor aliud remedium; quia tunc licitum est appellare, alias secus, & ita dicit Put. *d.decis.*316. *lib.*2. debere intelligi Bart. cum quo etiam videntur concordare Bald. *in l.*1. *C.si de mom.possess. n.*1.*ver. Si autem prius intentatum est.* sequitur Cuman. *in l.*2.*num.*27. *ver.sed secundo habetis à contrario sensu,* & clarius, imo explicite dicit ibidem Cuman. *n.*29.*ver.item idem dicit,* quod non appellat actor, nisi præiudicium sit irreparabile. † Non obstat Angel. *in l. quis-* 8
quis. C.quor.appell.non recip. quia imo concordat cum Bart. quia in casu Angel. aliud remedium non datur hæredi; si pronuntiatur, non esse mittendum in possessionē, vel habenti instrumentum, vel sententiam, si pronuntiatur non exequendam; & quia ibi dicit Salic. quod ex notorio quodam scripturæ ibi proceditur; quæ ratio cessat in aliis possessoriis.

Actori fauendum est, & in quibus. Concluſ.120.

ACTORI † fauetur circa interpretationem intentionis suæ 1
ex verbis dubiis; quia ipse declarat verba libelli, & scripturæ dubiæ à se productæ. *l.si quis intentione.ff.de iudic.* † Sed dicas, quod 2
iste idem fauor conceditur reo, vt interpretetur suam exceptionem. Ita Alciat. *regul.*3.*præsumpt.*44.*num.*15. † Amplia; quia vide- 3
tur intentasse illam actionem, quæ ex verbis colligi potest. *l.Gallus.§.*1.*ff.de liber. & posthum.* sufficit causam esse aptam, licet actio sit inepta. * Doctores *in l.*1.*ff.de edend.* Cumanus *consil.*42.*colum.*1. *
† Amplia; quia censetur in dubio deducere omne ius sibi com- 4
petens. † Amplia; quia si actor probat clare intentionem suam, 5
vel plene, reus vero obscure, vel semiplene, debet actor obtinere. Bartol. *in l.non solum.§.sed vt probari.ff.de noui oper. nuntiat.* Abb. & alii *in cap.in præsentia. de probat.* quia non sufficit reo, quod reddat dubiam intentionem actoris. Abb. *in cap.per tuas, de condit.apposit. ver.vnde dicendum est.* Alexand. *consil.* 58. *Viso, & perlecto, lib.*5. † Extende multo magis, quando intentio actoris est probata: in- 6
tentio vero rei, seu exceptio rei non est probata. Alexand. *d.cons.* 58.*lib.*5. † Extende; quia vbicunque constat de intentione acto- 7
ris fundata, pro eo ferenda est sententia. Alexand. *consil.*189. *Viso, & matura discusso,in princip.lib.*2. *l.qui sententiam. C.de pœn.* † Re- 8
stringe in casu contrario; quia debet repelli, si constat, quod non fouet iustitiam. *l.fin.C.de rei vendic. l.vbi pactum. C.de transact.* † Re- 9
stringe, nisi ex actis constaret de intentione, & exceptione fundata rei; quia Iudex potest supplere ex iis, quæ sunt in actis, gloss. 1.*in l.*1. *C.qui, & aduers.quos.* Dec. *in c.ex insinuatione, circa fin.num.*23. *ver.secundo notandum, de appell.* Alexand. *in l.*1. *C.vt quæ desunt Aduoc. col.*2. *& cons.*95. *In causa. col.fin.lib.*1.*num.*3. *ver.Vnde videmus.* † Am- 10
plia; quia actori fient reficiendæ expensæ à reo, si pendente iudicio soluit, vel cedit; quia iudicia omnia absolutoria redduntur per solutionem, *§.fin.Instit.de perpet. & temp.action.* & ibi Io. Fabr. Bald. *in l.postquam liti, ver.quinto quæritur. C.de pact.* † Restringe, nisi 11
reus cedat, vel soluat; quia actori superuenerit nouum ius pendente

dente lite. Angel.*in l.destitisse, ff.de iudic.* Bald.*in authent.contra qui*
12 *propriam in princip.C.de non numer.pecun.* † Amplia; quia licet actor vnum deducens,& aliud probans,non debeat obtinere,*l.habebat, in prin.ff.de instit.* Bartol.*in l.1.ff.de eden.* Bald.*in l.1.C.de pign actio.* tamen si causa est cognoscenda de æquitate,vel summarie; tunc potest obtinere, quando sola facti veritate inspecta causa cognoscitur. Alex.*in l.ita stipulatus.* §.*Chrysogonus,in 5.col.ff.de verb.obl.g.* Marsil.*sing.272.in hac inclita.* Alex.plene,*cons.114.lib.6.*incip.*Viso,nu.6.*
☞ *ver.præterea sumus in causa.* Vide, *Agens ex vna causa,& probans ex alia,*
13 *non potest obtinere.Concl.244.num.83.& seq.* † Amplia;quia si petit centum, & probat de quinquaginta, debet obtinere in 50. *l.1.* cum gloss.vbi Bart.*C.si aduers.rem iud.*idem Bart.*in l.qui vas,in princ. ff.de furt.& in l.si constante,*§.*fin.ff.solut.matrim.* Alex.*cons.208.nu.7.*
14 *lib.7.* † Extende,vt idem sit,quando agit rei vendicatione,vel Publiciana ad certa bona, & solum probat de parte, puta tertia,vel quarta;quia potest ferri sententia pro parte probata per actorem. Bart.*d.l.si constante,* §.*final.ff.solut.matrim.* Ioan.Fabri *in* §.*quoties.*
15 *Instit.de inutil.stipul.* Guid.Pap.*decis.27.* † Et an sit condemnandus in expensis, ex quo plus petiit, quàm probauit. Guid.Pap.*d.de-*
16 *cis.27.* Vide, *Petens plus quæ pœna puniatur. Concluſ.227.* † Amplia;
☞ quia si petiit minus,quàm sibi deberetur, & fuerit condemnatus reus ad petita,& soluerit, potest residuum petere in alio iudicio.
17 Ioan.Fabri *Instit.de actio.* §.*si minus,in col.5.quæst.1.* † Extende etiam, si non est protestatus in principio, & primo iudicio de residuo, vt ibi Io.Fabri *in d.*§.*si minus. Instit.de actio.* vbi generaliter lo-
18 quitur. † Restringe, quando petiisset certam summam tantum debitam, vel pro residuo;quia non posset plus petere. Guid.Pap.
19 *decis.177* & ibi apostilla. † Limita; quia in pari causa fauetur reo, & non actori ad decisionem. Bald.*in l.si soluturus.ff.de solutio.* Cra-
20 uett.*cons.192.* † Extende etiam in dubia interpretatione substitu-
21 tionum. Corne.*cons.186.in fin.lib.3.* † Declara totam istam materiam; quia in exordio Iudicij fauemus actori, in medio fauemus vtrique pariter, in fine fauemus reo,ita Alciat.*r.g.3.præsumpt.44.* vbi ponit multas declarationes contra regulas istas, quas videas.
22 † Et quòd propterea circa probationes, quæ fiunt in medio iudicij,æqualiter fauendum sit actori, & reo. Alexand.*consil.68.viso*
☞ *processu, num.4.in fin. & num.5. ver.nec etiam obstat,lib.3.* Vide *in ver. Æqualitas in iudiciis seruanda. Concluſ.306. & Concluſ.seq.* Vide, *Fauendum reo, & quando. Concluſ.85.* Vide, *Accusato in pari causa probationum fauetur. Concl.170.*

Actor debet esse certus in sua petitione, & quando; & debet venire paratus. Concl.121.

1 ACTOR † debet esse certus in sua petitione, quando agit pro iure quærendo,vt est in electo,præsentato,& similibus; quia cum debeat interponi decretum, quod non cadit super incerto, sicuti petitio est incerta, ita deberet esse decretum, quod non conuenit. Calder.*cons.53.* alias 7 *de electio.n.2.ver.Dico igitur.*
☞ Lap.*allg.fin.nu.2.* Vide, *Libellus contrarius, vel incertus,non admittitur.*
2 *Concl.314.* † Amplia,vt procedat, etiamsi petat confirmari vnam ex pluribus electionibus, quæ magis valet; quia adhuc dicitur in incerto vagari, & non procedit petitio, neque consensus electi redditur certus. Calder.*cons.53.* alias 7.*de electio.nu.2.ver.dico igitur,*
3 *vsq;in fin.*& ibi Gemin.*in addit.ver.posset addi.*† Amplia;quia agens ex testamento,vel codicillis,dicitur vagari, & agens ex testamento non potest agere ex codicillis,& econtra. Bart. & alij, *in l.final.*
4 *C.de codicill.*vbi Ias. † Extende; quia agens ab intestato,& postea volens agere ex testamento,non auditur. Bart.*d.l.final.C.de codicill.*
☞ late Alex.*cons.121.lib.1.* Vide, *Eligens vnam viam ex pluribus,&c.Con-*
5 *cluſ.104.* † Extende; quia ante litem,vel post litem contestatam, non potest variare in ista materia; nam debet eligere à principio, & facta electione,non est locus pœnitentiæ, *d.l.final.C.de codicill.*
6 † Restringe in ascendentibus, & descendentibus; quia possunt variare. Rom.*cons.121.* late Boer.*decis.33.nu.17.& seq.*vbi alios alle-
7 gat. † Restringe, quando actor facto aduersarij esset incertus.
8 Bartol.& alij.*d.l.fin.C.de codi.ill.* † Restringe; quia agens ex testamento potest,eo declarato nullo,agere ab intestato. *l.mater decedens,*vbi Bart.*ff.de inoffic.testam.* Afflict.*decis.53.* † Amplia;quia actor in tantum debet esse certus, & venire paratus in iudicio; vt non excusetur ex incertitudine, si facit libellum incertum. Ægid.Bellam.*consil.29.num.16.* vbi,quòd debeat consulere peritos,& se in-
☞ formare. Vide, *Contumacia actoris maior, quàm contumacia rei. Concluſ.1050.* Vide, *Libellus quid sit,& continere debeat. Concluſ.300.* Vide plenius, *Libellus contrarius, & incertus, non admittitur. Concl.314.*

Actor sequitur forum rei,& quando. Concl.122.

A CTOR † sequitur forum rei. *c.cum sit generale, de for.compet.* 1
Ang.*cons.122. Quia debitum,in prin.* Petr.Anchar.*cons.57. Quædam ex prædictis,in prin.l.iuris ordinem.l.in criminali.C.de iurisdict.omn. iudic.*† Est tamen in electione actoris eligere, quem velit ex Iudi- 2
cibus rei,si habet plures iudices,non ex priuilegio speciali, sed de iure communi. Rom.*cons.412.n.3.ver.tertium,* vbi etiam relatiue, quid si reus habet plures Iudices ex priuilegio speciali.† Extende, 3
hoc in tantum verum esse,vt si laicus agit contra Ecclesiam,vel ad bona Ecclesiæ locata laico coram iudice seculari, iudicium ..rum sit nullum.Petr.de Anchar.*d.cons.57.in prin.* † Extende; quia 4
si conductor bonorum Ecclesiæ egit ad missionem in possessionem bonorum contra laicos possessores bonorum; & ipse nominauerit Ecclesiam in dominã,tenetur actor citare Ecclesiã nominatã coram suo Iudice,alias iudicium est nullum. Petr.Anchar.*d. cons.57.in prin.*† Amplia; quia quando actor & reus sunt eiusdem 5
diœcesis,nunquam datur rescriptum, per quod reus extra suam diœcesim vocetur. Ioan.de Imol.*cons.35.nu.6.* allegat *cap.statutum* §.*cum vero.in verb.eiusdem.de rescript.in 6.iuncta glos.& num.9.in fin.*
† Secus,si sunt diuersarum diœceseum;quia tunc bene extra diœ- 6
cesim rei datur rescriptum. Ioan de Imol.*cons.35.n.6.* † Amplia; 7
quia procedit regula, vt actor sequatur forum rei, etiamsi reus præueniat actorem super exceptione sibi competente; quia debet conuenire actorem coram eo Iudice, coram quo actor, & vellet agere,conuenire tenetur. Rom.*cons.412.Pro habenda,in princip.* vbi,quid si reus habet plures iudices de iure communi; item, si habet plures iudices de iure speciali. Vide, *Diffamatus de crimine,vel* ☞
ciuiliter,qualiter agat.Concl.411.& Concl.ibi prox.seq.412. † Limita, 8
quando Clericus turbatur à laico super bonis Ecclesiæ per Clericum possessis;quia tunc,licet Clericus sit actor;tamen conueniet laicum coram Ecclesiastico; quia est speciale pro violentia, iniuria, vel molestia, vt trahat laicum ad forum Ecclesiasticum. *cap. cum sit generale,de for.compet.* Lap.*alleg.60.in princip.ver.nam illud est verum.* etiamsi in iudicio sit interdicti, *vti possidetis,* tractetur incidenter de dominio, & ita dicit obtinuisse in Ciuitate Florentiæ. Alexan.*cons.103.Consideratis,in fin.lib.5.* vbi dicit magis * commu- *
nem. † Extende idem, si clericus turbatur à laico in bonis patri- 9
monialibus; quia habet idem priuilegium, Io.de Imol.*cons.55.in fin.* † Extende;quia idem est in Clerico spoliato sue bonis Eccle- 10
siæ suæ, siue bonis patrimonialibus; quia conueniet laicum spoliatorẽ coram Ecclesiastico,neq; sequitur forũ rei laici hoc casu. Io.de Imol.*d.cons 55.in fin.* † Extende; quia vbicumque Clericus 11
agit contra laicum de rebus Ecclesiæ, vel suis, & in libello deducit, quòd laicus per fraudem, violentiam, vel dolum detineat,vel ex cõtractu nullo, debet iudicium fieri coram Ecclesiastico, alias coram seculari, & hanc magis * communem dicit Alex.*cons.103.* *
Consideratis,n.8.& 9.ver.nec prædictis obstat,lib.5.† Limita in reo vo- 12
lente præuenire actorem suum aduersarium clericum, ratione bonorum,& examinare testes ad perpetuam rei memoriam; quia reus illos examinabit coram suo Iudice seculari, coram quo Clericus illum conuenire deberet, & ibi citabit Clericum isto casu. Fed.de Sen.*cons.237.in fin.* plene Alex.*cons.103.Consideratis,in prin. & per tot.*maximè *num.7.ver.hoc idem.lib.5.* Vide *in ver Actor quando,* ☞
& in quibus casibus reus existat. Concluſ.118. † Limita in concessione 13
repressaliarum; quia imò actor trahit reum ad suum Iudicem, & forum;quia concedi debent per Iudicem actoris. Bald.*consil.445. Quatuor ad propositum,n.2.ver.circa Iudicem,lib.4.* † Extende in casu 14
conuerso; quia concessis repressaliis per Fulginatenses contra Tudertinos ad instantiam Titii, poterit Titius ex æquitate conueniri Tuderti ad instantiam Tudertinorum: licet ibi non sortiatur forum; quia tutus accessus non patet ad ciuitatem Fulginei. Ang.*cons.122.Quia debitum,per tot.* vbi dicit,hoc non procedere,si culpa Communis Tuderti essent concessæ repressaliæ; quia denegasset iustitiam, alias secus. † Limita,quando reus sortitur 15
forum coram diuersis Iudicibus; quia electio tunc est actoris,coram quo Iudice competente conueniat reum. Socin.*cons.94.nu.1. & seq.ver.sed præmissis.lib.3.* Couar.*var.resolut.lib.1 cap.18.n.6.Pedemon.decis.150.*& Benintend.*decis.66.* † Limita in marito & vxore; 16
quia semper forus mariti attenditur, etiamsi maritus sit actor,& vxor se defendat, vt notandum dicit Bald.*c.constitutus.el 3.de testib. in prin.* † Limita in eo, qui ex transuerso venit pro suo interesse; 17
quia, cum sit voluntarius, sequitur forum actoris, quod procedit,quando adest in causa alius principalis reus; secus si nullus esset reus in causa, & dolosè ageretur, vt isti scienti fieret præiudicium;quia tunc reus diceretur. Bald.*consil.427.Reuerendissimus Dominus,per tot.lib.4.* & per prædicta confunditur cautela, quam dat

Socin. *in reg.* 10. *in fin.* dum vult, quòd Clericus voluntariè citatus, quatenus sua putauerit interesse, si comparet, erit de foro seculari; quia falsum, si alius reus non adest. † Limita in causa euictionis, quia venditor obligatus de euictione, sequitur nedum forum emptoris agentis de euictione, sed etiam leges fori actoris attendi debent. Bald. *cons.* 460. *Factum tale est, nu.* 5. *ver. Item certum est, lib.* 4. & circa forum allegat *l. venditor. ff. de iudi.* † Limita in causa mota cõtra fideiussores condemnatos; quia poterit idem iudex compellere principales ad soluendum fideiussoribus: licet non sit Iudex inter eos. Corne. *in l. cum eorum, C. de sentent. & interloquut. omn. iudic. in prin.* † Limita; quia pupilli, viduæ, & miserabiles personæ, si perhorrescunt in loco rei, etiam quòd actores sint forenses, & alienæ iurisdictionis, debet illis prouideri de loco tertio, aliàs apparet iniustitia, & possent concedi represaliæ. Bart. *tract. repressal. q.* 2. *ver. ad secundum, nu.* 4. *& seqq.* † Extende; quia imò de iure Canonico, eo ipso, quòd quis etiam non miserabilis persona habet litem cum Vniuersitate, seu potentiam aduersarij perhorrescit, semper datur locus tertius. Bart. *d. q.* 2. *ver. ad secundum n.* 7. † Imò, quando forensis conuenit ciuem, de iure Canonico potest impetrare, vt detur tertius locus, dummodo non detur locus actoris, *c. statutum. § cum autem actor, de rescript. in* 6. Bart. *d. tract. repressaliar. q.* 2. *nu.* 8. *ver. ad secundum.* Vide plene Socin. *d. reg.* 10. *Actor regulariter sequitur forum rei*, vbi ponit octo limitationes.

Actor ad lites qualiter possit constitui, & quomodo. Concl. 123.

1 ACTOR † ad lites potest constitui à tutore, cum decreto Iudicis. Fulgos. *cons.* 182. *Titius fecit testamentum, nu.* 2. vbi, quòd
2 decretum debet intercedere. † Æquiparatur talis actor procuratori; ideo non reuocatur lite contestata, licet cesset, vel finiatur
3 tutela. Fulgos. *cons.* 182. *per tot* vbi est casus. † Non potest constitui ad lites futuras, & incertas, propter decretum Iudicis, quod non potest imponi super incerto. Fed. de Sen. *cons.* 100. *n.* 4. *ver. &*
4 *actor.* † Modus constituendi duplex est; quia aut tutor constituit actorem cum decreto Iudicis, aut Iudex constituit ad petitionem
5 tutoris. Bart. *in l. actor, in prin. ff. rem rat. hab.* † Et idem est in actore
6 curatoris. Bart. *in l. si actor. ff. de appell.* † Secus est in actore vniuersitatis; quia non requiritur decretum superioris, & si requiritur, præsumitur interuenisse, si Vniuersitas de licentia superioris est congregata. Bart. *d. l. actor. nu.* 7. *ver. venio ad actorem, vsq; in fin. ff. rem*
7 *rat. hab.* † Declara; quia, vt actor constitui possit, requiritur causa necessaria, de qua constet, aliàs non valet actoria, etiam cum decreto Iudicis, nisi actor satisdaret, tutorem ratum habiturum esse. Castr. *consil.* 463. *In causa vergente, col.* 2. *ver. præterea & alia ratione,*
☞ *lib.* 2. Vide, *Tutor non constituit procuratorem, & qualiter procedat. Concl.* 447.

Actor, vel Syndicus pro Vniuersitate, vel minore, potest constitui, & qualiter. Concl. 124.

1 ACTOR, † vel Syndicus regulariter potest constitui ab vniuersitate, & quæ solemnitas requiratur, Vide, *Mandatum ab*
☞ *Vniuersitate factum quæ requirat, & quando valeat. Concl.* 59. Et *in ver. Procurator qualiter constituatur ab Vniuersitate & minoribus. Concl.* 814. Vide plenius *in ver. Vniuersitas qualiter constituat Syndicum, &*
2 *quæ solemnitas requiratur. Concl.* 287. † Limita; quia non potest constitui Syndicus à Capitulo & Prælato ad alienandum bona Eccle. siæ, nisi sint seruatæ solemnitates, videlicet, quòd præcesserit tractatus, causæ cognitio, & deliberatio: Ratio est; quia consilium, & ista, quæ debent fieri à Capitulo, non possunt mandari per a-
3 lium fieri. Feder. de Sen. *cons.* 100. *num.* 3. *ver. Non obstat.* † Limita in Syndico vel actore ad futuras lites, vel futura negotia incerta; quia constitui non possunt. Ratio est; quia debet interuenire decretum Iudicis, quod super incerto non interponitur. Feder. de Sen. *d. cons.* 100. *n.* 4. *ver. & actor.*

Actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. Concl. 125.

1 REGVLA † est generalis, quòd actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, *l. non omnis. ff. si cert. pet.* vbi numeratio facta animo non obligandi, recipientem non inducit obligationem; secus si animo obligandi. Ægid. Bellamer. *consil.* 33.
2 *n.* 38. † Et inspicitur, quo nomine actus geratur. *l. Cassius. ff. de solutio.* vt non excedatur intentio agentis. Alex. *cons.* 118. *In causa & li-*
3 *te, num.* 13. *lib.* 2. † Et intelligas de intentione principali agentium,
☞ non de secundaria. Vide, *Effectus principalis agentium. Concl.* 48. Et vide, *Principalis dispositio attenditur, non quæ veniunt in consequentiam. Concl.* 662. † Amplia; quia licet dominus plurium fundorum eosdem in vnum veniat ad effectum commoditatis fructuum colligendorum, vel etiam ex vno plures faciat; tamen quoad alios effectus extra collectionem fructuum vnio vel diuisio non operatur. *l. Caius. § fin. ff. de leg.* 2. † Amplia; quia magistratus habens 4 5
baliam absolutam, si protestatur, nolle præiudicare certis locis, personis, licet generaliter statuat cum clausulis derogatoriis; tamen non præiudicat iis, de quibus protestatus est; quia actus agentium, &c. Castren. *cons.* 61. *in prin lib.* 1. vbi extendit, etiamsi fiat actus separatus ab actu protestationis paulò pòst. † Amplia, vt 6
maximè procedat regula in iis, quæ pendent à potestate; & ideo in collationibus, in dispensationibus, & similibus, attenditur animus agentis. Ægid. Bellam. *d. cons.* 33. *num.* 38. † Amplia; quia filia 7
quietans matrem tutricem, quasi computa reddiderit, cum non sint reddita, non sibi præiudicat; quia ex certa causa liberat, quæ non est vera, & sic ex eo, quòd actus agentium non operantur vltra intentionem, potest agere primæua actione. Castr. *consil.* 343. *Considerandum in prin. lib.* 1. † Amplia; quia dominus Comitatus, si 8
recipit donationem eiusdem Comitatus à Rege Franciæ, tanquam de re ipsius Regis, non perdit dominium primo sibi competens; quia solo animo non perditur; quia intendit acquirere, non alienare, & tanto clarius, quando recepit cum protestatione. Abb. *cons.* 3. *Nitar. col.* 18. *ver.* 24. *quæst. lib.* 2. † Declarat tamen ibi 9
Abb. non procedere, quando dominus Comitatus illum prius Regi donasset, & illicò recepisset à Rege in feudum; quia tunc bene sibi præiudicaret. † Limita; quia habens animum conseruan- 10
di, vel retinendi possessionem, etiam acquirit, ex quo animus tendit ad idem, non ad diuersum finem. Bart. *in l.* 2. *n.* 3. *ff. de acquir. poss.* quem ibi alij sequuntur. text. *in l. si in venditione*, vbi Ang. *ff. com. prædio.* & est communis * opinio, vt per Alex. *cons.* 146. *In causa. &* * *lite, n.* 10. *& seq. ver. comprobatur etiam, lib.* 5. & ibi Apostil. *in ver. nouo.* † Extende in casu contrario; quia actus factus animo acquirendi, 11
multo magis inducit retentionem; quia facilior datur retentio, quàm noua acquisitio. Alex. *d. cons.* 146. *n.* 10. *lib.* 5. † Limita; quia 12
actus agentium operatur vltra intentionem eorum ad tollendum dolum, & absurdum. Nam solutio debitoris facta secundum intentionem, semper est ad tollendam obligationem debitoris; & tamen si debitor soluat ei, qui non habet mandatum, vel non potest liberare, non tollitur obligatio præcedens, sed inducitur noua obligatio recipientis ad restituendum exactum. Alex. *consil.* 37. *Viso, in prin. & quasi per tot lib.* 3. † Limita sex modis, de quibus au- 13
thor incertus post regulas Soc. *reg.* 10. *Actus agentium debent regulari secundum intentionem eorum.* Vide Conclus. prox. seq. Vide de hac ☞
materia *in ver. Animus & intentio quid operentur. Concl.* 334. Vide plenius *in ver. Intentio agentium regulat omnes actus. Conclus.* 369. Vide, *Mens, & ratio attendenda plus, quàm verba. Concl.* 199. Vide, *Iniuriosa verba quando animo iniuriandi, vel non. Conclus.* 159. Vide, *Dispositio omnis semper intelligitur, & interpretatur, prout verba diriguntur. Conclus.* 497.

Actus factus ex causa inualida, est nullus, licet gerens ex causa valida facere potuisset. Concl. 126.

HÆRES † institutus in duobus testamentis, primo valido, & 1
secundo inualido, si adeat nominatim ex secundo, additio nõ valet: licet potuerit adire ex primo valido. Anchar. *cons.* 357. *Quia præsupponitur, per tot. & cons.* 203. *Factum super quo, in prin.* Rom. *cons.* 343. *Ex proposito, in prin. ver. secundo ad idem*, vbi apostill. pr ma *in ver. congruo*, vbi, quòd viam, quam elegit, debet habere, & *consil.* 446. *Primus, n.* 7. *& seq. ver.* 2. *& cons.* 496. *nu.* 5. † Extende, vt procedat, 2
etiamsi adeundo ex secundo nullo dicat, omni meliori modo; quia clausula nihil operatur, quando expressit nominatim, quòd ex secundo adire volebat. Anchar. *d. cons.* 357. *n.* 4 *in fi. & n.* 5. † Re- 3
stringe, quando se non restrinxit, vt quia sciens duo testamenta simpliciter adiuit, omni meliori modo; quia ex quo se nõ restrinxit, valet aditio; quia non dubitat esse delatam hæreditatem; imò scit ex testamento. Anchar. *cons.* 203. *n.* 3. *& seq. ver. non obstat*, quod est subscriptum à sex Doctoribus. † Amplia; quia stipulatio facta 4
cum adiecto inhabili, est nulla, licet valuisset, si cum habili facta fuisset. Roman. *d. cons.* 343. *n.* 3. *ver. quarto ad idem*, vbi, quòd ex quo quis potest facere actum ex causa valida, & facit ex inualida, consequens est, vt, quod vult, implere nequeat. † Amplia; quia Iudex, 5
qui ex vna causa potest esse competes, ex alia incompetens, si eligat, & pronuntiet, ex iurisdictione incompetenti actus redditur nullus. Anchar. *cons.* 257. *n.* 2. Rom. *d. cons* 343 *n.* 5. *ver. sexto ad idem*, vbi apostil. *in ver. delegatæ*, dat cõcord. Alex. *cons* 213. *Viso. n.* 10. *lib.* 2. † Extende in collatione facta ex capite inhabili, quæ non substi- 6
netur ex habili. Rom. *cons.* 446. *n.* 8. *ver. tertio. & cons.* 496. *n.* 6. *ver.*

tertio.

7 *tertio.* † Et procedit etiam in collatione Papæ, secundum * com-
8 munem. Rom. *cons.* 483. *n.* 11. *& seq.* † Extende idem in collatione facta ex causa, quæ non competit; quia non substinetur: licet competere posset. Anchar. *d. cons.* 357. *n.* 2. Rom. *cons.* 343. *n.* 4. *ver.*
9 *quinto ad idem.* † Extende in stipulatione facta inhabili, quæ non substinetur, licet potuisset fieri cum habili. Rom. *cons.* 446. *nu.* 9.
10 *ver. quarto, & cons.* 496. *n.* 8. *ver. vltimo.* † Idem, si potuit pœnam stipulari, vt tutor, & fecit, vt alius. Rom. *consil.* 496. *num.* 6. *ver. quarto.*
11 † Extende in excusatione tutorum; quia ij, si se excusant ex causa nulla, & non releuanti, licet releuantem haberent, sibi imputet.
12 *l. qui testamento. ff. de excusat. tutor.* † Et idem in alio actu gesto per eum, qui potuit valide gerere, vt tutor, sed gessit, vt negotiorum gestor; quia non valet actus. Rom. *cons.* 343. *Ex proposito, n.* 2. *ver. ter-*
13 *tio, ad idem.* † Extende in libello; quia si quis agat ex certa causa expressa, & probet ex alia, non obtinet. Vide, *Agens ex vna causa, &*
14 *probans ex alia, non obtinet, & quando secus. Concl.* 244. † Extende idē, si agit ex causa inepta; licet posset agere ex causa apta. Rom. *consil.*
15 446. *n.* 9. *ver. vltimo ad idem* † Extende in eo, qui potuit substituere ex facultate valida; & substituit ex inualida; quia non valet. Alex.
16 *cons.* 213. *Viso, & opportune, n.* 9. *ver. nec obstat, lib.* 2. † Extende in Iudice, qui pronunciauit vt delegatus Episcopi, cùm esset delegatus Archidiaconi; quia sententia non valet, etiamsi dicat, per errorem fecisse; quia intrat regula, quod potui, nolui. Alex. *d. cons.* 213. *n.* 10.
17 *lib.* 2. † Extende in procuratore habente duo mandata, vnum bonum, aliud nullum; quia si ex nullo egit, vel exequitur, non substinetur ex bono actus. Rom. *cons.* 496. *Primus consultationis articulus,*
18 & plenius *cons.* 343. † Amplia; quia is, qui habet duo mandata, vnum sufficiens, aliud non sufficiens, si agit ex mandato non sufficienti, non valet actus. Put. *decis.* 298. *lib.* 3. Achill. *decis.* 7. *tit. de pro-*
19 *cur. & decis* 10. *tit. de appell.* † Contrarium, quando is, qui habet duo mandata, se retulisset ad mandatū nullum; quia esset reuocatum, vel inualidum, aut insufficiens; vel quia illud non fuerit vnquam factum; qui si habet mandatum validum, vt actus valeat, ad illud est facienda relatio, non obstante expressione erronea. Alex. *cons.*
146. *ver. nec obstat prædictis. lib.* 5 *col.* 10. Rom. *cons.* 343. *n* 3. *ver. secundo, ad idem.* vbi, quod talis expressio videtur facta causa demonstrationis certioris, non autem, vt ex eo destruatur actus, & demonstratio falsa non vitiat, & vide Bartol. *in l. habebat ff. de instit.* & idem Rom. *cons.* 446. *Primus, in prin.* vbi apostill. *in verb. obligatur*, dat plu-
20 rimos concordan. & idem Rom. *cons.* 496. *in prin.* † Declara; quia si id fuit per errorem, & potest de errore constare, valet, sed si ex deliberatione est factus actus, secus est; quia est vsus falso mandato; imo punitur. Rom. *d. cons.* 446. *in prin. ver. sed certe*, & ideo agens procuratorio nomine, cum non habeat mandatum, nulliter agit: licet potuerit agere, vti coniuncta persona, vbi adducit plura fi-
21 milia. † Et idem est, cum esset procurator principalis, voluit comparere vt substitutus; quia non valet actus. Rom. *cons.* 496. *num.* 4.
22 *ver. iis tamen non refragantibus*, vbi adducit plura. † Declara; quia imo si ego contraho cum procuratore, quem scio habere vnum mandatum, & habet duo mandata, possum ego me iuuare etiam ex mandato, quod ignorabam. Alex. *cons.* 146. *In causa & lite, nu.* 31. *& seq. ver. nec obstat. lib.* 5. allegat *l. habebat. ff. de instit.* & ibi Bartol.
23 † Amplia in collatione facta etiam à Papa ex certa causa expressa; quia non valet ex alia causa; licet Papa valide conferre potuerit. Rom. *consil.* 335. *Circa primum, in fin. num.* 14. *ver. vltimo dico*, vbi dicit
* * communem, & repetit *consil.* 483. *Dubitatur, num.* 11. & 12. vbi de
24 communi. † Extende etiam in Episcopo, & alio inferiori; quia si faciunt collationem, vel actum ex causa, quæ non potest valere, quoniam non substinetur ex alia causa: licet posset valere. *cap. ex parte, de concess. præben.* quem ad hoc singularem dicit Rom. *cons* 335.
25 *in fin. & cons.* 343. *Ex proposito, n.* 4. *ver. quinto.* † Limita; quia Iudex proferens sententiam vti delegatus; quia dicit nolle procedere vt Ordinarius, secundum quam poterat, sed tanquam delegatus, quam putat habere, & non habet, valet sententia. Rom. *cons.* 446.
n. 3. *& seq. vers. secundo principaliter, & cons.* 496. *nu.* 2. *ver. secundo ex eo,*
26 *& cons.* 343. *num.* 5. † Declarat Iofredus *cons.* 45. *Magnificus Fedricus,*
27 quem citat apostill. ad Roman. *cons.* 446. *in ver. validam.* † Declarat idem Rom. *d. cons.* 446. *n.* 4. *& 5. ver. sed posito*, quod in Iudice errante error non debet nocere veritati, sed veritas est præferenda opinioni; & quia Iudex ex errore non potest partibus nocere; &
28 quia animus in genere non deficit. † Extende idem in casu conuersio, si Iudex procedat vt Ordinarius, credens se Ordinarium, cum sit delegatus. Rom. *d. cons.* 446. *nu.* 5. *ver. tertio eadem, & consil.*
29 496. *n.* 3. *ver. tertio.* † Limita, quia defectus in causa efficiente non annullat actum multis casibus, sed sunt casus speciales. Roman. *d.*
30 *cons.* 446. *num.* 7. *ver. vltimo, & cons.* 496. *ver. quarto.* † Limita; quia semper in dubio disponens videtur elegisse viam, per quam sua

dispositio substineatur, & valeat. *l. si miles, qui destinauerat, ff. de testam. milit.* Alex. *cons.* 53. *In causa & lite, nu.* 5. *ver. & in dubio. lib.* 7. vbi apostil. *in ver. elegisse*, dat concordan. & ibi Alex. *num.* 6. extende etiam impropriando verba, vt menti deseruiatur. † Et ideo si testa- 31
tor instituit hæredem coram septem testibus rogatis, & adiecit, quod volebat institutionem valere iure codicillorum, & cuiuslibet vltimæ voluntatis, quod valebit iure testamenti; quia imperitia testatoris non nocet, qui appellauit testamentum codicillos, cum intentio sua fuerit habere hæredem, & omnia fuerint solemniter acta. Alex. *d. cons.* 53. *n.* 7. *ver. vnde ad propositum, lib.* 7. † Sic etiam- 32
si testator instituit filios hæredes coram septem testibus, & dixit, velle illam institutionem valere iure codicillorum; certe ex quo non potest valere iure codicillorum, prout expressit; quia hæreditas directo dari non potest in codicillis, valebit vt testamentum, plene Alex. qui citat plures, *d. cons.* 53. *n.* 7. *ver. benefaciunt, lib.* 7.
† Sic filius familias, qui potest donare cum præsentia patris, sed 33
non testari, si cum præsentia patris, & coram septem testibus, voluit, quòd omnia bona sua post mortem suam spectent ad eius filium; certe cum non potuerit testari, sed donare causa mortis, talis dispositio erit donatio causa mortis, & maxime stante clausula codicillari, quod valeat in vim codicillorum, & vltimæ voluntatis, ex quo donatio causa mortis est vltima voluntas. Alex. *d. cons* 53. *n.* 6. *& seq. ver. & constat, quod verba. lib.* 7. vbi *num.* 9. habetur pro expressa donatio causa mortis, ex quo necessario verba verificantur in ipsa donatione causa mortis. † Sic etiamsi miles elegit 34
velle testari iure communi coram septem testibus rogatis, si contingat aliquos ex testibus inhabiles esse, ne corruat testamentum, quod iure communi non potest valere, valebit iure militari. *d. l. si miles, qui destinauerat. ff. de testam. milit.* Alex. *d. cons.* 53. *n.* 8. *ver. vt optime probat, lib.* 7. † Limita; quia agens ex causa inualida, puta, ex 35
persona expressa dignitate, vna cum clausula, &c. facit validum actum; exemplum est Archiepiscopus Coloniensis, qui etiam est Episcopus Badæ, seu administrator, si aliquam commissionem facit super administratione Ecclesiæ Badæ, per hæc verba: *Theodoricus Archiepiscopus Coloniensis, Besfaliæ Dux &c.* vigore clausulæ, &c. censetur omnes dignitates exprimere, & sic valet actus tanquam administratoris Badæ; quia expressio non est restricta, & illa verba, *Archiepiscopus Coloniensis, Dux Besfaliæ, &c.* stant causa demonstrationis, & non vitiant actum; quia abundant. Roman. plene *cons.* 343. *Ex proposito*, vbi pro vtraque allegat, & hanc tuetur *nu.* 6. *& seq* vbi plura allegat. † Contrarium faciunt dicta per Feder. de 36
Sen. *cons.* 130. *circa fin.* Declara, vt *in ver. Iudex ordinarius, vel delegatus,* 𝔄
simpliciter procedens. Concl. 427. *in fin.* † Declara; quia si adesset clau- 37
sula, *omni meliori modo*, actus substineri posset ex causa valida; quia secundum aliquos ista clausula, *omni meliori modo*, non patitur aliquam restrictionem etiam expressam. Bald. *cons.* 478. *num.* 3. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 9. *In quæstione proposita, in fin. lib.* 5. & secundum alios est verissimum, quando clausula, *omni meliori modo*: ponitur per copulam, &, *omni meliori modo*: vel, *& alias omni meliori modo*; quia tunc restrictio non nocet; quia tollitur per hanc clausulam cum copula. Ita Rota Romana, vt per Achill. de Graff. *decis.* 1. *tit. de clausul.* Caputaquen. *in manuscript. lib.* 1. *decis.* 278. *Rota tenuit*, & æquiparatur iuramento ad substinendum actum. Cephal. *consil.* 272. *n.* 11. *& seq. & nu.* 39. Vide, *Collatio beneficij ex vna causa facta, an valeat* 𝔄
ex alia. Concluſ. 431. Vide *in ver. Brocardum*, quod potui, nolui, &c. *Concluſ.* 133. vbi latius. Vide, *Actus agentium, Concluſ.* 125. Vide, *Actus omnes humani. Concl. prox. seq.* Vide. *Restringens se ad vnam causam, non obtinet ex alia. Concl.* 304. Vide, *Taxatiua quid operetur. Concl.* 23.

Actus humani omnes regulantur, & pendent à tribus, voluntate, potestate, & modo. Concluſ. 127.

ACTVS † humani omnes pendent, & regulantur à tribus, vi- 1
delicet à potestate, voluntate, & modo; quia sine potestate nihil ad actum deducitur; sine voluntate, nihil consensu perficitur; & sine modo nihil in finem dirigitur. Bald. *cons.* 326. *Rex Romanorum, num.* 2. *ver. & ad huius quæstionis difficilem intelligentiam, lib.* 1. & ista tria, potestatem, voluntatem, & modum, videlicet, ordinem ad finem, tenet Bero. *cons.* 76. *n.* 26. *& seq. lib.* 1. † Et alibi dixit Bald. 2
in l. cum testamentum, C. de iur. & fact. ignor. quòd tria requiruntur; voluntas, potestas, & scientia, ex mente Aristotel. & videtur velle Brun. *cons.* 12. *nu.* 6. vbi, quod debet, velle, posse, & scire, qui actum vult facere validum, & ita Barbat. inter cons. Alexan. *cons.* 52. *Circa hanc, n.* 30. *ver. ex quibus. lib.* 4. & Apostill. ad Alexan. *cons.* 132. *in ver. duo. lib.* 4. dat concordan. † Declara; quia scientia confunditur 3
cum potestate, secundum Deci. *in c. cum super Abbatia. de offic. deleg. in* 4. *not. nu.* 24. *& seq.* sequitur Brunus *cons.* 12. *nu.* 6. vbi, quod con-

4 funditer cum potestate, secundum Decium, vbi supra. † Vide a-
postil. ad Alex. *cons.* 123. *lib.* 4. *in ver. duo*; vbi, quòd confundit more
5 Canonistarum scientiam cum potestate, quia non subsistit. † De-
clara; quia Alexan. *cons.* 52. *n.* 30. *lib.* 4. dicit, quòd communiter ap-
probatur Boetius, quòd sint duo actus, non autem tres, qui re-
gulant omnes actus humanos, & quòd sint duo tantum. Alexand.
cons 123. *Scripsit, in prin. lib.* 4. quod est Barbat. vbi apostill. *in ver. duo*,
6 dat concordant. † Vide etiam Barbat. cuius est *consil. um Alex.* 123.
Scripsit Ecclesiasticus, in princip. lib. 4. vbi, quòd sunt duo, voluntas, &
potestas; sed tamen requiritur tertium, quod sit legitimè factum.
7 † Duo tantum ponit Boetius, quem refert Bald. *d. cons.* 326. *n.* 2. *in*
fin. ver. & Boetius, lib. 1. videlicet, potestas, & voluntas. Alex. *d. consil.*
123. *in princip. Scripsit Ecclesiasticus, lib.* 4. vbi etiam apostill. & hanc
* * communem dicit Alex. *cons.* 52. *nu.* 30. *lib.* 4. Deci. *in d. c. cum super,*
in 4. *not. n.* 24. *& seq. de offic. deleg.* & ita etiam tenet Bald. quòd duo
sunt, per quæ omnes actus humani canonizantur, videlicet, vo-
luntas, & potestas, *in l. omne verbum, n.* 8. *ver. not. text. vbi. C. commun.*
deleg. sequitur Roland. à Valle *cons.* 39. *n.* 20. *& 21. lib.* 1. Abb. *cons.* 3.
8 *Nitar. n.* 5. *lib.* 2. † Et ita Pap. Cephal. *cons.* 235. *n.* 24. † Hinc oritur
9 Brocardum illud vulgare, quod potui, nolui, quod volui, implere
10 nequiui, de quo *in d. c. cum super, de offic. deleg. in fin.* † Potestas est
primum requisitum in omni actione; quia potentia est princi-
pium cuiusque effectus, adeò quòd, vbi deficit potentia, in qua
inspicimus initium, quicquid geritur, incongruum reputatur.
Bald. *cons.* 326. *n.* 2. *ver. quoad primum, lib* 1. vbi, quòd id tantum pos-
11 sumus, quod de iure possumus, Bero. *cons.* 76. *n.* 30. *lib.* 1. † Propriè
dicitur potestas id, quod legitimè fieri potest, alias potentia non
est, sed deficientia quædam. Bald. *cons.* 326. *nu.* 2. *in fin. ver. dicitur au-*
12 *tem. lib.* 1. † Extende; quia etiam Deus priuatur potestate peccan-
di, licet omnia possit; quia iure non fieret, neq; legitimè faceret si
peccando faceret, ita Bald. *d. consil.* 326 *num.* 3. *ver & ideo Deus, lib.* 1.
13 † Extende; quia conditio turpis non dicitur potestatiua, licet gra-
uata sit facilis; quia iure, & legitimè non diceretur facere. Bald. *d.*
14 *cons.* 326. *n.* 3. *ver. hinc est, lib.* 1. † Extende; quia Imperator non po-
test feudum concessum vni per prædecessorem, sine causa reuo-
care, quia legitimè, & de iure non faceret. Bald. *d. cons.* 326. *n.* 4. *ver.*
☞ *Pone. quod ego, lib.* 1. Vide, *Potentia, & potestas multiplex, & de qua intel-*
15 *ligendum sit. Conclus.* 460. † Voluntas est secundum requisitum ad
omnes actus humanos; quia consensus & voluntas sunt radices
actuum humanorum, & eam substantiam vocamus; quia sine illa
nulla est substantia. Bald. *d. cons.* 326. *num.* 4. *ver. quoad secundum, lib.* 1.
vbi dicit, quòd omnis actus beneplaciti est sine anima, si non est
16 formatus consensu, & voluntate; quia caret spiritu. † Amplia, in
tantum voluntatem esse attendendam, vt, licet quis possit absolutè & simpliciter actum facere; si tamen faciat determinato & restricto modo, attendi debet actus eo modo, quo factus est, &
non eo modo, quo fieri potuit. Bald. *cons.* 51. *Generali statuto. num.* 5.
17 *lib.* 5. † Extende in Iudice ordinario, & delegato; quia licet tan-
quam ordinarius possit mulctare, & tanquam delegatus non; ta-
men si mulctam fecit vt delegatus, ea erit nulla ex voluntate, nec
attenditur potestas hoc casu, neq; substinetur ex ordinaria pote-
state, qua vsus non est. Angel. de Perus. *cons.* 8. *Regulares introitus per*
tot. maximè *num.* 2. *ver. nec obstat.* Et ad ista plenius *in ver. Iudex ordi-*
18 *narius, & delegatus. Conclus.* 427. † Amplia; quia inspicitur, quo no-
19 mine actus geratur. Alex. *cons.* 118. *n.* 13. *lib.* 2. † Amplia; quia actus
agentium non operantur vltra intentionem eorum; ideo si quis
capiat possessionem ex collatione Vicarij nulla, non potest ex alia
collatione valida substineri; quia se restrinxit, & quod potui, no-
* lui, communem * dicit Cranet. *cons.* 171. *n.* 17. Vide, *Actus agentium*
20 *non operantur vltra intentionem supra. Concl.* 125. † Extende in aditio-
ne hæreditatis ex capite inualido; quia non substinetur ex capite
☞ valido. Crauet. *d. cons.* 171. *n.* 17. Rom. *cons.* 446. *Primus. n.* 8. Vide ad
21 ista plenius supra, *Actus factus ex causa inualida. Concl.* 126. † Exten-
de; quia maritus, qui potest vigore legis pro vxore agere, si agat
vti procurator, non substinetur iudicium ex capite mariti. Rom.
22 *d. cons.* 446. *per tot.* vbi casus, vbi Apostill. *in ver. veriorem.* † Extende
in collatione beneficij facta ex capite nullo; quia non substine-
tur, licet potuerit fieri ex valido. Rom. *d. cons.* 446. *num.* 8. *ver. tertio.*
23 † Extende, in stipulatione iudicatum solui facta per eum, qui ve-
rè est tutor, sed fecit vt gestor negotiorum; quia licet valuisset fa-
24 cta à tutore; tamen non valet. Rom. *d cons.* 446. *n.* 9. † Extende in
stipulatione facta cum adiecto inhabili; quia non valet: licet si
cum habili facta fuisset, valuisset. Rom. *d. cons.* 446. *n.* 6. *ver. quinto.*
25 † Extende; quia iudicium est nullum, intentata inepta actione: li-
26 cet apta competeret. Rom. *cons.* 446. *n.* 9. *ver. vltimo.* † Contrarium
27 in hoc vltimo. Rom. *cons.* 91. *per tot.* † Declara omnes extensiones
non procedere, quando constat de mente, quod omni meliori
modo, & quando is, cum quo agitur, vno modo est certus de vo-
luntate & potestate non expressa. Ita Rom. *cons.* 343. maximè *n.* 12.
& per tot. princ. † Restringe, vt non procedat in procuratore ha- 28
bente plura mandata; quia si contrahit vigore mandati non suffi-
cientis, substinetur contractus ex sufficienti. Rom. *d. consil.* 446. *in*
prin. vbi apostil. declarat, quando fuit animi valide contrahere, &
idem Roman. *cons.* 496. † Restringe; quia iudex ordinarius si dicat 29
nolle procedere ex iurisdictione ordinaria, ex qua potest, sed ex
delegata, ex qua non potest, valebit sententia ex ordinaria. Rom.
cons. 446. *n.* 3. *& seq. ver. secundo*, vbi apostil. *in ver. validam.* declarat,
& idem Rom. *cons.* 496. *n.* 2. † Idem, si procedat ex capite iurisdi- 30
ctionis ordinariæ, ex qua non potest; quia substinetur ex iurisdi-
ctione prorogata. Rom. *d. cons.* 446 *n.* 5. *& cons.* 496. *num.* 3. † Re- 31
stringe; quia vbi defectus est in causa efficiente, actus valet, vt va-
lere potest. Roman. *cons.* 446 *n.* 6. *& cons.* 496. *n.* 4. † Contrarium, 32
quòd sit casus specialis fauore matrimonij. Rom. *d. cons.* 446. *n.* 6.
† Modus est tertium requisitum ad omnes humanos actus; quia 33
vbi quis non habet modum ordinatum, non potest adipisci fi-
nem; quia destructo modo, destruitur ordo. Bald. *cons.* 326. *n.* 2. *ver.*
quoad tertium, lib. 1. vbi allegat Aristot. dicentem: *Duo sunt, per quæ*
bene contingit hominibus intentionem poni, recte assumi modos ducentes ad
finem, & dicit, quòd ista verba deberent esse scripta in pectore Re-
gum. Vide, *Verba vniuersalia & generalia restringuntur secundum pote-* ☞
statem, & qualitatem loquentis. Concl. 135.

Actus legitimi qui dicantur, & sint, & econtra. Concl. 128.

ACTVS † legitimi dicuntur omnes actus, qui sunt inducti ab 1
aliqua iuris scripti parte. gl. *in l. actus legitimi ff. de reg. iur.* Alex.
cons. 75. *Visis & diligenter, in prin. & n.* 4. *lib.* 1. vbi apostil. *in ver. legiti-*
mus. † Electio est actus legitimus, gl. *in c. vt circa, in ver. eligentium,* 2
de elect. in 6. Feder. de Sen. *cons.* 5. *nu.* 1. *ver. in contrarium videtur, quia*
infamibus: vbi, quòd eligere, est actus legitimus. † Et omnes actus 3
spirituales dicuntur actus legitimi. Abb. *cons.* 101. *Videtur primo. col.*
3. *in prin. ver nec potest lib.* 2. † Declara, quòd electio est actus legiti- 4
mus, sed non potestas eligendi. Feder. *d. cons.* 5 *circa fin. ver. hinc est,*
quod potest † Arbitrari est actus legitimus. Feder. de Sen. *d. consil.* 5. 5
col. fi. ver. in tertia quæstione. † Successio filiorum, & aliorum, siue ex 6
testamento, siue ab intestato, dicitur actus legitimus, etiam quòd
successio esset ante ius ciuile; quia sufficit, quòd sit confirmata à
iure ciuili. Alexand. *cons.* 75. *n.* 4. *lib.* 1. † Aditio hæreditatis dicitur 7
actus legitimus. *l. actus legitimi ff. de reg. iur.* † Iudicare est actus legi- 8
timus, Feder. *d. cons.* 5. *col. fin. ver. in tertia quæstione.* † Acceptatio ex- 9
pectantis dicitur actus legitimus. Zabar. *cons.* 103. *n.* 8. *ver. ad secun-*
dum. † Collatio beneficij est actus legitimus, qui non potest stare 10
in suspenso; ideo aut valet ab initio, aut non. Zabar. *cons.* 104. *nu.* 2.
& 105 n. 8. † Renunciatio beneficij Ecclesiastici est actus legiti- 11
mus; ideo debet esse simplex, & non potest admittere diem, vel
conditionem. Abb. *cons.* 101. *Videtur primo, col.* 3. *in princip. ver. nec po-*
test lib. 2. † Postulare, & ius suum prosequi, sunt actus legitimi. 12
Feder. *d. cons.* 5. *col. fin. ver. in tertia quæstione.* † Procurare est actus le- 13
gitimus. Feder. *d. cons.* 5. *col. fin. ver. in tertia quæstione.* † Testificari est 14
actus legitimus. Feder. *d. cons.* 5. *col. fin. ver. in tertia quæstione.* † Ven- 15
dere est actus legitimus. Feder. de Sen. *d. consil.* 5. *in fin. ver. in tertia*
quæstione. † Limita; quia feudum non est actus legitimus. Signo- 16
rol. *consil.* 218 *num.* 5. *ver. præterea si bene.* † Limita; quia ea omnia, 17
quæ non descendunt à iure ciuili scripto, non sunt actus legitimi.
Signorol. *d. consil.* 218. *num.* 5. Vide Conclusionem proximam se-
quentem.

Actus legitimi non possunt stare in suspenso, & quando secus. Concl. 129.

ACTVS † legitimi non recipiunt diem, neq; conditionem; 1
ideo non possunt stare in suspenso. *c. actus legitimi. de reg. iur. in*
6. † Amplia; quia omnes actus spirituales dicuntur legitimi, & 2
non possunt stare in suspenso; & ideo non recipiunt diem, neque
conditionem, *cap.* 2. *de electio. in* 6. Abb. *cons.* 101 *Videtur primo, col.* 3.
in prin. ver. nec potest, lib. 2. † Limita, quando conditio, vel suspensio 3
est de præsenti; nam valet acceptatio sub conditione, si alteri non
est ius quæsitum; quia est de presenti, Zabar. *cons.* 103 *n.* 8. *ver. ad se-*
cundum. † Limita; quia ex finali euentu incerto possunt stare in 4
suspenso. Fed. de Sen. qui loquitur in collatione beneficij, vt pro-
pter litem pendeat suspensa ab euentu, allegat *c. fraternitatis, in fi. de*
rest. in integ. † Limita in testamento, in quo pater præteriit filiam 5
exclusam à statuto, donec superuixerint masculi; quia omnibus
masculis defunctis, filia tanquã præterita dicit testamentũ nullũ
à principio, q̃ valebat ratione existentiæ liberorũ masculorum,

&c

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& sic remanebat in suspenso. Bald. *cons.* 68. *Proponitur, quod pater, per*
6 *tot. & cons.* 69. *in prin. lib.* 1. † Limita in venditione, locatione, legitimatione, matrimonio, & omnibus actibus legitimis, qui non sunt in regula, *actus legitimi. de reg. iur. in* 6. quia restringitur solum ad actus expressos in ea, vt late Cuman. *cons.* 99. *Supposito tenore, in prin.* Vide Conclus. proxim. præced.

Actus si fiat in exequutione alterius, regulatur secundum primum actum. Concl. 130.

1 SI fiat † contractus per verba de futuro, & postea in exequutione talis contractus partes faciant contractum, secũdus actus, vel contractus, debet regulari à primo, in cuius exequutione factus est, adeo quod si primus est pignus, secundus debeat esse pignus. Alex. *cons.* 156. *Viso instrumento, per tot. lib.* 6. vbi est casus con-
2 silii. † Declara in tantum esse verum, quod secundus contractus factus in exequutione primi, etiamsi fiat ex interuallo, debeat regulari à primo, vt si possunt concordari, semper debent reduci ad concordiam; si non possunt concordari, quatenus secundus discordet, dicitur per errorem, & sic errorem continet, maxime, quando primus erat per verba de futuro. Alex. *d. cons.* 156. *nu.* 7. &
3 *seq. ver. non obstat secundum, lib.* 6. † Extende maxime, quando in secundo instrumento narratur, cum sit, quod, &c. prout ex alio instrumento constat; quia si narratiua est errata, dicitur constare de errore notorio; quia error etiam in facto proprio admittitur, quando tractatur de damno vitando. Alex. *d. cons.* 156. *in fin. num.* 9.
& *seq. ver. fortificatur, lib.* 6. Vide, *Accessorium sequitur principale*, supra *Concluſ.* 77. *num.* 19. & *seq.* Vide, *Actus præsumitur in exequutione tituli præcedentis. Concl.* 152. Vide, *Actus attribuitur ordinanti, & non exequenti. Concl.* 154.

Actus vnus si plura facta contineat, quando dicantur plures actus, & econtra. Concl. 131.

1 ACTVS † vnus continens plura facta diuisa, & separata, dicitur diuidi in tot actus, quot facta separata contineat. *l. in causa. §.* 1. *ff. de minor.* plene Io. de Imol. *cons.* 144. *Cæpit dubitari. in princ.*
2 † Amplia; quia tot sunt libelli, & petitiones, quot sunt capitula separata in libello contenta. Alex. *cons.* 70. *In causa & lite, n.* 6 *lib.* 7. Extende; quia procedit in accusatione, libello, sententia, con-
tractu, & similibus. Vide *in ver. Capitula separata. Concl.* 60. Vide *in ver. Sententia quando potest pro parte valere. Concluſ.* 165. Vide, *Sententia plura continens, quando vna, vel plures. Concluſ.* 164. Vide, *Pluralitas actuum & dispositionum ex quibus inducatur. Concluſ.* 369.
3 † Commissio facta super absolutione plurium subditorum particularium, dicitur diuisa in tot commissiones, quot sunt absolutiones. Fed. de Sen. *cons.* 111. *Quæstio talis est, in fin. ver. sed contra, licet*
4 *enim.* † Appellans à sententia continente plura capita separata, sicuti tot sunt sententiæ, quot sunt capitula separata; ita etiam tot sunt appellationes, quot sententiæ capitula. Castrens. *cons.* 94. in-
5 cip. *Posito, quod ista effect, in prin. lib.* 1. † Amplia; quia actus vnus pluribus applicatus, quandoq; tantũ operatur in singulos, quantum si tot essent actus, quot sunt personæ, vt in oratione lecta pluribus audientibus; nam operatur idem, quod operarentur tot lectiones, quot sunt personæ, si singulariter, & singulis recitaren-
6 tur. † Et Missa vna celebrata pro omnibus, ita satisfacit audientibus, quemadmodũ si singulis Missa vna celebraretur; & an idem sit in defunctis, quando celebratur pro pluribus, an tantum satisfaciat in suffragio singulis, quantum si tot essent Missæ singulares, quot sunt suffragia expectantes. Rom. *cons.* 339. *circa fin.* dicit, quod idem operatur, sed Abb. *cons.* 99. *lib.* 2 dicit contrarium, &
* dicit * communem. Vide plura similia infra, *in ver. Actus vnus potest*
habere plures effectus. Concl. 133. Vide etiam *in ver. Actus vnus quando satisfaciat. Concl.* 134. Vide, *Appellatio, quando vna, vel plures, Concl.* 364.
7 Vide, *Effectum diuersum quando eadem res habere possit. Concl.* 54. † Limita; quia in omnibus arbitrariis, etiamsi ferantur duæ sententiæ, videlicet, secunda ob contumaciam primæ; tamen dicuntur latæ ex eadem causa, & eadem actione, licet plures sententiæ sint. Bar-
8 tol. *cons.* 101. *Girardus de Tuderto, in prin. lib.* 1. † Sic condemnatus in pœnam pecuniariam, si postea succesſiue condemnetur in personam; quia non vult, vel non potest soluere, dicitur ex eodem delicto damnatus. Bart. *d. cons.* 101. *in prin. ver. præterea hoc videmus. lib.* 1.
9 † Contrarium videtur; quia condemnatus ex prima percussione, si postea condemnetur ex eo; quia non implet disposita à statuto; quia non recipit repercussionem, ad quam obligatur, dicitur ex
10 nouo delicto. Bart. *d. cons.* 101. *n.* 1. *in fin. ver. econtra. lib.* 1. † Declarat Bart. *d. cons.* 101. *n.* 2. *lib.* 1. *ver. concludendo*, quod est eadẽ causa, idem delictum, & non diuersum, quando vna pœna commutatur in aliam sine nouo delicto, idem, quando ab eadem lege pœna alteratur sine nouo delicto; idem si damnatur ex pluribus delictis si-

mul eadem sententia comprehensis, quæ pendent succeſſiue, vt si percutiens aliquem tenetur ad pœnam; item ad recipiendum repercussionem, alias ad aliam pœnam, si condemnatur simul ad omnia, est pro eodem delicto, & pro eadem causa; sed secus est, si in diuersis sententiis quis sit condemnatus de delicto, & postea ex contumacia augetur pœna; tunc sunt diuersa delicta, vide eum; quia plene distinguit. Vide, *Individua quæ esse dicantur. Concluſ.* 102. 11
Vide, *Appellari quando possit ab vno Capitulo. Concluſ.* 366. † Limita; quia si plures res, & plura corpora concedantur in emphyteusim vnico canone soluendo, dicitur vnica concessio, & non plures. Cũma. *cons.* 41. *Ad primum quæsitum. nu.* 3. *ver. Ad secundam.* Vide, *De-*
licta quando plura, & quando vnum. Concluſ. 159. Vide, *Delictum continuatum, seu reiteratum, an vnum, vel plura. Concl.* 169. † Limita; quia 12
vulnerans forfice vnico ictu pluribus vulneribus, tenetur de vulnere. Vide *in ver. Vulnerans forfice. Concl.* 382. † Extende; quia iniu- 13
rians pluribus verbis ad idem tendentibus, est vnica iniuria. Vide, *Pœna vna, non plures, & t. Concl.* 109.

Actus vnus operatur ficte plura facta interuenisse iuris ministerio. Concl. 132.

MARITVS † futurus si donat mulieri in præmium matri- 1
monii, & compensationem nobilitatis mulieris, iuxta *l. si voluntati. C. de dot. promiss.* sequuto matrimonio, iste actus operatur, quod maritus ex donato censetur dedisse mulieri, & quod mulier retrotradiderit marito in dotem; quia ministerium legis hoc operatur ex mente contrahentium. *l.* 3. *§. si ff de donat. inter vir. & vxor.* Ita Castr. *cons.* 434. *Visis omnibus. in prin. lib.* 1. † Sic etiamsi 2
ego sum creditor Capserii, & dico, soluas centum, quæ mihi debes, Titio meo creditori, & soluat, certe ex ista solutione contingit, quod licet sit vnicus actus; tamen causa coniungendarũ actionum operatur multos actus, qui à lege occultantur, videlic. quia fingitur, quod Capsor mihi soluerit centum, quæ mihi debebat, & ego illa soluerim Titio meo creditori. Bartol. & cæteri, *in l. singularia ff si cert. pet.* maxime *num.* 2. & *nu.* 18. † Sic etiamsi maritus 3
confitetur ex causa donationis ad fauorem vxoris; quia confitens possidet necessario, creatur actus traditionis, qui præcessit, Castr. *cons.* 379. *Primo videndum. ver. nec obstat, lib.* 1. & multa similia. Vide
in ver. Donatio inter virum & vxorem requirit traditionem. Concl. 692.
† Si actus donantis reseruato sibi vsufructu rei donatæ, necessa- 4
rio infert traditionem proprietatis factam donatario; quia alias vsus fructus stare non posset. *l. quisquis. C. de donat.* † Sic etiam actus 5
cognoscentis, & confitentis omnia castra, quæ possidet, esse feudaria Ciuitatis Alexandriæ, vel Ecclesiæ, in quas transfertur dominium sine traditione, cum is remaneat possessor Castrorum, quæ fecit feudalia, infert necessario ministerio legis, quod dederit plenum dominium, & possessionem Ciuitati, vel Ecclesiæ, & quod Ecclesia vel Ciuitas retrodederit recognoscenti vtile dominium, & possessionem naturalem. Ita Bald. *cons* 337. *In primis videndum. nu.* 5. & *seq. lib.* 1. Bart. & alii, *in l. cum falsa. n.* 5. & *seq. C. de tut. & fact. ignor.* † Declara prædicta procedere, quando præcedit 6
actus, vel contractus habilis ad translationem dominii, & possessionis verus; si vero esset actus fictus, non posset operari alium actum fictum; quia plura specialia non concurrunt; ideo operatur in Ecclesia actus fictus, quod confessio operetur donationem; quia traditio non est necessaria, prout in alio priuato. Christoph. Castillion. *cons.* 4. *Illustrissime Princeps. n.* 14. & 15. *ver. dicet quis.* † Sic 7
in datione in solutum facta per debitorem creditori, quæ habet vim emptionis, fingitur, quod debitor soluerit pecuniam creditori, & quod creditor illam dederit debitori, qui dedit pro ea in solutum bona. Castr. *consil.* 326. *Super primo, in fin. ver. præterea. lib.* 2.
† Sic in vsurario vendente carius pro dilatione facta ad soluen- 8
dum pretium; quia licet vsura non cadat in venditione, sed in mutuo; tamen ne vsurarius excusetur, fingitur, quod ab emptore pretium sit solutum in contractu, & quod vsurarius illud mutuo dederit emptori cum augmento vsurario. Abb. *consil.* 22. *Quamquam. col.* 2. *in fin. ver. nec obstat, quod hic non interuenit mutuum. lib.* 1.
Vide, *Delictum continuatum, vel reiteratum, quando vnum, vel plura.*
Concluſ. 169.

Actus vnus potest habere plures effectus. Concl. 133.

ACTVS † vnus potest plures effectus habere. † Vnica gratia 1
generalis interuenit omnibus. † Vno actu plures baptizantur. 2
Lap. *alleg.* 8. *n.* 4. † Item plures excommunicantur actu vno. Lap. 3
d. alleg. 8. *n.* 4. † Iniuria vna plures parit actiones. Lap. *d. alleg.* 8. *n.* 4. 4
† Vna solutio satisfacit pluribus obligationibus. Oldr. *cons.* 50. in- 5
cip. *gratia concessa.* † Vnum instrumentum plures contractus con- 6
tinet; quia, quot res, tot stipulationes. *l. scire debemus. ff. de verb. oblig.* 7
† Collatio beneficii facta ab eo, qui habet electionẽ & confirma- 8

tionem; habet vim confirmationis, & electionis præambulæ. Vi-
9 de, *Collatio habet vim electionis. Concl.*420. † Exequutio contra cri-
minosum, qui incurrit pœnam ipso iure, si fiat à Iudice, qui pote-
rat cognoscere, & exequi de illo delicto, habet vim executionis,
& præambulæ declarationis. Gemin. *cons.*146. *in fin. ver. non obstat.*
Vide, *Consequens includit necessarium antecedens, & è conuerso. Conclus.*
10 757. † Amplia; quia probatio potest esse sufficiens, quo ad quid,
& non sufficiens, quoad aliud, & sic habere plures effectus. Vide,
*Probatio potest esse sufficiens, &c. Concl.*781. Vide, *Actus vnus plura facta*
*continens, quando dicantur plures, vel econtra. Conclus.*31. *& Conclus. ibi*
prox. seq. Vide, *Effectum diuersum quando eadem res habere possit. Con-*
*clus.*54. Vide Conclusionem sequentem.

Actus vnus quando satisfaciat pluribus, quantum si tot essent actus, quot personæ. Concl.134.

1 ORATIO † vna, vel Missa vna dicta pro multis, ita iuuat, sic-
uti si tot dicerentur Orationes, & Missæ, quot sunt personæ,
quibus præstatur suffragium, *c. non mediocriter. de consecrat. dist.*5. vbi
gl. dicit hoc esse propter virtutem Spiritus Sancti, qui non dat ad
mensuram. Abb. *cons.*99. *col.*3. *in fin. ver. Nunc tertium dubium, lib.*2.
vbi, quòd valor Orationis, & suffragiorum plurimum considera-
tur ex parte charitatis, & charitas non minuitur, etiamsi effectus
distribuitur in multos, imò potius augetur; quia charitas non in-
2 uida non quærit, quæ sua sunt. † Exemplum in ieiunio triplicis
obligationis, puta, in Quadragesima veniunt Quatuor Tempo-
rũ, & Vigilia S. Matthiæ; quia vnico ieiunio satisfit tribus Vigiliis.
3 Abb. *d. cons.*99. *col.*3. *in fi. ver. Secundo posset adduci. lib.*2. † Lectio fa-
cta pluribus scholaribus, ita operatur in singulos, sicuti si tot fie-
rent repetitæ lectiones, quòt sunt scholares, vt patet ad sensum.
4 † Lumen vnicum ita lucet pluribus, sicut lucet vni soli, quando
5 est omnibus commodum æqualiter. † Calor ignis, operatio Solis
ita inseruiunt pluribus, sicuti vni soli, & pluralitas eorum, qui
sentiunt commodum, non minuit virtutem, & operationem.
6 † Sic dicimus de benedictione, maledictione, & excommunica-
tione; quia eundem effectum operatur super plurimos, prout
7 operatur singularis in singulos. † Sic dicimus de passione Do-
mini Nostri IESV CHRISTI; quia sufficiens fuit minima
gutta preciosi sanguinis sui effusi redimere totum mundũ simul,
8 prout fecisset, si vni soli applicaretur. † Extende in suffragio vnius
Missæ, quæ dicitur pro mille mortuis; quia idem operatur, ac si
mille Missæ dicerentur pro illis mille mortuis. Rom. *cons.*339. *cir-*
9 *ca fin.* † Contrariam sententiam tenent B. Thomas super 4. *Sent.*
*dist.*45. *q.*4. *art.*1. *&* 2. & alij, quos citat Abb. *d. cons.*99. *n.*5. *&* 6. *ver.*
* *Sed profecto, col. pen. lib.*2. vbi dicit * communem, quòd imò magis
iuuat vnum Missa tota dicta specialiter pro eo, quàm vna dicta
10 pro pluribus, vbi ponit plura exempla. † Exemplum dat in Sacer-
dote obligato celebrare pro vno; quia si recipit eleemosynam, vt
celebret etiam pro alio, vnica Missa non satisfacit ambobus; quia
mens dantis eleemosynam, vel facientis pro anima, & celebra-
tione animæ suæ legatum, censetur sibi pinguius prouidere, &
quia non dicitur quis facere ex noua causa, qui tenetur facere ex
11 alia causa. Abb. *d. cons.*99. *col. pen. ver. Sed profecto, lib.*2. † Et res diuisa
in plures minorem partem, & minorem effectum habet in sin-
gulas partes diuisas; quia virtus vnita magis operatur. Abb. *d. cons.*
12 99 *col. pen. lib.*2. † Declarat Abb. *d. cons.*99. *col. pen. in fin. ver. ad con-*
*traria, lib.*2. vt respectu Sacerdotis celebrantis, ita meritum con-
sequatur celebrando pro vno, quam si eandem Missam diceret
13 pro mille personis. † Secunda declaratio, quòd tantum valeat vna
Missa dicta pro mille personis cum hilaritate, quantum mille dic-
tæ cum tristitia, vt satisfaciat obligationi. Abb. *d. cons.*99. *col. pen.*
*in fi. ver. ad contraria, lib.*2. vbi, quòd istæ duæ sunt, gl. *in d. c. mediocri-*
14 *ter, de consecrat. dist.*5. † Tertia declaratio est Abb. ex mente B. Tho-
mæ, vbi supra, quòd, quatenus consideratur suffragium respectu
charitatis, sufficiat vna pro mille, quantum, si tot dicerẽtur, quot
sunt personæ; quatenus verò habetur ratio non ad charitatem,
15 sed ad satisfactionem, secus est. † Mihi videtur posse dari aliam
declarationem magis generalem, quòd si sumus in spiritualibus
meris, & quæ separationem non recipiunt per applicationem ad
vnum, vel plures, aut infinitos; quia semper augentur per dispen-
sationem, prout dicimus de indulgentia, de remissione peccato-
rum, de applicatione Sacramentorum, quæ fundantur in passio-
ne, & meritis superexuberantibus Christi, & Sanctorum eius, &
in istis tam respectu charitatis, quàm respectu operis satisfacto-
rij, tantũ operatur vna Missa celebrata pro mille personis, quan-
tum operaretur celebrata pro vno solo; data tamen paritate bonę
dispositionis in mille, sicut in vno, & è conuerso. Ratio est; quia
id, quod applicatur secundum affectum, est sine mensura vnde-
quaq; nedum sufficiens, sed superabundans, & non potest minui,
sed imò augetur, quanto pluribus applicatur. † Contrarium pro- 16
cedit in iis, quæ separationem, & ex separatione diminutionem
recipiunt, & possunt reduci ad minimum, seu ad nihilum, quod
non est in spiritualibus meris. † Negari tamen non potest, quòd 17
licet vna Missa, & vna benedictio applicata ex affectu ad mille
personas, sufficiat mille personis, quantum si singuli vnam bene-
dictionem, & Missam particularem haberent; tamen maius me-
ritum in se continet celebratio mille Missarum, quàm celebratio
vnius Missæ; & sic deprecatio iusti assidua magis ponderat, quàm
intermediata; quia nullum bonum est irremuneratum, & qui
bonum plus facit, plus meretur, quantum ad ipsum, qui opera-
tur. Vide Conclusionem præcedentem.

Actus debet interpretari, vt aliquid operetur, non vt sit inutilis. Concl.135.

ACTVS † debet semper interpretari, vt aliquid operetur, nõ 1
autem, vt sit inanis, & inutilis. *l. quoties ff. de reb. dub.* Et infra,
Actus validus in dubio interpretari debet, Concl. prox. seq. Et *in ver. Inutilis*
*dispositio esse non debet. Concl.*359. † Et in dubio quilibet præsumitur 2
elegisse viam, per quam dispositio sua sit vtilis, & habeat effectũ,
non autem, vt impugnari possit, & reddi ad nihilum. Afflict. *decis.*
44. *n.*25. Socin. Iun. *cons.*103. *nu.*28. *lib.*1. *l.*1. *ff. de testam. milit.* Alciat.
*de præsumpt. reg.*3 *præsumpt.*33. † Amplia in iuramento præstito de 3
non alienando bona Ecclesiæ, inconsulto Romano Pontifice, vt
comprehendat etiam, ne possit fieri licita alienatio inconsulto
Romano Pontifice; quia alias tale iuramentum esset frustratorium,
& nihil operaretur. Calder. *consil.*263. alias 1. *de reb. eccles. non*
alien. † Amplia; quia donatio omnium bonorum facta post mor- 4
tem, quæ esset nulla, si comprehenderet bona præsentia, & futu-
ra, restringitur ad præsentia tantum: licet intelligendo secundum
tempus mortis omnia venirent. Bertran. *cons.*265. *vol.*3. Oldr. *cons.*
139. *per tot.* Vide, *Donatio omnium bonorum non comprehendit præsentia,*
*& futura, & quãdo secus. Concl.*649. † Amplia; quia extraneus dans 5
dotem mulieri, potest apponere cõditionem, quòd sibi restituatur, si hoc faciat incontinenti; secus si ex interuallo; si verò appa-
reant duo instrumenta eodem die, vnum dationis dotis ab extra-
neo, alterum stipulationis sibi restitui confecta, præsumuntur in
continenti facta, ne actus iudicetur inutilis, etiam contra præ-
sumptionem dotis. Bald. *cons.*179. *Ad euidentiam, lib.*2. † Amplia; 6
quia verba ambigua instrumenti debent interpretari, vt solemni-
tatem & validitatem instrumenti importent. Bald. *cons.*93. *Si in eo-*
*dem instrumento. n.*2. *ver. si in instrumẽto, lib* 3. vbi, quòd si in actu vni-
uersitatis dicitur, quòd duæ partes ex tribus fecerunt, intelligitur
ex tribus omnium hominum vniuersitatis. † Amplia in legato; 7
quia debent verba dubia interpretari, vt legatum valeat, & non
sit inutile; ideo si maritus legat vxori arredium suum, debet intel-
ligi de arredio mariti possesso ab vxore; quia alias si legaret arre-
dium, quod esset proprium vxoris, legatum esset inutile. Bald. *con-*
*sil.*271. *Factum tale est, legauit, lib.*4. † Extende; quia legatum vsus- 8
fructus trahitur ad vniuersalem institutionem, quando alius non
est datus hæres vniuersalis, nisi post mortẽ vsufructuarii, ne red-
datur inutilis; quia cum non adsit hæres, & sine hærede vsus fru-
ctus consequi non possit, pro validitate trahitur ad interpretatio-
nem, ad quam alias non traheretur. Bald. *cons.*290. *Factum tale est,*
*Franciscus, lib.*3. † Amplia in legatis; quia, ne legatum reddatur in- 9
utile, fit interpretatio, vt veniant, quæ alias non venirent, late So-
cin. Iun. *cons.*98. *num.*16. *& seq. lib.*1. vbi plura congerit. † Extende; 10
quia legatum factum de decem familiæ, vel cognationi, intelligi-
tur factum proximiori de familia, exclusis aliis, ne reddatur inuti-
le, propter diuisionem in plurimos; quia ita est mens legantis,
Castr. *cons.*384. *Notandum est, circa prin. ver. de mente, lib.*1. Vide, *Actus*
validus in dubio interpretari debet. Concl. prox. seq. cum duabus aliis seqq.
Vide, *Actus omni meliori modo censetur factus. Concl.*137. Vide, *Actus in*
*dubio vtilis gerenti interpretatur. Concl.*138. Vide, *Præsumitur pro vali-*
*ditate actus multis casibus, & quando secus. Conclus.*619. Vide Brocar-
dum, *quod potui, nolui.* Concl.133. & ibi contraria regula, si non va-
let, quod ago, vt ago, &c. *num.*3 *& seq.* vbi plura pro vtraq; regula,
cum declarationibus.

Actus validus in dubio interpretari debet. Concl.136.

ACTVS † in dubio debet interpretari validus. *l. quoties. ff. de* 1
verb. oblig. plene Rol. à Vall. *cons.*61. *n.*23. *& seq. ver. quinto consi-*
*derandum. lib.*3. vbi extendit ad omnem actum. Abb. *cons.*62. *In con-*
*trouersia, col.*1. *n.*7. *ver. tertio principaliter, lib.*2. † Extende, vt proce- 2
dat, q̃ actus debet cẽseri factus ea authoritate, & eo nomine, quo
valet, etiamsi simpliciter fiat, etiãsi faciens ignoraret se authorita-
tem habere. Bart. *q.*5. *Adunantia, in prin.* † Et actus, qui duplici iure 3

geri

geri potest, censetur gestus eo iure, quo melius valet, quia generale est, vt potius fiat interpretatio pro validitate. Bart. *d.q.5.in pr.ver.*
4 *secundo sic.* † Extende maxime in testamentis. Bal. *cons.128. Ad intelligentiam, ver contrarium est verum li.1.* Fulgos. *cons.89. In quæst. Ioannis.*
5 *n.2 ver.postremo nemo, qui sapiat.* † Et tanta est præsumptio, quæ oritur propter validitatem actus, vt vincat omnes alias. Alciat. *in tract.præsumpt.reg.1.præsumpt.30.n.5.* Rolan.à Vall. *cons.61.n.27.li.3.* & quod cæteris omnibus prævaleat hæc præsumptio validitatis a-
6 ctus. Ruin. *cons.72.n.4.lib.2.* Dec. *cons.77.n.5.* † Et interpretatio pro validitate actus est Regina aliarum interpretationum. Cepha. *cons.51.n.39.* late exornat Mantic. *de coniect.vltim.volunt.lib.12.tit.17.*
7 *nu.13.* † Et quod præsumptio validitatis actus vincat omnes alias præsumptiones. Dec. *in c.quoniam Abbas n.49.ver.secundo limita. de*
8 *offic.deleg.* † Et regula, quod quis dubia verba possit declarare. *l.si quis intentione ambigua.ff.de iud.* procedit, dummodo non declaret in nullitatẽ, seu inualiditatem actus. Deci. *cons.77.n.5.* vbi ponit a-
9 lia specialia. † Et consequens, quod venit propter necessarium antecedens, vel è contra, nunquam destruit actum, nisi sit potentius,
10 & maius. Dec. *d.cons.77.n.5.* † Et in dubio potius præsumitur delictum vt valeat contractus, quam simulatio, quæ reddit actum, & contractum nullũ. Rom. *cons.304. Plura sunt n.2.ver.in re etenim ob-*
11 *scura.* † Extende; quia appellatio sententiæ intelligitur de valida, quia sententia nulla non est sententia. Vide, *Dispositio omnis intelligitur de actu valido. Concl.504.* Vide, *Verba dubia intelligenda, vt actus valeat. Concl.99.* Vide, *Verba in dubio de actu valido intelligenda. Concl.*
12 100. † Amplia in tantum, vt pro validitate legati veniant ea, quæ alias non venirent, quando legans non habebat alia bona, quã ea, quæ alias non venirent in legato. Old. *cons.300.nu.9.ver.præterea.*
13 † Extende; quia si testator instituit filium, & posthumũ ex ventre prægnante vxoris, si venter non est prægnans, & nascatur inde ad multos annos filius testatori, & decedat cum illo testamẽtõ, dictũ testamentum valet, & non dicitur filius præteritus: quia illa verba *de posthumo ventris prægnantis*, comprehendunt omnem alium posthumum, vt valeat actus. Castr. *cons.409. Casus iste, in fi.lib.2.* vbi, q̃ sicuti posthumus verificatur in iam nato, quem ignorabat testator esse natũ: ita refertur ad ventrem prægnantem futurum, quãdo de
14 præsenti credebat ventrẽ prægnantẽ, qui non erat. † Amplia; quia omnis interpretatio admittitur ad substinendum actũ. Rol.à Vall.
15 *cons.61.n.26.li.3.* † Extende: quia depositum non integrũ est nullũ: si tamen fiunt plura deposita ab eodem distincta, & vnum non sit integrum, in alio superabundet pecunia, fit coaceruatio, vt omnia
16 sint integra. Ang. *in l.si plures.§.fi.ff.de pact.* vbi Alex. & alii. Vide, *Depositũ contentiosum vt releuet. Concl.203.n.15.& seq.ver.restringe.* † Extende: quia licet relatum sit in referente, & verba generalia relatiua cõprehendant omnia, quæ sunt in relato, tamen secus est, quãdo ea destruerent dispositionem relatiuã. Alex. plene *cons.99. Super*
17 *primo.n.5.& seq.ver.circa secundum. lib.7.* † Sic confirmatio, & quælibet relatiua dispositio generalis interpretatur, vt contineat omnia relatiua, quæ non annullant confirmationẽ, vel dispositionem
18 relatiuã. Alex. *d.cons.99.n.6.& seq.li.7.* † Amplia, vt priuilegium de percipiendis fructibus beneficii, causa studii, licet non se extendat ad distributiones quotidianas: si tamen beneficium non habet nisi distributiones, habet locũ in illis. Oldr. *cons.300.n.10.ver.pro*
19 *hoc facit.* † Amplia, quia instrumentũ, seu contractus talis præsumitur, qualis in sui figura apparet, imo in dubio semper est facienda interpretatio pro eius validitate. Rol.à Vall. *cons.40. in pr.li.2.*
20 † Amplia, quia licet ordo scripturæ attẽdatur, vt actus primo scriptus censeatur primo celebratus: tamen fallit, quãdo actus redderetur nullus: ideo pro validitate actus posterior ordine prior iu-
21 dicatur. Alex. *cons.112. Super eo, n.4.li.5.* vbi apost. † Extende, quia si testes deponãt, q̃ testator instituit hæredẽ Titiũ, & postea Mæuiũ, fit interpretatio quod fuerint simul instituti; quia si disiunctim, nõ valeret prima institutio. Alex. *cons.179. Visis, ac ponderatis n.2.ver.ad confirmationẽ.li.7.* allegat Bart. & alios *in l.fructus.in fi.ff.solut.matrim.*
22 † Declarat Alex. *d.cons.179.n.6.ver.& ex prædictis.li.7.* vbi, q̃ procedit, quando testes deponunt cũ dictione, quæ importat continuationẽ, & statim, prout, postea, mox: vel ideo procedit; quia testes erant inducti à Mæuio secundo instituto, vt interpretatio dubia fiat
23 contra eũ. † Amplia, vt dispensatio inducatur cũ minore, quando Papa sciuit gratiam minori facere, & alias non valeret gratia, quia, vt valeat actus, censetur dispensare. Oldr. *cons.332.n.8.ver.item do vnã*, vbi, q̃ sufficit, q̃ valeat gratia in aliquo; quia non fit plenior interpretatio; vt valeat in eo, quod plus est, sed sufficit factum vali-
24 dum, & operari in aliquo. † Amplia; quia ordinatus à nõ suo Episcopo præsumitur de licẽtia sui Episcopi. Oldr. *cons.215.n.9.ver.de-*
25 *inde opponitur.* † Amplia; quia licet prohibitio alienationis facta primo instituto non censeatur repetita in substituto; tamẽ secus est, si alias redderetur prohibitio inutilis; quia si debet valere, est necesse, q̃ sit facta, vt bona conseruentur in familia; ergo omnes de familia prohibentur. Cast. *cons.401. Super primo.col.2. ver.primo quia, lib.2.* vbi quod ne actus sit inutilis, repetitio inducitur. † Amplia, 26
vt pro validitate actus quandoq; aliquid disponatur præter intentionem agentiũ, *c.1.de desponsat.impub.§.idem quoq; lib.6.in fi.* Fed. de Sen. *cons.15.n.4.ver.item contra.* † Extende; quia sententia, & laudũ, 27
q̃ non valet, vt laudũ, etiã stante approbatione partiũ, valet in vim pacti. Afflict. *decis.117.per tot.* † Extende; quia transactio, quæ non 28
potest valere, vt transactio, substinetur vt pactũ, quia transactio in se continet pactũ, si non constat de contraria mente; quia in dubio pro validitate actus præsumitur. Cald. *cons.101.* alias *2.de transact.* q̃
est Fr. de Ramp. & Gasp. Calder. † Extende, quia stipulatio, quæ nõ 29
potest valere vt stipulatio, valet in vim pacti, & contractus innominati. Alexan. *cons.12.col.fi.ver.& ad adducta lib.1.* maxime vbi deest iuramentum. † Amplia etiam contra propriam significationem 30
verborum; quia licet legatum factum alicui per verbum, *amplius lego*, censeatur cum repetitione præcedentium, ex proprietate verbi, *amplius*: tamen secus est, si ex repetitione induceretur nullitas, dispositionis; quia cessat repetitio. Calder. *cons.336.* alias *7. de testa.*
in fi. & cons.549. alias *5. de verb.signif.* † Extende in sententia: quia 31
verba sententiæ retenta secundum propriam significationẽ, si reddunt sententiam nullam, sunt improprianda, vt substineatur. Bald. *cons.501. Casus talis est, lib.5* Rom. *cons.328. Præsens consultatio.num.* 9.
vbi apost. *in ver.inualida.* idem Roman. plenius *cons.180.n.5.* vbi apostil. *in ver.sententiis*, dat concord. † Et quod impropriare liceat 32
verba, ne actus destruatur; quia nemo censetur elegisse viam, quæ impugnat iudicium suum. Fulgos. *cons.87. Visis superius allegatis, col.2.*
ver.ex illa quoq; vulgari. Abb. *cons.62. In controuersia.col.3.n.7.ver.ter-*
tio principaliter.lib.2. † Extende in omni dispositione; quia vt actus 33
valeat, verba impropriare licet, vt plene Roma. *cons.180. Si admittimus, n.4.in fi. & seq.ver.secundo principaliter.* † Idem est in contracti- 34
bus. Rom. *d.cons.180.num.5.* vbi apost. *in ver.contractibus*, dat plures concordantes. † Idem est in testamentis. Rom. *d.cons.180.n.5.* vbi 35
apostil. *in ver testamentis*, dat concord. † Idem est in iuramento. 36
Rom. *d.cons.180.n.5.* vbi apostill. *in ver. iuramento*, dat concordan. † Idem est in attestationibus. Rom. *d.cons.180.n.5.* vbi apostill. in 37
ver.attestationibus. † Idem est in priuilegiis, idem Rom. *d.cons.180.* 38
n.5. vbi Apostill. *in ver.priuilegiis.* † Idem est in sententiis. Roman. 39
vbi supra, & vide supra proxime, *ver.Extende.* Alex. *cons.96. Visis narratis, n.9.lib.4.* vbi dicit * communem, & infra *num.25. & seq.* † Ex- *
tende, vt maxime verba sint improprianda pro validitate actus, ne 40
quis damnum iniuste patiatur, vel ad fauorem eius, qui patitur damnum, ne alius capiat lucrum. Abb. *cons.62.nu.7.col.3.ver.tertio principaliter, lib.2.* † Et quando conceditur alii præbenda Canoni- 41
co habenti vnam; puta per non habentem facultatẽm dispensandi, intelligitur de præbenda temporali, vt valeat concessio, quæ non valeret, si intelligeretur de spirituali. Rom. *cons.328. Præsens consultatio.n.8.ver.secundo.* † Et Episcopus concedens alicui Ecclesiam, 42
quam non potest concedere, sed bene potest concedere partem fructuum; vt actus valeat, censetur partem fructuum concessisse, & impropriatur verbum, Ecclesiã. *c.pastoralis, extra de donat.* Rom.
d.cons.328.n.10. † Amplia; quia præsumitur pro instrumento, & 43
validitate instrumenti, & causæ, & validitate actus etiã contra dotem, quæ habet præsumptionem pro se, Bald. *cons.179. Ad euidentiam, lib.2.per tot.* vbi, quod extraneus, qui dotat mulierem, & potest apponere conditionem incontinẽti, quod dos sibi restitui debeat, non autem hoc potest ex interuallo, si duo instrumenta eodẽ die sunt facta super dotatione, & alterum, quod sibi debeat restitui, præsumuntur incontinenti facta. † Amplia; quia si in manda- 44
to dicitur, quod duę partes trium partium hominum certi loci cõstituerunt procuratorem, ad hoc, vt valeat mandatum, debet intelligi trium partium, videlicet, omnium hominum, loci, nõ autem trium partium, respectu maiorum partium. Bal. *cons.93. Si in*
eodem.n.2.ver.si in instrumento, li.3. † Amplia, quia vt valeat actus, 45
receditur à verbis; ideo donatio facta causa mortis coram tribus testibus censetur inter viuos, ne reddatur inutilis, etiam si mentio mortis sit facta; quia vrgentior coniectura est validitas actus. Roland.à Vall. *cons.8.n.29 & seq.ver.non obstant modo, li.1.vsq; in fi.* † Ex- 46
tende; quia verba sententiæ improprianter, vt actus valeat, & non annulletur Alex. *cons.96. Visis narratis, n.9 li.4.* vbi dicit * cõmunẽ, * 47
supra *n.39.* † Amplia; in sentẽtia, & laudo arbitratoris; quia, vt valeat, nec contineat errorẽ, vel contrarietatẽ, debet fieri omnis interpretatio ex relatione actorũ, ex conciliatione etiã impropriando verba pluralia, vt importent singulare, quia ét cauillosa interpretatio ad tuendã sententiã admittitur. Cuma. *cons.7. Primũ videndũ*
n.8.ver.In cõtrarium, & seq. † Extẽde, quia sentẽtia semper iustifica- 48

tur eo modo, quo potest; ideo si potest valere ex causa valida, & annullari ex inualida, subsistinetur ex valida. Anchar. *consil.65.n.12.*

49 † Extende; quia semper præsumitur pro sententia. Anchara. *cons.*
50 363 *nu.2.* † Amplia in fideiussione, quæ licet non valeat sine principali obligatione, & sine stipulatione; tamen vt non sit nulla, & sine effectu, intelligitur promisisse, etiam si verba impropriarentur, vt actus valeat, ideo potest Iudex mandare Notario, vt declaret contractum, qui dici potest nullus, & extendat iuxta solitum,
51 vt valeat. Bald. *cons.309. Decreto magnifici, per tot. lib.5.* † Amplia in exequutione facta; quia eo modo, quo potest, substinetur ex de-
52 ductis in actis. Ancha. *d.consi.65.n.13.* † Amplia in sententia, & omni dispositione; quia si exprimitur causa apta, & non apta, sustinetur exapta; quia alia causa demõstrationis enunciata videtur; & quia semper pro validitate actus præsumitur. Rom. *cons.243. Ex*
53 *proposito themate.n.8. & seq.* † Amplia in tantũ, quod actus debeat interpretari validus, vt si in donatione omnium bonorum, præsentium, & futurorũ, causa mortis facta, quæ potest valere, apponatur pactũ, & iuramentũ, quod nõ possit reuocari, per quod trasit in donationem inter viuos, si per talem trãsitum donatio esset nulla inter viuos, pactũ non operatur, sed reiicitur; quia intelligitur, quando potest cõpati cum donatione. Castr. *cons.75. Notandũ.*
54 *n.3. & seq. ver. potest dici melius.l.2.* † Amplia; quia actus tendens ad declarationem actus præcedentis, si non potest operari, vt declaratio, operabitur, vt noua cõcessio, quando pendet à voluntate solacientis actum, ita incertus author *de crimin. læsæ Maiestat.q.11. in*
☞ *fi.* Vide, *Laudum homologatum qualiter valeat. Concl.26.n.8. & multis*
55 *seq.* † Amplia; quia legatum factum spurio per patrẽ, quod aliter nõ valeret, censetur factũ in causam alimentorum, licet nõ dicatur; quia isto casu valere potest. Castr. *cons.5. Quicquid dicatur, n.5. &*
56 *seq.l.1.* † Amplia, si duo actus eodem tempore facti reperiuntur, ille censeri debet factus prius, qui debuit prius fieri. Alex. *cons.81. Lecto.n.7. ver. & cum fuerit data, lib.3.* vbi apost. Vide, *Incertitudo vi-*
☞ *tiat. Conclus.65.* Vide, *Ordo scripturæ quando attendatur. Conclus.196.*
57 † Restringe, quando fauorabilius esset actũ nõ valere, vel quando ageretur de præiudicio tertii, apost. ad Alex. *d.cons.81. num.5. in ver.*
58 *Præangulus.* Rube. *cons.109.* † Amplia, quia verba, quæ non possunt verificari de iure, sufficit, quod verificentur de facto, vt actus valeat; quia omnes censentur eligere viã, per quam voluntas fortiatur effectum, plene Soc. *cons.32.n.13. & seq.lib.2.* † Amplia; quia
59 licet appellatione filij an veniat nepos, sit quæstio: tamen quando testator non habet filios, sed nepotes, appellatione filiorum veniunt nepotes, vt actus valeat. Corn. *cons.207. De pluribus, n.13. &*
60 *seq.lib.2.* † Amplia in citatione facta ad domũ citati, vbi erat filius; quia si est lata sententia in dubio pro validitate citationis præsumitur, vt sententia substineatur. Fulg. *cons.76. Factum, super quo in fi.*
61 † Amplia; quia actus æquiuocus, qui potest ex pluribus causis dici factus, semper præsumitur factus ex causa, quæ est licita, & iuri-
☞ dica, nõ ex causa illicita. Aret. *cons.23.n.10. ver. ad tertium venio.* Vi-
62 de, *Præsumitur actus legitime factus. Concl.620.* † Extende; quia actus præsumitur factus ex persona, vel priuata, vel publica, prout potest valere; si agens plures personas repræsentat, etiam si sit Iudex. Rom. *cons.320. Hec istorum, in fi.* vbi apost. dat concord. Bart. *in q.5.*
63 *adunantia in pr.* † Extende: quia transactio de hæreditate patris inter filios, si est dubia, an viuente, vel mortuo patre sit facta, vt quia adsint verba, quæ important patrẽ viuere, & ẽt mortuum esse, interpretatur facta tempore licito; & sic mortuo patre, vt valeat.
64 Anchar. *cons.115. Incipiã ab vlt. per tot.* maxime *n.5.* † Amplia; quia testamentũ præsumitur validũ, & factum ab habente ætatẽ legiti-
☞ mam. Io. de Imol. *cons.114. In causa, quæ vertitur.n.2.* Vide, *Habilitas*
65 *quando præsumatur, vel non. Concl.4.* † Amplia; quia habens officiũ, si aliquid facit super re spectante ad officium, videtur ratione, & nomine officii facere, licet illud non exprimat. Batt. *d.q.5. adunan-*
66 *tia.n.2. ver. tertio sic.* † Amplia; quia habens mandatum cum plena, vt quia plenũ ius in eũ transfertur, ẽt si nomine suo faciat, obligat
67 mandantẽ. Bart. *d.q.5. adunantia.n.3. ver. quinto sic.* † Amplia in actibus Iudicis, prout sententia, & similibus; quia licet non præcedat expresse, quod debet præcedere, vt actus sit validus, ex quo est in potestate Iudicis, præsumitur tacite illud facere, & approbare, q debuit præcedere, late Felin. *in c. suborta.n.4. de re iud.* vbi, quod si Iudex fecit præceptũ parti, vt respondeat positionibus sub pœna confessatarũ, & pars sit contumax, & requiratur declaratio, quod sit confessus, si pronunciat condemnando tanquam confessum, censetur ẽt virtualiter præmittere declarationẽ, quod sit confes-
68 sus; vbi alia plura exempla similia. † Amplia; quia semper pro non
☞ desertione instantiæ est in dubio pronunciandum. Vide, *Appella-*
69 *tioni in dubio fauendum. Concl.392.n.11. & seq.* † Restringe, quãdo facto calculo apparet, causam desertam esse, nõ est præsumenda aliqua causa suspensionis instantiæ, vel prorogationis factæ, quæ nõ ostendatur, ẽt si Iudex de consensu partiũ pronunciasset, superesse vigintiquinque dies de instantia; quia adhuc, si ex calculo apparet contrarium, sententia ata extra instantiam est nulla, plene Alex. *cons.82. Viso processu. per tot.* maxime *n.7. & seq. ver. aliter etiam potest responderi lib.3.* vbi multa cumulat, quod satis est probare intẽtionẽ suam ex cõmuni cursu, & regulari, & qui dicit contrariũ de cursu irregulari doceat. Vide, *Regula habet præsumptionẽ pro se. Concl.* ✠
94. Amplia; quia acceptatio, & quilibet actus præsumitur factus legitimo tempore, de quo plene Mascard. *Concl.16. Acceptatio in*
70 *dubio*, vbi limitat & declarat maxime in appellatione. † Amplia; quia in dubio pro validitate actus facti à ministro; vel procuratore præsumitur, sc. vt nomine Domini censeatur factus, licet non exprimat, quod nomine domini faceret. Bart. *d.q.5. in fi. pr. ver. sexto sic*
71 *probatur*, vbi multa similia adducit. † Contrariũ, quod imo sit necesse exprimere, quo nomine faciat, alias nõ valeat actus factus nomine alieno, licet habeat facultatẽ, probat Bart. *d.q.5. ver. contra.*
72 *in fi. ver. sexto probatur*, vbi inducit plura similia. † Declarat Bart. plene *d.q.5. adunantia. ver. solutio*, quia si conceditur aliquid dignitati; pura, Prioribus, & officio, sufficit, quod Priores faciant nõ expressa facultate; si vero facultas conceditur Prioribus, vel alteri, vt faciat vigore authoritatis concessæ, debet exprimere, q nomine, & authoritate concessa; si verba sunt dubia; aut conceditur circa vnum negociũ particulare inter certas personas, vel de certa re; & in dubio, procuratorio nomine principalis; aut negocium est vniuersale, prout aliquid iurisdictionale; & dicitur competere iure
73 ordinario, & potest facere simpliciter; si vero authoritate sola principalis potest actus fieri, censetur eo iure factus; aut ẽt nomine proprio potest fieri, & non obligat principalem. † Limita; quia interpretatio obscura, & cauillosa non debet fieri ad substinendũ actum; quia intolerabilis interpretatio semper excluditur. Rota
74 in *nouiss. decis.366.n.7. part.1.* † Limita; quia errans in nomine proprio, vel in nomine filii sui, & è conuerso filius errans in nomine patris, præsumitur ex dententia, quæ inducit nullitatẽ vltimæ voluntatis, nec præponderat in hoc validitatis præsumptio, nisi aliter probetur. Rom. *cons.179. Amplissime Doctor, in pr.n.3. & seq.* † Limi-
75 ta; quia cessat præsumptio, quod actus valeat, quando agitur de derogatione iuris communis, nisi fuerit expressum: ideo Papa mandans vendi certos fructus cuidam monacho professo, nõ censetur dispensare, vt emat sine licentia Superioris, sed potius cum licentia, & secundum ius, & potius interpretatur secundum ius, vt pereat actus, quam vt substineatur cum derogatione præsumpta. Calder. *cons.407.* alias *22. de regular.* † Limita; quia prorogatio
76 compromissi, quæ potest interpretari valida, & nulla secundum vnum instrumentum, interpretatur nulla, vt euitetur contrarietas instrumentorum. Io. de Imol. *consi.131. In casu præmisso, in pr.* † Li-
77 mita, quando verba per prius sumpta annullant, & per posterius substinent actum, quia per prius intelliguntur, nisi aliæ coniecturæ militent. Bart. *in tract. minoric. lib.1. in fi. n.35 & seq.* vbi si legatum fiat Fratribus Minoribus S. Francisci, qui sunt incapaces, & illi de pœnitentia sunt capaces, interpretatur de minoribus incapacib. quia per prius sunt, licet annulletur actus. † Limita, quando actus
78 esset factus vigore facultatis non sufficientis; quia illa verba, *vigore, &c.* restringunt actum factum ex illa facultate, & sic nulliter, licet aliter posset valere, si actũ faciens nõ se restrinxisset. Bald. *cons.*
181. *lib.1.* vbi, quod tenuta data vigore statuti, sine citatione partis, si statutũ requirit citationẽ, est nulla. Rom. *cons.446. per tot. in pr.*
☞ maxime *nu.6. & seq.* vbi apost. *in ver. veriorem.* Vide, *Actus factus ex*
79 *causa inualida est nullus. Concl.126.* † Extende limitationẽ, ẽt si effect adiecta clausula; *omni meliori modo*; quia intelligitur secũdũ facultatẽ expressã, & ad quã se restrinxit. Bald. *cons.198. Præsupposito, quod dictus, l.4.* † Restringe in multis casib. per Rom. *d.cons.446. in pr.* Bar. 80
plene in sua *disp.5. incip. adunantia.* vbi pro vtraque parte, & tandẽ soluit Alexand. *cons.146. In causa, & lite, in fin. lib 5.* † Limita; quia 81
actus debet substineri validus in dubio, secundum propositum agentis, non autem secundum oppositum; ideo transigens omni meliori modo, si non valet vt transactio, non etiam substinebitur, vt pactum gratuitum; quia sunt opposita: quia in transactione aliquid debet dari, vel remitti hinc inde: secus in pacto gratuito. Angel. *consi.94. Cum lis, in fin. ver. nec obstat, quod saltem.* † Extende, 82
quando disponens se restrinxit. Rot. *decis.366. in pr. in nouiss. par.1.*
† Limita, vbi agitur de facultate arbitri, & arbitratoris; quia si 83
laudum dicitur nullum latum extra compromissum, licet præsumi soleat pro validitate actus: tamen incumbit onus probandi asserenti laudum esse latum super compromissis. Angel. *cons.218. Visa narratione, col. penult.* Alex. *cons.119. Titulus quæstionis, & cons.124.*
In causa, & lite, l.2. † Extende in omni materia, quãdo si actus sub- 84
stinere-

ſtineretur, excederemus facultatem gerentis actum, vel inducerētur delictum, aut quis delinqueret in officio; tunc potius annullatur actus. Alex. *conſil.179. Viſis, ac ponderatis, nu.3. & ſeq. lib.7.* vbi, quod etiam verba præteriti trahuntur ad præſens, vt excludatur
85 delictum, & non excedatur facultas. † Limita in materia probationis; quia potius actus nullus admittitur, quam quod probatio dubia probet, etiam ad validitatē actus probandam. Crauet. *conſi.*
86 218.n.6. † Limita, vbi agitur de citatione; quia in dubio cenſetur facta ad domum, de qua habeatur ignorantia à citato. Alex. *conſil.* 219. *nu.* 8. *& 9. li.6.* Vide, *Actus geſtus ab eo, qui plures perſonas repræſentat, Concl.* 148. Vide, *Actus debet interpretari. Concl.*135. Vide, *Præſumitur pro validitate actus. Concl.619. cum duabus concl. ibi proxime ſequ.* Vide, *Verba dubia intelligenda, vt actus valeat. Concl.*99. Vide Concl. proximam ſequentem.

Actus quando omni meliori modo cenſeatur factus. Concl.137.

1 ADITIO † hæreditatis ſimpliciter facta ab eo, qui eſt hæres pro parte tantum, cenſetur facta ſolum pro parte ſibi delata; quia acceptans ſimpliciter, & indefinite, cenſetur acceptare omni meliori modo, Bald. *in l.1.c. l.2.ver. ex prædictis apparet. C. quando*
2 *non pet. partes*, ſequitur Dec. *conſ.14. col.2.* † Limita; quia eſt regulare, quod faciens actum, cēſetur facere omni meliori modo, quo poteſt, quando facit ſimpliciter, & indiſtinctē. Abb. poſt Calder.
3 *in cap. cum ſuper. de offic. deleg.* vbi Dec. *colum. penult.* † Amplia; quia actus, qui potuit duobus modis fieri, in dubio cenſetur factus, vt vtilius eſt gerenti actum. Alex. *conſ.55. Quoniam. n.2. ver. quia pro*
4 *parte pupilli, lib.5.* † Reſtringe, niſi lex, vel ſtatutum requireret pro forma actum debere certo modo fieri, prout ſtatuto Bononiæ de cauſis pupillorum, quæ priuilegiantur, quatenus pupillus declaret velle vti beneficio ſtatuti, alias non. Alex. *d conſ.55. n.3. & ſeq.*
5 *ver. ſed ijs non obſtantibus, & num.13 ver. non obſtat, lib.5.* † Reſtringe; quia Iudex ſimpliciter aditus, præſumitur aditus potius, vt Iudex ordinarius; quia eſt potentior iuriſdictio, quam vt Iudex ſpecialis. Alex. *d. conſ. 55. n.5. ver. pro hoc facit, & num. 13. ver. ſecundo reſpondeo, lib.5.* vbi, quod Iudex incompetens electus à partibus, potius cenſetur electus vt Iudex, quam vt arbiter; quia firmiora ſunt, quę iu-
6 re communi, quam quæ iure ſpeciali niruntur. † Idem eſt; quia actus, qui poteſt eſſe validus iure ordinario, & iure ſpeciali, cenſetur factus iure ordinario; quia potentius eſt: & quia in dubio Iudex cenſetur vt ordinarius, non vt delegatus procedere. Alexan. *d*
7 *conſ.55.n.6.* vbi apoſt. *in ver. communi*, dat. concord. *li.5.* † Idem eſt, ſi quis compromiſit in aliquem; cenſetur enim potius in arbitrū, quam in arbitratorem compromiſiſſe, quia corā arbitro proceditur, prout corā Iudice ordinario; ſecus coram arbitratore. Alex.
8 *d. conſi.55. n.9. ver. accedit. li.5.* † Reſtringe, quia ex forma procedēdi, & ſeruata apparet de animo gerentis actum; quia ſi appellans via ordinaria tenetur facere depoſitum, & in caſu priuilegū pupillorum non tenetur facere depoſitum: ſi fecit depoſitum, apparet, quod via ordinaria egit. Alex *conſ.55.n.7. & 8. ver. confirmantur. li.5.*
☞ vbi apoſt. *in ver. forma*, dat concord. Vide, *Actus validus in dubio interpretari debet. Concluſ. proxima præced.* Vide, Clauſula, *omni meliori modo. Concl.*358. Vide Brocardum, *quod potui, nolui. Concl.*133. Vide, *Inutilis diſpoſitio eſſe non debet. Concl* 359.

Actus in dubio vtilis gerenti interpretatur. Concl.138.

1 ACTVS † dubius ſemper debet interpretari, vt minus ſit damnoſus gerenti; & plus vtilis, quam eſſe poſſit; quia hæc eſt naturalis intentio gerentis actum, ne ſibi noceat. Crauett. *conſil.*
106. n.8. & ſeq. Vide, *Verba dubia, quando contra proferentem, vel pro*
2 *eo ſunt intelligenda. Concl.*106. *& Conclu. ibi prox. præced.* † Extende, vt ſi damnoſus eſſe debeat omnino, prout quia donat, interpretatur tamen, vt minus iactet, quam ſit poſſibile, & quod potius ex cauſa neceſſaria, quam voluntaria actum fecerit, Crau. *conſ.*106. *n.*
3 9. *& ſeq.* Vide, *Donatio qualiter interpretanda. Concl.* 626. † Extende; quia in dubio renunciatio debet intelligi, vt minus noceat, quam fir poſſibile renuncianti; ideo facta ab inteſtato, non comprehenditur ex teſtemento, nec è contra. Oldrad. *conſ.*294. *Vltima iam di-*
4 *cta per tot.* Vide, *Renunciationes iuris proprij, Concl.* 180. † Extende; quia ſemper fit interpretatio, vt quis non cenſeatur iactare ſuū, & donare. ſi alia poteſt coniectura adeſſe. Vide, *Donatio non præſumi-*
5 *tur. Concluſ.*702. † Extende in conſenſū præſtito. Vide, *Conſenſus*
6 *quando non noceat. Concl.*753. † Idem eſt in confeſſione dubia; quia pro confitente fit interpretatio; imo ſtatur declarationi confiten-
7 tis. Vide, *Confeſſio dubia poteſt declarari. Concl.*672. † Idē eſt in obligatione, quæ eſt ſtricti iuris. Vide, *Obligatio eſt ſtricti iuris. Concl.*33. ☞
† Idem eſt in mandato procuræ quantumcunque generali; quia 8
non extenditur ad ea, per quæ mandans incideret in pœnam, ſed intelligitur ad licita, & permiſſa datum. Vide, *Mandatum ſemper ad* ☞
*licita interpretatur. Concl.*37.

Actus nullus nullum producit effectum. Concl 139.

ACTVS † nullus nullum producit iuris effectum. *l.4. §. conde-* 1
mnatum. ff. de re iud. Rol. à Vall. *conſ.*63. *n.*33. *& conſ.*76. *n.*21. *li.*
1. l. cum pater. §. curatoris. ff. de legat.2. † Et non præſtat impedimen- 2
tum, q̄ de iure non ſortitur effectum. *c. non præſtat. de reg. iur. in 6.* Bar. *q.6. n.6. ver. quinto probatur.* † Et q̄ actus iudicialis nullus nullū 3
debeat ſortiri effectū. Bald. *in l.1. C. ne vxor pro mar.* Soc. *conſ.*18. *Proſequendo ordinem li.1. col.7.* † Extende; quia ſtatutum non tollit ex- 4
ceptionem actus nullius Rol. à Vall. *d. conſ.*76. *n.*20. *lib.1.* † Et id- 5
eo nemo tenetur facere actum nullum. *l.2. in fi. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit.* Bart. *in q.*18. *pupillus, in ſi. principij. n.3. ver. quarto ſic.* Vide, ☞
*Fruſtratoria & eluſoria non debet eſſe lex. Concl.*518. † Amplia, vt exa- 6
ctu nullo appellans non probet ſuam diligentiam. Oldr. *conſ.*317.
n.4. ver. ad quartū. † Amplia; quia appellatio nulla non retardat ex- 7
equutionē; quia non præſtat impedimentum, q̄ de iure non ſortitur effectum, Bald. *conſil.* 67. *Ad euidentiam præmittendum, lib.1.*
† Extende, vt appellatio nulla nullū producat effectum; quia non 8
eſt appellatū, quando nulliter eſt appellatū. Bald. *conſ.*425. *Conſide-*
randi ſunt, in pr. lib.3. † Amplia in tantū, vt ipſemet, qui fecit actum 9
nullum, ipſo iure poſſit contrauenire, & allegare nullitatē. Vide, ☞
Alienatio nulla non obſtat alienanti. Concl. 267. † Amplia; quia ex vē- 10
ditione nulla, & ſimulata non transfertur poſſeſſio, quando conſtitutum pariter eſt nullū. Io. de Imol. *conſ* 55. *per tot.* Vide, *Poſſeſſio* ☞
quando transferatur ex inutili contractu. Concl. 425. † Amplia, quia 11
depoſitum nullū nō poteſt in aliquo releuare. Rol à Vall. *conſ.*63.
n.23. li.1. † Amplia; quia laudum nullū nō producit aliquem effe- 12
ctū. Rol. à Vall. *conſ.*76. *n.*21. *& per tot. lib.1.* † Amplia; quia pœna 13
impoſita non ſoluenti gabellam de contractu intra certum tempus, non habet locū in contractu nullo. Bart. *in l.ſi. §. ſin aut. in ſub*
conditione. C. commun. de leg. idē Bart. & Bal *in l.1. in 1. not. C. de condit.*
inſert. † Extende in caſu conuerſo; quia ſi adiudicatio facta non ſo- 14
luta gabella redditur nulla ipſo iure, nō eſt ſublata actio per ſolutionem ſurgentē ex tali adiudicatione nulla; quia quod nullū eſt, nullū producit effectum. *l. non dubium C. de legib.* & quando nullitas eſt fauore alterius non contrahētis, prout iſto caſu, per Bart. *in*
l. poſt mortem. ff. de adoptio. vel quando fauore publico. *l. quemadmodum. ff. de agric. & cenſit. lib.11.* tunc ipſemet, qui fecit actum nullū, poteſt contrauenire, & allegare nullitatē. † Amplia, quod dicitur 15
de actu nullo, idē ſit de actu illegitimo; quia nihil operatur. Nam licet Iudex, coram quo eſt legitime præuentum per citationem, præcludat viā aliis Iudicibus competentibus: tamen ſi citatio nō eſt legitime facta, non operatur præuentionem. Rom. *conſ.* 412.
Pro habenda. n.4. & 5. † Extende; quia conteſtatio litis legitime fa- 16
cta interrumpit præſcriptionem; ſecus ſi non eſt legitime facta. Rom. *d. conſ.*412. *n.5 & 6. ver ad hoc tria*, vbi apoſt. *in ver. tria*, dat. concordan. † Extende idem in libello, qui interrumpit præſcri- 17
ptionem; ſecus ſi libellus eſt ineptus. Rom. *dict. conſ.*412. *n.6.* vbi apoſt. *in ver. tria.* † Extende; quia actus legitime factus perpetuat 18
iuriſdictionem Iudicis delegati, ſecus ſi actus non eſt legitime factus. Rom. *dict. conſi.*412. *nu.*7. vbi apoſt. *in ver. tria*, dat concord.
† Limita; quia licet mandatum minoris ſine curatore non valeat. 19
l. neq. C. de procur. gl. *in l. illud. §. final. ff. de minor.* tamen ſi talis procurator fecit actum vtilem minori, valet: quia ætas minorib. ſubuenire ſolet in damnoſis, non aūt obeſſe in lucroſis *l. non ideo C. de* ☞
procurat. Vide, *Nullitas cauſata, ad fauorem certæ perſonæ. Concl.* 145.
† Limita, quia licet actus ſubſequens ſoleat irritare actū præce- 20
dentem, prout ſecunda ſententia cōfirmatoria primæ, quia ex ea oritur actio, nō ex prima, & agitur ex cōfirmante, non ex confirmata: tamē ſecunda ſententia, ēt ſi eſſet nulla defectu ordinis, adhuc tollit primā, ita Rom. *conſ.*369. *Circa primum, n.16. & ſeq. ver. ſecunda conſideratio.* † Contrariū eſt verū, & Rom. ibi loquitur inad- 21
uertenter, q̄ patet; quia teſtamentū ſecundū nullū non reuocat primū. Vide, *Teſtamentū validum, & ſolemne non reuocatur. Concluſ.* ☞
152. † Limita, quia actus nullus operatur declarationem mentis ipſius gerentis actum, licet actus ſit nullus. Bellon. *conſ.5. in puncto.* 22
n.12. ver. ne dicat aliquis. Rom. *conſ.*179. *Amplißime Doctor, n.*11. vbi apoſt. *in ver. voluntatem*, dat concord. Vide, *Animus & intentio pro-* ☞
*batur. Concl.*336. † Extende in teſtamento nullo. *l.ſi.* vbi Bart. *ff. de* 23
reb. eor. Deci. *conſ.*159. *col.2. & conſi.*176. *n.*4. Pariſ. *conſ.*79. *n.*16. *li.*2.
† Extende; quia codicilli etiā nulli declarant mentem & dubietā- 24
tem teſtatoris, vel teſtamenti. Rom. *conſi.*179. *Amplißime Doctor.*

*nu.*11.

num.xl. vbi apost. *in ver. voluntatem*, quæ dat plurimos concordan.
25 †Extende, etiã si actus sit nullus, & simul impugnatus: quia nullitas potest allegari ab impugnante ad effectum declarationis mentis disponentis. Rom. *d.cons.*179.*n.*11. & ibi apostil. *in ver. voluntate*,
26 quæ citat concord. & similia. † Extende; quia citatio nulla, & incerta coram Principe facta denotat eum voluisse procedere authoritate ordinaria, non absoluta; quia quando procedit de absoluta, non tenetur citare partem: sed secus est, quando procedit de ordinaria: ideo cum citare fecerit, licet nulliter, talis citatio nulla declarat mentem Principis, quod voluerit via ordinaria procedere. Rom. *cons* 369. *Circa primum, num.*5. *& seq. ver. secundo quidem*,
27 vbi apost. dat concor. † Extende, quia ex actu nullo, & reuocato declaratur animus & voluntas; siue sit actus immediate sequens, siue ex interuallo, plene Decia. *consi.*41.*n.*41. *ver. quia ex actu, lib.* 1. vbi plurimos concordantes allegat, & extendit multo magis, quãdo actus est in parte reuocatus; quia ex parte illa reuocata etiam
28 potest sumi declaratio voluntatis. † Extende; quia licet clausula in donatione apposita, quod tot sint donationes, quot res, vel quantitates, nihil operetur contra insinuationem, tanquam in fraudẽ apposita, & sit nullus effectus; tamen bene probat mentem donantis fuisse donare omni meliori modo. Alex. *cons.* 21. *Attentis*,
29 *in fin. ver. præterea intentio, lib.*3. † Extende idem esse in instrumento, vel scriptura cancellata; quia probat, qualis fuerit mens contrahentium, vel disponentium. Bart. *in l. in testamento ff. de fideicom.*
30 *liber.* Vide, *Cancellatio quando attendenda. Concl.* 20. † Extende; quia ex actu nullo sumi potest mens coniecturata ad fideicommissum. Bart. in *l. fideicommissa. §. quoties. ff. de legat.* 3. Ias. *in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. & in l. Titius. §. Lucius. in* 1. *not. ff. de liber. & posthum.*
31 † Limita; quia licet instrumentum sit nullum; puta, emptionis; tamen probat confessio facta in tali instrumento nullo numerationem, & solutionem pretii. Castr. *in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, n.*
32 4. *ver. quarto nota. ff. de verb. obligat.* † Declara, vt per Rom. *cons.* 294. *Hæc consultio, in pr.* quia si instrumentũ est nullum, tanquam falsum; tunc non probat, etiam quoad confessionem; si vero contractus est nullus; puta, quia non interuenit solemnitas requisita ad contractum; tunc bene valet instrumentũ, quoad alia, licet non quoad contractũ; si vero instrumentum esset nullum; quia non habet
33 solemnia instrumenti, nihil probat. † Extende in processu criminali nullo; quia confessio delicti probat delictum. Castr. *d. l. si ita*
34 *stipulatus §. Chrysogonus, n.* 4. *ff. de verb. oblig.* † Extẽde in legato facto hæredi. vniuersaliter instituto; quia licet sit nullum; tamen valet ad declarationem mentis testatoris, quod noluerit legata venire in restitutione fideicommissi; puta, quia dixit, quod libere legabat hæredi. Fulgo. *cons.* 99. *Quidam A. veniens, in fi.* Cuma. *cons.* 37. *in se-*
35 *cundo dubio.* † Idem, est, in confessione dotis facta in vltimo testamento sine quantitate; quia quantitas declaratur ex primo testa-
36 mento reuocato, & nullo. Alex. *cons.* 45. *Ha. ita super ijs, n.* 6. *l.a.* † Limita multis casibus, de quibus Rom. *cons.* 483. *Dubitatur, n.*3. *& seq. ver. quis autem dubitat*, vbi apostillæ ponunt plures casus, in quibus pœna imposita actum facienti valide procedit; multo magis contra eum, qui fecit actum nulliter, & magis contra legem, ne delin-
37 quens grauius sit melioris conditionis. Vide, *Delinquens non debet esse melioris conditionis, quam nõ delinquens. Concl.*190.*n.*15. *& seq.* † Limita; quia actus naturalis per violentiam factus, qui non prodest facienti, prodest aliis, ideo expulsus de possessione, quãdo præscribebat rem, licet tertius expellens violenter non sentiat commodum ex tali expulsione; tamen sentit commodum is, contra quem cœpta est præscriptio, vt illud tempus subducatur. Bart. *in q.* 6. *La-*
38 *pus n.*7. *ver. sexto probatur.* † Limita; quia licet contractus alienationis feudi sit nullus, quantum ad translationem dominii; valet tamẽ in præiudicium vendentis, vt teneatur actione personali. Deci.
39 *cons.*184.*n.*7. † Extende; quia si actus alienationis nõ valet, vt quia non potuit alienari res vendita, non potest vendens ipse contrauenire; imo tenetur de euictione rei venditæ actione personali.
40 Deci. *d. cons.*184.*nu.*7. † Limita in præparatoriis; quia actus nullus, qui non prodest facienti, potest prodesse alteri. Ita Bart. in *d. q.*
41 *6. Lapus nu.*5. *ver. tertio probatur.* † Extende; quia actus nullus, & inutilis quoad vnum, & facientem, potest esse præparatorius, & v-
42 rilis quoad alium. Bart. *d. q.*6. *ver. quarto probatur sic, num.*6. † Limita; quia licet locatio perpetua bonorum Ecclesiæ sine confirmatione Papæ sit nulla, & nullum producat effectum; tamen ex æquitate contra; quia si Ecclesia locauit perpetuo bona, promittendo confirmationem Papæ, quæ non potuit obtineri, tenebitur conductor ad actus pro tempore, quo percepit fructus, & dabitur
43 actio ex locato, licet sit nulla locatio. † Limita; quia mora causatur ex interpellatione, etiam si processus, vel citatio sit nulla; quia saltem valet, quoad moram causandam. Bald. *in cap.* 1. *nu.* 4. *de milite*

vasallo. Aretin. *in l. si ex legati, in fi. ff. de verbor. obligat. & in const.* 149. *colum. penult.* Bauer. *in tract. de mora. num.* 21. *ver. subde tamen vnum, quod est notandum.* vbi dicit in hoc non reperiri contradictorem; tamen ipse impugnat per multa fundamenta, & relinquit cogitandum. † Limita, & est contraria regula, quia imo actus inutilis, & in 44
ualidus facit cessare actum validũ, pro regula ponit incertus Author post regulas Socin. *reg.*7. *Actus inutilis operatur ademptionem actus validi*, vbi restringit sex modis. Vide, *Nullum ipso iure non præstat impedimentum. Concluſ.*140. Vide, *Nullum ab initio non conualescit ex tempore. Concluſ.*143. Vide, *Sententia nulla nullam producit effectum. Concluſ.*154.

Actus nullus redditur, si requisita ad actum non apparent tempore actus, licet in veritate interuenerint. Concluſ. 140.

SENTENTIA † est nulla sine citatione, in tantum, quod licet 1
reuera esset citatus is, contra quem est lata sententia; tamen si tempore latæ sententiæ, nondum erat producta relatio, licet postea appareat, perinde est, ac si non esset vere citatus; quia de contumacia debet apparere tempore sententiæ. Calder. *cons.*138. *in pr.* alias 6. *de dilatio.* & duplicatur *cons.*204. alias 8. *de re iudic.* vbi allegat Bart. *in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infect.* dicentem se semel reuocasse processum, & idem consuluit Ancha. *cons.*211. *De iure communi. in pr.* Vide, *Relatio Nanceij vt valeat, quæ requirat. Concluſ.* 122. vbi
plura similia. † Extende, vt nedum sententia prima sit nulla, lata sine relatione citationis tempore sententiæ, licet postea fuerit facta relatio, sed etiam est nulla sententia subsequẽs super taxatione expensarum. Anchar. *d. cons.*211. *in prin. nu.*2. *ver. & pro hac etiam.* † Ex- 3
tende pluribus casibus; & exemplis, de quibus Zabar. *cons.*105. *n.* 8. *& seq. ver. quinto sic*, quod est Collegii Paduæ, vbi, quod pluribus datis iudicibus, cum clausula; *si non omnes*, & vnus solus procedat, non sufficit alios esse vere impeditos, sed necesse est, quod constet de impedimento, alias processus est nullus, & Iudex appellationis non docto de appellatione non procedit, etiam si postea constet: sic Iudex à quo non procedit, nisi sibi constet, quod sit renunciatum appellationi, & negligentia non potest suppleri per aliũ, nisi cõstet de ea, nec sufficit, quod sit vera; nisi appareat; curatum secundum nõ potest conferri dispensato, si nõ ostendit dispensationem; bona Hæretici non occupantur, nisi doceatur de condemnatione, exequutor non exequitur sine literis. † Extende; quia licet 4
beneficium collatum absenti vacet; donec acceptet collationem, tamen non potest conferri, donec constet, quod non voluerit acceptare, & si primo conferatur, licet postea non acceptet, non cõualidatur collatio. Zabar. *d. cons.*105. *n.*12. † Amplia; quia Iudex de- 5
legatus, licet reuera sit delegatus; tamen antequam literæ delegationis sibi fuerint præsentatæ, si procedat, processus est nullus. Vide, *Iudex delegatus non habet iurisdictionem. Concl.*435. † Extende in 6
procuratore; quia antequam sciat se esse procuratorem, nõ potest exercere mandatum, licet reuera sit procurator. Vide, *Mandatum debet produci parte opponente, alias non valent acta, &c. Concl.* 62. Vide, *Procurator ante receptum mandatum potest exercere officium procuratoris, &c. Concl.*835. Vide pro vtraque parte plura similia, quæ reportaui ad *decis.*19. *de procurat. in antiq. nota, quod.* vbi Rot attendit veritatem, licet non appareat.

Actus contra legem factus quando valeat, vel non. Concluſ. 141.

ACTVS † factus contra legem prohibentem est ipso iure nul- 1
lus. *l. non dubium. C. de legib.* Vide, *Lex prohibens aliquid fieri, quando annullet actum contrarium. Concl.*269. † Amplia, quia annul- 2
lato principali contractu, annullantur omnes clausulæ, constitutum, precarium, confessio, pœna, hypotheca, & si quid aliud est in contractu nullo. Ias. *in d. l. non dubium. n.* 56. *ver. hic Bald. C. de legib.* † Amplia, vt actus gestus contra decretum Principis sit nullus, et- 3
iamsi in decreto alia pœna sit imposita. Alex. *cons.*337. *In causa mota, in princ. libr.*1. vbi, quod legitimatio spurii est nulla: stante decreto Principis, quod sine sui licẽtia non possit fieri legitimatio sub pœna, maxime: quia decretum infringit legitimationes alias factas. † Amplia: quia etiã is, qui fecit actũ nullũ ipso iure in iudicio, po- 4
test dicere de nullitate. Alex. *cons.*123. *Discussis, n.*6. *ver. regulariter, li.* 1. Vide, *Alienatio nulla non obstat alienanti, & quando secus Concl.* 267.
† Amplia: quia actus factus contra legem, vel statutum est nullus, 5
etiam si lex non procedat vlterius annullando actum. Ias. *d. l. non dubium, in* 4. *col. ver. octauo. C. de legib.* † Extende, vt procedat, etiam 6
si lex prohibeat actum sub certa pœna; quia adhuc etiam vltra pœnam, actus erit nullus. Bart. *in l. Prætor ait. ff. de nou. oper. nunciat.* vbi

Imol. &

Imol.& Alex. qui alios allegant. Castren. *cons.* 62. *Quod dicta conuentio, lib.* 2. † Contrariũ, quod imo, quando adest certa pœna, actus valeat, licet pœna committatur. Ias. *in l. Prætor ait. ff. de nou. oper. nunciat.* vbi respondet Bart. & aliis contrarium tenentibus. *col.* 4. *sub n.* 5. *ver. tertio nota*, & ibi Cuma. glo. *in l. non dubium. C. de legib.* vbi Bald. qui dicit idem velle Cyn. & Iacob. Butrig. Felin. *in c.* 2. *de testib.* Vide in istis terminis apost. ad Rom. *cons.* 236. *Vt præmissa. n.* 8. *in ver. singularis*, quæ ad hoc citat plures, maxime Abb. *cons.* 91. 8 *Quoad primum, col.* 3. *ver. ad prædicta iudicio. li.* 1. & alios. † Declara, vt plene per Castr. *cons* 62. *Quod dicta conuentio, lib.* 2. *per tot.* quia regulariter, quando adest pœna, actus debet valere, vt sit locus pœnæ; 9 quia si actus esset nullus, non posset esse locus pœnæ. † Declara secundo; quia si pœna potest concurrere cum nullitate actus; tũc distinguitur; quia si nullitas actus tenderet in præiudicium alterius, quam eius, cui pœna imponitur; & tunc actus valet. *l. filiusfamilias. § final. ff. de falsis.* si autem nullitas tendit in præiudicium eius, cui imponitur pœna, & est nullus, & pœnam incurrit. *l.* 1. *ff. de ijs, quæ pro non script. habẽtur.* Ita Castr. *d. cons.* 62. *circa fi. & per tot. li.* 2. Declara, vt infra *n.* 20. vbi videas; quia magis videtur accommodari 10 hic, quam ibi. † Extende igitur, quod statutũ prohibens, nobiles posse conducere daria sub pœna 200. si nobilis conducat, incurrit pœnam, & in eius præiudicium contractus est nullus. Castr. *d. cons.* 62. *per tot. li* 2. Vide, *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, & quando secus. Concl.* 951. † Limita; quia statutũ præcipiens Iudici, vt expediat causam intra mensem, non annullat sententiam 11 lata post mensem, licet Iudex puniri debeat. Castr. *cons.* 16. *Si ponderarentur, n.* 9. *li.* 1. plenius Alex. *cons.* 24. *n.* 2. *li.* 6. Vide, *Iudex, quando posit expedire causam post terminum præfixum. Concl.* 470. † Extende; quia statutũ Pisanum præcipiens sub pœna consultori ad reddendum consilium, & Iudici, qui consultorem non compellit intra certum terminum, non annullat consiliũ redditum post terminum; imo valet, nisi annullatio tenderet in præiudicium non facientis iussum legis; quia tunc esset actus nullus in præiudicium non facentis, sed nõ in præiudiciũ alterius. Alex. *cons.* 24. *Viso the-* 13 *mate, li.* 6. vbi apost. *in ver. actum*, dat concord. † Extende in statuto præcipiente Iudici, vt victum victori in expensis condẽnet; quia sententia non est nulla, licet Iudex absoluat victum ab expensis. Castr. *cons.* 16. *nu.* 9. *li.* 1. vbi, q̃ plus importat prohibitio, q̃ præce- 14 ptum; plus negatiua, quã affirmatiua. † Extende, vt procedat nedum in statuto præcipiente aliquid fieri sub pœna intra certum terminum, vt si fiat post terminum, valeat, sed imo procedit, etiã si fiat præceptum à lege, quod is, qui fecerit aliquid tale, incurrat pœnam, si actus fiat, bene est nullus, quatenus concernat fauorẽ facientis contra legem, sed non est nullus, quatenus concernat fauorem alterius. Alex. *d. cons.* 14. *per tot.* vbi apost. *in ver. actum*, ita 15 declarat. *li.* 6. † Limita in præiudicium contrahentis contra legẽ; quia valet actus factus contra legem. Ias. *in d. l. non dubium. n.* 9. C. *de legib.* Vide infra, *Actus nullus quando valeat contra gerentem actum.* 16 *Concl.* 143. † Extende; quia licet actus non valeat in præiudicium publicæ vtilitatis; tamen valet in præiudicium priuatæ, quando concurrunt priuata, & publica vtilitas. Ioan. de Imol. *cons.* 1. *n.* 6. 17 *ver. item non videtur.* † Extende; quia renuncians cum iuramento in præiudicium sui, & præiudicium tertii, licet non valeat, quoad præiudicium tertij, tamen valet, quoad præiudicium proprium 18 renunciare. Io. de Imol. *d. cons.* 1. *n.* 6. † Extende in alienatione bonorum Ecclesiæ facta non seruatis solemnitatibus; quia licet non valeat quoad Ecclesiam; tamen valet quoad Prælatum alienantẽ, 19 Io. Calder. *cons.* 238. *in fi.* alias 2. *de ijs, quæ fiunt à Prælat.* † Declara tota ista materiam; quia si lex à principio actus prohibet actum fieri posse sine certa solemnitate, semper omissa solemnitate actus est nullus; si vero lex à principio non requirit solemnitatem, sed ex post facto; tunc valet actus: sed tamen est annullandus, si nõ interuenit solemnitas. Rom. *cons.* 203. *Quoad primum, n.* 7. *ver. quoad secundum n.* 8. vbi allegat gl. singularem *in clem.* 1. *de iure patr.* & apost. ad Rom. ibi *in ver. annullandum*, dicit hanc esse communem * *opinionem, & quod totus mundus eã sequitur, & rursus idem Rom. *cons.* 236. *Vt præmissa. n.* 8. *ver. secundo quia*, vbi plena apost. *in ver. singularis.* aliter declarat, vt infra, & infert Rom. *dict. cons.* 203. quod Hebræus habens capitula vẽdendi pignora posito banno, si in loco, prout Volterræ, extat statutum, quod omnia bannimenta debeant registrari in actis, si tale bannum nõ fuit registratum, & Iudæus vendidit pignora, potest de furto puniri Iudæus, & bannum debet annullari, & Dominus pignorum potest rem 20 suam vendicare ab emptore. † Declara secundo totam hanc materiam; quia si lex non habenti potestatem dat illam cum certa solemnitate, sicuti si solemnitas à principio requiritur in actus cõstructione; & tunc actus nullus est, si fiat sine solemnitate; si vero actus conceditur fieri per eum, qui poterat facere; puta, ex alia constitutione, sed adiicitur certa solemnitas; tunc actus valet, sed faciens incidit in pœnam, & in hoc discrepant; quia in præcedenti declaratione dicitur, quod non est nullus, sed annullandus, hic dicitur, quod valet, sed quod faciens incidit in pœnã. Tertius casus est: quia si in lege adest decretum irritans, siue simus in primo casu, siue in secundo, actus est nullus propter decretum irritans, ita plena apost. ad Rom. *cons.* 236. *Vt præmissa, n.* 8. *in ver. singularis*, vbi plura ad hæc omnia allegat. Vide plenius, *Alienatio nulla non obstat alienanti, & quando secus. Concl.* 367. *n.* 14. *& seq.* † Ego credo, 21 quod ista vltima declaratio sit ponenda in terminis ampliationis, de qua supra post *n.* 9. videlicet, quando lex mandat adhiberi certam solemnitatem sub pœna; quia est controuersia, an actus sit nullus, & pœna committatur, an actus sit validus, & pœna committatur, & ad hoc aptatur dicta proxima declaratio. † Limita 22 quinq; modis. Primo, quando lex loquitur prohibitiue; secus, si permissiue. Secundo, quando prohibitio est perpetua. Tertio, quando lex staret in terminis prohibitionis, secus, si actum validũ diceret. Quarto, quando non prohibetur substantia, sed qualitas actus. Quinto in prohibitione legis prætoriæ; quia actus non est nullus. Ias. ponit *in dict. l. non dubium. num.* 18. *& sequen. C. de legib.* † Limita, quando lex annullaret actum ad fauorem certæ perso- 23 næ; quia alius non dabit de nullitate, nisi illa persona. Put. *decis.* 8. *lib.* 2. Cassad. *decis.* 2. *de locato.* Et vide, *Actus irritandus non dicitur nullus. Concl.* 145. † Limita in casu contrario; quia actus secundum sta- 24 tuti solemnitatem factus est validus. *l. legitima. ff. de pact.* Ioan. de Imol. *cons.* 110. *In causa, quæ vertitur, n.* 3. *vers. circa tertium.* Vide etiam infra, *Actus irritandus non dicitur nullus. Concl.* 145. *n.* 4. *& seq.* vbi, quod nullitas debet acceptari.

Actus contra legem factus ex iusta ignorantia non valet. Concl. 142.

IGNORANS † ex iusta ignorantia faciens actum pœnalem 1 contra legem licet excusetur à pœna, non tamen valet actus. Federic. de Sen. *cons.* 85. *num.* 4. *ver. non obstat*, vbi loquitur in eo, qui acquisiuit cessionem iurium in casu prohibito, & pœnam, vt non possit agere ex tali cessione, licet excusetur à pœna. † Am- 2 plia idem esse in eo, qui cõtrahit matrimonium ignoranter cum consanguinea, quia licet quoad pœnam excusetur; non tamen valet matrimonium. Fed. *dict. cons.* 85. *n.* 4. † Amplia idem in 3 Capitulo, & Canonicis, qui ignoranter elegerũt indignum; quia excusantur à pœna; non tamen valet electio. Federic. *dict. consil.* 85. *num.* 4. † Amplia in eo, qui contraxit cum minore, quem ignorabat minorem, quia licet excusetur à pœna, non tamen valet cõ- 4 tractus, si defeceruut solemnia. Federic. *dict. consil.* 85. *num.* 4. Vide, *Ignorantia facti excusat, & iuuat in multis. Concl.* 16. *cum duabus conclusionibus ibi proxim. sequen.* Vide, *Ignorantia facti non excusat in multis. Concl.* 19.

Actus nullus, vel prohibitus, quando valeat contra gerentem actum. Concl. 143.

CONFESSIO † Prælati, quod habuit, & recepit pro tempo- 1 re successorem, licet sit nulla, & valere non possit in præiudicium Ecclesiæ; valet tamen in præiudicium Prælati confitentis. Calderin. *consil.* 153. *in princip.* alias 5. *de confess.* † Sententia Iu- 2 dicis secularis, lata contra Clericum, maxime in sacris constitutum, licet non valeat etiam volente Clerico; tamen istud est respectu Clericatus, & iuris publici; ideo valet, quatenus se extendat præiudicium ipsius Clerici, qui fecit actum contrarium consentiendo. Calderin. *consil.* 126 alias 12. *de iudic. num.* 3. *versic. secundo dato.* † Contractus celebratus contra legem est ipso iure 3 nullus; videlicet, vt non valeat pro gerente, sed valeat contra gerentem ad fauorem tertii. Ias. plene *in addit. ad Port. Institut. quib. mod. ius patriæ pot. solui. §. præterea, in princip.* † Extende, 4 quia contrahens cum minore nulliter & sine solemnitatibus, non potest allegare nullitatem contractus. Vide, *Turpitudinem, veldolum suum allegans non auditur. Concluf.* 402. † Declara, quia 5 contrahens nulliter non potest actum propria authoritate extinguere, vel ab eo recedere, sed debet expectare sententiam Iudicis. Ancharan. *consil.* 122. *Ex narratis, num.* 2. † Mulier, 6 quæ non potest contrahere sine solemnitate duorum proximorum, & decreto Iudicis, si contrahit cum curatore, & decreto Iudicis; quia iurat non habere consanguineos, quos habet, non allegat nullitatem contractus. Fulgos. *consil.* 219. *Visis bonis, num.* 3. Vide, *Mulier iuuatur Velleiano. Concluf.* 420.

† Alie-

7 † Alienatio bonorum Ecclesiæ non seruatis solemnitatibus, quæ non valet, valet contra Prælatum alienantem. Cald. *cons.258 in fin.* alias *2.de iis, quæ fiunt à Prælat.* Vide, *Actus contra legem. Concl.141.num.* 15. *& seq.* Vide, *Alienatio nulla non obstat. Concluſ.267.n.8. & multis sequentibus.* vbi declaratur. Vide, *Alienatio bonorum Eccles. est prohibita* 8 *regulariter. Concluſ.273.nu.82. & seq.* † Licet nulla sit emancipatio, vt quia non fuit publicata in consilio generali, prout Florentiæ disposuit lex anni 1421. tamen valet in præiudicium emancipati, qui tanquam talis cõtraxit, nec ipse potest allegare nullitatem, sed bene alii contra eum; quia videtur in dolo. † Contrarium, quod imo, quando actus est nullus ipso iure, possit illemet, qui fecit actũ ipso iure nullum, venire contra illum actum. Alexan. *consi.93. Visis, & consideratis, in pr.li.2.* sequitur Probus in *addition. ad Ioan. Monach.* 10 *in cap.1. de restitut. in integr. nu.21.lib.6.* † Declarat Alexand. *cons.103. Visis scriptis, n.14. ver. non obstat. lib.2.* quia si actus est nullus fauore ipsius gerentis actum, prout in minore contrahente sine certa solemnitate, potest eo casu minor venire contra actum nullum à se ipso factum. Vide, *Actus irritandus. Concl 145. num.14. & seqnen.* maxime *num.21. & seq.* Vide pro vtraque *in verb. Alienatio nulla non obstat. Concluſ.267.* Vide, *Dolus operatur multa contra dolosum. Concluſ. 580. & seq.* Vide, *Nullitatem allegare qui possint, vel non. Concl.134.* Vide, *Alienatione prohibita, qua alienatio permutatur. Concluſ.262.n.9. & seq.* vbi similia plura.

Actus nullus quando reddatur; quia deuenit ad casum, à quo incipere non potest, & è contra. Concl.144.

1 ACTVS † redditur nullus, quando deuenit ad casum, à quo incipere non potest. *l.pluribus. §. & si placeat, & l.inter stipulantem. §.* 2 *sacram. ff. de verb. oblig.* † Amplia; quia interdictum, quod imponitur Ciuitati detinenti Episcopum, cessat, cessante detentione; quia * venit ad casum, à quo incipere non potest, communem * dicit Hieron. Tortus in suo *cons. quod est post cons. Ant. de Butr. n. 5. ver. sed quid* 3 *fortius*, sequitur Clar. *§. fi.q. 76. in fi.* † Imo plus dicit ibi ipse Hier. Tortus vnum absurdum, quod si Arelat. episcopus fuit interfectus; quia cessat causa detentionis; quia est mortuus, cessat interdictum, quod est falsum, quia propter quod vnum est tale, multo magis est ipsum tale; imponitur pœna detinentibus Episcopum; ergo erunt liberati detinentes si interficiant; hoc argumentum non cadit in 4 sensum rectum. † Amplia; quia sicut tutela non potest dari à principio pro certis bonis vel ad certa bona particularia, quia tutela datur personæ principaliter, secundario bonis; ita si pupillus habet tutorem vniuersalem, non valet tutela matris, quoad bona materna; quia res deueniret ad casum, in quo incipere nõ potest; puta, ad bona particularia. Roman. *consil. 188 In hac causa, in prin. ip.* vbi apostil. *in ver. incipere*, citat concordan. † Extende; quia statuta Pisana sunt nulla, postquam sunt effecti subiecti Florentinis; quia sicuti Pisani non possunt condere statuta noua sine licentia Florẽtinorum; ita etiam condita cessant; quia res deuenit ad casum, in quo incipere non potest. Roman. *consi 218. Præsens casus, col. 2. ver. videtur enim dicendum.* † Contrarium; quia multa facta tenent; quæ tamen deuenerunt ad casum, à quo incipere non possent. *l. Patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alien iur.* & est text. *in l. in ambiguis. §. non* 7 *est nouum. ff. de reg. iur.* † Et quod actus legitime factus à principio non vitietur, licet deueniat ad casum, à quo incipere non potest; quia hæreditas delata filio incapaci tempore delationis defertur per successorium edictum ad proximiorem: in tantum, quod licet superueniat postea capacitas filii, ius irreuocabile agnati, licet deueniat ad casum, à quo incipere non posset, non vitiatur. Feder. de 8 Sen. *cons.26.n.3. in fi. ver. primo quia certum est.* † Filius familias, qui non potest facere testamentum, si faciat tempore licito, quo pater est deportatus, & moriatur ante deportati patris restitutionem, valet, licet pater postea restituatur. Feder. de Sen. *d.cons.26.nu.4. ver.* 9 *item patre deportato.* † Matrimonium contractum ab eo, qui est sanæ mentis, nõ annullatur, licet postea efficiatur fatuus, & incapax. Zabarell. *cons.105. num.6. ver. pro hoc.* Vide, *Facta multa tenent*, vbi 10 ponit alia exempla. *Concluſ.12.* maxime *num.76. & seq.* † Declara in testamento patris, in quo præteriit filiam fœminam exclusam à statuto; donec superuiuant masculi; quia si post patris mortem moriantur omnes masculi, filia exclusa poterit dicere testamentũ nullum à principio; quia exclusio erat ad tempus, & sic cum res deuenerit ad casum, à quo incipere nõ poterat, actus vitiatur, quod credo procedere; quia testamentum erat in suspenso. Bald. *consil. 68. Proponitur, quod pater per tot. & cons.69. lib.1.* & sic quando actus est legitime factus sub conditione suspensiua, si veniat ad casum, &c. 11 vitiatur. † Declarat Dec. *d.l in ambiguis. §. non est nouum. ff. de reg. iur.* multis modis, vbi ponit multa exempla pro vtraq; parte, vt tũc valeat, licet deuenerit ad casum, à quo incipere non potest, quando actus est omnino perfectus, & quæsitum ius, si vero non est adhuc perfectus, & deueniat ad casum, à quo incipere non potest, redditur nullus. † Limita in casu conuersio; quia actus factus tempore 12 inhabili, vel per inhabilem, qui est nullus, non conualidatur, licet superueniat habilitas temporis, vel personæ; plura similia allegat Card. Zabar. *cons.105.n.6. & seq. ver. contrarium.* † Extende; quia 13 processus factus ab eo, qui caret iurisdictione, non conualidatur, licet superueniat iurisdictio, Zabar. *d.cons.105.n.10. ver. sexto.* † Ex- 14 tende, etiam si agatur de fauore libertatis; quia libertas data seruo alieno, non valet, neque conualidatur; licet is, qui dedit libertatẽ, succedat vero domino serui. Zabar. *d.cons.105.nu.11.* † Contra ex- 15 tensionem videtur facere; quia ius superueniens multis casibus conualidat actum nullum, de quo *in ver. Ius superueniens quando conualidet actum nullum. Concl.630. & Concl. seq. ibi proxime 631.* † De- 16 clara; quia si cõtractus est nullus propter inhabilitatem personæ, vel non seruatam solemnitatem, licet superueniat authori meo, non conualidatur contractus, nisi notus consensus interueniat; si vero contractus fuit validus, sed factus ab eo, qui ius nõ habebat, & superueniat ius authori meo, consolidatur ius meum absque alio consensu. Ita Signor. Homod. *cons.136.n.10. ver. primo ass. vsq; in fi.* Ang. *cons.78. Plures creditores, n.2. ver. non obstat, etiam si dicatur.*

Actus irritandus non dicitur nullus, & quando secus. Concluſ.145.

A CTVS † non dicitur nullus, licet sit annullandus, & valet, do- 1 nec per sententiam irriteretur. Calder. *consi.2. de constit. An Capitulum. nu.2. ver. vel dato.* Vide, *Nullum aliquid esse, vel annullari debere, differunt, Concl. 141.* † Sic sententia ex falsis probationibus lata valet mero iure, licet sit annullanda. Ias. *in l. Diuus, in prin. ff. de re* 2 *iud.* vbi *n.5. & 6.* contrarium dicit, in sententia contra minorem lata ex falsis probationibus. Vide plura similia *in ver. Exceptionis ope. multa tollunt ur. quæ de iure procederent, si exceptio non opponatur. Concl.* 400 † Actus factus contempto eo, qui debuit vocari, nõ est nul- 3 lus, sed annullandus. *c. quod sicut de electio.* Cald. *consi.2. de constit. n.2.* Feder. de Sen. *consi.148. in fi. ver. item tunc non est nullum.* Vide, *Contemptus, qui debuit vocari, potest annullare electionem. Concl.966.* † Am- 4 plia in matre transeunte ad secundas nuptias sine cõsensu filiorũ; quia licet priuetur successione; tamen id intelligitur filiis volentibus. Roland. à Vall. *con.81. num.5. lib.3. & num.8. ver. quarto, per totum.* † Extende in emphyteuta; quia licet priuetur, si alienauit do- 5 mino irrequisito; tamen intelligitur domino volente. Roland. à Vall. *d.consi.81.n.6. li.3.* Put. *decis.8. In vna Romana, lib.2.* Cassad. *dec.* 2. *de locato*, plene Corne. *consi.115. per tot. licet in hac consultatione, li.* 1. sequitur Dec. *consi.184. nu.12.* & plenius idem Dec. *consil.138. per tot.* † Extende idem esse in vasallo alienante feudum, vt priuetur 6 ipso iure; quia intelligitur domino volente. Roland. *dict. consi.81.n.* 7. *lib.3.* Ruin. *consi.70.n.5. lib.5.* & idem, quando non petiit inuestituram intra annum. Dec. *consil.144. Matureꝫ n.6.* † Extende idem 7 esse in Bulla, quæ annullat venditionem factam non requisito vicino; quia intelligitur vicino volente. Put. *dict. decis.8. lib.2.* † Extẽ- 8 de in eo, qui habet necessitatem soluendi pensionem certo termino, alias sit excommunicatus; quia intelligitur, si is, cui debet solui pensio, voluerit, alias non. Cassad. *decis.2. de locato. n.6. ver. idem in non soluente. & decis. fi. eod. tit.* Put. *d. decis.8. lib.2.* † Extende; vt idẽ 9 sit in priuatione, & in regressu contra Titularem, si non soluat; quia intelligitur domino volente. Cassad. *dec. fi. de locato, per totam.* † Extende idem in decreto irritanti appositio ad fauorem alicuius; 10 quia operatur ita demum, si ille, ad cuius fauorem est appositum, velit. Put. *d. decis.8. in fi. lib.2.* Cassad. *decis.2 de decret. in rescrip. super reg.* Ruin. *consi.70. in fi. lib.5. n.17.* † Extende idem in eo, qui vult 11 allegare ius tertii excludentis iuris agentis; quia intelligitur, si tertius velit, quando pendet à voluntate tertii, vt excludat. Cassad. *d. decis. fi. de locato, in fi.* vbi dicit * communem. Decia. *consi. 34. n. 21.* * *lib.3.* † Extende; quia vbicunque agitur de pœna, & de priuatione 12 ad fauorem, & inter certas personas, non habet locum inter alias. Ruin. *d. consi.70.n.17. li.5.* † Dicitur autẽ agi de pœna, quando ac- 13 tus annullatur per solã legis prohibitionẽ; si vero aliter annullatio fiat, nõ est pœna. Ita Ias. *in l. non dubium. n.7. C. de legib.* † Extende 14 idẽ in alienatione bonorũ Ecclesiæ facta sine solemnitatibus; quia licet sit nulla ipso iure; tamẽ est nulla in fauorẽ Ecclesiæ; ideo alius nõ potest dicere de nullitate, nisi Ecclesia velit. Ruin. *consi.35.n.31. lib.1.* Soc. *consi. 78. Visis actis. n.8. lib.4.* Grat. *consi.55.n.23. lib.1.* † Cõ- 15 tra hanc extensionẽ tenet Afflict. *decis.107.n.3.* vbi, quod hæc nullitas per tertiũ potest allegari. Alex. *cons.38. Consideratis his, in fi. li.2.* vbi alleg. Bart. & Bal. & Io. de Imol. sequitur Ruin. *cons.40. in fi. l.5.*

Cephal.

16 Cephal. *cons.*133.*n.*121.*lib.*1.vbi quod taciturnitas nõ nocet. † Declara;quia contra Ecclesiam non potest allegari nullitas, quæ inducitur ad sui fauorem, si velit obseruantiam contractus. Put. *de-*
17 *cis.*310. *lib.*1.† Extẽde idem esse in legato rei feudalis, quia si hæres, cui feudum debetur, acceptauit testamentum,non potest dicere legatum nullum, quia de re feudali non valet legatum sine consensu Domini: ex quo nullitas non causatur,nisi Domino vo-
18 lente. Ruin. *consil.* 25. *num.* 14.*lib.* 2. † Extende idem in omni priuatione feudi, quantumcunque præcisa;quia semper intelligitur ad fauorem Domini, & si Dominus voluerit.Dec.*cons.*184.*In cau-*
19 *sa istorum, num.*18.*& seq.* † Extende idem in statuto Bononiæ priuante cessantem, & transferentem in creditores ius exigendi; quia intelligitur, si creditores voluerint exigere, ideo tertius non potest opponere contra cessantem hanc exceptionem.Socin.*con-*
20 *sil.*78.*Visis actis,per tot.lib.*4.† Extende idem in omni casu, in quo transfertur ius in alium ipso iure,sed non eum effectu, vt quia requiritur voluntas, vel acceptatio, vel declaratio, tunc, nisi sequatur voluntas eius, in quem fit translatio,non est perfectus actus,
☞ nec à tertio allegari potest.Socin. *d.cons.*78.*n.*5.*& seq. lib.*4. Vide, *Dispositio legis, vel statuti habet locum,si petatur. & quando secus Concl.*
21 500. Vide, *Petitio remedij legis est necessaria.Con.l.*329. † Restringe; quia valet contractus cõtra legem celebratus in præiudicium cõtrahentium ad fauorem tertij.Ias. *in addit. ad Port. Instit.q.* ib.*mod.*
ius patr. potest. soluit. §. *præterea*, vbi, quod venditio filij, quã facere solebant parentes imaginare ad effectum emancipandi filios, re-
☞ probatur à lege; si tamen fiat, operatur emancipationem pro filio contra patrem. Vide multa similia *in ver. Turpitudinem vel do-*
lum plenius Ias. *in l. non dubium.num.* 9. *C.de legib.* Vide, *Impugnatio*
22 *facti proprij non admittitur ab eodem,& quando secus.Concluſ.*58.† Declara restrictionem,nisi agatur de impugnatione facti proprij cõtra ius publicum. Calder. *cons.*330.alias 1.*de testam.* vbi hæres vsurarij manifesti, qui approbauit testamentum, soluẽdo legata po-
23 test illud impugnare. † Restringe; quando nullitas est per verba geminata; quia tunc non requiritur alia declaratio; ideo si nullitas non expectat declarationem eiusdem tertij;tunc causatur sine
24 consensu tertij. Cephal. *consil.* 133.*num.* 113. *& seq. lib.*1.† Contra-
25 rium tenet Dec. *cons.*138.*Diligenter pro tenui. per tot.* † Restringe, quando opponens habet causam ab eodem tertio; quia tunc potest dare de iure tertij, non expectata voluntate ipsius tertij, pul-
26 chre Cephal. *d. cons.*133.*num.* 116.*& sequen. lib.*1.† Restringe,quãdo actus nullus non solum concernit vtilitatem Domini, & tertij,sed etiam voluntatem alterius; quia tunc non requiritur voluntas eius, sed sufficit, quod nullitas conferat vtilitatem allegan-
ti. Cephal. *d.cons.*133. *nu.*118.*ver. tertio respondeo.* Ruin. *consil.*77.*in*
*fin.lib.*4. vbi, quod ius causatum communiter non potest tolli ex
☞ facto vnius. Vide, *Actus nullus,vel prohibitus, quando valeat contra gerentem actum.Concluſ.*143.

Actus inutilis quandoque producitur à iure. Concluſ. 146.

1 IVs † quandoque actum inanem, & inutilem producit in esse; quia quandoque non deficit ius, sed probatio.Lap.*allegat.*130.
2 *num.*18.*ver. ad secundum.* † Amplia,vt quandoque ius producat actum in esse inutilem propter deficientem materiam, vt quia quandoque ius succedendi remanet, sed inane propter deficientiam bonorum.Lap. *d.allegat.*130. *n.*18. vbi ponit multa exempla,
3 quæ videas. † Amplia; quia datur sententia in possessorio pro actore, & eodem tẽpore in petitorio pro reo, & sic sententia possessorij inanis, & sine effectu redditur.Lap. *dict.alleg.*130.*nu.*18.*c.*
4 *cum dilectus.de caus. possess.* † Amplia, quia lex quandoque admittit actum derisorium, & inutilem, prout, quod creditor hypothecarius consentiat alienationi rei sibi hypothecatæ, & sine præiudicio suæ hypothecæ,quod idem est, ac si non consensisset.*l.*4.§.
5 1.*ff.quibus mod.pign vel hypoth soluit.* † Extende; quia verba inculcata ponuntur in contractibus,& quæ insunt tacite; quæ licet nihil operentur; tamen ad maiorem declarationem, & ad abundantem cautelam ponuntur. Vide, *Superfluitas verborum. Concluſ.*
☞ 896. Vide, *Abundans cautela non nocet. Concluſ.*67. Vide, *Circuitus*
*vitandus est, & quando secus. Concluſ.*229. Vide, *Superfluitas ne indu-*
6 *catur. cum duabus Concl. seqq.*† Limita;quia regulariter, quando actus esset inutilis,& derisorius,lex non dat robur,q; alias daret,vt in clausula codicillari, quæ substinet testamentum nullum, & inducit fideicommissum, vt succedant ab intestato, sed restituant: secus si omnes fratres essent instituti,& omnibus facienda restitutio esset, quia actus esset eluſorius. Alexand. *consil.*26. *Circa pri-*
7 *mum, num.*6.*lib.*1.† Extende; quia regulariter superfluus cautionibus non est vtendum. *l.non cogendum.ff. de Procurator.* Vide, *Superfluis cautionibus. Concluſ.*897. Vide, *Fruſtratoria, & eluſoria non* ☞
*debet esse lex.Concluſ.*518.

Actus in dubio quo nomine dicatur factus. Concluſ. 147.

SOlvens † simpliciter debitum, quod potest dici solutum no- 1
mine alieno, in dubio nomine suo soluisse præsumitur. *l. &*
magis.ff. de solut. Iason *in l. pro hærede.* §. *Papinianus.num.*11.*ff.de acq.*
hæred. vbi dicit * communem.† Extende, vt procedat, etiam si * 2
solueret pecuniam alienam; quia in dubio suo nomine, non autem nomine eius, cuius est pecunia, præsumitur acquisiuisse, vel
soluisse. Bald. *in l.qui aliena. Cod. si quis alteri, vel sibi*, vbi Bald.† Ex- 3
tende, etiam si præcederet mandatum, vt nomine Titij emeret; quia si emit simpliciter de pecunia sua; suo nomine,nõ Titij,præ.
sumitur emisse. Bald. *in rubr. C. de contrahen. emptio.quæstio.*15.*in fin.*
† Extende, etiam si ex ista solutione præsumpta nomine suo in- 4
ducatur aditio hæreditatis, vel alius effectus similis. Iason, *dict. l.*
pro hærede. §. *Papinianus.num.*9. *& sequen. ver. adde quod similiter.ff.de*
acquiren. hæred. † Extende;quia frater, qui emit nomine suo, & 5
fratris, & postea soluit simpliciter, censetur de suo, & nomine proprio soluisse: ideo habet actionem negociorum gestorum cõtra fratrem.Dec. *consil.*348. *De duobus, num.* 4. vbi alios allegat.
Vide, *Solutio de proprio facta præsumitur. Concluſ.* 337. † Ampli- ☞
quia socius ad mutuandum sub vsuris, si mutuat simpliciter, in 6
dubio nomine proprio censetur mutuare, maxime, quando non sub vsuris, prout cantat societas, mutuauit. Ioan. de Imol. *consil.*
85. *In casu præmisso.num.*2. Alexand. *consil.* 132. *Perlectis.num.*7.*& se-*
*quent. ver. tamen præmissis.lib.*5. vbi apostill. *in ver. suo tantum*, dat
concord. † Extende; quia is, qui fuit socius Titij, finita societate, 7
si continuet mercimoniam,& illam exerceat etiam cum pecunijs Titij, quæ remanserunt penes eum, præsumitur nomine suo negociari, non autem nomine communi, vt prius. Alexand. *dict.*
*consil.*132. *Perlectis. num.*7. *& sequen. per tot.* vbi casus. *lib.* 5. vbi a-
postill. dat concord. & tollit contraria. † Extende ; quia contra- 8
ctus celebrati per socium præsumuntur nomine proprio.*l.& ma-*
gis.ff. de solutio. plene Florian.de Sancto Petro *consil.* 21. *num.*54.
ver. imo plus. vbi, quod socius præsumitur emisse in dubio nomine proprio,& de propria pecunia. Bart. *in l. Titium & Mæuium.* §.
altero.ff. de admin. tutor. † Restringe in casu *l. qui negociationem.ff.de* 9
administr. tutor.in princip.† Restringe in eo, qui administrat aliena; 10
quia si simpliciter facit actum, præsumitur de pecunia administrationis, & nomine prædicto soluisse.Cruuett. *consil.* 129. *num.*
3.qui dicit procedere,quando administrator non est dives.† Am- 11
pli;quia soluens præsumitur de proprijs pecunijs soluere. Deci.
*consil.*132. *In casu proposito, circa fi.* vbi dicit esse regulam * commu- *
nem.† Et possidens in dubio nomine suo,& vti Dominus præsu- 12
mitur possidere, non autẽ nomine alieno,vel iure feudi, seu seruitutis. Alexand. *consil.* 136.*Viso, & examinato.n.*2. *ver. sed præmis-*
*sis non obstantibus.lib.*1.† Limita;quia quoties nominatur persona; 13
ad quam actus pertinet, illius nomine actus dicitur gestus, etiam si non exprimatur. Cruuett. *cons.*304. *In diuisione bonorum. num.*1.
† Declara; quia si negocium pertineret tam ad gerentem, quam 14
ad personam nominatam, tunc in dubio nomine suo gessisse dicitur. Alciat. *in regul.*2. *præsumpt.*24.*num.*13. † Extende, vbicun- 15
que promittitur ratificatio eius,ad quem potest spectare gestum; quia illius nomine censetur factum.Cruuett. *dict. consil.*304.*nu.*1.
vers. secundo dicitur. † Limita, nisi exprimatur alius, cuius nomine 16
sit facta solutio, vel celebratus actus. † Limita ; quia actus fa- 17
ctus à procuratore, vel administratore, etiam simpliciter, quando est super re pertinente ad principalem, præsumitur nomine principalis gessisse. Alexand. *consil.* 40. *Circa primum.num.*4.*&* 5.
*ver. sic. secundo suppono.lib.*5. † Limita in actu facto in exequutio- 18
nem præcedentis;quia censetur secundum naturam actus præcedentis, & eo nomine factus. Cruuett. *consil.*135. *num.* 13. Vide, ☞
*Actus præsumitur in exequutionem tituli præcedentis. Concluſ.*152. † Li- 19
mita;quia actus attribuitur mandanti,non exequenti,& sic principali, non procuratori.Grauett. *consil.*122.*num.*3. & semper mãdans præsumitur principalis, non autem procurator.Decia. *cons.*
11.*num.*3.*lib.*1. † Extende in actu omni celebrato à procuratore; 20
quia semper refertur ad Dominum, communem * dicit Iason in *
l.cum procurator.ff.de nou. operis nunciat. in princip. Vide infra, *Actus* ☞
*attribuitur ordinanti. Concluſ.*154. † Limita, quando verisimilitu- 21
do maior concurreret; quia eo nomine censetur gestus, pro quo magis est verisimile. Rom. *cons.*343. *num.*9. & 10. vbi, quod si actus vno modo esset validus, alio modo nullus, præsumitur va-

lido modo; idem est, si vno modo esset delictum, alio modo secus; quia valet eo modo, quo cessat delictum. Vide, *Actus factus ab eo, qui plures personas repræsentat. Concl. prox. seq.* Vide, *Actus præsumitur in exequutionem tituli præcedentis. Concluſ.* 152. Vide, *Procuratorio nomine, an proprio actus dicatur gestus, & qualiter cognoscatur. Concluſ.* 284. Vide plene Mascard. *d. Concluſ.* 38. *Actus in dubio cuius nomine censeatur factus.*

Actus gestus ab eo, qui plures personas repræsentat, quo nomine censeatur factus. Concl. 148.

1 ACTVS † gestus ab eo, qui potest ex duplici persona gerere illum actum, censetur factus eo iure, & ex ea persona, ex qua ille actus gestus valere potest. Bald. *conſ.* 88. *Ex infelicitate, ver. tu*
2 *dic. lib* 1. Vide, *Actus validus in dubio.* supra *Concluſ.* 136. † Contrarium dicit Io. de Imol. *conſ.* 106. *num.* 2. vbi comprobat nullitatem laudi, quia is, qui potuit compromittere, vt tutor, compromisit simpliciter, & sic nomine proprio, & consequenter nullum
3 est laudum latum sine compromisso. † Declarat Bart. *in* 5. *q. Aduenantia*, vbi, quod actus censetur factus nomine principalis, vt valeat, secundo contrarium, tertio distinguit, quod si potest illum actum facere nomine proprio, censetur nomine proprio, si non potest nomine suo, censetur nomine principalis, vt valeat. vide
4 infra, *num.* 16. *& seq.* † Amplia; quia actus, qui potest valere nomine proprio, & alieno, semper proprio nomine præsumitur celebratus; ideo numerans pecunias, vt soluantur per eum, qui recepit, tertio, vel personæ nominatæ, vt in littera cambij, is, qui numerat, præsumitur principalis, & alter, cui debet fieri solutio, procurator, vel adiunctus, non è contra Bald. *conſ.* 349. *Factæ fuerunt. num.* 6. *verſ. amplius litteræ. lib.* 1. Vide, *Procuratorio nomine obli-*
5 *gatus non tenetur de suo. Concl.* 823. † Extende; quia mutuans, vel numerans pecuniam nomine plurium, videlicet, vt restituatur tali, & tali: illi, quibus restitutio est facienda, præsumuntur adiecti solutioni, non autem pecunia præsumitur eorundem. Bald. *conſil.*
6 416. *nulli.* 4. *verſ. si vero numerat nomine plurium. lib.* 2. † Extende; quia socius acquirens, siue nomine proprio, siue nomine sociali, in dubio de sua propria pecunia præsumitur acquisiuisse, & socij habētes ratam emptionem, tenentur pro rata restituere ementi pretium, nisi aliter constet, quod pecunia erat communis. Anchar.
7 *conſ.* 130. *Circa ea, de quibus, lib.* 5. † Declara, nisi essent socij omniū bonorū, vel omnes socij essent præsentes, & ementes; quia præsumeretur pecunia socialis. Alex. *d. conſ.* 134. *in princ. lib.* 5. maxime
8 *num.* 2. † Amplia, quando actus posset valere ex multiplici persona: quia tunc præsumitur gestus ex ea persona, quæ primo loco fuit expressa. Bald. *d. conſ.* 88. *in fin lib.* 1. Vide, *Dignitati, vel officio, quando aliquid censeatur concessum, vel potius persona. Concluſ.* 434.
9 † Declara; quia si adsunt verba talia, ex quibus constet, quod voluerit gerere actum ex omni persona, & quia liberando dixit, se liberare integre de omnibus; tunc censetur ex vtraque persona li-
10 berasse. Bald. *d. conſ.* 88. *in pr. lib.* 1. † Amplia; quia numerans pecunias nomine suo, præsumitur etiam Dominus pecuniæ, & gerere actum de suo proprio. Bald. *conſ.* 416. *Præmittendum est. num.*
11 4. *ver. restat igitur. lib.* 2. † Amplia; vt procedat, etiam si quis nomine alieno numeret; quia si est pater, qui numerat pro filio, vel maritus pro vxore, præsumitur numerans Dominus pecuniæ. Bald.
12 *d. conſil.* 416. *num.* 4. *ver. si vero aliquis. lib.* 2. † Restringe in institore, vel procuratore; quia si nomine alieno numerat: puta, nomine Domini, præsumitur pecunia Domini. Bald. *d. conſil.* 416. *num.* 4.
13 *ver. si vero est institor. lib.* 2. † Restringe idem in matre; quia si nomine filij numerat, pecunia præsumitur filij. Bald. *d. conſil.* 416. *nu.* 4.
14 *ver. Si vero mater, lib.* 2. † Amplia; quia si curator fuit datus cum decreto Iudicis nō expresso defectu eius, cui datur curator, si est demens, præsumitur datus dementi; si est minor, præsumitur datus minori, vt dispositio intelligatur in dubio secundum conditionē
15 personæ. Petr. Anch. *cōſ.* 83. *Visis diligenter, in princ.* † Amplia in tutore; quia si emat nomine suo, vel etiam simpliciter, præsumitur ex sua pecunia, & acquirit sibi. Bartol. *in l. Titium. §. alteri, ver.*
16 *si vero dubitetur. ff. de admiſtr. tutor.* † Extende, quia tutor, qui cōpromisit simpliciter, licet potuisse nomine pupilli; tamen quia non expressit, censetur nomine proprio compromisisse. Io. de Imol. *conſ.* 106. *n.* 2. vbi dicit hoc procedere ad annullandum lau-
17 dum. † Contrarium dicit consuluisse Io. de Anan. & pro declara-
18 tione vide supra *n.* 3. *& n.* 4. † Restringe in tutore, vel curatore in his, ad quæ obligatur; quia simpliciter faciens censetur facere nomine pupilli. Bart. *in d. l. Titium. §. alteri. n.* 2. *ver. fallit.* quia si aliter
19 interpretaremur, dolus tutoris argueretur. *ff. de admin. tutor.* † Restringe, quando præcessit mandatum testatoris, vt faceret; quia simpliciter faciendo censetur facere nomine pupilli, *l. qui negociationem. ff. de admiſtr. tutor.* † Restringe, quando tutor, vel curator 20
expressit nomen tutoris, vel curatoris; quia eo nomine in dubio censetur gessisse. Bart. *d. l. Titium. §. altero, num.* 2. *in fin.* Abb. *conſ.* 21
115. *colum.* 2. *lib.* 2. † Amplia in soluente debitori suo pecuniam alienam, & quam accepit, vt solueret debitori tradētis: quia si soluat nomine suo, ea consumpta liberatur à suo debitore, *l. Cassius,* vbi Angel. Castr. & alij. *ff. de solutio.* † Amplia, quia si aliquid con- 22
cedatur filiæ, & hæredi pro dotibus, & alimentis omni meliori modo, vel cum iuramento, quod idem importat, censetur concessum ei, vt filiæ, & sic suo nomine: ideo non potest molestari in eo, quod fuit concessum à creditoribus hæreditarijs. Io. de Imol. *conſil.* 128. *Visis ac ponderatis, n.* 2. *& ſeq. per tot.* † Amplia è conuer- 23
so; quia in dubio actus datiuus videtur importare vtilitatē, & cōmodum eius, cui aliquid conceditur. Io. de Imol. *conſil.* 128. *n.* 2. *in fin. ver. pro hoc, quia.* † Amplia; quia in dubio solutio, vel actus cen- 24
setur factus eo nomine, quo fuit expressum. Ideo si hæres patris obligati dotare filiam spuriam dicat, quod talis hæres sponte, &c. dorat, censetur, vt hæres patris, licet non dicat hæreditario nomine facere. Abb. *conſ.* 115. *Videtur primo. col.* 2. *ver. quid autem.* † Exten- 25
de generaliter; quia vbicunque fit mentio de aliqua qualitate, in aliqua dispositione, quę habet alterare illam dispositionem, actus videtur factus vigore illius qualitatis expressæ. Abb. *d. conſ.* 115. *col.* 2. *ver. præterea vbicunque. lib.* 2. † Extende; quia donatio facta per 26
patrem condemnatum ex laudo versus filium ad illum emancipandum, & assignandum bona vsque ad centum, si pater emancipat, & donat bona pro centum, iuxta formam laudi, in præmiū emancipationis, attendi debet causa laudi, & in exequutione laudi, non autem verba Notarij, quod in præmium emancipationis dederit; quia sunt per errorem, ex quo pater nihil debet pro emācipatione. Abb. *conſ.* 116. *num.* 3. *vsque in fin. lib.* 2. † Extende in so- 27
lutione facta ab actore ad lites tutori; quia nomine officij expressi facta censetur, videlicet de pecunijs pupilli, ita vt pupillo competat actio ad repetendum à tutore. Alex. *conſil.* 37. *Viso. nu.* 7. *ver. Et hoc constet. lib.* 3. † Et procedit extensio, etiam si in primo instru- 28
mento dicatur, quod Antonius actor ad lites soluit tutori, &c. Et in secundo non fiat mentio de officio, sed dicatur immediate, Antonius prædictus, &c. soluit etiam, &c. quia dictio, *prædictus,* repetit easdem qualitates officij, licet non sint expressæ in secundo instrumento subsequenti post primum. Alex. *d. conſ.* 37. *nu.* 7. *verſ. non obstat, quod in dicto instrumento, lib.* 3. & plenius *num.* 11. *ver. Antonius prædictus.* Vide Conclusionem proximam præcedentem. Vide, *Procuratorio, an proprio nomine, actus dicatur gestus, & qualiter cognoscatur. Concluſ.* 824.

Actus præsumitur gestus ex causa necessaria potius, quam ex voluntaria. Concl. 149.

ACTVS, † qui potuit geri ex causa necessaria, & ex causa vo- 1
luntaria, in dubio præsumitur factus ex causa necessaria. Crauett. *conſ.* 304. *nu.* 5. *ver. Actus enim.* plenius *conſil.* 125. *n.* 12. *& conſ.* 106. *n.* 8. *&* 119. *n.* 12. *&* 272. *n.* Abb. *conſ.* 116. *in fi. lib.* 2. Rom. *conſ.* 247. *Primo dici potest, col.* 2. *ver. est igitur videndum.* Vide, *Causa necessaria, & voluntaria si concurrant. Concluſ.* 149. Vide, *Necessaria causa* 2
præsumitur potius quam voluntaria. Concluſ. 149. † Amplia, vt procedat etiam in dispositione legis, vt in dubio censeatur emanasse in causam magis necessariam. Bald. *conſ.* 35. *Pater filio post med. ver. fa. it; quia dispositio. lib.* 2. vbi vult, quod substitutio verbis communibus facta filio impuberi, si decesserit sine filijs, sit potius pupillaris directa, quam fideicommissaria, quia per eā pater prouidet de testamento filio, qui nō potest testari. † Amplia in inuestitura 3
Principis; quia potius ex causa necessaria, quam ex voluntaria præsumitur. Crauet. *d. conſ.* 125. *num.* 12. *& per tot.* † Limita, quan- 4
do concurrunt plures causæ necessariæ, videlicet, legis, & hominis: quia præsumitur actus gestus ex causa necessaria inducta ab homine, veluti si pater promisit filiæ florenos 150. pro dote, quia filia renunciauit doti maternę: postea simpliciter pater soluat pro filia dotem florenorum 200. præsumitur ex causa promissorum florenorum prædictorum 150. Bald. *conſil.* 37. *Quoniam re melius. ver. Tertio vertitur, lib.* 2. † Contrarium tenet idem Bald. *conſil.* 38. 5
Super primo, nu. 3. *ver. Circa tertium, lib.* 2. vbi, quod in dubio patet præsumitur soluisse ex necessitate, *l. fin. C. de dot. promiſſ.* & non in causam promissorum florenorum 150.
quia officium paternum est dotare filiam.

Actus proximus quis dicatur in eo, qui attentat delinquere, vt dicatur deuenisse ad actum proximum. Concluſ. 150.

1 REGVLA † est, quod in delictis atrocioribus punitur conatus: licet non sequatur effectus, quando deuentum est ad actum proximum, de qua regula. Vide *in ver. Delictum attentatum.*
2 *Conclus. 167.* In *ver. Assassinium quid sit. Concl. 531. n. 46. & seq.* † Actus autem proximus in hac materia dicitur actus facti, non autē actus verbi; vt per Franch. *in cap. 1. n. 7. & 8. de homicid. in 6.* Fulgos.
3 *consil. 149. nu. 4. ver. supereſt de tertio.* † Vide; quia in actu rebellionis actus proximus est verbi, prout acclamare, vocare, incitare.
4 Bald. *consil. 131. Quidam Plebanus. lib. 4.* † Extende, quia actus facto proximus dicitur, quando quis dedit venenum in poculo, vel exonerauit archibusium, vel quid simile fecit; quia licet non perfecerit; tamen per eum non stetit. Vide, *Delictum quando dicatur consummatum, & quando attentatum, Concl. 166.* † Extende; quia actus
5 proximus est, si vulnerauit aggressum, vel contra eum telum emisit Aretin. qui ita videtur intelligere *Inſtit. de publ. iud. §. Item lex Cornelia,* & idem Carrer. *in praxi criminali, fol. 138. numer. 10.* allegat Grammat. *voto 9.* quod requiritur, quod admouerit, vel
6 vulnerauerit. † Et quod sufficiat aggressura. Bartol. in *quæstio. 15.*
7 *statuto. colum si. ver. non obstat tertia.* † Extende; quia dicitur actus proximus, si assassini, accepto mandato ad homicidium, se contulerunt ad locum homicidij committendi. Bald. in *l. non ideo minus in 6. quæstio. num. 13. in fi. ver. & si dicas:* vbi, quod solus tractatus, & sola ordinatio non punitur de iure, nisi sit processum ad alium actum ordinatum de per se adipsum factum, *Cod. de accus.* sequitur Felin. *in cap. 1. de præsumpt. num. 6. in fin. in tractat. de conatu. in 3. fallent. vers. quinimo.* Marsil. *consil. 105. num. 6. vers. præterea respondeo.* Grammat. *voto 8. num. 17. & decis. 30. num. 8.* Hieronym. Cucalon. *in addit. ad Decium in l. non vult heres. num. 7. circa med. apostill. ver. sed vbi processum est ad actum exteriorem. ff. de reg. iur.* &
8 fere omnes citat Gabriel. *lib. 7 concluſ. crimin. 2. nu. 14.* † Et quod deuentum dicatur ad actum proximum, si peruentum sit ad locū maleficij; licet non fuerit maleficium perpetratum, neque deuētum ad alium actum proximum, tenet Iacob. de Sancto Georgio *in l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iur.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 1. fol. 14. ver. aduerte.* vbi extollit dictum Iacob. tanquam Doctoris valentis, & singularis practici, & dicit, quod ita obseruauit Mediolani, dum ibi esset Capitaneus Iustitiæ; quia fecit suspendi conducentem assassinos duos, qui erat nobilis, & duos assassinos & hanc opinionem sequuntur Iacob. Paul. Merenda *consil. crimin. diuers. 88. num. 12. & 13. lib. 2. in fol.* Gabriel. *d. concluſ. 1. de crim. nu. 13.* Decian. *ca. 30. num. 38. ver. Jacobinus autem.* Brunor à Sole *quæst. 34. num. 32.* & Collegium Bononiæ *conſ. 41. inter consilia criminal. in parua impress. in fi. lib 1.* vbi dicunt, quod ex quo non accessit ad locum, neque aliū actum fecit proximum, non tenetur pœna ordinaria, quasi contrarium, si ad locū accessisset, sentiant.
9 † Contrarium videtur tenere Bart. *in d. l. 1. § hæc verba. ff. quod quisque iuris,* vbi Bald. & plene Ang. quod ex generali cōsuetudine totius orbis est derogatum, quod non puniatur pœna ordinaria affectus, nisi sequatur effectus, sed solum fit punitio extra ordinē,
10 & idem dicunt ibi Castr. Alex. & Ias. † Declara, quia si delictum punitur ipso iure, non autem facto Iudicis; tunc nunquam conatus, vel attentatum punitur de effectu, alias secus. Bald. *d. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iur.* & eum sequitur ibi Alex. in fine, qui alios
11 citat. † Declara, quando punitur ad instantiam partis, vel per inquisitionem; quia semper punitur conatus; secus, si per compensationē. Alber. *dict. l. 1. §. hæc verba.* qui ponit plures declarationes.
12 *ff. quod quisque iur.* & ibi Alexand. circa fin. † Declara in crimine læsæ maiestatis, vel oppugnatæ patriæ; quia solus conatus punitur, ac si esset sequutus effectus; quia si expectaretur effectus, se-
* ro medicina pararetur. Ita Ang. *d. l. 1. § hæc verba.* quē omnes * ibi
13 sequuntur, videlicet Castren. Alex. Iacobi, Ias. & alij. † Mihi videtur, q̄ ex hac declaratione posit inferri etiā ad alia atrocia delicta, idem esse statuendum, prout in assassinio: nam si debemus expectare percussionem, & vulnus, certe militat eadem ratio; quia sero medicina paratur, post hominem mortuum, concurrente alia ratione; quia in assassinio subest ratio mali exempli, & turpitudinis, & quod execrabilius delictum inhumanū vix reperiri possit, vt pecunia homines interficiantur, & morti tradantur, prout dicimus de Iuda, qui pecunia tradidit Dominum Nostrum, & laqueo suspendit se ipsum, & crepuit medius sine pœnitentia. Hęc dixisse volui, non, vt post factum crudelitas insurgat, sed vt ante factum terror pœnæ retrahat à tanto delicto. Vide, *Delictum con-*

summatum, & delictum attentatū qualiter puniatur. Concl. Vide, *Pœna mortis ob delictum non consummatum quando imponatur. Concl. 227.*
† Extende; quia actus facti, licet non sit proximus, prout si iuit 14
armatus animo interficiendi, si reperiebat; quia licet nō reperit; tamē tenetur pœna sicarij ordinaria, quæ est mortis, & multo magis, si per assassinium factum sit Ang. plene *cons. 14. per tot.* vbi casus est. † Restringe; quia actus facto non dicitur proximus, 15
licet sit præparatorius; ideo osculū subreptum à iuuencula inuita, & acclamantē, etiā in loco publico arbitrarie est puniendum. Affl. *decis. 276. n. 6.* vbi ex mente Bal. & aliorum dicit, quod basia, seu oscula ad stuprū sunt actus remoti, & probat ex glo. *in l. 1. ff. de extraord. crimin.* licet cōtrarium seruatum fuerit Mediolani. † Re- 16
stringe; quia ad hoc, vt conatus puniatur pœna ordinaria, actus proximus debet esse multum propinquus delicto. Bald. *in l. si quis non dicam rapere. n. 1. col. 2. in fi. post sextam oppositionem. C. de epis. & cleric.* † Idem tenet Salyc. *in l. is, qui cum telo, n. 6. ver. aut in criminalib.* 17
C. ad l. Cornel. de Sicar. vbi, q̄ actus debet esse proximus facto principali, & consummationi delicti. † Idē, Ang. *cons. 14. in pr.* & Corn. 18
cons. 202. Licet in hac. n. 7. & seq. ver. nec obstant, li. 1. vbi, q̄ actus proximus dicitur, si insultauit, vulnerauit, vel offendit; secus si tantū iuit armatus animo offendendi. † Idem Franch. *c. pro humani. n. 8.* 19
de homicid. in 6. vbi requiritur actus facti proximus, & immediatus. † Idem Gramm. *decis. 126. n. 2. in fin.* Carrer. *in praxi crim. tit.* 20
de homicid. § sequitur de mandatario. n. 9. vbi, quod actus debet esse multum principaliter propinquus delicto. † Idem Gramm. *vot.* & 21
n. 15. ver. & dicunt in specie iuncto n. 16. vbi, q̄ semper grauius punitur actus consummatus, quam non consummatus. † Idem Bosi. 22
tit. de mand. ad homicid. q̄ actus proximus requirit insultū, vel percussionē, & idem Monticel. *reg. crim. 8. n. 14.* † Idē Couar. *in Clem.* 23
si furiosus, in pr. n. 10. ver. secundus subijcitur casus, in fi. & in vers. Tertio proponitur, de homicid. vbi requirit actum proximum, videlicet directum ad delicti consummationē. † Idem clarius Gram. *decis.* 24
38. n. 1. & 2. non omnis actus post tractatum, & ordinationem dicitur proximus delicto; quia datur actus facto proximus, & remotus, & propterea, vt idem Gramm. *vot. 8. n. 15.* dicit, q̄ grauius
punitur actus consummatus, quam nō consummatus, † Restrin- 25
ge; quia tria requirūtur, vt conatus puniatur pœna ordinaria. Primum, quod deuenerit ad actum facto proximum. Secundum, quod non steterit per assassinum, quin consummaret delictum. Tertium, quod occidendus fortuito euaserit. Decia. *tit. de manda. pecun interced. c. 30. n. 13. tom. 2. lib.* 9. Brunor. à Sole *q. 36. nu. 36. &*
seq. † Amplia, quia in crimine læsæ Maiestatis, in quo sufficit sci- 26
entia, vel cogitatio, quando sumus in primo capite, id intelligas, dummodo deuenerit ad actum ab extra, vt quia iurauit, vel cum amicis communicauit, alias non. Castill. *cons. 20. in fi.*

Actum gerens, vel acceptans dicitur se obligare secundum leges de illo actu loquentes. Concl. 151.

ACCEPTANS † ciuilitatem in loco aliquo censetur se obli- 1
gasse ad omnia onera, ad quæ ciues loci obligantur, etiam si ignoraret; quia cēsetur se subiecisse cōmodis & incōmodis de illo actu loquentibus, Alex. *cons. 157. col. pen. ver. quinimo, li. 2.* Castr. *in l. si duo. in pr. ff. de acq. hæred.* Alex. *cons. 103. Visis scriptis. n. 9. ver. & in proposito. li. 2.* † Amplia, quia statutum augens, vel minuens le- 2
gitimā, vel aliud disponens recipit interpretationem passiuam, vt censeatur approbare oēs dispositiones secundū ius cōmune de illo termino loquētes. Cald. *cons. 32. de testā.* alias 361. Vide, *Statutū* 3
recipit interpretationē passiuā, extēsiue, & intēsiue. Concl. 576. † Limita; quia lex, vel constitutio mandans cōpromittentem nō audiri super reductione laudi, si illi renunciauit, excludit condemnatū ex laudo, ne possit impedire exequutionē laudi; quia renunciando censetur se subiecisse constitutioni ita disponenti contra renunciantes. Castr. *cons. 255. Primo. & ante omnia, col. 1. in fi. lib. 2.* † Am- 4
plia; quia testator, vel contrahentes, facientes testamentum, vel contractū, cēsentur se conformare cū lege cōmuni, & si extat statutū, vel consuetudo, cū statuto, vel cōsuetudine loquentibus de illo testamento, vel contractu, & hoc in dubio, vt per Bart. & alios
in l. heredes mei. §. eum ita. ff. ad Trebel. Vide, *Testator in dubio censetur* 5
se conformare potius cū statuto, quā cum iure cōmuni. Concl. 136. † Extē-
de, vt procedat, ēt si lex sit pœnalis super actu, vel cōtractu seruādo; quia vltra q̄ contrahentes censentur se obligare legi pœnali, etiā non recedunt ab interesse de iure cōmuni. Alex. *d. cons. 103. n.*
8. li. 2. ver. & dicit Bald. † Extende; quia contrahentes contēplatio- 6
ne priuilegij Principis censentur se obligare ad omnia in priuilegio contenta. Alex. *d. cons. 103. n. 6. & seq. ver. sed præmissis, li. 2.* † Am- 7
plia, quia licet forēsis ligetur statuto, cui nō subest; si tamē delinquat, vel actū spontaneum faciat in territorio, censetur cōsentire,

& se supponere statutis territorii prædicti. Alex. *cons.* 44. *n.* 10. *li.* 5.
8 † Amplia; quia adiens hæreditatem censetur facere actum aditionis eo modo, quo lex disponit; ideo filius deducet legitimam, extraneus vero Falcidiam, etiam si testator integra legata absorbētia totam hæreditatem solui iusserit. Crauet. *cons.* 200. *n.* 5. *ver. ad*
9 *idem, quod scribit.* † Amplia, quia constituens dotem in loco, vbi viget statutum, quod maritus lucretur partem dotis, censetur cōstitutionem facere, prout statutum disponit; etiam si præiudicaret in consequentiam alteri, prout fideicommisso, cui possit præ-
10 iudicare. Crauet. *cons.* 286. *n.* 7. 8. & 9. *cum seq.* † Amplia, quia procedit regula etiam in testamentis; quia testator disponens super aliquo termino, vel negocio censetur se conformare cum legib. & statutis de illo termino, vel negocio loquentibus. Crau. *d. cons.*
11 286. *Præsens consultatio, n.* 9. † Amplia; quia delinquens censetur se obligare legibus, & statutis punientib. delinquentes. Bald. *in l. venia, nu.* 2. *C. de in ius vocan.* Alex. *cons.* 158. *Circa primum, in pr. lib.* 5.
12 † Extende, quia imo præstans auxilium ei, qui frangit pacem, tenetur de pace fracta; quia subijcitur, & censetur se subijcere pœnis in dictis contra eum, quem adiuuat ad delinquendum. Fel. *in*
13 *c. sicut dignum, ver. nota ex* §. *de homicid.* Clar. *in* §. *fi. q.* 90. *in pr. ver. quinimo.* Vide, *Delinquens quando excusetur, vel non, & an consentiat in pœnam.* Concl. 189. Vide, *Qualitas nociua attenditur, non quæ prodest,*
14 *& quando. Concl.* 13. † Amplia; quia semper, quod non subditus, prout Clericus, vult vti beneficio statuti laicorum, debet necessario se subiicere statuto, cuius beneficium vult cōsequi. Alex. *cons.*
209. *Statutis. col. pen. nu.* 15. *ver. secunda principali ratione. lib.* 2. Vide *in ver. Statutum laicorum quando seruandum in foro Ecclesiæ. Conclus.* 584. † Amplia, quia mulier, quæ prohibetur legare secundo marito plus, quam vni ex filiis primi matrimonij, & qui minus habuit. *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* si consentiat matrimonio secūdo in loco, in quo vigeat statutū, quod maritus lucretur medietatem dotis, censetur consentire in dictum lucrū medietatis cōtra legem; & ideo hoc ei non permittitur. Alex. *cons.* 158. *Circa primum, & pr. lib.* 5. vbi plura cumulat, & licet dicat, quod non debeat abstinere à matrimonio, tñ debet moderari lucrū; quia non potest alienare, & tenetur etiam præcurare, ne sequatur alienatio.
Vide *in ver. Statutum ordinatorium an omnes liget. Concl.* 458. *nu.* 7. *& seq.* Vide plenius *in ver. Statutum laicorum valet contra Ecclesiā. Conclus.* 583. *n.* 29. *& seq. Concl. vers. amplia quia statutum laicorum bene ligat.* Vide, *Causatiue multa fiūt, quæ directe nō conceduntur. Concl.* 757.

Actus præsumitur factus in exequutionem tituli præcedentis. Concl. 152.

1 ACTVS † gestus in dubio præsumitur in exequutionem mandati præcedentis, qñ non exprimitur alia causa. Alex. *cons.* 25. *n.* 9. *li.* 2. quod est repetitum *cons.* 90. *li.* 3. *Viso instrumento. n* 9. & ibi apost. allegat Alciat. *reg* 2. *præsumpt.* 24. sequitur Marsil. *in l. statu liber. n.* 8. *ff. de quæst.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 49. *n.* 4. vbi late ponunt
exempla. Vide, *Actus si fiat in exequutione alterius, regulatur secun-*
2 *dum primum actum. Conclus.* 130. † Restringe, qñ constat de cōtrario, vt quia aliam causam expressit, vel aliud mādatum. Bald. *in l. si*
litteras. n. 3. *ver. quæro text. hic dicit C. mandat.* Vide, *Actus ex causa*
3 *factus inualida. Concl.* 126. † Et idem est in procuratore, in Iudice, in aduentu, & similibus; quia si exprimant causam, quæ non subsistit: licet potuerint ex causa subsistente agere; tamen non valet
4 actus, Rom. plene *cons.* 496. *n.* 4. *& seq.* vbi ponit exempla. † Amplia, quia Iudex in dubio præsumitur procedere ex ordinaria, nō ex delegata potestate, qñ nihil exprimit. Rom. *cons.* 343. *num.* 5. &
446. *n.* 4. Vide, *Iudex ordinarius, & delegatus simpliciter procedens quo*
5 *iure. &c. Concl.* 427. † Amplia; quia actus, qui potest interpretari factus ex titulo præcedenti, magis vtili facienti, debet interpre-
6 tari non ex titulo nocibili. Florian. *cons.* 21. *n* 42. *& seq.* † Declara, quia qualitas declarat, quo animo actus gestus fuerit. Rom. *cons.*
7 247. *Primo dici potest n.* 5. vbi ponit plura exempla. † Amplia, quia actus factus in exequutionem actus præcedentis censetur factus secundum naturā actus, & nomine præcedentis. Crau. *cons.* 115 *n.*
13. Vide, *Titulus præambulus inducit præsumptionē actus sequētis. Conc.* 311.

Actus quādo principio, vel fini attribuatur. Concl. 153.

1 ACTVS, qui potest † considerari perfectus à sui creatione, & sic ab initio, licet expectet exequutionem à certo euentu, vel certa successiuitate; tamē consideratur, & attribuitur principio, non exequutioni. Oldr. *cons.* 112. *Statutum factum.* vbi loquitur de obligatione versus filium, dū est in potestate, vt acquirat patri; li-
2 cet solutio fieret, postquam non est in potestate. † Idem est in applicatione fructuum beneficiorum vacantiū intra quinq; annos; quia si victima de quinquennij vacet beneficiū, applicatio iam est sortita effectū; licet exactio fructuum sit extra quinquennium, Oldr. *d. cons.* 112. † Idem in aliis obligationibus; quæ licet actio- 3
nem non pariant, nisi in certum euentum: tamen sufficit, quod iā sit perfecta obligatio; licet exequutio actionis suspensa. Oldr. *cōs.* 114. *Factum tale. ver. iuxta hoc etiam.* † Et idem in legato; quia re- 4
fert, an tempus incertū adijciatur ipsi substantiæ legati, quo casu esset conditionale; an adijciatur solutioni legati iā perfecti; quia eo casu est purū, licet solutio differatur. Oldr. *cons.* 132. *Titius habēs, in pr. ver. sic & referri.* † Et idē est in statuto applicante fructus be- 5
neficiorum fabricæ simpliciter, licet quoad ius sit purum, & habeat effectum simpliciter: tamē quoad perceptionem fructuum exactionem differt. Oldr. *cons.* 150. *n.* 5. *ver. illa vero.* vbi dicit esse magnam differentiam, quod dispositio differat effectum gratiæ, vel exactionem fructuum. † Et idem est de donatione inter viuos 6
collata in tempus mortis, vel post mortē, quæ à principio est perfecta; licet exequutio differatur. *l. cum hic status.* §. *sine autem res. ff. de donat. int. vir. & vxor.* Oldr. *d. cons.* 150. *n.* 5. *ver. illa vero.* † Et idem 7
dicitur de vnione facta per Papam de certis beneficijs, cedentib. vel decedentib. Rectoribus, quæ fuit in totū effectuata, præterq; quoad perceptionem fructuū, & dicatur à principio valida, licet exequutio fructuum sit dilata in tempus mortis Rectorum. Old. *cons.* 223. *n.* 4. *ver. tertio mentem Papæ, circa si n.* 7. *ver. nec mireturquis.* quia actus, & stipulatio dicitur pura à principio: licet actio, & exercitium non detur, nisi in certum tempus. † Amplia in contra- 8
ctu celebrato tempore prohibito; quia licet exequutio illius cōferatur in tempus præfixum, tñ attenditur substantia, & non exequutio actus. Bald. *cons.* 254. *In q. prædicta, per tot. li.* 4. vbi, quod is, qui vendidit merces, & non soluit gabellā, cadit in pœnam, licet exequutio contractus sit collata in tempus nundinarū, quo tempore non soluitur gabella. Contrarium tenet Bald. *cons.* 253. *Licet*
istæ allegationes, li. 4. Vide *ver. Principium quando attendatur. Conclus.* 704. *& concl. seq.* Vide, *Finis quando attendi debeat. Concl.* 336. Vide, *Data tēpus attenditur. Concl.* 19. *& Data tēpus non attenditur. Concl.* 20.

Actus attribuitur ordināti, nō exequenti. Concl. 154.

ACTVS † regulariter attribuitur ordinanti, nō aūt exequen- 1
ti. *c. super literis, de rescript.* Rom. *cons.* 366. *Quæritur, in pr.* † Et 2
ideo si minor pars exequitur illud, quod per maiorem partē Cōcilij, vel Capituli fuit ordinatum, ille actus minoris partis exequētis attribuitur maiori parti, quæ ordinauit. Rom. *d. cons.* 366. *in pr.* vbi apost. prima *in ver. attribuitur.* † Extende; quia actus attribui- 3
tur mandanti, non exequenti, & sic principali, non autem procuratori. Crau. *cons.* 122. *n.* 3. & semper mandans præsumitur principalis, nō aūt procurator. Decian. *cons.* 11. *n.* 3. *li.* 1. Vide, *in ver. Actus in*
dubio quo nomine. Concl. 147. *n.* 19. *& seq.* † Extende; quia si agitur de 4
exequutione rei iudicatæ ad litteras Iudicis ordinarii, actus exequutionis attribuitur Iudici scribēti, nō autem Iudici exequenti, qui nullam habet cognitionem reuocandi, vel declarandi sentētiam nullam. Vide, *Iudex vnius territorij. Concl.* 466. † Amplia; quia 5
agitur ex confirmante, non ex confirmato; ideo sententia confirmans debet exequi, non autem sententia confirmata; quia actus attribuitur confirmanti. Vide, *Confirmatio operatur. Conclus.* 706.
† Amplia; quia Iudex, qui tulit sententiam, ex qua oritur actio ex 6
delicto, debet habere commoda, & regalias pœnarum, nō autem Iudex exequens, secundum aliquos, sed secundum alios totum contrarium. Vide, *Iudex finito officio quæ commoda consequatur. Conclus.* 431. Vide, *Actus si fiat in exequutione alterius, regulatur secundum primum actum. Concl.* 130.

Accursius Glossator, & diuersa de eo. Concl 155.

ACCVRSIVS † Glossator eximius, magister sententiarum ap- 1
pellatur à Bald. *cons.* 465. *Visis dicti articulis. n.* 9. *li.* 4. † Glossas 2
fecit tempore Federici Imperatoris de anno 1227. vt ipse attestatur *in l. in causis. in gl. in ver. tempus. & in ver. Secretarium. C. de accusation.* Boer. *decis.* 321. *n.* 3. Vide, *Glosis quando standum, & de auctoritate glossæ. Concl.* 43.

Accusatio quid sit, & quid cōtinere debeat. Cōcl. 156.

ACCVSATIO, † est delatio alicuius criminis ad vindictam 1
publicā legitima interueniente subscriptione, coēm * dicit * 1
Iul. Clar. *in prax. crim. q.* 12. *in pr.* † Vel sic secundum Bar. *in extra-* 2
uag. ad reprimendū, in ver. per accusationem, in pr. sicut actio est ius pſequendi in iudicio q̄ sibi debetur. *Instit. de act. in pr.* sic & accusatio est ius pſequendi vindictā publicā. *Instit. de publ. iud. in pr.* † Et 3
est potius officium Iudicis, quā actio, secundum magis * cōmu- * 3
nem. Iul. Clar. *d. q.* 12. *n.* 3. *ver. item quæro.* vbi dicit, q̄ licet de iure sit actio, tñ quia hodie solemnitas accusationis est sublata, credit, q̄ sit potius officiū Iudicis, propter cōcomitantiā illius, ex quo Iudex

poteſt

potest hodie simpliciter inquirere,&inquisitio est officium Iudi-
4 cis sine dubio. † Declara, quia si essemus in casibus,in quibus nõ
posset procedi per inquisitionem, secus esset; quia tunc esset ac-
tio,non autẽ officiũ Iudicis. Clarus vbi supr. *n. 3. vers. bene verum*
5 *est.* † Et Iudex procedens super accusatione dicitur procedere ex
* officio Iudicis nobili,non aũt mercenario, secundũ * communẽ,
6 vt per Clar. *d.q.12.n.5.ver.scias autẽ.* † Declara,vt per eundem Bar.
d.extrauag.ad reprimendum,in ver.per accusationem. q istud ius, quo
sumitur vindicta publica,duplex est,videlicet,accusatio,&officiũ
Iudicis,& istud officium Iudicis exercetur quandoq; per inquisi-
tionem ad denunciationem alterius; nam super denũciatione in-
7 quiritur. † Hodie loco accusationis succedit querela, quæ non
requirit inscriptionem solemnem,sed alia requisita. Vide, *Inqui-*
8 *sitio & accusatio quid sint, & in quibus differant. Concluſ.* 176. † Sumi-
tur etiam accusatio pro libello accusatorio. *l.si cui,in pr.ff. de accuſ.*
Bart. *d.extrauag.ad reprimendum in ver per accusationem.nu.25.in fin.*
9 † Et si probatur vsus communis loquendi, aliquando importat
chartam,in qua plures accusationes describuntur.Bar.*in l. libello-*
rum.§.sed si aliud.ff.de accuſ. Franc.Aret.*conſ.* 79. *col. 2. ver. veruntа-*
10 *men ijs,&c.* † Conclusio licet in libello ciuili sit necessaria: tamen
secus est in accusatione, & libel o criminali, in quo sufficit pete-
re accusatum condemnari secundum formam iuris,& statutorũ,
absq; certa expressione.Ita Iul.Clar. *in praxi.d.q.12.in fi.nu.21.verſ.*
11 *vltimo quæro.* vbi reddit rationẽ.† Qualitatem à statuto inductam
debet continere,aliàs non procedit.Rom. *conſ.*144. *Inquisitio, in*
*pr.*vbi apost.magna *in ver.1o. Andr.*citat infinitos, & iterum Rom.
*conſ.*152. *Præsens accusatio,col.2.in fi.* vbi,si statutum Florentiæ facit
cessantem illum, qui à centum libris supra decoxit, non sufficit
narrare,quod cessauit,nisi qualitas statuti, videlicet à centum li-
bris supra,exprimatur. Vide, *Qualitas aggrauans factum, vel deli-*
*ctum,multa operatur.Concl.*4. Vide, *Inquisitio & accusatio quid sint,&*
*in quo differant.Concl.*176. *n.* 4. vbi,quod hodie accusatio abijt in
desuetudinem,& succedit eius loco denunciatio,vel inquisitio.

Accusatio quam solemnitatem requirat. Concl. 157.

1 ACCVSATIO † debet fieri in scriptis apud acta, secundum
* communem opinionẽ, Bart. *in extrauag.ad reprimendum.* §.
2 *per inquisitionem.nu.* 33. † Contrarium, q sufficiat, quod detur in
scriptis, vel quod notarius sumens eam in voce scribat.Salyc.*in l.*
3 *pen.n.2.C.de accuſ.* † Declara,quia sufficit in praxi verbalis redacta
in scripris.Iul. Clar. *in prax.crim.q.12.n.* 7.*ver.quæro,quæ sit forma.*
4 † Item requiritur dies, quo porrigitur,& annus, nomen accusa-
toris,& accusati,species delicti,locus delicti, tempus, quo com-
missum fuit, & inscriptio accusatoris,de quib. omnibus *in l. libel-*
5 *lorum.ff.de accuſat.* † De die porrectæ accusationis,& anno, quod
Notarius teneatur ponere,alias posset priuari officio,tenet Clar.
in praxi crim.d.q.12.n.8.ver.præterea. licet dicat, q multi tenent cõ-
trarium; sed tamen *in q.10.n.2.ver.& ideo hodie.* dicit, q loco accu-
6 sationis hodie succedit querela,quæ requirit omnia solemnia,ex-
cepta formali inscriptione. † Item locus porrectæ accusationis.
Bart. *conſ.* 228. *Catharina,in fi.lib.*1. Vide plene infra, *Accusatio quã*
7 *specificationem requirat. Concl.prox.seq.* † Amplia; quia si accusatio
sit inepte formata,vt quia non habet suam formam, non potest
dici accusatio, neq; delictũ in iudicio deductum,& super ea proce-
di non potest,& sequi debet absolutio.Bart. *d.extrauag.ad repri-*
*mendum.in ver.per accusationem.n.*27.*ver.sed quæro.* Rom. *conſ.*167.
Antonius accusatus,in pr. quem sequitur apost.ad Bar.vbi sup.*in ver.*
8 *Absolutio.* † Amplia,quia accusatio legitima & solemnis requiri-
tur,etiam in crimine læsæ Maiestatis,in quo potest procedi sum-
marie,&de plano,&c.vt in *extrauag.ad reprimendum.* quæ dicit per
accusationem,inquisitionem,& denunciationem, tamen id de-
bet intelligi de valida,non de inepta, licet in causa summaria non
esset necessaria,& sic inepta deberet sufficere: respondet, q lex il-
la requirit adesse alternatiue,accusationem, vel inquisitionẽ, &
per consequens validam,ita Bart. *in d.extrauag. in ver. per accusa-*
tionem. Vide, *Inquisitio & Accusatio quid sint, & in quibus differant.*
*Concluſ.*176.

Accusatio vt procedat,quam specificationem requi-rat. Concluſ.158.

1 ACCVSATIO † & inquisitio falsi requirit specificationem
loci, & temporis. *l.libellorũ.*vbi Bart.*ff. de accuſat.* Alex. *conſ.*
72.*Inspecto diligenter.n.5.li.*1. vbi, q requiritur annus,& mensis,&
* est * cõmunis opinio. Clar. *in praxi crim.q.*12.*n.*9.*ver. dixi.* vbi, q
alias esset incerta; & plene Corra. *in Beuia. fol.*224.*n.*3.vbi,q et-
iã si qualitas temporis,vel loci aggrauet,prout in die conceptio-

nis exprimi debet, ibi tamen *n.*7. dicit seruandum esse stylũ Cu-
riæ. † Extende,etiamsi adsit clausula, *prout de veriori tempore con-* 2
stiterit;quia nihilominus requiritur, q certum & limitatũ tempus
sit expressum in accusatione. Alex.*conſ.*72. *n.*5.*ver. & licet subdat.*
*li.*1. † Contrarium, quod in crimine falsi non requiratur necessa- 3
rio locus,neq; tempus. Ang. Aret. *in tract. malefic. in ver. falsario,*
ver.& tenementi tu Iudex, allegat gl. *Instit.de publ. iud. in pr.* & Bald.
in c.1.quib.mod.feud. amitt. Hippol.Marſ.*ſing.*163.*crimen falsi.* † Ex- 4
tende, etiãsi agatur de crimine ciuiliter,quia requiritur expressio
loci secundũ * cõmunem,de quo Clar. *d.q.*12.*n.*10.*ver.adde, quod.* *
† Extende,ẽt si procedatur per modum exceptionis;quia in exce- 5
ptione debet exprimi locus,& tempus commissi delicti. Clar. *d.*
*q.*12.*n.*11. vbi dicit * cõmunẽ, *ver. & ideo etiam.* † Declara maxime, *6
quando ipsa actio ciuilis infamat; tunc n. sine difficultate requiri-
tur expressio loci,& temporis. Iul. Clar.*d.q.*12.*n.*11.*ver. & hæc qui-*
dem absq; dubio. vbi dicit * coẽm , & tenendam ; quia causa dicitur *
grauis, vt infamat.† Ratio est:quia non posset probari contrariũ 7
pro defensa,Bar.*in l.is,qui reus.ff.de pub. iud.* Signor.*conſ.*242.*n.*4.*&*
*n.*12. & idẽ dicit Clar.*d.q* 12.*n* 8.*in fi.ver.nisi n.* † Et debent speci- 8
ficari cohærentiæ loci,& confinia.Iul. Clar. *d.q.*12.*n.*11.*ver.est au-*
tem exprimendus. † Restringe;quia in curia Romana non requiri- 9
tur specificatio loci, & temporis, qñ agitur ciuiliter. Clar.*d. q.*12.
*n.*11.*ver. licet subdat.* † Extende, quia locus debet specificari etiam 10
per cohærẽtias,licet sit locus iudicij publicus, & notorius. Bald.
*conſ.*54. *Casus breuis.n.*3.*ver. super eo.li.*1. † Contrariũ seruari de cõ- 11
suetudine dicit Iul.Clar.*in praxi crim. q.*12.*n.*12. *ver. sed pone.* vbi al-
legat pro vtraq; & concludit sufficere locũ notoriũ esse certum,
vbi attestatur de magis * cõmuni,& vera.† Declara,quia non re- *12
quirit specificationẽ dici insultus, vel vulnus à principio, licet te-
neatur specificare, si accusatus imploret officium Iudicis, vt reus
possit se defẽdere,vel debet articulare de vnico insultu, vt proba-
tio ad defensam concludat.Bart.*in l is,qui reus,n.*9.*& seq.ff. de publ.*
*iud.*Leonard.de Ceris *inter conſ.Sign.conſ.*242.*n.*4.vide supr. *n.* 22.
† Contrariũ per plura tenet Sign. *conſ.*243.*n.*106. vbi, quod opi- 13
nio Bar. est contra cõmunem,quia se fundat super eo, quod actor
teneatur edere reo ad fundandã exceptionẽ, q est contra cõmu-
nem;ideo ista opinio non est vera,& repetit *conſ.*244.*n.*20.*& seq.*
vbi,quod nullo modo tenetur specificare,& quod opinio Bart.est
phantastica,& cõtra * coẽm.† Extende;quia requiritur locus lo- *14
ci in inquisitione, Gand. *in tract. 5to, rubr. qualiter fiat accusatio, in*
pr.† Contrariũ tenet Leonar.de Ceris, *inter conſ.Sign.conſ.*242.*n.* 15
17.*ver.item allegat.* † Extende,quia connexa crimini dicuntur pars 16
criminis. *l.semper.§.annus.ff.quod vi,aut clam.* Igitur requiritur lo-
cus criminis,& locus connexi ad crimen .Leonar.de Ceris *d.conſ.*
242.*n.*18.*inter conſ.Sign.* † Contrariũ vero ostendit Leon. de Ce- 17
ris *inter conſ.Signor.d.conſ.*242.*n.*19.*& seq.* vbi reprobat extensio-
nem.† Restringe; quia nõ requiritur specificatio loci, & tempo- 18
ris qñ accusatio est de negligentia in denunciando delictũ. Clar.
*d.q.*12.*n.*11.*ver.est autem exprimendus.* † Amplia,vt idem sit in accu- 19
satione turbatæ possessionis criminaliter,quia requiritur specifi-
catio loci,& temporis ad hoc,vt procedat,& locus debet etiã cõ-
finari,& terminari.Bald.*conſ.*441.*In puncto proponitur,circa fi.ver se-*
*cundo quæritur,lib.*3.*vsque in fi.* † Declara, quia accusatio si fiat super 20
turbata possessione ex diffamatione, licet locus,in quem sit tur-
batio, debeat specificari; tamen bene est specificare tam locũ, in
quo facta fuit diffamatio,quam etiam locum, in quẽ ex diffama-
tione fit turbatio.Bald.*d.conſ.*441.*in fi.ver.sed quis locus.li.*3.† Am- 21
plia in accusatione spolij,quia spoliatus debet ponere diem com-
missi spolij.Bald. *d.conſ.*441.*in fi ver.adde,quod dixit lib.*3.† Amplia 22
in tãtum specificationem,& probationẽ specificari temporis re-
quiri in accusatione pro substantia, vt si probaretur delictum, &
non probaretur tempus,nõ posset sequi cõdemnatio. Alex. *conſ.*
72.*n.*5.*ver.& ideo probatio,li.*1.*& conſ.*159.*li.*6.quia varietas tempo-
ris varietatem delicti inducit. Vide, *Inquisitio quid sit, & in quib. diffe-*
*rat ab accusatione. Concl.*275.*& concl.ibi pro.seq.* † Declara;quia tem- 23
pus delicti in accusatione expressi, si plene non probatur, nõ po-
test sequi cõdemnatio, licet cõstet de delicto,sed tñ p vnum teste
inducitur in dicium sufficiens ad torturã. Ang.*conſ.*3. *Publicatus est*
processus,per tot. † Amplia,quia in accusatione restricta, q quis cõ- 24
demnetur secundum formam statutorũ, videtur quis alia reme-
dia omisisse. Sign. *conſ.*240.*In quæst.in princ.* Vide, *Libellus non re-*
*stringitur,nisi actor se restrinxerit.Concl.*309.† Amplia in tantũ esse 25
necessariã expressionẽ temporis, & loci delicti parte opponen-
te,vt Iudex possit cõpellere non exprimentem,vt exprimat, quia
tolleretur defensio reo forsan probare volenti, q illo die non fuit
in loco.Clar.*d.q.*12.*n.*12.vbi dicit * coẽm.† Restringe,qñ actor nõ *26
recordaretur,& hoc iuraret.Clar.*d.q* 12.*n.*13.*in fi.ver. scias et.*† Re-

27 stringe;† quia licet teneatur,& cõpellatur exprimere; non tamẽ
tenetur diẽ expressam probare,ita Clarus vbi supr. *q.12. n. 13. ver.*
*28 *intellige tamen.* vbi dicit *coẽm.† Contrarium,si expressit,cũ non
teneretur exprimere;quia bene tunc probare tenetur secundum
*29 *coẽm.Iul.Clar.d.q.12.n.14.vers.sed quid si accusator.* † Declara;
quia si tempus expressum est de substantia; tunc debet probari,
prout si delictum ex tempore oriatur,alias secus, maxime ſ antibus
clausulis, *non se adstringens,&c. super quibus,&c.* Clar. *d.q.12.n.*
30 *14.ver.quæ tamen concl.* † Amplia in tantum requiri specificationẽ
loci, & temporis in accusatione,& inquisitione, vt etiam si statu-
tum dicat,q̃ requiratur aliqua specificatio in accusatione, vel in-
quisitione, adhuc tñ requiritur in probatione.Bart. *cons.172.Du-*
31 *bia.n.10.ver.septimum dubium.li.1.* † Limita in libello,& accusatio-
ne vsurarij ad effectũ annullãdi testamẽtũ; quia sufficit deduce-
re in genere,q̃ exercuit vsuras,& quod esset manifestus vsurarius
32 absq; alia specificatione.Bal. *cons.85. An in libello. lib.4.* † Limita;
quia procedit necessaria specificatio loci, & tẽporis parte opponẽ-
te;secus si pars nihil opponat,quia procedit sine specificatio-
ne.Iust.Clar. *in prax.crim. d.q.12.n.11. vers.quãtamen.* vbi dicit ma-
*33 gis *coẽm † Limita in accusatione turbatæ possessionis ciuiliter
intentata,quia locus,& tempus non debet de necessitate specifi-
34 cari.Bald. *d.cons.441.n.3.ver.secundo quæritur.li.3.*† Limita;quia suf-
ficit tempus per relationẽ esse expressum; ideo licet annus non
sit in accusatione registrata in libro, tamen sufficit, q̃ id colliga-
tur ex præcedentibus,vel si in principio libri est annus. Sign. *cons.*
35 *242. n.13.*q̃ est Leonar.de Ceris.† Secundo requiritur,q̃ accusa-
tio contineat specifice crimina,pro quibus instituitur accusatio:
alias non procedit accusatio generalis,etiam parte non opponẽ-
te.Alex. *cons 72.n.11.ver.præterea de hoc excessu.lib.1.* Vide, *Crimina*
☞ *opponens quorum specificationem facere teneatur.Concl.1079.*Vide,*Obie-*
ctus debent exprimi in appellatione extraiudiciali.Concl.7. Vide , *Libel-*
lus in criminali quam specificationem requirat.Concl.32. vbi plenius.

Accusatio quando requirat dolum & scientiam accusati exprimi.Concl.159.

1 REGVLARITER † accusatio debet continere expresse, q̃
accusatus scienter,& dolose commisit delictum.*Bal. in l.2.C.*
2 *qui accus.non poss.*† Declara, vt procedat in his, in quibus necessa-
rio non cadit scientia, vel dolus;quia tunc debet exprimi in accu-
satione,& probari,prout in eo,qui dicitur opẽ præstitisse ; secus
in ijs,quæ de se includunt scientiam, prout in vulnerante. Fel. *in*
rubr.extra,de accusat. Bar. *in l.omnes.C.de agric. & censit.lib.11.* Vide,
☞ *in vers.Dolus quando præsumatur,vel non.Concl.573.*vbi,quod in omni delinquente præsumitur dolus; quia delictum est de genere prohibitorum.

Accusare qui possint, vel non. Concl.160.

1 *REGVLA † est permissiua, ideo omnes possunt accusare,qui
non reperiuntur prohibiti,communis * est opinio , vt atte-
statur Iul.Clar. *in praxi crim.q.14.in pr.*& idẽ dicit Corrad. *in praxi,*
2 *seu breuiario,li.2.§.3.n.9.& seq.* † Et procedit argumentum ab ac-
cusatore ad testem;quia regula testium permissiua est, nisi de iure
reperiatur facta prohibitio,& qui non potest esse testis, non po-
test accusare.Rom. *cons.60. & cons.487* Corrad. *in Breuiar.fol.231.*
3 *n.24.in fi.*† Fallit hæc regula propter dignitatem, vt Clericus, &
miles;item propter defectum concernentem statũ personæ,prou-
tfilius familias, & seruus; item propter defectum concernentẽ
ætatem,vt pupillus,& minor; item propter imbecillitatẽ sexus,
prout mulier; item propter indignitatem personæ, vt crimino-
sus,infamis,& similes;item propter defectum fidei,prout inimi-
cus, pauper vilis,item propter reuerentiam, vt filius , seruus , li-
bertus, vasallus,&c. item laicus non accusat Clericum;item pro-
pter amorem, prout uxor virum,frater fratrem. Clar. *dict. quæst.*
4 *14 in pr.*† Declara,quia istæ fallentiæ raro, vel nunquam admit-
tuntur;quia Iudices communiter procedunt ex officio,& per in-
quisitionem,etiam si nullus accuset;&ideo non reijciunt Iudices
querelam porrectam à quocunque prohibito; quia imo aperit
viam inquisitioni querela.Clar. *d.q.14.in pr.ver.scias tamẽ.*vbi dicit,
quod solum procedũt in casibus de iure communi, vel qñ ex for-
ma statutorum non posset procedere Iudex ex officio in certo ca-
5 su,& idẽ repetit *q.18.in pr.& n.3.*† Declara secundo,quia omnes,
qui accusare non possunt, admittuntur, qñ suam, vel suorum in-
iuriam prosequuntur,& dicuntur sui in hac materia oẽs , contra
*quos non posset ferri testimonium,secundum * cõmunem.Clar.
6 *d.q 14 n 2,ver.volo etiam.*† Imo sui in hac materia dicuntur omnes
parentes,& descendentes, patroni,patronæ,liberi eorum,frater,
soror, vxor, socrus,gener,nurus,vitricus,nouerca, priuignus, &
est * communis opinio.Clar. *d.q. 14.n.2.ver.Tu vero dic.* † Decla- * 7
ra,quia in criminibus exceptis quilibet potest accusare exceptoi-
nimico,Corra. *fol.226.nu.9.* † Amplia, quia filij,siue sint legitimi 8
& naturales,siue spirituales, & etiã filij naturales ex soluto, & so-
luta admittuntur ad accusandum pro iniuria facta parentibus, &
è conuerso, & cæteris consanguineis præferuntur, & idem in a-
lijs filijs,qui non ex damnato coitu sunt procreati;secus si spurij,
ex damnato coitu sunt nati; quia admittuntur solum pro matre,
vt idem Clar. *d.q.14.n.26.& seq.ver.quæro an filij.* † Amplia; quia 9
accusatio fieri potest à quocunque in criminibus publicis: in pri-
uatis vero potest fieri per eum,qui suam, vel suorum iniuriã pro-
sequitur,ita vt si primus desistat,secũdus possit accusare;Iul.Clar.
in § fi q.58.n.3.& 4.ver.& scias. † Non tamen põt in crimine pu- 10
blico accusare nomine alterius. Rom. *cons.152.in fi.* † Amplia in 11
damno dato, in quo non potest accusare is, ad quem res damni-
ficata pertinet, nisi iure dominij.vel possessionis ad eum spectet.
Bart. *cons.15.Visa accusatione,in pr.li.2.* Vide, *Accusare qui possint de* ☞
damno dato,vel non. Concl.proxime seq.† Limita;quia frater non po- 12
test accusare fratrem de falso criminaliter; quia magnum crimen
est,Fulgos. *cons.106.Super eo,de quo,in fi. ver.ad tertium.* † Extendæ; 13
quia id multo magis in sorore procedit,quæ non potest accusare
fratrem.Fulg. *cons.106. in fi.ver.ad tertium.* † Limita, quia regula- 14
riter non potest procurator vel syndicus,vel tutor,aut alius accu-
sare nomine alieno;quia debet nomine proprio accusare,sed ad v-
tilitatẽ principalis; Clar. *d.q.14.n.24.ver.Item quæro.*vbi dicit * cõ- *
munem,licet in vniuersitate admittat, q̃ imo possit syndicus in
criminali accusare, & defendere pro communitate, & dicit * cõ- *
munem.Ratio est,quia sublata hodie est pœna talionis; ideo qui-
libet hodie accusat per procuratorem.† Limita; quia dignitas fa- 15
cit inhabilem ad accusandum.Ideo Clericus non potest accusare,
vbi agitur de pœna corporis, alias esset irregularis , nisi in accusa-
tione protestetur.Clar. *d.q.14.n.3.ver.dixi.*† Extende idem in mi- 16
litibus esse,quia nõ debẽt se immiscere litib.sed militiæ,q̃ in mili-
tibus nostri tẽporis nõ seruatur.Clar.vbi supra *n.4.ver.Quæro ẽt.*&
de iure possunt,si suã,vel suorum iniuriã prosequantur.† Limita; 17
quia defectus psonę obstat,ne quis accuset,prout in seruo, q̃ non
accusat,nisi certis casib. in filiofamilias, qui de iure sine consensu
patris nõ accusat,neq; accusatur secundũ magis coẽm,* q̃ tamen *
veram non esse dicit Clar. *q.14.n.4.& 5.ver.sed quid in filiofamilias.*
vbi,q̃ siue agat, siue excipiat,siue accusatio sit de crimine publi-
co,siue priuato,non requiritur consensus patris;licet si adsit, bo-
num sit. † Limita, quia defectus ętatis operatur, q̃ minor vi- 18
ginti annis nõ potest accusare,nisi suam, vel suorũ iniuriam pro-
sequatur; maior vero viginti annis,licet minor viginti quinq; po-
test,etiam si suam,vel suorum non prosequatur iniuriam,accusa-
re,Clar. *d q.14.nu.6.& 7.*vbi dicit *coẽm,licet dicat in fine,quod *
maior 14.indistincte accusat de consuetudine; & quod ita seruatur.† Limita;quia defectus sexus operatur,quod mulier nõ po- 19
test accusare,nisi suam,vel suorum iniuriam prosequatur.Clar. *d.*
*q.14.n.8.ver.præterea dixi.*Bart. *in extrauag.ad reprimendum,in ver.per*
accusationẽ,in pr. † Limita,quia defectus indignitatis personæ re- 20
pellit,prout criminosus; quia de iure Canonico repellitur, etiam
si non sit diffamatus,neq; accusatus, & sufficit, quod sit in pecca-
to mortali,secundum communem,* de iure ciuili non repellitur, *
nisi sit effectus infamis.Clar. *d q.14. n.9.& 10.ver.dixi quoq.*† Si 21
vero est diffamatus,sed non accusatus, de iure Canonico non ac-
cusat, qñ efficitur infamis,siue de iure,siue de facto,& de iure ci-
uili repellitur solũ,qñ infamis est infamia iuris; * communem di- *
cit Clar. *d.q.14.num.11.vers.Secundus est casus,* vbi relatiue, quan-
do dicatur infamis de iure,vel de facto. † Si est diffamatus & ac- 22
cusatus,& nomen non est receptum inter reos, quia non est fa-
cta litis contestatio , neque actus habens vim litis contestatæ,
non potest accusare de æquali, vel minori ; sed solum de maiori
crimine, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur, secundum
*communem, licet contrarium in practica seruari dicat Clar. * *
q.15.num.12.ver.tertius est casus. dummodo sit constitutus,& præ-
sens iudicio, alias secus. † Si nomen est receptum inter reos, po- 23
test solum de maiori accusare quemcunque, etiam suum accusa-
torem,dummodo suam,vel suorum iniuriam prosequatur, secũ-
dũ * communem, de qua Clar.*d.q.14. n. 12.ver.postquam autem.*v- *
bi, an super vtraq; procedat,& dicit,q̃ sic de consuetudine causa
minuendarum litium, licet de iure communi maius delictum sit
primo terminandum.† Declara; quia nunquam admittitur ac- 24
cusatio ipsius accusati contra suum accusatorem , nisi sit accusa-
tus præsens in iudicio;quia destrueretur materia criminalis , si
audiretur absens,sed si est præsens,admittitur, & si sunt contin-

gentia

gentia delicta ex eodem facto, simul etiam terminatur, si diuersa, est in arbitrio Iudicis, vt procedat, vel supersedeat, recepta fideiussione a secundo accusato, & hoc, ne ex calumnia accusatus reaccuset, vt accusator desistat, vel Iudex ex officio procedit super omnibus delictis. Ita Clar. *d. quæst. 14. num. 12. ver. & hoc etiam dato*, vbi plene, & quod Mediolani ita seruatur, licet in Regno Neapolis dicat, quod proceditur absolute super vtraque, & maxime, quando ex eodem facto oritur accusatio. Vide, *Accusatus non accu-*
25 *sat suum accusatorem. Concluſ. 164.* † Et maxime hoc debet procedere in iudiciis, & interdictis duplicibus, in quibus vterque est actor, & reus, vt *in §. penult. Inſtit. de interd.* prout est turbatæ possessionis, quia tale iudicium cum non possit terminari, nisi cognoscatur, quis melius probet possessionem. *§. retinendæ. Inſtit. de interdict.* vterque audiri debet, & accusare potest; quia est super
☞ eodem facto. Bartol. *conſil. 112. Accuſatus. lib. 1.* Vide, *Actor quando, &*
26 *in quibus caſibus reus exiſtat. Concluſ. 118. num. 51 & ſeq.* † Si vero reus fuit absolutus ab accusatione, poterit suum accusatorem, & quemcunque alium accusare. Iul. Clar. *d. quæſt. 14. nu. 14 ver. quar-*
27 *tus eſt caſus.* † Si fuit condemnatus, ita, quod non amittat famam, neque libertatem, neque ciuitatem, potest accusare. Clar. *d. quæſt.*
28 *14. num. 15. ver. quintus eſt caſus.* † Si amisit ex condemnatione famam, non tamen ciuitatem, neque libertatem, poterit solum ob
* suam, & suorum iniuriam accusare, secundum * communem, quæ placet Claro, *d. quæſt. 14. num. 15. v r. aut vero.* licet ibi etiam de contraria communi attestetur, vt possit suum accusatorem accusare, etiam quod suam, vel suorum iniuriam non prosequatur, ex-
29 traneum, si suam, vel suorum prosequatur iniuriam. † Si amisit libertatem, & ciuitatem, non potest, nisi cœptam accusationem
*30 prosequi, vt ibidem etiam dicit * communem. † Limita, quia excommunicatus pariter non accusat, cum non possit agere in iu-
* dicio, secundum * communem Clar. *d quæſt 14. nu. 16. ver quæro.*
31 † Limita, quia ex defectu fidei (quia lex non confidit de inimico) quis non potest accusare suum inimicum, quando capitalis est inimicitia, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequatur. Clar. *d.*
* 32 *quæſt. 14. num. 17. ver. vlterius dixi*, vbi dicit * communem. † Idem est in paupere, nisi sit honesta persona, quia regulariter repellitur, si non habet valorem quinquaginta aureorum. Clar. *d. quæſt. 14.*
33 *num. 19. ver. ſed hic etiam.* † Limita, quia defectus ob reuerentiam obstat, ne quis accuset: ideo laicus non accusat Clericum, nedum criminaliter, sed nec ciuiliter, nisi suam, vel suorum iniuriam
* prosequatur, & est communis * opinio. Clar. *d. quæſt. 14. num 21. ver. propter reuerentiam*, vbi limitat nisi versetur ius publicum, pro-
34 ut quod Ecclesia male tractetur, quia admittitur. † Extende, quia
* 35 patronus non accusat beneficiatum, sed eum demantiat Superio-
ri. Clar. *d. quæſt. 14. num. 22. ver. ſed nunquid* vbi de * communi. † Extende in vasallo, qui non accusat dominum, nisi ciuiliter. Clar. *d.*
36 *quæſt. 14. num. 23. ver. ſed quæro.* † Limita; quia sunt plures casus, & plures personæ, quæ non possunt accusare, & ideo competit exceptio accusato. Corrad. *in Breuiar fol 227. num. 10. & ſeq.* vbi ponit casus 84. in quibus non admittitur accusator, & ibi, & generaliter qui non potest esse testis, non potest etiam accusare, vt ibi,
37 *num. 14. in fin.* † Declara multis modis, quia prohibito accusare si ante litem contestatam non opponitur exceptio per accusatum,
* valebit processus, secundum * communem. Corrad. *fol. 231. num.*
14. lib. 1. c. 9. § 3. de offic. Prætor. in crimin. allegat Aretin. *in c. 1. de accu-*
* 38 *ſatio* attestantem de * communi. † Limita, quia non valet accusatio facta ab eo, cuius non interest, quando crimen est priuatum, etiamsi pœna pecuniaria Fisco applicetur. Roman. *conſil. 152. Præſens accuſatio, in princip.* vbi loquitur in statuto Florentiæ de cessan-
39 te. † Extende in furto, quia etiam de iure Digestorum poterat criminaliter agi ad pœnam pecuniariam Fisco applicandam, & tamen is, cuius non intererat, non poterat accusare. Roman. *d con-*
40 *ſil. 152. colum. 2. ver. quia certum eſt.* † Limita, quia qui prohibetur accusare, prohibetur nedum per se, & familiam suam, sed etiam per alium quemcunque accusare. Roman. *d. conſil. 152. Præſens ac-*
41 *cuſatio. num. 4. & ſeq. per tot.* † Limita, quia socius criminis non accusat socium: ideo mulier aduiterata volens non accusat adulterum, neque remittit iniuriam, quia consensit adulterio. Bartol.
42 *conſil. 173. Domine Poteſtas. num. 2. lib. 1. ver. præterea.* † Limita, quia regulariter infames, serui, vilet, & mulieres non accusant. Bartol. *in extrauag. ad reprimendum. in ver. per accuſationem* vbi, quod est speciale in crimine læsæ maiestatis, vt admittantur; ergo ius com-
43 mune est in contrarium. *l famoſi. ff. ad leg. Iul. maieſt.* † Limita, quia si accusator patitur labi instantiam, vel si moritur, & aliis casibus, non potest accusare: de quibus infra, *Accuſator an poſſit deſiſtere. Concl. 167. num. 4. & ſeq.*

Accusare qui possint, vel non, de damno dato. Concluſ. 161.

REGVLARITER, † qui vult accusare de damno illato in re 1
sua, debet probare se dominum rei. Specul. *de probat. ver. ſed pone ſtatutum.* Vide, *Damnum accuſans debet probare ſe dominum. Con-* 2
cluſ. 12. † Amplia, quia is, cui non competit ius accusandi, non potest obtinere. Corne. *conſil. 122. Viſo d. puncto. colum. 1. in fin. lib. 4.* † Extende; quia si accusatio non est rite formata, non potest su- 3
per ea sequi condemnatio. Corn. *conſil. 233. Conſtat, quod in accuſatione. lib. 3.* † Amplia, quia habens rem communem cum alio so- 4
lus non accusat vigore statuti permittentis domino posse accusare, quia non est vere dominus, sed ficte. Bartol. *conſil. 90. Frater, in prin. lib. 2.* † Amplia, quia solus pupillus sine curatore, & solus cu- 5
rator suus pupillo non possunt accusare de damno illato. Bartol. *conſ. 90. per tot. lib 2.* † Limita in tutore; quia solus pro pupillo ac- 6
cusat, & se inscribit tutorio nomine, etiam in criminalibus. Ias. *in l. Fola. n. 4. & ſeq. C. de his quib. vt indig.* vbi dat cautelam, ne teneatur de dolo, neque de culpa, vt communicet cum matre, & consanguineis pupilli, quia tunc non tenetur, & Ias. sequitur apostill. ad Bartol. *conſ. 90. Frater. l. b. 2. in ver. ſciendum.* † Contra custodem be- 7
stiarum, vel laboratorem, qui habet bestias, debet fieri accusatio, quando animalia inferunt damnum. Bartol. *in l. ne quid. ff. de incend. ruin. naufrag.* & habetur *in auth. quæ in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport.* vbi Bart. *in vltima col.* Socin. *in c. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper. vt lit. non conteſt.* Vide, *Damni actio contra quos detur. Concluſ. 11.*
† Extende; quia contra laboratores datur accusatio damni, quan- 8
do fuerunt moniti, quia ex mandato alieno non excusantur, secus si non sunt moniti. Alex. *conſ 36. num. 3. lib. 1.* Ias. *in l. de pupillo. §. nuntiationem, in fin. ff. de nou. oper nuntiat.* plene apostill. ad Alex. *d. conſil. 36. num. 3. lib. 1. in ver. tignum.* vbi distinguit. Vide, *Laboratores excuſantur. Concl 2.* † Declara, nisi operarii & laboratores essent con- 9
ducti ad aliquid illicitum faciendum; quia tunc possunt accusari de damno, & turbata possessione. Ias. *d. l. de pupillo. §. nuntiationem. num. 7. ff. de nou. oper. nuntiat.* † Duo debent omnino probare, pos- 10
sessio ex parte eius, qui accusat de turbata possessione, vel damno illato; item turbatio ex parte accusati. Alex. *conſ. 88. nu. 13. lib. 3.* Papien. *in forma libelli de turbata poſſeſſione. in §. hodie.*

Accusatio an possit fieri à pluribus, & contra plures. Concl. 162.

ACCVSARE † possunt plures pro eodem delicto in eo- 1
dem libello, quando interest accusantium ratione officii, prout si plures tutores essent. Clar. *in prax. crimin. quæſt. 13. in princip.* vbi dicit * communem. † Extende, vt procedat etiam, quando * 2
interest plurium ratione communis iniuriæ, prout si seruus communis occisus sit. Clar. *d. quæſt. 13.* vbi dicit * communem. † Re- * 3
stringe, quando in diuersis libellis vellent accusare; quia non admittuntur. Clar. *d. quæſt. 13. in princip.* vbi dicit * communem. † Re- * 4
stringe, quando non interest omnium ratione officii, neque ratione communis iniuriæ. Clar. *d. quæſt. 13. in princip.* vbi de * com- *
muni. † Declara vltimam restrictionem, vt procedat parte opponente, secus si nihil opponatur. Clar. *d. quæſt. 13. in princip. ver. & hac diſtinctio*, vbi dicit * communem. † Declara, quia plures, si vellent * 6
simul constituere vnum procuratorem, admitterentur, siue eorum interfit ratione communis iniuriæ, vel communis officii, siue non; communem * dicit idem Clar. *d. quæſt. 13. ver. intellige.* † Vi- * 7
de eundem Clar. *quæſt. 14. nu. 24. ver. item quæro.* vbi, quod non potest accusari criminaliter per procuratorem de iure communi; quia tenetur nomine suo accusare ad commodum principalis, licet dicat non seruari; quia pœna talionis est sublata. † Declara, 8
quia si plures habent ius accusandi, præfertur is, qui suam, vel suorum iniuriam prosequitur, & si omnes sunt tales, præfertur proximior, & si in pari gradu sunt, omnes admittuntur, inter extraneos Iudex eligit ipse vnum ex pluribus. Clar. *in prax. quæſt. 15. numer. 6. ver. ſucceſſiue.* † Amplia in casu conuerso, quia possunt plures 9
simul accusari in eodem libello, quando agitur contra plures de eodem delicto simul à pluribus commisso. Clar. *d. q. 13. num. 2. ver. quæro nunc è conuerſo.* † Extende, quia plura delicta etiam diuersa 10
possunt accusari, quando intentantur contra vnum tantum in eodem libello, & est communis * opinio. Clar. *d. q. 13. num. 3. ver. ſed* * *nunquid*, vbi de * communi. † Restringe, quando essent diuersa * 11
delicta, quia non possunt plures in eodem libello accusari. Clar. *d. quæſt. 13. num. 2. ver. quæro nunc.* † Amplia, quia eadem persona 12
potest accusari ab vno de pluribus criminibus, siue diuisis, siue coniunctis, & in eodem libello, & in pluribus libellis accusato-

* riis; communem * dicit Clar. *in d. prax. crim. q.* 13. *n.* 4. *ver. item quæ-*
13 *ro.* † Extende, vt procedat tàm coram eodem Iudice, quàm coram diuersis, ita tamen, quòd si coram eodem Iudice est conclusum super vno delicto, supersedendum sit super alio diuerso; si verò coram diuersis Iudicibus; tunc non supersedetur aliquo
* modo. Clar. *d. q.* 13. *in fin.* vbi de * communi.

Accusari qui possint, vel non, & an semel accusatus possit iterum accusari. Concl. 163.

1 REGVLARITER † accusari possunt omnes delinquentes.
2 Iul. Clar. qui facit regulam *in prax. crim. q.* 16. *in prin.* † Extende, etiamsi accusatus sit bannitus pro alio delicto; quia poterit de nouo accusari, & banniri, licet, si petat saluum conductum, debeat concedi, vt non possit pro prima condemnatione molestari.
3 Clar. *d. q.* 16. *num.* 4. *ver. sed nunquid bannitus.* † Extende, quia delinquens potest accusari, & condemnari, non obstante, quòd pœnitentia ductus se emendauerit, vel etiam absolutus fuerit in foro
*4 conscientiæ. Clar. *d. q.* 16. *n.* 5. vbi dicit * communem. † Extende, quia officiales etiam ante syndicatum possunt accusari, quando accusantur de iis, per quæ imponitur pœna priuationis officij, prout barataria, aliàs expectandum est tempus sui syndicatus.
*5 Clar. *d. q.* 16. *nu.* 6. *ver. præterea quæro.* vbi dicit * communem. † Extende; quia vniuersitas potest accusari, & puniri, & qualiter, Vide
6 Clar. *d. q.* 16. *n.* 7. *& seq. ver. vlterius quæro.* † Amplia, quia imò accusatus de vno crimine, potest etiam accusari de alio crimine, tàm ab alio, quàm ab ipso primo accusatore, modò accusans in hac secunda accusatione suam, vel suorum iniuriam prosequatur, aliàs
7 non. Clar. *in praxi, q.* 16. *n.* 2. † Declara, quia de consuetudine accusatus de vno crimine simpliciter, potest accusari de pluribus criminibus, ex quo per inquisitionem proceditur. Clar. *d. q.* 16. *n.* 2.
8 † Amplia, quia imò accusatus de vno crimine coram vno Iudice, potest etiam accusari de eodem crimine coram aliis Iudicibus, quando est contumax coram primo, & poterit banniri, & condemnari à pluribus pro eodem delicto, & ad instantiam primi non debet supersederi, neq; fieri remissio. Clar. *in prax. crim. d. quæst.* 16.
☞ *num.* 3. *ver. An autem*, vbi dicit menti tenendum. Vide, *Contumax est*
9 *deterioris conditionis. Concl.* 1028. † Limita in accusato semel absoluto, quia iterum non accusatur. Vide, *Absolutus à delicto, Concl.* 53. Vide, *Condemnatus semel, non potest vlterius condemnari, & quando secus. Concl.* 571.

Accusatus non accusat suum accusatorem, & quando secus. Concl. 164.

1 REGVLA † est, quia accusatus non accusat suum accusatorem. Vide suprà *in ver. Accusare qui possint. Concl.* 160. *num.* 22.
2 *& seq.* vbi declaratur. † Restringe, quando accusatus à Titio, quòd vulnerauit Seium suum seruum à mense citra, excipit, quòd imò accusator interfecerat eundem seruum, iam lapsis tribus mensibus; quia exceptio debet cognosci, tanquam præiudicialis, & supersederi in accusatione. Angel. Aretin. *consil.* 62. *In casu pradicto,*
3 *num* 14. *ver. pro hoc.* † Restringe in spolio; quia licet conuentus spolio vnde vi non possit reconuenire spoliatum, tamen reconuenit in quacunque causa spolij, & sic in simili causa, secundum
* magis * communem, *in c. fin. de ordin. cognit.* de qua attestatur Alexan. *consil.* 94. *Visis, in fin. lib.* 5. Vide plenius, *Criminalis causa quando præiudicet ciuili. Concl.* 1086. Vide, *Cumulatio in criminalibus quando fiat. Concl.* 1094.

Accusatio prò quibus delictis fieri possit, vel non. Concl. 165.

1 ACCVSARE † potest quilibet delinquentem pro crimine publico. Clar. *in prax. crim. quæst.* 17. *in prin.* Et quæ delicta sint
☞ publica, & quæ priuata, Vide, *Crimina publica quæ dicantur, & spe-*
2 *cialia eorum. Concl.* 2075. † Amplia, quia quilibet habens interesse, vt quia prosequitur suam, vel suorum iniuriam, potest accusare
3 delinquentem de priuato delicto. † Limita, quia pro delicto priuato non admittitur accusatio, nisi ab eo, cuius interest. Clar. *d. q.*
4 17. *n.* 2. † Declara, nisi intercedat ratio publicæ vtilitatis, prout in tutore, qui potest accusari à quolibet, licet sit priuatum delictum,
5 quia concurrit publica vtilitas. Clar. *d. q.* 17. *nu.* 2. † Extende, quia pro furto, adulterio, & similibus, non punitur fur, vel adulter, nisi is, cuius interest, accuset, vel instet, & ita fuisse seruatum, attestatur Clar. *d. quæst.* 17. *in fin.* Quando non adest certa pœna imposita
6 fisco, neque afflictiua. † Restringe, quando pro delicto priuato imponitur pœna fisco applicanda; quia tunc ratione pœnæ dicitur publicum, seu mixtum crimen, & sic quilibet potest accusare,
* communem dicit Clar. *d. quæst.* 17. *num* 3. *versic. sed quid.* vbi etiam *
docet contrariam communem, tamen ipse dicit affirmatiuam magis * communem, ne delicta remaneant impunita, & idem *
est, si imposita est pœna corporalis, & idem *quæst.* 4. *num.* 4. *versic. Quinimo*, vbi, quòd licet ignoretur dominus rei furatæ; tamen potest suspendi fur. † Imò plus dicit, quòd si non extat certa pœna 7
afflictiua, neque fisco applicata, potest procedi ex officio ad pœnam extraordinariam, secundum * communem, licet fateatur, etiam vidisse seruari contrarium. Clar. *dict. quæst.* 17, *num.* 3. & 4. *
vbi latè.

Accusator quando teneatur, vel non, se inscribere ad pœnam talionis. Concl. 166.

1 REGVLARITER † accusator tenetur se inscribere ad pœnam talionis accusato de iure ciuili, secundum variam distinctionem pœnarum. Angel. *consil.* 178. Io. de Anan. *in rubr. extra, de*
accusat. vbi, quòd ad tria tenetur accusator, videlicet, ad libellum offerendum, ad pœnam talionis se obligandum, & ad litem prosequendam. Bald. *in l. qui crimen. C. qui accus. non poss.* & est * com- *
munis opinio. Iul. Clar. *in prax. crim. in q.* 12. *ver. dixi quoque, num.* 15.
† Et ex communi distinctione accusationis hoc ineest; quia accu- 2
satio est delatio alicuius criminis ad vindictam publicam, legitima interueniente subscriptione. Iul. Clar. *in praxi crim. q.* 12. *in prin.*
vbi dicit * communem. † Ratio est, ad refrænandam temeritatem * 3
accusatorum, quia, si non probarent, tenentur ad eandem pœnam. Iul. Clar. *in prax. d. q.* 12. *num.* 15. *ver. fuit q. hoc optima ratione.* † Et 4
hæc appellatur inscriptio, licet deberet rectius appellari subscriptio, & sunt synonyma, inscribere, & subscribere; quia tantum importat vnum, quantum aliud. Clar. *d. q.* 12. *n.* 15. † Forma huius 5
inscriptionis vel subscriptionis erat; quia accusator subscribebat se ad similem pœnam, & promittebat prosequi accusationem vsque ad finem, * communem dicit Clar. *d. q.* 12. *nu.* 15. *ver. forma au-* *
tem. † Contrarium hodie de consuetudine seruatur; quia non fit 6
hæc inscriptio, vel subscriptio; quia cum hodie sit sublata pœna talionis, est etiam sublata inscriptio, vel subscriptio, & ita seruari, dicunt plurimi, quos citat Clar. *quæst.* 12. *num.* 17. *ver. caterum hodie.*
& docet *quæst.* 81. *& quæst.* 32 *num.* 3. *& num* 23. vbi, quòd propterea accusator auditur per procuratorem; quia sublata est pœna talionis, vide infra, *num.* 24. † Declara, quia licet sit sublata pœna in- 7
scriptionis ad pœnam talionis; tamen istud est quoad solemnitatem accusationis, & hoc, ne impunita remaneant delicta; sed tamen de iure communi non est sublata pœna, neque consuetudo tollit, quin si reperitur accusator esse calumniator, possit puniri etiam in corpore, plenè Clar. *§. fin. quæst.* 81. *num.* 3. *vsq; in fin.* vbi ponit exempla punitorum suo tempore. † Extende, quia nedum 8
debent se inscribere, sed etiam debent accusatores iurare de calumnia, fideiubere de prosequenda accusatione, aliàs carcerantur, licet etiam hoc recessisse ab aula dicat Conrad. *in Breuiar. fol.* 233.
vbi latè. Vide, *Pœna talionis contra quos habeat locum. Concl.* 231. ☞
† Amplia, vt procedat etiam de iure Canonico, quia accusator 9
tenetur se inscribere, quando agit ad depositionem accusati, secus si ad correctionem. Calder. *cons.* 481. aliàs 3. *de accusat.* † Ratio 10
est; quia quando agitur ad depositionem pro crimine, causa dicitur criminalis, quando verò agitur ad correctionem etiam pro crimine quantumcunq; graui, dicitur agi ciuiliter. Calder. *d. consil.*
481. aliàs 3. *de accusat.* † Amplia, in tantum accusatorem debere se 11
inscribere in accusatione ad pœnam talionis, vt, licet se non inscribat, possit tamen condemnari; quia ineest à iure. Gemin. *consil.*
26. *Casus. num.* 2. *vers. concludendo.* † Amplia, quia hæc inscriptio ne- 12
dum est de iure ciuili. *l. libellorum. ff. de accusat.* sed etiam de iure Canonico, & ita seruari de consuetudine, attestatur Cardin. Alexandrin. *in c libellorum.* 2. *q* 8. † Extende, quia in Curia Romana impe- 13
trans beneficium per priuationem alterius, subscribit se ad pœnam talionis. Clar. *in prax. crimin. quæst.* 12. *num.* 18. *ver. scias autem.*
† Amplia; quia hæc subscriptio si non fiat, subintelligitur, & eo 14
ipso, quòd datur accusatio, vel libellus accusatorius contra aliquem, tenetur pœna talionis, ac si subscripsisset. Iul. Clar. *d. quæst.*
12. *num.* 19. *versic. de iure etiam ciuili.* vbi dicit * communem de iu- *
re ciuili, cessante consuetudine. † Imò de iure ciuili cum sit data 15
forma, vt se subscribat, vel inscribat, si hoc non fieret, esset nulla accusatio, cessante consuetudine Clar. *dict. quæst.* 12. *num.* 19.
versic. de iure autem ciuili. † Amplia; quia de iure ciuili etiam 16
maritus accusans vxorem, & econtra, licet præsumatur ob immensum dolorem, & non ex calumnia accusare: tamen tenetur

se sub-

* se subscribere, & inscribere, communem * dicit Clar. *d. praxi crimin. quæst. 12. num. 19. ver. sed retenta.* † Amplia; quia mulier in casibus, in quibus potest accusare, de quibus Clar. *in praxi, quæst. 14.* tenetur de iure ciuili se inscribere ad pœnam talionis, commu-
* 18 nem * dicit Clar. *d. quæst. 12. num. 20. ver. quæro etiam.* † Restringe de iure Canonico: quia mulier non tenetur se inscribere ad pœnam
* talionis in casibus, in quibus potest accusare, communem * dicit
19 Clar. *d. quæst. 12. num. 20. vers. quæro etiam.* † Limita in inquisitione; quia non est necessaria inscriptio. Ioan. de Anan. *cons. 1. in prin.* &
* 20 communem * dicit Bologn. ibi *in addit. num. 14.* † Limita, quod si agatur contra delinquentem pro crimine, vt corrigatur, nō autem, vt deponatur, non tenetur agens se subscribere. Calder. *d.*
21 *cons. 481.* alias *3. de accusat.* † Limita, vt idem sit, quando quis denuntiat crimen, quia non dicitur accusare, maxime, quando fit denuntiatio ad effectum correctionis, vel remotionis accusati, non autem ad effectum depositionis, & attenditur conclusio libelli, non narratio in hoc. Calder. *d. cons. 481.* alias *3. de accusation.*
22 † Declara; quia etiam si denuntiatio fiat ad effectum deponendi denuntiatum, causa dicitur criminalis; nec potest interuenire
23 procurator. Calder. *d. cons. 481. in fin.* alias *3. de accusat.* † Limita, quia ista est exceptio dilatoria, ideo nō releuat, si opponatur, postquam nomen rei est receptum inter reos. Bald. *cons. 421. Quædam mulier, in fin. lib. 5.* Rom. *cons. 451. Quædam, in fin.* vbi apostill. final. in
24 *ver. inscriptio*, quæ dat concord. † Limita, quia de consuetudine inscriptio recessit ab aula, & non seruatur. Leonard. de Ceris *inter cons. Signorol. cons. 242. n. 14.* & idem dicit Clar. *in prax. crim. q. 10. n. 2. & q. 18.* & quod hodie non seruetur de consuetudine hæc inscriptio, vel subscriptio, plenissime Clar. *in d. prax q. 12. n. 16. ver. ceterum hodie.* vbi citat infinitos de consuetudine attestantes, & reddit rationem; quia cum sit sublata pœna talionis de consuetudine, est pariter sublata inscriptio, & subscriptio ad illam pœnam: vbi dicit, quod idem seruatur in Regno Franciæ, præterquam in causis falsi, & quod in eo sit sublata pœna talionis, Clar. *q. 81.* & quod etiam sit sublata pœna talionis hodie, Clar. *q. 14. n. 24. in fin.*
25 *ver. sed postquam, & q. 18. n. 4. ver. & reuera.* supra *num. 6. & seq.* † Limita in querela, quia licet succedat loco accusationis; tamen non requirit inscriptionem, sed sufficit, quod contineat nomen accusantis, & accusati, Iudicis, criminis commissi, in quo loco, anno,
26 mense, & die correcti libelli. Clar. *q. 10. n. 2.* † Limita, quando per modum excipiendi, & ad effectum, vt quis repellatur à iudicio, vel ab accusando, aut à testificando quis accusat; quia non tenetur se inscribere. Corrad. *in Breuiar. fol. 233.* vbi idem, quando accusatur quis, ne ille admittatur ad beneficium, vel officium nondum assequutum, secus si esset admissus; quia tunc accusans teneretur se inscribere, quod ego crederem verum, quando ageretur, vt quis amoueretur à beneficio, vel officio, in quo esset iam admissus, quod requiratur inscriptio, si pœna amotionis est ordina-
☞ ria, secus si est extraordinaria. Vide, *Criminalis quando dicatur accu-*
27 *satio, & quando ciuilis. Concl. 1082. n. 26. & seq.* † Pœna accusantis, & succumbentis in accusatione est eadem, qua veniebat puniendus accusatus, quando delictum erat publicum, vt in crimine læsæ maiestatis, adulterii, & similium. Alex. *cons. 11 n. 4. ver. super 2. lib. 1.*
28 † Si vero accusatio est de delicto priuato; tunc accusator debet puniri pœna extraordinaria Iudicis officio. Alex. *d. cons. 11. n. 4. vers.*
29 *pro aliis vero. lib. 1.* † Restringe; quia accusans, qui probauit delictum in accusatione deductum, licet testes reiciantur propter infamiam personæ; non tamen condemnari potest ad aliquid, tanquam quod non probauerit. Bald. *in l. 1. C. de aduoc. diuers. iudic. & in authent. generaliter. C. de Episc. & Cleric.* Socin. *cons. 118. col. ante-*
☞ *penult. & vlt.* Vide, *Pœna talionis contra quos habeat locum. Concl. 231.* Vide plene per Masc. *concl. 24. Qua pœna sit afficiendus accusans, qui non probauit.* vbi, qui teneantur ad expensas, & qui non, & quando excusentur, vel non.

Accusator an possit desistere ab accusatione. Concl. 167.

1 ACCVSATOR, † qui iurauit prosequi accusationem, non potest desistere ab accusatione, maxime si satisfecit. Gemin.
2 *cons. 26. n. 2. ver. imo quod fortius.* † Secus si iurauit, vel si accusatus non contradicit. Bald. *cons. 275. Casus talis est, nutus, per tot.* maxime
3 *in fin. lib. 1.* quod ita debet intelligi, licet simpliciter loquatur. † Vide, quia tenetur se obligare ad prosequutionem, & ad pœnam ta-
☞ lionis se inscribere. Io. de Anan. *in rubr. extra, de accusat.* Et vide, *Accusator quando teneatur, vel non se inscribere ad pœnam talionis. Concl.*
4 *prox. præced.* † Limita; quia si accusator permittit, quod labatur instantia causæ criminalis, non potest amplius accusare, commu-
* nem * dicit Clar. *in § fin. q. 51. n. 8. ver. alia etiam.* vbi, quod de generali consuetudine bene potest Iudex inquirere. † Extende, quia si per mortem accusatoris iudicium accusationis extinguitur, ita vt neque hæredes sint audiendi, communem * dicit Clar. *§ final. quæst. 51. num. 9. ver. pariter etiam.* vbi, quod potest Iudex ex officio accusationem prosequi, licet dicat contrariam opinionem benigniorem esse, quando non extat statutum, vel consuetudo, quod Iudex possit inquirere de omni delicto. † Extende, quia imo et- 6
iamsi accusator desistat ab accusatione, potest adhuc Iudex ex officio inquirere in casibus, in quibus potest ab initio sine accusatore inquirere, communem * dicit idem Clar. *in d. § final. quæst. 51.* *
num. 11. ver. sed quid si accusator. Vide, *Accusare qui possint, vel non. Concl. 110.* Vide, quia potest puniri accusator desistens, *in ver. Accusatus an possit absolui, quando accusator desistit ab accusatione. Concl. prox. seq.*

Accusatus an possit absolui, quando accusator desistit ab accusatione. Concl. 168.

A CCVSATVS † absolui debet nedum ab impetitione, sed 1
etiam à criminibus, quando accusator desistit ab accusatione. Gemin. *consil 26. num. 1. in fin. ver. & si forte. num. 2.* † Contra- 2
rium, quod imo hæc est differentia inter causam ciuilem & criminalem per viam accusationis; quia in criminali desistente accusatore Iudex potest procedere, & pro cautela fuit in Italia inducta practica; quia Iudex facit sibi impartiri licentiam ab accusatore procedendi in absentia accusantis, & valet. Bartol. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. neglexerit, in fin.* † Declara, vt procedat, quando 3
potest Iudex procedere solum ad accusationem, secus si ex officio; quia tunc potest procedere, Iul. Clar. *in § final. quæst. 58. in princip & num. 3.* vbi, quod hodie de consuetudine per totam Italiam proceditur ex officio. † Imo plus dicit, quod Iudex non te- 4
netur incipere nouum iudicium de consuetudine; quia per desistentiam, & pacem, seu remissionem accusantis non deseritur instantia, licet de iure secus sit. Clar. *d. quæst. 58. num. 3. ver. & scias.* † Amplia, quia nec poterit vlterius inquiri pro eodem delicto se- 5
mel accusatus, & absolutus, etiam quando accusator destitit ab accusatione, si modo is, qui vult de nouo accusare, est socius primi accusatoris desistentis. Bald. *consil. 278. Casus talis est, in fin. ver. quantum ad secundum. lib. 1.* † Declara, quia si principalis accusator, 6
ad quem spectabat accusatio, desistat, vel transigat, potest alius sequens in gradu, vel etiam tertius accusare de nouo, si delictum est publicum, vel si prosequatur suam iniuriam. Clar. *d. § fin. quæst 58.* *
num. 4. ver. sed pone vbi de * communi. † Amplia, quia si accusator 7
fecit transactionem, & pacem in casu licito cum accusato, non potest vlterius molestari accusatus, nisi vel Iudex procedat ex officio continuando processum, vel nisi delictum sit publicum, vel nisi alius accuset prosequendo suam iniuriam: ita Clar. *d. § final. quæst. 58. num. 3. & 4.* † Extende, quia imo etiam si Iudex ex officio 8
procedere posset, non tamen posset condemnare in pœnam sanguinis, quando facta est pax & transactio inter accusantem & accusatum in casu permisso, communem * dicit Clar. *d. § final. quæst.* * *
58. num. 3. licet dicat in contrarium magis * communem, & ob- *
seruantiam. † Amplia, quia imo si accusator non probat accusa- 9
tionem, debet in expensis condemnari officio Iudicis. Corrad. *in Breuiar. fol. 231. num. 18. & seq.* vbi ampliat tribus modis, & limitat quatuor modis. Vide, *Accusator an possit desistere ab accusatione. Con-* ☞
clus. præceden. 167. † Limita; quia si accusator desistat ab accusatio- 10
ne, potest puniri pœna Turpiliani S.C. etiamsi desistat in casu, in quo liceat transigere, vel pacisci, quia non debet pati se corrumpi. Curt. Iun. *in l. transigere, num. 29.* vbi dicit * communem, & ibi * *
Alexand. *num. 10. C. de transact.* † Contrarium seruari in Ducatu 11
Mediolani, dicit Clar. *in praxi criminal. § final. quæst. 58. num. 3. in fin.* † Limita, quia accusator, quando præsumitur calumniator, quia 12
non probat, vel desistit, punitur. Vide Mascard. *Concl. 25. Accusa-* ☞
tor quando calumniator præsumatur.

Accusatio contra superiorem præsumitur ex inuidia. Concl. 169.

A CCVSANS † & deferens Prælatum suum, præsumitur in- 1
uidiæ causa id facere. Oldrad. *consil. 167. Ante omnia, in princip.*
† Amplia; quia præsumitur pro officiali, & contra eum plena 2
probatio requiritur. Vide, *Officiales habent præsumptionem pro* ☞
se, & multa priuilegia. Concl. 96. Vide, *Præsumitur pro Iudice, & sententia, & quando secus. Concl. 621.*

* * *

Accu-

Accusato in pari causa probationum fauetur. Concluſ.170.

1 ACCVSATO † in probationibus æqualibus faueri debet. Oldrad.*conſ.*145.*Quæritur ſi teſtes, in fin.* Vide, *Fauendum reo, &*
2 *quando. Concluſ.*85. † Amplia, vt idem ſit in reo, cuius probationes pares debent præualere. Oldrad.*conſil.*274.*num.*2.*ver. ſi vero teſtes.*
3 † Limita, quando accuſato continet delictum certo tempore commiſſum; quia ſi omnes teſtes probant delictum, ſed in tempore omnes diſcordant, ſi vnus ſolus conuenit in tempore accuſationis, eſt locus torturæ contra accuſatum. Ang.*conſil.*3.*Publicatus eſt proceſſus.* Vide, *Actori fauendum. & in quibus. Concluſ.*120. Vide Male.*d. Concl.*24. maximè *nu.*5. *& ſeq.*

Accuſatus, vel inquiſitus, an poſſit adminiſtram. Concluſ.171.

1 ACCVSATVS, † vel inquiſitus, ſi habet prælaturam, vel ad-
2 miniſtrationem, pendente inquiſitione, non priuatur adminiſtratione. † Limita, niſi à ſuperiore, coram quo pendet inquiſitio, ſit prohibitus; quia tunc, ſi contra prohibitionem confert, collatio eſt nulla. Gemin.*conſil.*15.*in fin. num.*19. *verſic. ſi ergo Concilium.*

Accuſatus quando non poſſit condemnari, etiam probato delicto. Concl.172.

1 ACCVSATIO † pro parte, & ad inſtantiam officialis loci, nulla præcedente diffamatione, vel querela partis, vel denuntiatione, de iure non ſubſiſtit, & proceſſus exinde factus eſt nullus ipſo iure, etiam quòd delictum poſtea plenè ſit probatum. Ruin.*conſ.*7.*num.*2. *lib.*5. Clar.*in praxi, §. fin. q.*5. *verſ. ſcias etiam.* Cephal.*conſ.*204.*n.*15. *lib.*2. Rom.*conſil.*110. *Quæſtio conſultationis, col.*2. *ver. ceterum*, vbi loquitur in inquiſitione, & accuſatione criminali.
2 † Extende; quia ſententia deſuper lata, eſt ipſo iure nulla, & nullum producit effectum. Bart. & alij *in l.*4. *§. condemnatum. ff. de re iudic.* Dec. in terminis damnorum datorum, *conſ.*83. *in principio.* & alij,
3 quos citat Plot. *in l. ſi quando, n.*24. *C. vnde vi.* † Declara; quia poteſt ſequi condemnatio, etiam non præcedente diffamatione, quando accuſatus, vel inquiſitus confeſſus eſt, & non oppoſuit contra accuſationem, vel inquiſitionem aliquid. Rom.*d. conſ.*110. *colum.*2.
4 *ver. ceterum.* † Amplia, quia condemnari nemo poteſt ſine accuſatore, & hæc eſt regula, quia iudicium conſiſtit ex tribus, actore, reo, & Iudice, & iuxta illud Euangelij: *Mulier, quis eſt, qui te accu-*
5 *ſat?* latè Corrad. *in Breuiar. §.*3. *tit. de accuſat. n.*8. *fol.*225. † Reſtringe nouem modis, vt per eundem Corrad. *tit. de notorio. n.*5. *fol.*238.
Vide, *Inquiſitio & Accuſatio quid ſint, & in quibus differant. Concl.*176.
*n.*15. Vide, *Inquiſitio vt procedat, quæ requirantur. Concl.*179. *& Concl.*
6 *ibi ſeq.* † Amplia, quia accuſatus, vel inquiſitus de delicto qualificato, puta, de nocte commiſſo, in quo duplicatur pœna propter qualitatem, licet probetur delictum, ſi non probatur qualitas, tamen debet abſolui. Rom. *d. conſ.*110. *per tot.* maximè *in prin.* vbi di-
* cit * communem opinionem, & ibi poſtill. *in ver. abſolutionem*, pleniſſimè Bart. *quæſt.*17. *iure municipali*, vbi, primo, quòd non poteſt puniri; ſecundo, quòd imò poſſit; quia accuſator videtur diciſſe duo, videlicet, delictum, item de nocte, tandem ſoluit, quòd
7 debeat abſolui, & tollit omnia contraria. † Extende etiam, ſi accuſans in libello petiit condemnari ſecundum formam iuris, &
8 ſtatutorum, ita Bartol. *d. quæſt.*17. *iure municipali per tot.* † Extende in eo, qui fuit accuſatus de ſtupro; quia licet confiteatur, quòd attentauerit, ſi non conſtat, quòd ſtuprauerit; tamen debet in totum abſolui, & incipi nouus proceſſus ſuper attentato ſtupro; quia ſtatutum diſponens ſuper ſtupro, non habet locum in attentante ſtuprum. Bartol. plenè *conſ.*39. *Viſo proceſſu*, vbi poſtill. *in ver. viſo proceſſu, & in ver. reo, qui attentauit, lib.*2. vbi citat concordant.
9 † Declara; quia ſi accuſator non vellet vlteriùs accuſare, non poſ-
10 ſet compelli. Bart. *d. conſ.*39. *in fin. lib.*2. † Extende; quia accuſatus de ſpolio, vel turbatione cum dolo, ſi non probatur qualitas doli,
debet abſolui. Bald. *conſil.*431. *Quia in accuſatione, lib.*4. Vide Maſcard. *Concluſ.*28. vbi idem, quando teſtes accuſantur falſi, & cor-
11 rupti; quia ſi vtrumque non probatur, debent abſolui. † Imò ſi reſpondens inquiſitioni, vel accuſationi, reſpondeat generaliter ſpoliaſſe, non cenſetur fateri qualitatem doli. Roman. *conſil.*455.
12 *In caſu, per. tot.* vbi poſtill. *in ver. exiſtimo.* † Declara totam hanc materiam; quia in delictis quædam ſunt qualitates præſumptæ à iure, prout, quòd interficiens hominem præſumatur ex dolo interfecre, & qui dixit verba iniuriosa, præſumatur animo iniuriandi, & iſto caſu qui dicit contrarium, debet probare. Aliquæ ſunt qualitates, in quibus ius non præſumit aliquid, prout in percuſſione, quæ non præſumitur cum armis, vel ſine, in furto lex non præſumit, an manifeſtum, vel non, & in iſtis ſemper ius præſumit, quod minus eſt, ideo non probata qualitate per aſſerentem, reus vel abſoluitur, vel in eo, quod minus eſt, tenetur. Bart. plene *conſil.*42. *Statuto Ciuitatis, per tot. lib.*2. vbi pro vtraque allegat, & ita declarat, quod ſi ſtatutum imponit pœnam percutienti cum ſanguine lib.200. quando medicus eſt neceſſarius, & centum, ſi non neceſſarius, ius nihil præſumit, & qui dicit, medicum eſſe neceſſarium, probet, alias minor pœna attenditur. † Extende; vt idem 13
ſit in accuſato de adulterio commiſſo doloſe & per fraudem; quia licet probetur adulterium, tamen ſi non probetur dolus & fraus deducta, debet abſolui. Roman. *conſil.*167. *Antonius accuſatus, nu.*8. *ver. præmiſſa autem.* vbi poſtill. *in ver. debeat*, citat plurimos. Vide, *Adulterium præſumitur voluntarium. Concluſ.*224. *num.*4. *& ſequent.*
† Idem eſt in accuſato de furto manifeſto; quia ſi non probatur 14
qualitas, licet probetur furtum; tamen debet accuſatus abſolui. Roman. *d conſil.*110. *in princip.* † Idem eſt in accuſato de inſultu 15
cum armis; quia ſi probatur inſultus ſine armis, debet abſolui. Abb. *conſil.*78. *Viſo toto, colum. final. in princip. lib.*1. † Idem eſt in ac- 16
cuſato de percuſſione cum ſanguine; quia probata percuſſione ſine ſanguine, debet abſolui. Abb. *d. conſil.*78. *colum. final. in princip. lib.*1. Bartol. plenius *conſil* 117. *Accuſatio fuit, in princip.* vbi pro vtraque parte allegat, & hanc tuetur; quia ſententia debet eſſe conformis libello; & quia diuerſum eſt crimen ab intentato; & quia actore non probante reus abſoluitur; & quia in delictis attenditur qualitas minor; & quia promptiores eſſe debemus ad abſoluendum, &c. Bartol. *conſil* 103. *Punctus queſtionis. lib.*2. † Idem 17
eſt in caſu conuerſo; quia ſi fiat accuſatio ſimpliciter de percuſſione, & nihil dicatur de armis, neque de ſanguine, & probatio ſit cum armis, vel cum ſanguine, & maior pœna ex qualitate imponatur, debet reus abſolui, ſi per accuſationem proceditur iſtò caſu; ſed ſecus eſt, ſi per inquiſitionem procedatur; quia latiſſimum eſt officium Iudicis inquirentis. Bartol. *d. conſil.*117. *num.*5. *& ſequent. ver. ſed quid e contra, lib.*1. † Extende, vt idem ſit, quando accuſatur 18
quis cum armis, vel ſine armis, & deducitur qualitas, puta, cicatricis remanſuræ, quæ non probatur, vel e contra; quia debet ſequi abſolutio. Bartol. *d conſil.*117. *num.*6. *& 7. ver. idem dicitur in ſimili. lib.*1. † Idem eſt, ſi accuſatio fiat de falſitate commiſſa vno 19
die, & probetur de alio tempore; quia debet ſequi abſolutio; nam quando delictum eſt reiterabile de vno tempore factum, non eſt de alio tempore. Caſtrenſ. *conſil.*168 *Super primo, in princip. lib.*1. & vide infra *num.*25. † Idem eſt in accuſatione facta de de- 20
licto commiſſo cum certo inſtrumento; quia ſi probetur cum alio inſtrumento aggrauante, vel minuente pœnam, debet ſequi abſolutio. Angel. *conſil.*25. *Pro deciſione, in princip.* Bald. *conſil.*425. *Præſuppoſito, quod. lib.*5. † Idem eſt, ſi accuſatio continet locum, vel 21
tempus certum, & probatur de alio; quia ſequi debet abſolutio. Vide, *Qualitas aggrauans factum, vel delictum multa operatur. Concluſ.*4. † Declara; quia ſi adiicitur accuſationi aliquid extrinſecus 22
neceſſarium, & cohærens, niſi illud probetur, debet dari abſolutoria; ſi verò adiicitur aliquid extrancum non cohærens, & non neceſſarium; tunc probato delicto, de eo poteſt ſequi condemnatio. Bartol. *d. quæſt.*17. *in ver. ſolutio, in princip.* † Amplia, vt pro- 23
cedant prædicta, etiamſi accuſator ponat in actis cautelam, quam ſolent facere, videlicet detraho qualitatem cum ſanguinis effuſione, & volo poſſe procedi de aliis, vel aliam ſimilem cautelam, quæ non valet poſt litem conteſtatam; quia ius quæſitum eſt parti. Bartol. *d. conſil.*117. *num.*4. *& ſeq. ver. ſed quia ad hoc, lib.*1. vbi pro vtraque, & dicit hanc veram. † Amplia; quia accu- 24
ſatus de inſultu cum armis, & percuſſione cum ſanguine, ſi probetur inſultus ſine armis, & percuſſio ſine ſanguine, non poteſt condemnari ex illo proceſſu, ſed debet nouus proceſſus inchoari. Bartol. *conſil.*103. *Punctus quæſtionis. lib.*2. vbi pro vtraque allegat, & hanc tuetur. † Amplia; quia licet in accuſatione non re- 25
quiratur dies; ſi tamen fuit appoſita dies delicti, & probetur delictum alia die, non poteſt ſequi condemnatio; quia delictum vno die factum, non poteſt eſſe idem delictum factum alia die, & ſic cum ſint diuerſa, debet ſequi abſolutio. Alexand. *conſil.*159. *In cauſa conſiderationum. num.*2. *& ſequent. ver nam prodixit. lib.*6. & dixi ſupra *num.*19. † Extendit Alexand. *dict. conſil.*159. *num.*3. *lib.*6. 26
vt procedat, etiamſi duo teſtes examinati deponant, vnus de delicto, ſed neſcit diem; alter verò dicat, quod fuit, vel de die contento in accuſatione, vel die ſequenti; quia non probant diem, & ideo accuſatus debet abſolui. Alexand. *d. conſil.*159. *num.*3. *lib.*6. Vide, *Agens ex vna cauſa, & probans ex alia, non poteſt obtinere. Concluſ.*244. maximè *num.*49. *& ſequen. & num.*58. Vide, *Inquiſitio vt*

formari

formari poſſit. Concluſ. 180. Vide, *Inquiſitus de crimine qualificato quando poſsit condemnari, vel non. Concluſ.* 184. Vide, *Qualitas, quando eſt de ſubſtantia, debet probari, & exprimi. Concluſ.* 16.

Adam formatus in agro Damaſceno. Concluſ. 173.

1 ADAM † fuit formatus in agro Damaſceno. Oldr. perfunctorie *conſil.* 25. *verſ. ſed contrarium.*

Adæquatio quid ſit, & importet. Concluſ. 174.

1 ADÆQVATIO † vnius rei factæ ad alteram operatur, quod quicquid priuilegii habet res, cui fit adæquatio, cenſetur cõmunicatum rei adæquatæ. Alexand. *conſil.* 58. *In cauſa mota num.* 7. *verſ. probatur ex magiſtrali doctrina lib.* 7. Vide, Clauſula, *in omnibus, & per omnia. Concluſ.* 354. Vide, *Æquiparatorum idem eſt iudicium, & quando procedat. Concluſ.* 308. Vide, *Priuilegium conceſſum adinſtar alterius priuilegij æquiparatur quoad omnia, & quando ſecus. Concluſ.* 763.

Adhærere alteri quis dicatur, & quid operetur adhæſio. Concluſ. 175.

1 ADHÆRERE † dicitur alteri, quando quis ſe, & ſtatum ſuum, vel particulare negotium colligat cum altero, vt ab eo defendatur, & dicitur confœderatio. Bald. *conſ.* 491. *Inter Marchiones, in*
2 *fin. lib.* 5. † Et quod adhærens dicatur ſubditus, & non ſubditus, qui eſt eiuſdem velle, late Iacob. de S. Georgio *de feud. in ver. de adhærentibus, & confœderatis. num.* 5. *& ſeq.* vbi, qui ſint confœderati,
3 & qui familiares. † Duplex eſt adhærentia; vna, per quam aliqui inſimul confœderantur; alia, per quã vnus alteri ſubiicitur, quod non præſumitur, niſi agatur expreſſe. Bald. *conſil.* 491. *in fin. lib.* 5.
4 † Adhærens, & ſequax dicitur ille, qui operibus, & intentioni alterius adhæret. Angel. *conſil.* 257. *Inter capitula pacis, num.* 5. *ver. iis non obſtantibus.* vbi, quod ſi pax eſt facta cum pacto, quod omnes adhærentes debeant liberari, debet etiam liberari ciuis ex vna parte, qui fuit proditor Ciuitatis pro alia parte, ſequitur Mart.
5 Laud. *tract. de confœder. & pace, q.* 52. *tanta debet eſſe.* Vide, *Confœderatus ad quæ teneatur, & quæ poſsit, vel non. Concluſ.* 922. † Reſtringe, quod ille, qui facto adhæſit vni parti, & verbo adhæſit alteri parti, prout fecit Com. Robertus, qui erat facto adhærens Communi Florentiæ, & verbis Duci Mediolani, non poteſt tanquam adhærens Duci comprehendi ſub treuga, vel pace. Angel. *conſ.* 390. *Chariſſime frater, per tot.* maxime *num.* 3. ſequitur, & comprobat Iacob.
6 à S. Georg. *de feud. in ver. adhærentibus, & confœderatis. num.* 6. *& ſeq. verſ. & vt melius intelligatis,* vbi plura adducit. † Reſtringe; quia colligatus, ſeu confœderatus non dicitur adhærens, ſed ſocius. Ang.
7 *conſil.* 391. *num* 4. *ver. quartum membrum.* † Et ſolent domini Caſtrorum non potentes communiter adhærere Dominis, vel Ciuitatibus potentioribus, vt illos defendant, & quandoque etiam cenſum annuum ſoluunt potentiori pro defenſione ſuſcipienda. Roman. *conſil.* 417. *In caſu propoſito, in princ.* vbi plena apoſt. *in ver. in propoſito,* citat plurimos concordantes, maxime Boer. *deciſ.* 213. *Do-*
8 *minus de Stiſſ. to. col. antepen. cum præceden.* † Et quando ſolutio cenſus ex hac cauſa adhæſionis, & tuitionis Caſtri eſt expreſſa, vel ab vtraque parte tacite ſubintellecta, dirupto Caſtro, ex quo ceſſat cauſa finalis defenſionis Caſtri, ceſſat etiam ipſe cenſus. Roman.
9 *d. conſil.* 417. *per tot.* vbi plura ſimilia adducit, & ibi apoſt. *in ver. euaneſcit,* citat Tiraq. *ceſſante cauſa, limit.* 21. *num.* 4. Vide, *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus, & quando ſecus. Concluſ.* 202. † Amplia; quia adhærentes, & ſequaces alicuius eſſe dicuntur, qui intentioni, & operibus eius adhærent; ideo Iudas fuit adhærens inimicis Chriſti; quia
10 tradidit Chriſtum Ieſum. Angel. *conſil.* 257. *Inter capitula. num.* 5. *ver. his non obſtantibus.* † Et proprie adhærentes dicuntur, qui ſponte ſunt eiuſdem velle, cuius eſt principalis. *cap. ad Apoſtolicæ, de re iud. in* 6. *auth. de alien. & emphyt.* §. *œconomos.* Bart. *conſil.* 25. *In dubium*
11 *reuocatur. lib.* 2. vbi apoſtill. *in ver. adhærentes.* dat. concord. Amplia; † quia adhærentes inimico meo dicuntur mihi inimici, puta, adhæſio hoc operatur. Angel. *conſil.* 377. *Ex facto propoſito, in princip.*
12 † Amplia; quia ſubditi dicuntur adhærentes, ideo Ciuitates, quæ inuicem promittunt non offendere ſeſe, neque adhærentes, intelliguntur de ſubditis, & de iis, qui ſponte ſunt eiuſdem velle.
13 Bart. *d. conſil.* 25. *lib.* 2. vbi apoſtill. *in ver. adhærentes.* † Sequaces qui dicantur, vide text. *in cap. conqueſti, de ſentent. excommun.* quæ ad hoc
14 citat Bart. *d. conſil.* 25. *lib.* 2. *in fin.* † Participes, aut ſe continentes, qui dicantur Bart. *d. conſil.* 25. *in fin. lib.* 2. allegat text. *in l.* 1. *C. ſi Rector*
15 *prouinc.* † Caporales ſunt, qui caput, ſeu principium alicuius facti,
16 vel rei tenent. Bart. *d. conſil.* 25. *in fin. lib.* 2. † Operatur adhæſio; quia non debet aliquis Princeps, etiam PP. vel Imperator facere pacem cum inimicis, niſi primo adhærentes, & ſequaces faciat optima ſecuritate gaudere. Angel. *conſil.* 391. *num.* 5. *ver. & ideo nullus.* &
17 eſt text. *in cap. ad Apoſtolicæ, de re iud. lib.* 6. *circa med.* † Imo ſpeciale eſt in Papa, & Sede Apoſtolica; quia nunquam facit pacem, niſi adhærentes tuti ſint. Vide, *Pacis capitula, & conuentiones qualiter interpretanda. Concluſ.* 178.

Adhærere quando quis dicatur appellationi. Concl. 176.

1 ADHÆRENS † appellationi alienæ præſupponit appellationem præexiſtere; ideo ex actu præcedente appellationẽ non inducitur adhæſio. Oldrad. *conſil.* 290. *in princip.* quia neceſſe eſt præexiſtere appellationem, cui fit adhæſio. Oldrad. *conſil.* 330. *n.* 5.
2 *ver. item quia ad hoc.* † Adhærere appellationi proprie dicitur, qui virtute appellationis conſequitur ſuæ intentionis effectum, & proprie dicitur adhærens, qui fit cum appellante vnus ſpiritus.
3 Oldrad. *d. conſ.* 290. *n.* 2. *ver. ſecundum.* † Et adhæſio cognoſcitur ex libello, non ex articulis, niſi articuli eſſent loco libelli, prout in
4 cauſa ſummaria. Oldrad. *d. conſil.* 290. *num.* 2. † Et requiritur mandatum ſpeciale ad adhærendum appellationi alienæ. Oldr. *d. conſil.*
290. *nu.* 2. *ver. reſpondetur, & alter, vſque in fin.* vbi ampliat, etiam ſi procurator eſſet effectus dominus litis; quia intelligitur quoad
5 auctoritatem ſibi datam in mandato. † Et adhæſio non cadit in eo, qui ignorat appellationem. Oldr. *conſ.* 330. *nu.* 5. *ver. item adhærentia.* † Et neceſſe eſt, quod fiat intra decem dies adhæſio, alias nõ
6 valet. Oldrad. *conſ.* 330. *ver. & requiritur. num.* 5. Vide, *Appellatio vnius quando proſit aliis. Concluſ.* 363.

Adiectus ſolutioni, & contractui, quis dicatur, & qualiter fiat. Concluſ. 177.

1 ADIECTVS † dicitur ille, qui in contractu, vel poſt contractum adiungitur, quandoque ſolutioni, & talis adiectus poſt contractum, cuius nomen in contractu ſolutioni fuit adiectum, dicitur obtinere vicem procuratoris, ita vt inter eum & adiicientem oriatur actio mandati. *l. Iulianus.* §. *qui fundum. ff. de verb. oblig.* Bald. *conſil.* 396. *In libris theſaurarii. nu.* 6. *verſ. interdum ex poſt facto. lib.* 5. quod duplicatur *lib.* 1. *conſil.* 249. † Et intantum tenetur adiectus actione mandati verſus adiicientem, vt teneatur cedere iura
2 adiicienti, vel cui ipſe voluerit. *l. idemque.* §. *ſi cui. ff. mandat.* Bald. *conſil.* 249. *Super libris theſaurariæ. num.* 2. *circa princip. ver. interdum ex poſt facto. lib.* 1. & duplicatur *lib.* 5. *conſil.* 396. † Amplia; quia etiam
3 adiectus dicitur, qui ad ſtipulandum, vel chirographandum adiicitur, & ſiquidem ſtipulatur inutiliter, obtinet vicem procuratoris *l. ficum Cornelius. ff. de ſolut.* † Si vero ſtipulatur vtiliter, & effi-
4 caciter ſibi, & tunc tres ſunt caſus; quia ſi conſtet eum eſſe adiectum, vt in eum transferatur obligatio, & creditum; & tunc fit nouatio in eum; ſi vero adiicitur, vt in eum, vel in dominum trãſferatur creditum; & tunc vtrique poteſt ſolui, & Dominus remanet creditor; aut dubitatur, & idem Bald. *conſil.* 249. *nu.* 2. *ver. nam interdum fit. lib.* 1. & duplicatur. *lib.* 5. *conſ.* 396. Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Adiectus ſolutioni quid poſſit. Concluſ. 178.

1 ADIECTO † ſolutioni ſolui poteſt, & debitor illi ſoluens liberatur. *l. vero procuratori.* §. *fin. ff. de ſolut.* vbi Caſtr. & alii, & iſta eſt regula, quam ponit Straccha *in tract. de adiecto*, cum ampliationibus 28. & limitationibus 20. † Reſtringe; quia adiecto ſolui nõ
2 poteſt, ſi mutauit conditionem ſuam in deterius. Bart. *in l. cum quis. ff. de ſolut. num.* 1. vbi *n.* 2. idem, ſi monaſterium ingreſſus fuiſſet. † Amplia; quia multo magis poteſt illi ſolui, quando eſt adie-
3 ctus in rem ſuam, & dicitur in rem ſuam, quando intereſt eius, qui principalis eſt, vt adiecto ſoluatur, & ſolutum remaneat apud adiectum. Pariſ. *conſil.* 107. *Quæritur primo. nu.* 32. *l.* 3. vbi *n.* 34. dicit
* communem; & quod talis adiectus ad commodum proprium
4 dicitur procurator in rem ſuam, & habet vtiles actiones. † Extende; quia licet adiectus ſolutioni regulariter non agat, ſed ſolum recipiat ſolutionem, ſi ſibi fiat, tamen fallit, quando eſt ad commodum proprium adiectus; quia etiam poteſt agere, cum ſit in rem ſuam. Pariſ. *d. conſ.* 107. *num.* 47. *& ſeq. ver. & ideo quamuis. lib.* 3.
5 † Amplia; quia nedum poteſt ſoluere debitor adiecto, & liberatur, ſed etiam fideiuſſor obligatus pro debitore recte ſoluit adiecto in principali obligatione, licet ipſe fideiuſſor nihil de adiecto dixerit. Caſtr. *in l. ſi ita ſtipulatus ſim, mihi, aut Titio, in fin. ff. de ſolut.*

† Limi-

6 † Limita; quia adiectus non potest agere contra debitorem, vt soluat inuitus. *l. quod stipulatus ita sum. ff. de solut. l. sed & si filio familias. in fin. & l. si vero. ff. de constit. pecun.* facit glos. *in §. plane. Instit. de*
7 *inut. stip.* † Extende; quia quando fit obligatio, vt solet communiter, de soluendo tali, & illi, qui scriptum præsentabit, non poterit præsentans compellere debitorem, tanquam adiectus solutioni. Neguſ. *de pign. in 5. part. princip. in 1. membr. ver. septimo notandum est.*
8 † Contra extensionem, & limitationem tenet Ruin. *cons. 209. n. 9. lib. 1.* Paris. *cons. 107. n. 48. lib. 3.* maxime si sua interest; quia ex tali adiectione dicitur procurator in rem suam. Ang. *in l. liber homo. §.*
9 *fin ff. de verb. oblig.* † Limita in adiecto specialiter solutioni; quia solum solutionem recipere potest, non autem agere. *l. quod stipula-*
10 *tus. ff. de solut. l. sed & si. §. si mihi, aut Titio. ff. de constit. pecun.* † Extende; quia neque confiteri potest habuisse, seu acceptum facere. *d. l.*
11 *quod stipulat. ff. de solut.* † Extende, quia non potest nouare adiectus
12 solutioni simpliciter. *l. cui recte soluitur ff. de nouat.* † Extende; quia adiecto solutioni non potest constitui debitor. *l. sed & si. §. si mihi, & Titio ff. de constit. pecun.* quod intelligas, vt suo nomine eidem cō-
13 stituatur, alias secus est. *l. si ita stipulatus. ff. de solutio.* † Extende; quia imo neque solui potest adiecto in prima obligatione, si debitor constituit se alteri soluturum, & soluens adiecto male soluit. *l. si*
14 *vero mihi. ff. de constit. pecun.* † Declara, nisi in constituto vtriq; debitor constituatur, videlicet, principali, & adiecto nomine principalis; quia vtrique solui poterit. *l. si ita stipulatus. ff. de solut. in princ.*
15 † Item neque eius hæredi, si adiectus moriatur. *l. si stipulatus sum*
16 *mihi. ff. de solut. & liber.* quæ est *lex* 81. † Item neque solui potest domino serui adiecti solutioni. *l. si stipulatus sum mihi*, quæ est *lex 9. ff.*
17 *de solut.* † Restringe; quia adiectus potest designare personam, cui recte soluatur, & si creditor egit contra eum, cui solutum fuit, ex adiecti demonstratione censetur ratificasse factum adiecti etiam
18 nullum. Bald. *consil. 281. Ad euidentiam præmittendum. lib. 5.* † Limita; quia adiectus non potest recipere fideiussorem, prout est text. *in l.*
☞ *si mihi, aut Titio. ff. de fideiuss.* Vide, *Index adiunctus quid possit. Concluſ.* 417.

Adiectus exigens qua actione conueniri possit. Concluſ. 179.

1 ADIECTVS † solutioni si exigat à debitore, tenetur exactum restituere creditori, pro quo erat adiectus actione mandati, vel negotiorum gestorum. Bald. *consil. 281. Ad euidentiam præmit-*
2 *tendum, in princ. lib. 5.* Castrens. *cons. 36. Satis clara. lib. 1.* † Amplia, vt procedat, etiam si adiectus alteri solui fecerit; quia creditor agit contra adiectum, adiectus vero contra alium, quem adiectum lo-
3 co sui fecit. Bald. *cons. 281. ante med. vers. talis ergo esset ordo. lib. 5.* † Restringe, quando adiectus nō adiecit alium loco sui, sed solum demonstrauit eum, cui putabat debere solui; quia si soluatur ei, qui non sit Dominus, non tenetur adiectus ex demonstratione sola.
4 Bald. *d. cons. 281. per tot.* maxime *in fi. lib. 3.* † Restringe, quando creditor egisset contra eū, cui ex mandato adiecti fuit facta solutio; quia censetur ratificasse factum adiecti, & illum liberasse. Bald. *d.*
5 *consil. 281. ante med. ver. sed ponamus. lib 5.* † Amplia; quia potest debitor soluere adiecto totum, vel partem, & ita liberatur pro parte soluta, sicut pro toto, nec potest conueniri à creditore debitor, sed debet agere contra adiectum. Castrens. *consil. 36. Satis clara. lib. 1.*

Adiecti potestas quibus modis finiatur. Concluſ. 180.

1 ADIECTI † potestas finitur morte; ideo eo mortuo hæredibus illius solui non potest. *l. si stipulatus sim, mihi, aut Titio. ff.*
2 *de solut. in princ.* † Amplia; quia finitur potestas adiecti per constitutum factum de soluendo soli creditori. Castr. *in l. si ita stipulatus*
3 *sim, mihi, aut Titio. ff. de solut. in princ.* † Amplia; quia facultas adiecti cessat, si principalis cum debitore litem fuerit contestatus; quia litis contestatio liberat à facultate soluendi adiecto. *l. si quis stipu-*
4 *latus fuerit decem in pelle. ff. de solutio.* ita Bart. Angel. Castrens. & alii *in l. cum decem. ff. eod tit.* † Amplia, quando adiectus mutaret statū in peius; quia tunc illi solui non potest. *l. cum quis. ff. de solut.* vbi
5 Angel. & alii. † Extende, etiam si fiat Monachus; quia licet mutet statum in melius quoad se; tamen quoad Dominum mutat in
6 peius, ideo reuocatur. Angel. *d. l. cum quis. ff. de solut.* † Amplia; quia adiectus solutioni reuocari potest de consensu contrahentium, qui illum adiectum fecerunt, secus si esset adiectus obligationi. Bald. *consil. 395. De principali. num. 5. ver. item Guido fuit adiectus. lib. 5.*
7 † Restringe; quia ista facultas auferri non potest ab vna parte
8 tantum. Castrens. *consil. 36. Satis clara in princip. lib. 1.* † Limita; quia per simplex constitutum factum creditori non tollitur facultas soluendi adiecto in prima obligatione, nisi sit dictum. *d. l. si ita stipulatus sim, mihi, aut Titio ff. de solut.*

Adiectiua plura copulata quando concurrere debeant, vel non, vt dispositio habeat locum. Concluſ. 181.

COPVLATA † plura licet debeant concurrere; tamen fallit in verbis adiectiuis, prout si testator dixit; *in aliis bonis meis assignatis in partem, descriptis, & comprehensis, ac declaratis, & specificatis in tali instrumento*; quia non est necesse, quod concurrant omnia copulata, sed ipsa adiectiua veniunt ampliatiue, & extensiue, maxime in materia fauorabili; & ideo adiectiua copulata augent. Alex. *consil. 20. Ponderatis. num. 6. & seq. ver. tertio præsuppono. lib. 3.* 1
† Extende, vt quod dicitur de adiectiuis, idem sit in qualitatibus; 2
ideo si fiat legatum Doctoribus legum, & medicinæ, non est necesse, quod consequentes legatum sint Doctores, & legū, & medicinæ; quia qualitas in dubio copulata censetur ad augendum in materia fauorabili. Alex. *d. cons. 20. num. 7. lib. 3.* Vide plenius, ☞ *Copulata plura si requirantur, non sufficit vnum. Concluſ. 1035.* per to. tam, maxime *num. 53. & seq.* Vide, *Substantia actus requirens plura. Concluſ. 773.*

Additamentum sequitur naturam eius, cui adiicitur. Concluſ. 182.

ADDITAMENTVM † non mutat naturam eius, cui adiicitur, imo sequitur eandem naturam, & eādem actionem imitatur, alias esset destruere, & non addere. Oldrad. *cons. 131. num. 13.* 1
ver. & hoc, vt clarius. Vide, *Augmentum regulatur. Concluſ. 555.* Contrarium, † quod qualitas, & additamentum reddat actum diuersum, & quando. Anton. de But. *cons. 66. col 2. vsque in fin.* Vide, *Au-* 2
gmentum, quando mutet substantiam rei augmentatæ. Concl. 556. † De- 3
clara, quia si additamentum non auget, neque minuit actum primum, cui fit adiectio; tunc vera sit conclusio, quia censetur idem actus cum primo; si vero addit augendo, vel minuendo, dicitur facere nouum actum. Rom. plene *cons. 45. per tot.* vbi loquitur in adiectione causæ facta per Iudicem post latam sententiam, vt primo casu, si causa inerat, sit declaratio, alias si mutatur, sententia nō ☞ valeat; quia noua esset sententia. Vide, *Iudex ordinarius, vel delega-*
tus. Concl. 432. n. 63. & seq. ver. limita, quia iudex. vbi plenius declaratur. † Declara; quia additio, vel additamentum, quod venit ad 4
interpretationem legis, vel statuti, aut alterius dispositionis, debet intelligi in casibus, in quibus loquitur statutum interpretatum, ita Alex. *cons. 13. Circa primū. n. 13. ver. præterea. lib. 3.* & ibi apost. *in ver. interpretatum*, dat concord. & citat ad hoc text. *in l. nihil, de coniun. cum emancip. liber.* & dicit Alex. quod ipsa additio interpretatiua facta statuto antiquo est repetita, & influit etiam in statuto nouo facto in additionem antiqui. † Amplia; quia sicuti referens 5
est in relato, ita additamentum factum referenti inest in relato; quia illud, quod fit per modum additamenti, efficitur pars illius, cui adiicitur. Boer. *decis. 284. n. 3. cum aliis, in ver. Relatum est in refe-* ☞
rente vere, & proprie. ver. Ampliat, vt procedat, etiam si in referente. Concl. 129. † Quia additamentum factum alicui statuto, vel constitutio- 6
ni pœriali censetur eandem pœnam repetere, licet nihil dicatur. Dec. *cons. 90. in princ.* allegat Card. *in clem. statutum. col. 3. in 3. oppositione de elect.* † Contrarium tenet glos. *in clem. quoniam, circa fin. in ver.* 7
sanctioni, de vit. & honest. Cleric. quem allegat ad hoc Dec. *d. cons. 90.*
col. penult. in fin. vers. item dictum Card. † Declara; quia procedit am- 8
pliatio in additione facta ad eundem finem, secus si ad minuendum, vel diuersum effectum; quia non sufficit, quod adsint verba denotantia additionem, si effectus est diuersus. Dec. *consil. 90. col.*
penult. ver. & primo non obstat. † Amplia; quia Iudex, vel arbiter si 9
addit aliquam summam summæ iam declaratæ, censetur addere cum eadem qualitate, quam habet summa, cui fit additamentum. Castrens. *consil. 418. Dubitatio consistit. per tot. lib. 2.* vbi ponit exempla. † Extende; quia pactum de lucranda dote comprehen- 10
dit & augmentum dotis; quia augmentum recipit eandem qualitatem. Castrens. *d. consil. 418. circa med. vers. ita non dixissent se addere, lib. 2.* † Et territorium si augetur, consuetudo territorii exten- 11
ditur ad loca addita. Castrens. *d. cons. 418. circa med. lib. 2.* † Am- 12
plia; quia si territorium Ciuitatis augetur, Castra, quæ veniunt in augmento, confunduntur in tantum, quod idem ius est in augmento, quod in aucto, & hoc, quando augmentum fit simpliciter, & non secundum quid. Anchar. *consil. quadringentesimo trigesimo septimo. Ista sententia. num. tertio.* Vide, *Prorogatio an inducat no-* ☞
uum actum, vel sit idem cum prorogato. Concluſio. 291. † Limi- 13
ta, nisi additamentum repugnet substantiæ, cui adiicitur; quia

tunc

tunc potius destruit, vt de pacto de non reuocando in causa mortis, de conuentione in prætoria stipulatione, & similibus, quæ inducunt nouam dispositionem, & nouam substantiam; quia sibi non communicant, nec inuicem compatiuntur. Oldr. *cons.*172. *in princ. num.*5. † Limita, nisi additamentum sit maius, quam principale, vt si Prioratus erigatur in Episcopatum, tunc omnia iura Prioratus realia transeunt in Episcopatum. Oldr. *cons.*267. *per tot.* & idem si episcopatus erigatur in Archiepiscopatum. Oldr. *consil.* 239. Vide, *Qualitas diuersa quando actum reddat principalem diuersum. Concluſ.*3. Vide, *Prorogatio an inducat nouum actum, vel sit idem cum prorogato. Concluſ.*921.

Aditio hæreditatis quid sit, & quando fieri possit, vel non ab incerto. Concluſ.183.

A DITIO † est animi motus cum determinatione acceptationis, iuris, & facti adminiculo, & potentia concurrente. Bald. *cons.*349. *Filiæ, an stare, in princ. lib.*4. & ideo is, qui vult adire, necesse est, quod sit certus, & concurrat cum opinione veritas, alias non valet aditio. † Et vocatur aditio in hærede extraneo; quia per eam acquiritur dominium rerum hæreditariarum, quod hæres prius non habebat; in suo autem, videlicet, in filio in potestate hærede appellatur immixtio; quia per prius ius habebat, licet non cum effectu propter beneficium abstinendi concessum à Prætore, vnde dicitur immiscere; quia continuat, quod habet, nec de nouo acquirit, sed ad effectum deducit, & declarat, quod vult esse hæres cum effectu, vbi prius erat sine effectu, plene Castrens. *consil.*363. *Ad primum, prope fin. ver. & si dicatur. lib.*2. Alexand. *consil.* 34. *Viso processu, in princip lib.*3. † Amplia in tantum certitudinem requiri in adeunte, vt si speratur nasci posthumus, etiam, quod non nascatur postea, vel si non speratur nasci, tamen nascatur postea, donec vel veritas, vel opinio obstat, non potest fieri aditio per eum, qui est hæres, quatenus posthumus non nascatur; quia tria requiruntur, vt valeat, quod concurrat veritas; quia non * nascatur; item quod esset communis * opinio, quod non nasceretur; item quod adiens non hæsitaret, de quo vltimo statur illius iuramento. Bald. *consil.*349. *in princ. & per tot.* maxime in *fin. ver. repetendo. lib.*4. Vide infra, *Aditio hæreditatis debet esse certa. Concluſ. seq. prox.* † Declara; quia valet aditio facta cum beneficio legis, & inuentarii, tanquam simplex aditio, licet sit protestatum, quod non alias, neque alio modo adire intendebat, quando non fuit factum inuentarium, vel non legitimum. Crauett. *cons.*348. *in princip. & cons.*427. *num.*14. *& seq.* † Amplia, quia institutus hæres sub conditione, si non impleuit primo conditionem, antequam adeat, vel non est certus de implemento conditionis, non potest adire, & aditio facta non valet, ideo omnia alienata, & gesta ab eo tanquam hærede non valent. Bald. *consil.*319. *Puncta, super quibus. num.*2. *ver. super secundo, lib.*4. † Restringe, quia sufficit, quod sit certus de implemento conditionis ex vehementi opinione, quæ concurrat cum veritate postea apparente, prout in instituto in casu, quod venter prægnans pariat solam fœminam, certe ante partum in 7. mense si potest opinari, quod fœmina nascatur, & ita eueniat casus, delata dicitur hæreditas, vt ex statuto transmissa dicatur mortuo hærede ante partum editum. Anch. *consil.* 354. *Quidam Antonius, num.*4. *& per tot.* † Amplia, quia ad hoc, vt hæreditas possit adiri, requiritur, quod sit delata, alias aditio est nulla. Anchar. *consil.*390. *Quia Elisabeth. num.*7. *& seq.* † Limita, quando esset dubium, an posthumus esset nasciturus, & is, qui adiuit, credidit, non nasciturum, & ita fuit, quia natus non est, valet aditio, & hæreditas transmittitur. Bald. *d. cons.*349. *circa princip. ver. si vero non est. lib.*4. † Limita; quia ad effectum adeundi hæreditatem vehemens opinio concurrens cum veritate facit certum institutum, vt possit adire in casu conditionalis institutionis; quia quando ista duo concurrunt, potest adiri hæreditas delata. Anch. *d. cons.*354. *num.*5. sed credo, quod illa vehemens opinio debeat nasci à communi opinione hæredis; quia sequerentur multa absurda, & ita declarat Bald. *d. consil.*349. *lib.*4. † Extende, quia ignorantia eius, cui est delata hereditas, nō impedit delationem. Anch. *d. cons.*354. *nu.*6. quia ignoranti acquiritur, & defertur hæreditas. † Extende; quia negligentia hæredis, cui est delata hæreditas, non impedit delationem fieri. Anch. *d. cons.*354. *num.*6. † Odiosa est aditio hæreditatis, ideo repudiatio inducitur in dubio potius, quam aditio. Signorol. *cons.*165. *num.*36. Vide, *Hæres ex quibus dicatur repudiasse hæreditatem. Concluſ.*40.

Aditio hæreditatis debet esse certa. Concl.184.

A DITIO † hæreditatis debet esse certa, & non obscura, ideo tenetur hæres declarare, quo iure adiuerit, an ex testamento, vel ab intestato, quando hoc non expressit, Bald. *cons.*200. *Berta sciens, circa med. vers. vel dic, quod lib.*1. Vide, *Aditio hæreditatis quid sit. Concluſ. præceden. num.*3. *& seqnen.* † Et non potest fieri aditio sub conditione, quando est dubius de morte eius, cuius hæreditas est delata, & si adeatur, aditio est nulla; quia est actus legitimus, qui non recipit conditionem, *l. actus legitimi. ff. de reg. iur.* † Et idem est, quando sub conditione adiit; quia nescit, ex quo testamento adierit. *l. eum, qui duobus. § fi. ff. de acquir. hæred.* Rom. *cons.*403. *num.*19. & 20. *ver. præterea.* † Declara; quia quando hæres dubitat de iuribus vtriusque testamenti, si duo sunt, vel dubitat, an testamentum sit verum, vel falsum, adeo quod dubitatio percutit delationem hæreditatis, tunc dubius non potest adire. Anchar. *consil.*203. *num.*3. *ver. non obstat.* quod est subscriptum à sex Doctoribus, & idem dicit Anchar. *consil.*257. *per tot.* † Si vero dubitat, quod illorum sit validum, & in genere cogitat se velle esse hæredem, ex valido tenet aditio. Rom. *consil.*403. *Pro decisione. num.*12. *ver. tertio quia.* allegat *l. eum, qui duobus. ff. de acquir. hæred.* & ibi gl. sed tamen Roman. *num.* 20. dicit, quod ille text. facit contrarium. Tu distingue, vt in illo text. cum gloss. Vide infra, *num.*46. *ver limita.* † Extende declarationem, vt idem sit, quando hæres dubitat, ex quo capite sit delata hæreditas, an ex testamento, vel ab intestato. Ancharan. *dict. consil.* 203. *num.*3. † Restringe, quando dubitaret hæres solum, ex quo testamento sit hæres, an ex primo, vel secundo; quia ex quo non dubitat, quin sit hæres, & ex testamento, licet ignoret, an ex primo, vel secundo; tamen valet aditio; quia argumentum semper est verum, si non ex primo, ergo ex secundo, si non ex secundo, ergo ex primo. Anchar. *d. consil.*203. *num.*3. & 4. *vers. sed in proposita*, quod est sex Doctorum. † Contrarium videtur tenere Ancharan. *d. consil.*257. *per tot.* † Bene potest itetum adiri, quando est certe mors. *l. qui hæreditatem. ff. de acquir. hæred.* † Amplia; vt procedat in quocunque hærede, tam suo, quam extraneo; quia si est factum testamentum, & ipse ignoret, non potest adiri ex testamento, quia illud ignorat, neque ab intestato, quia adest testamentum, quod ignorat. Bald. *cons.*451. *Quid habeat probare, in princ. lib.*3. secus, si sciret testamentum, & vellet adire ab intestato, & si in testamento non habet substitutum, quia caute testari potest renunciare. Fulgos. *cons.*70. *num.*5. *ver. illud quoque singulariter.* Alexand. *consil.*128. *num.*5. *lib.*1. *& consil.*203. *Super Themate, num.*8. *lib.*2. allegat *l. hæres institutus cum duabus sequentibus. ff. de hæred instituen.* † Contrarium in suo hærede videtur tenere Bartol. *in l. Claudius circa fin. ver. & ideo si hic esset filius. ff. de acq. hæred.* sed loquitur in aditione ex testamento nullo, vt non censeatur repudiare ab intestato, ex quo omnino est hæres, nisi expresse repudiet, sed quod aditio incerta in suo valeat, tenet Bald. sub dubio forte. *cons.*142. *Quæritur, an frater. num* 3. *ver. quæritur, an valeat. lib* 3. † Declara, quia potest hæres dubius examinare testes ad æternam rei memoriam, vt reddatur certus, vel certior de testamento, etiam si esset actor. Alex. *cons.*203. *Super themate. n.*8. *ver. ad idem. lib.*2. † Extende, vt idem sit in aditione ex pupillari substitutione, quia non valet, si ignorauit substitutionem pupillarem, ideo neq; transmisit ad alios. Fulg. *cons.*70. *in fine. vers. in secunda.* † Amplia; quia sicuti aditio requirit scientiam; ita etiam repudiatio requirit scientiam repudiantis. Bald. *cons.*392. *in fin. ver. super quarto. lib.*1. Bald. *cons.*145. *in princ. lib.*4. vbi loquitur in statuto Narniæ, quod acceptetur, vel repudietur intra sex menses; quia non habet locū in ignorante. Io. Mar. Rim. *in l.*1. *C. de repudian. bon. poss.* Alex. *cons.*126. *Viso processu. num.*5 *& seq. ver. plures etiam videtur. lib.*7. † Extende, quod scientia debeat deduci, & probari etiam inter personas, inter quas scientia præsumitur. Bald. *cons.*31. *Angelus habet. lib.*2. † Extende, quia ad hoc, vt valeat aditio, vel repudiatio filii minoris, qui præsumitur ignorare iura, necesse est, vt sit certus, se esse suum, & hæredem necessarium, & hoc exprimat, alias non valeret immixtio, & repudiatio. Alexand. *cons.*126. *Viso processu. num.*5 *& seq per tot. ver. prius etiam videtur. lib.*7. † Amplia; quia in dubio actus, qui potest importare aditionem, & non aditionem, debet interpretari, vt non censeatur facta aditio. Bald. *consil.* 227. *Super eo, quod quæritur. circa med. ver. si autem est actus lib.*2. *& cons.* 17. *lib.*3. *per tot.* vbi constituens procuratorem ad protestandum, quod bona quondam talis spectant legitimo titulo ad constituentem, non censetur adiuisse, si postea repudiauit; & ideo verba, *volo adire*, non important aditionem, de quo plene in *ver. Velle aliquid importat de futuro. Concl.*40. † Amplia; quia quamdiu potest subesse spes adeundi ex testamento, cessat aditio ab intestato,

& in *l gerit. num.* 28. *ff. de acquiren. hæredit.* vbi latissime, & ibi apost. *in ver. venio ad quartum*, quæ est Andr. Barbat. Bart. *cons.* 207. *In quæstione, in fin. lib.* 1. Bald. *consil.* 109. *Punctus, super quo, circa med. ver. potest etiam clare, lib.* 4. & quod filius censeatur adiuisse hæreditatem matris, ex quo retinuit bona, vt hæres patris sibi non so uendo, apostil. ad Bart. *d. l. gerit, num.* 2. *ver. vt plurimum*, quæ allegat Aret. *consil.* 161. *& seq.* & Barbat. *consil.* 4. *in fin. lib.* 1. Castrens. plene *cons.* 299. *Quod dictus Guido, in princip. lib.* 1. & hanc veriorem dicit Natt. *cons.* 74. *num.* 20. & communem * dicit Surd. *consil.* 244. *num.* 20. Socin. *consil.* 33. *col.* 3. *lib.* 3. Vide infra, *Aditio hæreditatis infanti. Conclus.* 192. num. 16. *& sequen.* † Extende, idem esse in patre obligato soluere filiis infantibus, quia per non solutionem censetur pro eis adire. Bartol. *d. l. gerit, num.* 28. *in fin. ff. de hæred. instit. & consil.* 129. *Quidam habuit, circa med. ver. sed in q. prædicta, & cons* 207. *in fin. lib.* 1. vbi pro vtraque allegat, & hanc tuetur; quia si possedit fundum dotalem, præsumitur iusto iure possedisse adeundo. Bart. *d. q.* 10. *col. fin. ver. Item quod dixi.* vbi apostil. allegat Franc. Aretin. *consil.* 161. *In puncto consultationis.* Bartol. *in l. ex annuo. in fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Angel. Aretin. *consil.* 40. *Capio primam, num.* 56. *& seq. per tot.* vbi latissime, & *consil.* 81. *In themate, in princip.* Alexan. plenissime *cons.* 20. *Circa consultationem, lib.* 7. vbi tuetur Bart. & respondet ad omnia contraria, & hanc veriorem dicit ibi apostil. in *ver. adire. & cons.* 23. num. 10. *& seq. ver. postremo, lib.* 7. † Extende in debitore, qui successit creditori; quia præsumitur adiuisse, ex quo non soluit in termino, ne incidat in moram, & consequenter delictum. Roman. *cons.* 247. *Primo dici potest. n.* 4. *ver. secundo ad hoc*, vbi apostil. in *ver. non soluit.* plenissime, Bartol. in sua *q.* 10 *debitor in diem, ver. solutio, in princ.* *ver. hoc præmisso*, vbi multa allegat. † Extende; quia tam aditio, quam repudiatio probatur per non factum, vt late Bartol. *d. l. gerit. nu.* 28. *ver. venio ad quartum. ff. de hæred. instit.* † Extende, vt procedat etiam, siue debitor possit adire ex persona sua, siue ex iure deliberandi sibi transmisso ex persona alterius. Bart. *d. q.* 10. *in fi. ver. & eadem ratione.* † Contrarium, quod imo hæreditas non censeatur adita per non factum. Bald. in *l.* 1. *nu.* 40. *C. qui admitti. & in l. cum in antiquioribus*, & ibi Salycet. *nu.* 3. *C. de iur. deliber.* idem Bald. in *l. non hoc. C. vnde cogna.* vbi Alexand. & Corne. *num.* 5. Deci. *num.* 12. Aretin. in *d. l. gerit, num.* 5. *ff. de hæred. instit.* & plene *cons.* 160. vbi reprobat Bart. Franc. Albergot. consil. quod est immediate post *cons. Bart.* 129. & Franc. Tigrini inter cons. Bart. *cons.* 158. *in princ. lib.* 1 Bald. *cons.* 301. *Inprimis, num.* 3. *lib.* 4. Franciscus filius Bald. inter consil. Baldi, *cons.* 109. *lib.* 4. & ibi addidi plurimos concord. Castrens. *cons.* 252. *col.* 2. *in fin. ver. breuiter his non obstantibus, lib.* 1. *& cons.* 359. *in fin. l. b.* 2. Ang. *consil.* 361. *ad primum.* Franc. Aretin. *cons.* 161. *In præsenti consultatione, num.* 4. *& sequen. ver. in contrarium.* Corne. *consil.* 42. *Plura dubita. num.* 12. *ver. restat itaque, lib.* 3. & hanc veriorem dicit Deci. in *l. non hoc. C. vnde cogna.* apostil. ad Roman. *consil.* 247. *in ver. non soluit*, vbi citat alios, & dicit veriorem, & Doctor, contra quem Bartol. consuluit, *cons.* 207. *in princip.* infra *num.* 160. *& sequen.* Vide, *Aditio hæreditatis infanti, & pupillo delata ex quibus inducatur. Conclus.* 192. *nu.* 19. & 20. † Declara; quia procedit, quando hæres allegat ad sui commodum aditam hæreditatem ex non facto, vel omisso; secus si in præiudicium hæredis id vergat. Ita declarant Doctor. præfati, & maxime Bart. *dict. quæstio.* 10. *debitor, in fi. ver. & prædicta vera.* Corne. post Alexand *dict. l. non hoc. num.* 14. *vnde cogna.* clare Castrens. in *l. cum in antiquioribus. num.* 5. *C. de iur. deliber.* & nouissime Mantic. *de coniect. vltim. volun. lib.* 12. *tit.* 13. *Rum.* 7. *ver. sed hæc responsio.* Ang. Aretin. *cons.* 40. *Capio primam, num.* 61. Alexand. *cons.* 20. *num.* 3. *in fi. ver. vltimo adducuntur, lib.* 7. & plenius *consil.* 23. *Consideratis, num.* 11. *ver. quia respondeo, lib.* 7. Vide, *Aditio hæreditatis est quid facti. Conclus.* 186. num. 16. *& sequen.* † Declara; quia competit restitutio in integrum infanti, & ex eius persona patri, etiamsi contrarium procederet. Angel. Aret. *cons.* 41. *num.* 4. *& sequen.* adeo, quod semper affirmatiua valeat, vel directe, vel per restitutionem. Alexand. *consil.* 20. *Circa consultationem, nu.* 4. *ver. ad cautelam tamen, lib.* 7. vbi pluries * attestatur * communem, & magis communem, & tollit omnia contraria. † Declarat Castrens. *dict. cons.* 299. *in princ. lib.* 1. quod si est dubium, an filius tenuerit bona nomine patris & matris, vel matris, ita quod clare non constat, quod à principio nomine patris tantum tenuerit, limitatio & opinio Bartol. est vera sine dubio. † Declara; quia habet locum aditio ex non facto circa immobilia, contrarium vero circa mobilia, Salyc. in *l. cum in antiquioribus. §. ideoque. C. de iur. deliber.* † Contrarium simpliciter, quod aditio ex non facto probetur, siue circa stabilia, siue non. Angel. Aretin. *cons.* 40. *Capio primam. col. penul. & fi.* vbi recitatis omnibus opinionibus Bart. sequitur, & indistincte loquitur, Alex. *d. cons.* 20. *lib.* 7. Franc. Aret. *cons.* 160. *In præsenti, n.* 6. *ver. & præmitto.* † Amplia; quia pater post mortē vxoris dando vestes vxoris amore Dei, censetur adire hæreditatem matris pro filiis infantibus, alias non. Bald. *cons.* 31. *Angelus habet, lib.* 2. † Idem est, si retinuit bona liuellaria, & soluit liuellum; quia præsumitur pro filiis infantibus adire. Cuman. *cons.* 81. *Quia causa, in prin.* † Extende; quia si pater mortua vxore adiuit hereditatem nomine filiorum, inducitur agnitio pro filiis, ita quod obligatur ex tali aditione; secus si extaret statutum, quod mulier, vel filia non posset contrahere sine certa solemnitate. Ang. *cons.* 318. *Mater intestata.* vbi, quod si per viginti annos possedit pater, an præsumatur solemnitas. † Extende idem esse, si continuauit pater administrando bona, vt prius, quia cum non possit licite administrare bona priuigni mortui, nisi occupasset indebite, vel nisi nomine filiæ sororis vterinæ defunctæ possederit, præsumitur adiuisse. Anch. *cons.* 252. *Frater charissime, num.* 4 *& seq. ver. tertio principaliter.* † Extende; quia mortua matre relicto filio infante, si pater vltra annū retinet dotes, censetur adire nomine filii. Bart. in *d. l. gerit. in fi.* 4. *quæst. princ. ff. de acquir. hæred. & in quæst.* 10. incip. *debitor in diem.* Castr. in *l. cum in antiquioribus. C. de iur. deliber.* Imol. Alex. in *l. non hoc. C. vnde legit.* Rom. *cons.* 247. *Primo dici potest. n.* 4. *ver. est igitur videndum.* vbi apostil. in *ver. non soluit*, dat concord. Alex. *cons.* 20. *Circa consultationem. lib.* 7. Ias. *cons.* 3. *lib.* 1. † Amplia; quia aditio probatur, si quis confitetur se hæredem. Bart. in *d. l. gerit. col.* 3. *ver. circa secundum. ff. de acq. hæred. & in l. si filius, in fi. ff. de tutel.* † Extende, etiam si confessio sit facta per verbum, *credo.* Bald. in *l* 1. *in fine. C. de falſ. cauſ. adiect. legat.* † Amplia; quia aditio hæreditatis delatæ inducitur per exactionem debiti hæreditarii, ac etiam per satisfactionem creditoribus absque protestatione. Bartol. in *d. l. gerit. & in l. pro hærede, in princ. & §.* 1. *ff. de acquir. hæredit.* Bald. in *l. non hoc. C. vnde cognat.* Corne. *cons.* 103. *In causa, col.* 1. *lib.* 2. Alex. *consil.* 32. *Viso processu. lib.* 3. *in princip.* Ias. in *dict. l. pro hærede. §. Papinianus, in vlt. not ff. de acquir. hæred.* Ias. *cons.* 112. *Viso longo. num.* 2. *lib.* 4. Socin. *consil.* 45. *In causa agitata. num.* 5. *lib.* 3. Paris. *cons.* 16. *Circa præsentem. num.* 41. *lib.* 2. † Idem est in exactione pensionis. Alexand. *dict. consil* 32. *vol.* 3. Socin. *consil.* 295. *colum.* 2. *vol.* 2. Ias. *consil.* 112. *lib.* 4. † Extende; quia etiam si frater, vel socius exigat vltra partem suam, vt is censeatur adire. Bartol. in *l. duo fratres*, & ibi Angel. *ff. de acquir. hæred.* Angel. *consil.* 173. *Duo fratres, in fin.* Corn. *cons.* 153. *Eleganter, colum.* 1. *volum.* 1. † Extende; quia socius, cui est delata hæreditas, & est creditor defuncti pro certa rata, si exigit vltra suam ratam, censetur adire hæreditatem. Fulgos. Castrens. & Alexand. in *l. si vnus, in princip. ff. de pact.* vbi Alexand. dicit * communem opinionem, & * Ias. ibi in 1. *colum.* Cuman. *consil.* 103. *Titius & Seius.* Roman. *consil.* 209 *Pro verificatione.* † Extende; quia non admittitur excusatio, si dicat ignorasse; quia scire debuit, quantum sibi debebatur, & ridiculum est, quod per ignorantiam alienam occupauerit. *l. fin. C. vnde vi.* & potius inducitur aditio, quam delictum. Alexand. *cons.* 20. *Circa consultationem. colum.* 2. *verſic. secundo mouentur. lib.* 7. *& cons.* 185. *In causa & lite. col.* 2. *lib.* 6. † Extende maxime Florentiæ, vbi est statutum. *rubr.* 29. quod loquitur per verba satis præcisa & prægnantia. Socin. *cons.* 113. *In causa Vbertini, circa fi. lib.* 4. † Extende; quia per exactionem factam a debitoribus hæreditariis, & econuerso per satisfactionem factam creditoribus hæreditariis, vel legatariis, & per alienationem bonorum hæreditariorum inducitur aditio hæreditatis, vt per Bartol. & alios in *d. l. gerit. ff. de acquiren. hæredit.* Alexand. *cons.* 32. *per tot. lib.* 3. Corne. *cons.* 100. *lib.* 1. *& consil.* 165. *lib.* 2 *ad fin.* Ias. late *cons.* 112. *colum.* 2. *lib.* 4. † Extende; quia per exactionem, & perceptionem fructuum hæreditatis inducitur aditio. Alex. *consil.* 32. *num.* 2. *lib.* 3. Corne. *cons.* 103. *In causa vertente. num.* 4. *lib.* 2. Bald. *cons.* 207. *Quæritur, vtrum. num.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 392. *Anno. colum. fin. in fin. eod. lib.* † Extende, vt soluens debita hæreditaria præsumatur adire, si non est protestatus, supra proxime, & Corn. *consil.* 82. *Quod dicta. num.* 11. *lib.* 1. & latius per eundem *cons* 91. *Visa facti. num.* 31. & 38. *eod. lib.* 1. Soc. *cons.* 295. *In causa contra filios. num.* 4. *lib.* 2. Anchar. *cons.* 349. Ant. de Butr. *cap. qualiter. il* 2. *de accusat.* Felin in *c. licet causam. num.* 17. *de probat.* tex. in *l.* 2. *C. de iur. deliber.* vbi Bart. & alii Alexand *consil.* 32. *Viso processu. lib.* 3. *in princ.* Castrens. *cons.* 292. *Circa primum. num.* 3. *ver. super secundo. lib.* 2. † Et quod per solutiones, & quietationes receptas dicatur adiuisse hæreditatem, & pro hærede gessisse. Castrens. *cons.* 291. *col.* 2. *lib.* 2. *n.* 3. *ver. super secundo.* † Extende statute maxime statuto Florentiæ, super quo Corne. *d. cons.* 91. *num.* 10. *& seq. lib.* 1. Castrens. in *l. si seruum. §. fin. ff. de acquir. hæred. & in l.* 1. *C. de repud. hæred.* Ang. *consil.* 386. † Extende in hærede scripto mandante solui, seu soluente legata facta à testatore; quia is videtur hæreditatem adire. Ias. *consil.* 112. *num.* 2. *lib.* 4. Bald. *cons.* 71. *vol.* 5. Corne. *cons.* 211. *num.* 2. *lib.* 2. † Restringe; quia per solutionem impensarum non inducitur aditio. Bart. *in d. l. gerit. ff. de acquiren. hæredit.* † Declara restrictionem, vt non procedat, quando hæreditas esset lucrosa. Cuman. *in l. pro hærede.*

49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68

69 *hærede.ff.de acquir.hæred.* Bart.*d.l.gerit.ver.secundo de necessitate.* † Declara, quando concurrit aliqua alia coniectura; puta, quia filius longo tempore retinuit dotes maternas. Iason *dict. l. pro hærede. ff.*
70 *de acquiren.hæredit.* † Restringe; quia mandans fructus hæreditatis colligi & custodiri, non censetur adire. Ruin.*consil.*113.*Copiose adeo.*
71 *num.*4. *&* 5.*lib.*3. † Restringe; quia in venditione supellectilium parui valoris pro soluenda impensa funerali non inducitur aditio. Crauet.*cons.*30.alias 33.*num.*12. Iason in *l.*1.*§.veteres.ff.de acquir.poss.* Marsil. in *l. furem. num.*42.*de furt.* Ioan. de Amicis *cons.*137.*num.*7.
72 † Restringe, quia per solutionem expensarum funeris factam per patrem pro filio non inducitur aditio. Roman. *cons.* 154. *Iudicium*
73 *contra. num.*3. † Amplia; quia filius possidens bona paterna post mortem patris, siue sint stabilia, siue mobilia, censetur adiuisse. Bald.*cons.*85. *Quidam nomine. lib.*2. Bald. *cons.*207.*n.*4.*lib.*1. Iaſ.*cons.* 112.*nu.*2.*lib.*4. Soc.*cons.*8.*Post redditum.n.*2.*lib.*4. Paris.*cons.*16.*num.* 40.*lib.*2. Bartol. *cons.*232.*num.*3.*lib.*1. Alexand. *cons.*91.*num.*2.*ver.*
74 *probauerunt.lib.*5.*& consil.*12.*Viso processu in princ.lib.*7. † Extende in quocunq; hærede possidente bona defuncti aliqua sine alia causa; quia censetur adire. Bartol. *in quæst.*10.*Creditor,in primis.* Alexand. *cons.*126.*Viso processu, in principi.* vbi apostilla in *verb. adire.* dat con-
75 cordan. plures. † Declara; quia filius possidendo bona patris post mortem patris præsumitur se immiscuisse, & in quocunque hærede extraneo per possessionem bonorum defuncti, cui succedit, præsumitur aditio, nisi possidens doceat, quod ex alia causa possideat. Alexand. *consil.*32. *Viso processu, in princip. ver. & etiam*
76 *possidendo,lib.*3.*& consil.*126.*in princip.lib.*7. † Et licet posset docere, quod pro dotibus maternis, vel pro fideicommisso, aut alia causa possideat, quod sufficeret; tamen non releuatur, si exegit à debitoribus, & soluit debita hæreditaria; quia ista inducunt adi-
77 tionem. Alexand. *d.cons.*32.*in pr.ver.& licet filii.lib.*3.*per tot.* † Declara, quia quando concurrit alia causa, quod etiam vt creditor exegerit, statur dicto hæredis, si viuit. Alexand.*dict.cons.*126.*num.*
78 2.*ver.fortius etiam. lib.*7. † Amplia, quia aditio hæreditatis inducitur ex cessione hæreditatis, seu iurium hæreditariorum facta post delatam hæreditatem, quia qui cedit, censetur prius adire. Corn. *consil.*52.*In hac consultatione.num.*9 *lib.*2. Crauet. *consil.*200.
79 *Auus habens nepotes,in princ.* † Extende in patre cedente iura sibi competentia contra filium, quia censetur adiuisse hæreditatem filii. Corne. *consil.*52.*num.*9.*volum.*2.*& consil.*299.*num.*7.*lib.*3.*& consil.*147.*volum.*1. Crauett. *consil.* 200.*in princip.* Socin. Iun. *con-*
80 *sil.*107.*volum.*2. † Restringe, quando pater esset creditor filii, quia præsumitur potius voluisse cedere hypothecam, vel creditum, quod habet, quam adire, si magis sibi expedit. Bartol.*in d. l.gerit.colum.*5.*ver.ad secundum. ff. de acquir. hæred.num.*21.*& seq.* cu-
* ius opinionem* communem dicit Socin. Iun.*cons.*131 *col.*1.*num.*2. *vol.*2. vbi, quod non requiritur protestatio, idem tenet Corn.*cons.* 337.*num.*11.*& seq lib.*1. Bald.*cons.*224.*lib.*2. Alex.*cons.*126.*colum.*1.*in fin.lib.*7. Corne.*cons.*308.*colum.*2.*ver.& in his,lib.*1.*& cons.*312.*lib.*4.
81 Crauett.*cons.*197.*num.*4. Natt.*cons.*448.*num.*20.*& seq.* † Extende in renunciatione, quia si filia renunciat fratribus hæreditatem sibi delatam, censetur prius adiuisse per necessarium antecedens. Socin. *cons.*147.*Visa facti contingentia, num.*7.*& seq.ver.secundus effectus.lib.*2. quod intelligit idem Socin. *consil.*183.*num.*1.*lib.*2. procedere, quando renunciatio est quædam cessio affirmatiua, secus
82 si esset repudiatiua. † Declara, vt per Crauet.*cons.*476.*num.*3.*& sequen.* vbi quod renunciatio facta patri censetur ad commodum masculorum, ideo inducit aditionem, secus si renunciatio facta patri sit simplex, vt ibi in fin. qui declarat, Ruin. *consil.*24.*colum.*1.
83 *lib.*1. ita intelligendum esse. † Extende multo magis in donatione, quia si hæreditas delata donetur, censetur acceptata prius. Socin.*d.cons.*147.*num.*8.*lib.*1. vbi, quod hoc non habet dubium aliquod, quod tamen intelligit idem Socin. *cons.*183. *Eleganter sunt omnia.num.*1.*ver.sed tamen præmissis.lib.*2. procedere, quando donantur bona, vel iura hæreditaria, & ita etiam concludit Cuman. *con-*
84 *sil.*116.*Domina Catharina,in princ.* † Extende, vt procedat etiam in liberatione facta, & pacto de non petendo post aditam hæreditatem vni ex cohæredibus, quando aliquid percepit, & liberando fecit pactum illi soli. Castrens. *consil.*252.*Viso puncto. colum. penult. ver. si vero dictus pater.* Crauett. plene *consil.*476.*num.*4.*& seq.* vbi, quod liberatio est donatio, late Ruin. *consil.*98.*num.*13.*lib.*1. vbi, quod liberatio & quietatio est actus dispositiuus, qui inducit adi-
85 tionem, & quod sit donatio, Crauett *consil.*142.*num.*7. † Declara, quia in casu prædictæ liberationis, & pacti, & sic tacitæ aditionis non inducitur aditio, vt teneatur creditoribus liberans, sed ad effectum, vt valeat renunciatio tanquam de iure quæsito. Castr. *d.cons.*252 *col.penul.ver.non tamen dico.* sequitur Crauett.*cons.*200.*in princ.* qui idem dicit, quando fuit cessa vel donata, & idem Socin. *cons.*53.*num.*17.*lib.*4. sequitur Rota, vt per Put.*lib.*2.*decis* 519.*in fin.* vbi, quod talis aditio momentanea ad alium finem non habetur in consideratione. † Extende in venditione hæreditatis; quia præ- 86
cedit necessaria aditio. Bald.*cons.*312.*Statuto Communis Cremæ,circa fin.num.*3.*ver.illud certum lib.*3. † Et idem; quia vendens bona par- 87
ticularia hæreditatis præsumitur adire. Alex. *cons.* 126.*in pr. lib.* 7.
† Idem, si locaret filius, vel alius, cui est delata hæreditas, bona 88
defuncti. Alexand.*dict.consil.*126.*in princip.lib.*7.*& cons.*32.*Viso processu, in princip. lib.*3. † Idemque, si bona defuncti facit laborare; 89
quia inducitur aditio. Alexand. *d.consil.*126.*in princip. lib.* 7. † Ex- 90
tende, quia mater hæres filii renuncians fratri vterino defuncti, & faciens pactum de non petendo per Aquilianam stipulationem, & acceptilationem, censetur adire. Signorol. *cons.*165. *num.* 10.*& seq. ver.nunc descendo, & cons.*188. *num.*16.*&* 17. † Extende, 91
quia renunciatio hæreditatis, vel iuris facta tertio, inducit aditionem, etiam si extet cohæres, & renunciatio per acceptilationem fiat tertio; quia cohæres non potest prætendere ius accrescendi, quasi renunciatio sit repudiatio, pro vtraque parte plenissime allegat Signorol. *d.consil.*165. *num.*32. *& seq.* vbi dicit posse vtrumq; subsistineri, tamen hanc tenet. † Restringe, vt non procedat, quan- 92
do renunciatio esset repudiatio hæreditatis; quia nihil reciperet repudians; secus si esset repudiatio continens donationem, & translationem iurium, vel bonorum hæreditariorum. Socin.*consil.*183.*num.*1.*ver.sed tamen præmissis. lib.*2. sequitur Crauett. *consil.* 200.*in princip.ver.bene sa: cor.* † Declara hanc restrictionem; quia 93
repudiatio si fiat simpliciter vni ex cohæredibus, & nihil recipiat repudians, si sint plures, acquiritur omnibus, & non inducitur aditio; si vero repudiatio fiat etiam cohæredi aliquo recepto, vel ex causa reciproca, vel vni cohæredi pro se tantum, quando adessent plures, vel si repudiatio fieret ad fauorem eius, qui non est cohæres, vel non est successurus post repudiantem; tunc inducitur aditio, ita videtur declarare Soc. *consil.*34. *Visa renunciatione. per tot.* maxime *in princip. lib.* 4. & ad hanc declarationem inseruit Baldi *consil.*408. *Super eo, lib.*4. vbi, quod ex repudiatione gratuita non dicitur adire; secus si aliquid datur repudianti. † Re- 94
stringe; quia si fiat repudiatio per vnum ex hæredibus in manibus vnius ex pluribus hæredibus, talis portio repudiata accrescit portionibus, non autem personæ, & consequenter omnibus acquiritur. Bellam. *cons.*43.*num.*14. plene Socin. *consil.*34. *lib.*4. & plenius Crauett. *consil.* 200. *in princ.* qui alios allegat. † Restringe in 95
declaratione facta, quod nullum ius competit declaranti; quia non inducit aditionem, ex quo necessario non includit aditionem, ex quo est restricta ad tempus declarationis, & repudiatio respicit omne tempus. Signorol. *cons.*165. *num.* 6. *& seq.* vbi late. † Amplia; quia minor 25. annis extra tutelam potest adire 96
sine authoritate curatoris; quia aditio consistit in solo animo. Bald. *consil.*374. *Quia Cola in fine. ver.quantum vero ad vltimum. lib.*2.
† Idem est, si fructus percipit hæreditatis tanquam hæres. Bald. 97
in *l.*1. *C. de repudian. hæredit.* † Amplia; quia hæreditas delata po- 98
test adiri etiam in testamento facto per eum, cui est delata. Bald. *consil.*464. *Incipiendo à primo. num* 3. *ver.*3. *quod autem adiuerit. lib.*2.
† Amplia, quia hæres etiam creditor si possideat bona hæredi- 99
taria plura, quam sibi debeantur, censetur adire, quia nisi protestetur de contrario, possessio inducit aditionem. Bald. *consil.*272. *In causa. num.* 2. *versic. tertia ratio. lib.* 5. † Amplia, quia legan- 100
do aliquid hæreditarium hæres dicitur adire hæreditatem. Bald. *consil.* 168. *Allegationes hinc inde, post med. versic. de Marcello non est dubitandum. lib.*4. † Extende, quia hæres mandans in suo testa- 101
mento, quod soluantur legata eius, qui eum instituerat hæredem, censetur illius hæreditatem adire. Bald. *consil.*71 *Titius instituit.lib.*5. † Extende, quia hæres faciens pactum non gratuitum 102
de non petendo hæreditatem, censetur adire, quia se hæredem facit & priuat. Bald.*cons* 408. *Super eo, quod. circa med. vers. sed respondeo. lib.*4. Extende etiam, quia hæres grauando hæredem suum in testamento ad onera, vel legata facta ab eo, qui hæredem instituit testatorem, censetur adiuisse. Bald.*d.cons.*71. *circa medium. vers. item qui hæredē. lib.*5. † Restringe secus esse, si esset mera repudiatio, vel 103
pactum gratuitum de non petendo, quia non censeretur eo casu adiuisse. Bald. *cons.*408. *circa fin. vers. nisi quis dicat, lib.*4. † Amplia, 104
quia vendens hæreditatem cessetur illam adire prius, ex quo vendit, saltem ordine intellectuali, quia venditio non valeret, nisi aditio intelligeretur præcedere. Bald.*cons.*322. *Statuto Communis Cremæ.circa fi. vers.illud certum. lib.*3. † Imo vendens aliquam rem par- 105
ticularem hæreditatis censetur adire. Bart.*cons.*232. *Domina Cæcilia.num.*3.*ver.quod autem.lib.*1. † Extende, quia si is, cui defertur, seu 106
delata est hæreditas, absoluit per acceptilationem eum, qui possidet, censetur necessario adire ac acceptare, & tradere ei cui se-

107 cit absolutionem. Signor. plene *conſ.* 188. *num.* 16. & 17. † Amplia; quia faciens deſcribi bona teſtatoris in perſonam ſuam, tanquam hæredem, cenſetur hæreditatem adiuiſſe, Bald. *conſil.* 71. *cir-*
108 *ca fin. ver. item ad hoc. lib.* 5. † Extende; quia mater tutrix conficiens inuentarium bonorum hæreditariorum nomine infantis hæredis, cenſetur adiuiſſe nomine infantis. Caſtrenſ. *conſil.* 114. *num.* 3. *ver. & ſi mater. lio.* 1. plenius *num.* 4. *in fin. ver. ſuper quarto.* vbi, quod conſiſtit in nuda voluntate, & diſponendo de bonis ad-
109 ire dicatur. † Amplia; quia aditio inducitur ex liberatione facta; quia alias non poſſet liberare. Bald. *in l. pactum. C. de collatio. in* 8. *quæſtio.* quem citat, & ſequitur Caſtrenſ. *conſ.* 252. *Viſo puncto, col.*
110 *pen ver. præterea dicit ipſe. lib.* 1. † Extende idem, ſi fiat pactum ſuper hæreditate. Caſtrenſ. *dict. conſ.* 252. *colum. penult. ver. præterea. lib.* 1.
111 † Declara; quia iſta aditio ficta inducit aditionem pro actus validitate, ſed non, vt teneatur creditoribus. Caſtrenſ. *dict. conſil.* 252. *colum. penult. verſic. non tamen dico. lib.* 1. ſequitur Crauet. *con-*
112 *ſil.* 200. *in princip.* † Extende; quia ſicut ſoluens debita hæreditaria cenſetur adire. *l.* 2. *C. de iur. deliber.* ita etiam exigens debita hæreditaria; quia neutrum poteſt fieri citra ius, & nomen hæredis. Caſtrenſ. *conſil.* 447. *Ad primum in fin. lib.* 2. vbi loquitur in eo, qui liberauit debitorem; quia confeſſus eſt habuiſſe, & re-
113 cepiſſe. † Amplia; quia hæreditatis aditio inducitur, ſi fiant aliqua, quæ citra ius, & nomen hæredis fieri nequeunt, prout eſt poſſidere hæreditatem, & bona hæreditaria, quæ alio iure ad ipſum non poſſunt ſpectare. Bald. *conſ.* 489. *num.* 4. *ver. circa quod ſciendum. lib.* 3. Corne. *conſil* 93. *Licet poſſet, in fin. lib.* 3. vbi loquitur, in matre, quæ erat filiis ſubſtituta, quod adiuerit; quia poſſedit bona mariti poſt mortem filiorum pupillorum, etiam ſi pupilli non adiuiſſent; quia tanquam ſui tranſmiſerunt. Bald. in *conſil.* 224. *Super eo, lib.* 2. Florian. de S. Petro *conſil.* 21 *num.* 32. *& ſequen.* vbi extendit in legatario, vt agnoſcat legatum, ſi tanquam legatarius facit ea, quæ citra ius, & nomen legatarii fieri nequeunt. Roman. *conſ.* 247. *num.* 4. *in fin. ver. tertio æquitur.* Bart. *conſ.* 232. *num.* 3. *lib.* 1.
114 † Extende, vt procedat, etiam ſi poſtea proteſtatio eſſet facta, quod non intendebat adire per talem poſſeſſionem; quia proteſtatio non tollit actum aditionis præcedentem. Bald. *d. conſil.* 489. *in fin. ver. quid vltra. lib.* 3. plenius Crauett. *conſil.* 348. *num.* 8. *& con-*
115 *ſil.* 427. *num.* 14. *& ſeq.* vbi latiſſime. † Extende; quia etiam ſi ſubſequatur proteſtatio; quia non releuat; quia non pendet à volun-
116 tate proteſtantis poſt aditionem. Ram. *conſ.* 247. *in fin.* † Amplia; quia ex ceſſione iurium hæreditatis inducitur aditio, non autem ex renunciatione hæreditatis ſine ceſſione iurium. Crauett. *conſ.* 200. *in princ.* vbi declarat induci aditionem pro validitate ceſſionis, non vt teneatur creditoribus hæreditariis. Corn. *conſ.* 52. *In hac conſultatione. num.* 9 *& ſeq. lib.* 2. & idem dicit Caſtrenſ. *conſ.* 252.
117 *Viſo puncto. colum.* 2. *lib.* 1. *ver. non tamen dico.* † Extende; quia donans ius fideicommiſſi etiam ſub conditione, ſi eſt hæres inſtitutus, & ſubſtitutus, dicitur adiuiſſe, ex quo fideicommiſſum ſine aditione, & donatio, non valeret. Fulgoſ. *conſil.* 100. *colum.* 2. *ver. ca-*
118 *terum cum vnus.* † Et quod cedens iura hæreditatis ſibi delatæ cenſeatur prius adiuiſſe. Caſtren. *conſ.* 252. *col. pen. circa med. ver præterea dicit. lib.* 1. Ruin. plene *conſil.* 170. *num.* 1. *in fin. cum ſequen. lib.* 1. Put.
119 *deciſ.* 519. *num.* 3. *lib.* 2. † Amplia; quia inducitur immixtio in ſuo, & aditio in extraneo per locationem bonorum hæreditariorum. Alexand. *conſ.* 32. *Viſo proceſſu. in princip. ver. & ſimiliter locando. lib.* 3.
120 † Amplia; quia ſi ſunt quatuor fratres, & vnus moriatur poſt patrem, antequam adiuerit, quo caſu tranſmiſit ad alios tres, ſi alii tres exegerint à debitore paterno integrum, videlicet, quilibet pro tertia parte, cenſetur adire etiam portionem fratris, & obligantur ad debita, quia qui facit vnum, quod habet in neceſſarium
121 antecedens aliud, videtur vtrumque facere. † Contrarium dicit Ancharan. *conſil.* 324. *Pulchrum mihi videtur*, vbi mouetur duabus * rationibus. Vna, quod licet ſit communis * opinio, quod tranſmittatur hæreditas ſi non adita in ſuo ad quoſcunque, tamen eſt dubia quæſtio, quæ excuſat. Secunda, quia potuerunt iſti tres fratres repudiare, & per ius accreſcendi velle habere, quod eſt magis vtile, ideo cum neceſſario non concludat illa exactio, non obligat fratres ad debita fratris, tanquam adiuerint hæreditatem.
122 † Amplia, quia ex ſolutione legatorum factorum à teſtatore in-
123 ducitur aditio hæreditatis. *l.* 2. *C. de iur. deliber.* † Reſtringe, quando legatum fuit ſolutum integrum ab hærede pro parte, ſecundum Odoſt. *d. l.* 2. & Fulgoſ. ſub dubio. Vide tamen, quia forte
124 hoc non dicunt. † Reſtringe, quando legata pia eſſent, quæ debentur ante aditam hæreditatem. Tiraq. *de priuil. piæ cauſ. priu.* 33. Natt. *conſ.* 448. *num.* 11. *& ſeqq.* vbi idem, ſi ſepeliuit filius patrem, ſi impenſam funeris ſoluit, vel medicinas, vel ſi impenſas familiæ teſtatoris miniſtrauit, & alia pietatem ſonantia fecit. Maſcard. *Concluſ.* 44. *num.* 33. † Reſtringe Florentiæ; quia ſtante ſtatuto, 125
lib. 2. *rub.* 31. *de exequut. legat.* ex quo debentur legata ante aditam hæreditatem, non inducitur aditio; quia æquiuocatio inducitur, ex quo magis nomine proprio, quam vt hæres potuit ſoluere. *l. merito. ff. pro ſocio.* late Natt. *conſ.* 448. *num.* 11. *& ſeq.* Simon de Præt. *lib.* 5. *interp.* 1. *dubit.* 3. *num.* 7. vbi exempla. † Extende, vt pro- 126
cedat reſtrictio, etiam ſi illud, quod ſolutum eſt, non eſſet proprie pia cauſa, ſed ex alia cauſa, prout ſi domum hæreditariam corruentem refici fecit; quia poteſt eſſe animo repetendi, vel animo donandi, ſi impenſa eſſet modica. Natt. qui plura cumulat, & dicit eſſe arbitrarium Iudici, conſiderata qualitate perſonarum, & ſolutionis. *dict. conſil.* 448. *num.* 11. *& per tot.* vbi latiſſime. † Declara; 127
quia eſt arbitrarium Iudici, an ex actu, qui poteſt importare aditionem, vel non aditionem, vt conſiderata qualitate perſonarum, rerum, & actuum, poſſit Iudex ex magis veriſimili inclinare pro aditione, vel non aditione. gloſſ. in *l. pro hærede. in prin. in ver. ſeruus,* vbi Bart. Ang. Caſt. & alii. *ff. de acquir. hæred.* Natt. *conſ.* 448. *num.* 13. Maſcard. *Concluſ.* 44. *nu.* 33. Simon. de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib.* 5. *interpret.* 1. *dub.* 3. *num.* 73. † Extende, quando eleemoſyna da- 128
ta ab eo, qui poteſt eſſe hæres, fuit de bonis hæreditariis facta; quia tunc aditio inducitur. Bart. in *l. gerit. num.* 25. *ff. de acquir. hæred.* † Secus, ſi eleemoſyna fiat de bonis propriis, & de ſuo: ita decla- 129
rat Aret. *d. l. gerit. col.* 6. *ver. item addo.* † Et quod magis inducatur 130
aditio ex ſolutione legatorum, quam aliorum debitorum. Caſtrenſ. *conſil.* 292. *num.* 3. *lib.* 2. quia legata non debentur ſine aditione. † Et quod ex ſolutione piorum legatorum non inducatur adi- 131
tio. Caſtrenſ. *conſil.* 292. *num.* 3. *lib.* 2. qui dicit hoc eſſe verum, niſi ſolutio eſſet facta nomine hæreditario, & quietationes vti hæredi factæ eſſent. Socin. *conſ.* 295. *col.* 2. *lib.* 2. Bart. *d. l. gerit. num.* 19. *ff. de acquir. hæred.* † Extende, quia ex actibus pietatis non inducitur ad- 132
itio, prout ſepelire mortuum, claudere domum cauſa cuſtodiæ, bona mobilia cuſtodire, ne perdantur. Caſtrenſ. *conſ.* 33. *num.* 2. *ver. quantum vero ad ſecundum. lib.* 2. † Amplia; quia legatarius adinſtar 133
hæredis dicitur agnouiſſe legatum, ſi tanquam legatarius fecit actus, qui citra ius, & nomen legatarii fieri nequeunt. Florian. *conſil.* 21. *num.* 34. † Limita, quia non ſufficit præſentia hæredis, quan- 134
do teſtator illum inſtituit hæredem, & grauat in bonis propriis per fideicommiſſum; quia non dicitur approbaſſe teſtamentum, vel adiuiſſe, ita vt teneatur. Alexand. *conſ.* 20. *Ponderatis. colum penul. num.* 10. *in fin. cum ſeq. ver. nec prædictis etiam obſtat. lib.* 3. † Limita; 135
quia aditio hæreditatis non cenſetur facta ex verbis Notarii in procura, vel alio inſtrumento per hæredem facto, ſi conſtare poſſet, quod eſſent verba Notarii, & non hæredis, Bald. *dict. conſ.* 263. *in fin. verſ. ſi poſſet defendi. lib.* 1. † Limita; quia filius proteſtando no- 136
mine patris, tanquam procurator, non cenſetur hæreditatem adire, vel ſi proteſtetur ſuo nomine proprio. Bald. *d. conſil.* 263. *in fin. ver. ſi poſſet defendi. lib.* 2. † Limita; quia non probatur aditio hæ- 137
reditatis per conſtitutionem procuratoris ab eo, ad quem ſpectat hæreditas de iure, licet dicat, quod conſtituit ad proteſtandum, quod bona in hæreditate talis relicta ad ipſum conſtituentem legitimo titulo ſpectant; quia ſi poſtea repudiat hæreditatem, non cenſetur adiuiſſe per iſta verba. Bald. *conſil.* 17. *In nomine Domini* 1364. *lib.* 3. vbi eſt caſus. † Extende limitationem, vt proce- 138
dat, etiam ſi conſtituens non doceat de alio titulo; quia non tenetur, ex quo talia verba incerta non inferunt neceſſario aditionem. Bald. *dict. conſil.* 17. *circa fin. verſic. quapropter. lib.* 3. † Limita; 139
quia ad hoc, vt inducatur aditio, requiruntur actus poſitiui, vel declaratiui animi adeundi, alias ſi pater retineat bona filii defuncti, in quibus habet vſumfructum, cenſetur retinere ex titulo præcedenti vſusfructus, ſi alius actus non interuenit poſitiuus inducens aditionem. Angel. *conſil.* 361. *num.* 2. *ver. de ſecundo dubio.* Bald. *conſil.* 301. *num.* 3. *lib.* 4. & infra *num.* 143. *& ſequen.* Vide,
Aditio hæreditatis quando ex actu indifferenti inducatur. Concl. 193. † Ex- 140
tende; quia aditio non inducitur ex præſentia hæredis, quando inſtituitur; quia viuente teſtatore non poteſt adire, & minus ex eo, quod hæres ſuperuixerit teſtatori per paucos dies. Caſtrenſ. *conſ.* 114. *num.* 2. *lib.* 1. † Limita; quia hæreditatis aditio non in- 141
citur per actus extraneos non conuenientes hæredi. Bald. *conſil.* 488. *Punctus talis eſt. num.* 2. *ver. ſecundo caſu, & conſil.* 489. *circa med. verſ. quidam vero ſunt actus. lib.* 3. † Limita; quia filius faciendo pacē 142
pro patris mortui offenſa, etiam ſi aliquid recipiat, non cenſetur adire hæreditatem patris; quia hoc ſibi competit iure ſanguinis, non iure hæreditatis. Clarus in §. *fin. q.* 58. *n.* 33. *ver. ſed hic incidenter.* vbi dicit * communem. † Limita, quando actus ſunt indifferen- * 143
tes, vt quia poſſunt importare aditionem hæreditatis, & non aditionem; quia non inducitur aditio, ſiue ſit facta præcedens proteſtatio de non adeundo, ſiue non, quia ex actu æquiuoco non inducitur

ducitur aditio. Bald. *consil.* 488. *in fin. ver. tertio casu. libr.* 3. & latius *consil.* 489. *num.* 4. *ver. quidam sunt actus indifferentes. lib.* 3. Bart. in *l. gerit. num.* 21. *ff. de acquiren. hæred.* Io. de Plate. in *l. fi. C. de primipil. lib.* 12. Menoch. *de præsump. lib.* 4. *præsump.* 101. *num.* 80. Rom. *consil.* 154.

144 *num.* 2. † Et ratio est, quia probatio debet de necessitate concludere; igitur si actus non concludit, non inducitur aditio. gloss. in *l. pro hærede, in princip. vers. seruus.* vbi Bart. Angel. Castrens. & alii. *ff. de acquir. hæredit.* late Natt. *consil.* 448. *num.* 11. *& seq.* Mascard. *Concluſ.* 44. *num.* 33. Simon de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 5. *inter-*

145 *pret.* 1. *dubitat.* 3. *num.* 77. † Et quod actus, qui possunt fieri citra ius, & nomen hæredis, non inducant aditionem. Bart. *q.* 10. *debitor in diem. ver. contra quod, num.* 7. *ver. quarto probatur sic.* vbi apostill. in

146 *ver. quarto probatur.* dat concordant. † Extende; quia filius, qui habitauit domum paternam cum matre, non censetur adiuisse hæreditatem patris, ex quo potest subesse alia causa possidendi; puta, vel quod mater pro dotibus suis, vel quod filius iure familiaritatis, vel alio titulo cum matre possederit. Castrens. *consil.* 247. *in*

147 *causa, quæ vertitur. col.* 2. *in fin. num.* 2. *ver. nec obstat. lib.* 1. † Extende; quia si quis confitetur vendidisse bona paterna, prout in instrumento, & constat ex instrumento, quod prius repudiauit, postea vendidit bona paterna pro dotibus suæ mattis, is non censetur adiuisse. Castrens. *d. consil.* 247. *num.* 2. *in fin. col.* 2. *& in princip. col.* 3.

148 *lib.* 1. † Et pater, qui asportauit bona filii mortui aduentitia, non probatur adiuisse; quia potuit ex alia causa, puta, pro conseruatione sui vsusfructus, asportasse. Roman. *consil.* 154. *Iudicium contra, in*

149 *princ.* † Et generaliter, quando actus potest importare aditionem & non aditionem, non probatur aditio. Roman. *d. consil.* 154. *n.* 2.

150 † Alia est ratio; quia actus, qui potuit fieri nomine proprio, & vt hæres, in dubio nomine proprio censetur factus. *l. & magis. ff. de solutio.* Bart. *in d. l. gerit, num.* 21. *ff. de acquir. hæred.* Ioann. de Platea *in l. fin. C. de primipil. lib.* 12. Abb. in *c. ex parte in fin. de consuet.* Menoch.

151 *lib.* 4. *præsumpt.* 101. *num* 80. † Restringe limitationem, vt non procedat, quando is, qui facit actum indifferentem, exprimeret, quod faceret tanquam hæres, vel iure hæreditario; quia inducitur aditio, etiam si prius fecisset protestationem, quod non intendebat velle adire; quia censetur recedere à protestatione. Bald. *dict. consil.* 488. *in fin. lib.* 3. & latius *consil.* 489. *num.* 4. *ver. aut gerit*

152 *tanquam hæres. lib.* 3. † Limita, quando hæres institutus fecit protestationem, quod per aliquem actum, quem fecerit, vel faciet in futurum, non intendit hæreditatem adire, nisi adeat expresse per verba; quia etiam in iis, quæ ad solum hæredem spectant, non censetur adire, si sua sola voluntate & non contrahendo cum alio, fecit actum aditionē importantem. Bald. *d. consil.* 488. *Quando institutus. num.* 2. *lib.* 3. alias incipit: *Punctus talis est.* & in fine dat exemplum, vt si possideat simpliciter, & latius *consil.* 489. *Quia copiose.*

☞ *num.* 4. *ver. circa quod sciendum. lib.* 3. Vide, *Protestatio contraria facto,*

153 *vel iuri non releuat. Concluſ.* 944. † Declara secus esse, si faceret actum inducentem aditionem non à seipso solo, sed cum alio contrahendo, veluti solutionem recipiendo, vel soluendo; quia tunc censetur recedere à protestatione. Bald. *d. consil.* 488. *in princ. ver. &*

154 *primo casu. lib.* 3. & latius *consil.* 489. *num.* 4. *ver. circa quod. lib.* 3. † Extende, vt multo magis procedat in actu æquiuoco, vt quando potest retinere bona tanquam hæres, & tanquam creditor; quia statur protestationi præambulæ, etiam iuramento asserentis fecisse actum æquiuocum, quo iure facere intellexerit. Bald. *consil.* 400.

155 *Protestatio facta. lib.* 5. † Limita; quia frater habens bona communia cum fratre, si frater decedat instituto hærede fratre, qui possideat, & leget bona communia, non præsumitur adiuisse, quia non infertur necessario ad aditionem, ex quo rem totam, ratione communionis potuit retinere, & legando rem communem cen-

156 setur legare ius, quod habet. Angel. *consil.* 173. *Duo fratres.* † Extende, quod propterea hæres habitans domum communem inter eum & defunctum, non censetur adire hæreditatem. Castrens.

157 *consil.* 114. *num.* 2. *ver. nec ex eo. lib.* 1. † Limita; quia quando quis posset retinere bona ex alio capite, quā hæreditario, & esset damnosa aditio, non debet præsumi, sed potius continuatio ex alio iure magis vtili. Card. Zabar. *consil.* 37. *in princ.* quod est collegii Patauini, quia in dubio, quod verisimilius, & minus nociuum est, præsu-

158 mitur. Alex. *consil.* 32. *col.* 2. *ver. & licet filii. lib.* 3. † Restringe, quando allegaret possidere ex fideicommisso, quia tanquam filius fuit positus in conditione, quia secundum * communem non est voca-

159 tus, Alex. *d. consil.* 32. *num.* 2. *& 3. lib.* 3. vbi late. † Declara, quia vbicunque aditio infertur præsumptiue ex facto, vel non facto, necesse est, quod is, qui dicit adiuisse, hoc alleget, alias actus aditionis præsumptiuus non inducitur. ita Corne. *consil.* 216. *in fin. lib.* 3. Vide infra, *Allegari debet id, quod est fundamentum intentionis. Concluſ.*

160 252. † Limita, quia hæres institutus, qui est debitor testatoris, si non soluat alteri hæredi id quod debet, non præsumitur adire. Alexand. *consil.* 20. *Ponderatis his. lib.* 3. *num.* 13. vbi apostill. dat concord. Bald. in *l. si certis annis, in fin. C. de pact.* Alexand. *consil.* 23. *in fin. lib.* 7. Corne. *consil.* 321. *lib.* 1. *& consil.* 42. *colum. penult. lib.* 3. & hanc veriorem dicit apostill. ad Alexand. *consil.* 20. *lib.* 3. *in ver. aditio,* vbi alios allegat. Mandos. in *addit. ad consil. Roman.* 247. *in ver. Non soluit,* dicit hanc veriorem, allegat Franc. Tigrini *inter consil. Bart. consil.* 158. *Prædictæ rationes, post princip.* Aretin. *consil.* 161. *In præsenti consultatione. num.* 4. *ver. in contrarium.* Corne. *consil.* 16. *& seq. lib.* 3.

† Idem Corne. & Deci. *num.* 12. *in l. non hoc. C. vnde legit.* Paul. Imol. 161
Roman. Aretin. & Alex. *in l. gerit. ff. de acquir. hæred.* Aretin. *consil.* 160. *num.* 4. *ver. si vero annus.* Deci. & Riminald. plenissime in *l. non hoc. C. vnde legit. num.* 3. *& seq.* Socin. Iun. *consil.* 14. *num.* 13. *lib.* 3. Bald. in *l.* 1. *num.* 40. *C. qui admitti. & in l. cum in antiquioribus.* vbi Salycet. *num.* 3. *C. de iur. deliber.* Baldus in *l. non hoc.* vbi Roman. *num.* 21. latissime Alexan. *consil.* 20. *Circa consultationem. lib.* 7. vbi dicit in eadem causa consuluisse Franc. Aretin. qui eandem opinionem tenet, sed non approbat illam rationem de mora, & delicto, vt euitetur. Ipse autem Alex. potissime mouetur aliis rationibus, & respondet ad omnia contraria, & approbat etiam apostil. ibi in *ver. adire,* quæ dicit hanc veriorem. † Contrarium tenent Bart. *quæst.* 10. 162
Rom. *consil.* 247. *Primo dici potest. num* 4. *ver. secundo ad hoc,* vbi apostill. allegat Bart. *consil.* 129. *Quidam habuit vxorem.* Corn. *consil.* 165. *lib.* 1. Alex. *consil.* 20. *lib.* 7. & * communem dicit Ruin. *consil.* 112. *in fine.* * *lib.* 2. quem sequitur Surdus *consil.* 244. *num.* 20. vbi dicit * communem, & alios citat, & hanc magis communem * dicit Menoch. * *lib.* 4. *præsumpt.* 101. *num.* 88. vbi alios adducit Bartol. *in l. gerit. num.* 28. *de acquiren. hæredit.* communem * etiam dicit Ruin. *consil.* 34. *nu-* * *mer.* 9. *lib.* 2. Et quod pater censeatur adire hæreditatem filii, vel filius hæreditatem patris, si retinuit dotes, quas restituere tenebatur, ex non solutione eius, quod debet, plene Castrens. *consil.* 460. *Sequendo ordinem. lib.* 1. *num.* 2. *versic. sed aduertendum.* & idem in debitore instituto hærede à creditore; quia ne incidat in moram, & delictum præsumitur adiuisse. Roman. *consil.* 247. *Primo dici potest. num.* 4. *ver. secundo ad hoc,* vbi apostill. in *ver. non soluit* dat concord. pro vtraque. vide supra *num.* 37. *& seq.* † Declara supra, *num.* 43. & 163
maxime; quia quando retinuit bona solum alteri obligata; sed non hæreditaria, non inducitur aditio, prout hoc diuerse ponit Franc. Tigri. *inter consil. Bartol. consil.* 158. *lib.* 1. & Franc. Alb. got. pariter *inter eadem consil. post consil.* 129. *lib.* 1. Bald. in *l. si certis annis. num.* 20. *C. de pact.* † Declara multis modis, vt per Menoch. *tract.* 164
præsumptio. lib. 4. *præsumpt.* 101. *num.* 90. *& seq.* vbi ponit quatuor declarationes. Prima est, quod non præsumatur adiuisse, si ipse hæres negat. Secunda, si incidat in pœnam adeundo, vel non præsumitur, vt euitet pœnam, quando vero actum affirmatiuum est connexum, semper præsumitur aditio, & idem, si diu tenuit bona vxoris debita filiis. † Et quod non præsumatur ad- 165
iuisse, si hæres negat, secus si affirmet, videtur de mente Bartol. in *dict. l. gerit. num.* 28. *ff. de acquiren. hæredit.* & est communis * opi- *
nio, vt omnes concludunt in *l. non hoc. C. vnde legit.* vbi Alexand. & Corn. *num.* 14. Castrens. *d. l. cum in antiquioribus. numer.* 5. *C. de iur. deliber.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 12. *titul.* 13. *num.* 7. *ver. sed hæc responsio.* & pro ista parte faciunt plura similia. Vide, *Aditio* ☞
hæreditatis est quid facti. Concluſ. 186. *num.* 16. *& sequen.* vbi, quod statur declarationi hæredis, vel adeuntis cum iuramento, & quia actus dubius non importat aditionem, si potuit alio animo geri, quam adeundi. † Declara, quia quæstio est pro amico, & vtraque 166
opinio potest teneri. Curt. *in d. l. non hoc. C. vnde legit.* † Vide post 167
omnes plenissime Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *titul.* 13. vbi pro vtraque parte allegat, & tandem distinguit forte 12. casus. *num.* 13. *& 14.* vide eum omnino. † Limita, quando exactio, vel 168
possessio est de modica re, vel quantitate; quia non præsumitur aditio. Iason in *l.* 1. §. *veteres. num.* 13. *ff. de acquiren. possess.* Marsil. in *l. furem. num.* 15. *ff. de furt.* Natt. *consil.* 448. *num.* 13. *& sequen.* vbi late.

† Contrarium, quod imo ex vna camisia data amore Dei indu- 169
catur aditio. Iason *consil.* 102. *colum.* 2. *ver. item etiam. lib.* 2. vide Bald. *consil.* 31. *Angelus habet. lib.* 2. qui videtur idem dicere, quando dedit vestes vxoris amore Dei. † Restringe stante statuto Floren- 170
tiæ *rubr.* 29. quod disponit de quibuscunque bonis, quæ dictio vniuersalis omnia comprehendit. Socin. *consil.* 10. *colum.* 2. *vers. tertio probatur. lib.* 1. Roman. *consil.* 31. *Visis.* Alexand. *consil.* 102. *lib.* 6. Iason *consil.* 63. *colum.* 4. *lib.* 3. Natta *consil.* 7. *num.* 3. Crauett. *consil.* 227. *ver-sic. octauo considero. & consil.* 105. *num.* 3. & vbi sunt verba vniuersalia omnia comprehendentia, res dicitur clara. Crauett. *consil.* 294. *col. antepenult.* † Declara, quia extra territorium non se ex- 171
tendit statutum. Alexand. *consil.* 16. *Viso titulo. num.* 1. *volum.* 1. *& consil.* 44. *Videre prima facie. num.* 6. *lib.* 5. Declara; quia est arbitrarium

Iudici.

Iudici. Natt. *d. cons.* 448. *num.* 13. *& seq.* Vide Conclusionem proximam sequentem cum aliis duabus seq. vbi, quid in suis, & quid in infante. Vide aliquos ex dictis casibus, ex quibus inducitur aditio, cumulatos per singulares Conclusiones apud Mascardum à Conclusione 40. vsque ad Conclusionem 53.

Aditio hæreditatis in suis ex quibus inducatur. Concluſ. 191.

1 ADITIO † hæreditatis inducitur ex sola existentia eorum hæredum, qui sunt sui, & idem operatur supere existentia suorum, quod operatur aditio extranei. Oldrad. *consil.* 171. *Thema tale est, Titius. num.* 9. *ver. secundo quaritur.* Cuman. *cons.* 89. *Circa primum. in fin.* Vide, *Suitas operatur multa. Concluſ.* 884. † Declara; quia sola
2 existentia eius, qui suus est, non operatur, sed requiritur vera & actualis aditio ad hoc, vt contra eum, qui vult proponere querelam inofficiosi, currat præscriptio quinquennii. Alexan. *cons.* 128.
3 *num.* 5. *lib.* 1. † Amplia; quia filius in potestate patris ratione suitatis efficitur hæres solo animo; secus in extraneo; quia licet aditio fiat solo animo; tamen in extraneo requirit actum positiuum, vel apparetem, ex quo animus detegatur, secus in suo. Bald. *cons.* 432.
4 *Super dubia, in princip. lib.* 1. † Et propterea in suis sola immixtio habetur pro aditione; quia adit extraneus, se vero immiscent sui.
5 Anchar. *consil.* 354. *in fin. num.* 9. † Declara; quia prædicta procedunt in filio, qui sit suus, & maior 25. annorum; si vero esset minor, qui præsumitur ignorare, oportet, quod sciat se esse suum, & necessarium hæredem, vt immixtio, vel repudiatio valeat. Alex. *cons.* 126. *Viso processu. n.* 5. *& seq per tot. ver. plus etiam videtur. lib.* 7. vbi dicit cautum debere esse, vt exprimat hoc, videlicet sciens, se esse
6 hæredem suum, & necessarium, alias non valeret in minore. † Limita, quod dicitur, existentiam suorum hoc operari, quod aditio in extraneo, procederet solum, quando vtiliter, seu valide sunt instituti; secus si nulliter, Oldrad. *d. consil.* 171. *n.* 9. *ver. secundo quæritur.*
7 † Limita; quia quod dicitur, suitatem operari aditionem, habere locum, quoad commodum filii; secus quoad onera; quia si potuit filius retinere bona pro dote materna, vel alio titulo, ne subeat onus, tanquam hæres, non præsumitur aditio ex retentione bonorum. Bald. *consil.* 302. *Prima ratio. in fin. & consil.* 304. *Sententia*
8 *lata, in fin. lib.* 3. Vide, *Filius præsumitur hæres patris. Concluſ.* 359. *nu.* 7. *& sequen.* maxime *num.* 14. † Limita; quia filius habet à Prætore beneficium abstinendi, quod est concessum ad commodum, non ad damnum filii. Bart. *consil.* 23. *Nicolaus, col.* 2. *ver. Beneficium abſti-*
9 *nendi, lib.* 1. Vide, *Hæreditas iacens quid sit. Concluſ.* 21. *num.* 10. maxime, *num.* 13. vbi declaratur. † Limita; quia etiam si filius hæres institutus à patre, & grauatus restituere bona sibi obuenta extra testamentum à patre fuit grauatus ipse præsens testamento, & tacuit, non propterea censetur approbasse testamentum, & adiuisse, seu acceptasse. Alex. *consil.* 20. *Ponderatis, num.* 10. *in fin. cum seq.*
10 *ver. nec prædictis etiam obstat, lib.* 3. † Limita; quia hæres filius institutus à patre, & grauatus restituere omnia bona habita à patre extra testamentum per fideicommissum, licet fuerit præsens, & tacuerit, ac etiam soluerit quædam legata, ad quæ pater filium grauauit; quia vice versa pater liberauit filium à certis debitis; tamen non censetur propterea adiuisse, vel approbasse testamentum patris, quoad institutionem, & fideicommissum. Alex. *d. consil.* 20. *n.* 11. *ver. non obstat etiam, lib.* 3. vbi *num.* 13. dicit, quod isto casu potuit agnoscere legata absq; eo, quod agnouerit institutionem, & fideicommissum, *l. qui filiabus, §. fin. cum l. seq. ff. de legat.* 1. & maxime, quando hæreditas fuit adita ab alio instituto, ex qua aditione confirmantur legata.

Aditio hæreditatis infanti & pupillo delatæ ex quibus inducatur. Concluſ. 192.

1 INFANS † & pupillus proximus infantiæ nō possunt adire hæreditatē etiam lucrosam, nisi sciant ius, & hæreditatem sibi delatam, quod scire non possunt, quia quicquid vident, ignorant, & ideo filii infantes & pupilli, si non adiuerunt hæreditatem matris, & moriantur, illam nō transmittunt ad hæredes suos, sed hæreditas debetur proximioribus matris defunctæ. Bal. *cons.* 273. *Factum dicitur esse tale, nu.* 3. *& seq. ver. sed videamus, de bonis. lib.* 1. *& consil.*
31. *Angelus habet, lib.* 2. vbi tamen videtur tueri etiam ex eo; quia nō
2 fuit probata infantia defuncti, seu quod esset impubes. Vide, *Aditio hæreditatis per quos fieri possit. Concluſ.* 194. † Extende, quia neque transmittunt illam ad patrem, quando non fuit adita hæreditas materna, & propterea pater adire non poterit post mortem filii,
* Bald. *cons.* 204. *Viso themate, lib.* 5. vbi dicit * communem, sed non bene aperit, an esset impubes, vel infans, sed hanc etiam partem in infante tenet Castrens. *consil.* 129. *Statuto, colum.* 2. *num.* 2. *in fin. ver. sed ex alio, lib.* 1. † Restringe; quia imo hæreditas matris de- 3
lata infanti, etiam non adita transmittitur; secus si non esset infans, vt tenet Bald. *consil.* 109. *Viso dicto puncto, lib.* 4. *in fin.* & sic differentia est, quod infans transmittit, non infans vero secus, & *consil.* 489. *Casus talis est, num.* 2. *ver. secundo præmittendum. lib.* 5. † Re- 4
stringe, quod infans transmittit hereditatem patris ad omnes sibi succedentes ab intestato, quando non est adita, est * communis *
opinio, vt attestatur Roman. *consil.* 58. *Visis narratis, in* 2. *duvio*, vbi
apostill. in *ver. transmittit.* vbi citat infinitos, & dicit * communem, *
licet idem Roman. *consil.* 495. dicat indigere decisione Cæsarea.
† Et quatenus non transmitteret hæreditatem, bene transmittit 5
beneficium restitutionis in integrum, idem Roman. *dict. consil.* *
58. *num.* 3. *ver. quantum ad tertium*, vbi dicit omnium * communem, *
& ibi apostill. in *ver. transmitti.* dat infinitos concord. licet idem
Roman. *dict. cons.* 495. dicat indigere decisione Cæsarea. † Imo, 6
quod sola scientia pupilli, vel eius patris, seu tutoris sufficiat, vt hæreditas transmittatur, vel saltem ius deliberandi, seu facultas adeundi, & acquirendi hæreditatem maternam ad substitutū pupillariter, expresse tenet Bart. *cons.* 79. *In negocio, lib.* 2. *circa fin.* quod est Franc. Maffei de Eugubio, vbi loquitur etiam ad exclusionem auiæ maternæ, & iterum plenius Bartol. *consil.* 75. *In quæstione. circa*
med. ver. 3. *allego, vsque. in fin. lib.* 2. † Plus dicit Bart. *d. consil.* 75. *circa* 7
fin. lib. 2. quod sufficit scientia tutoris, siue legitimi, siue iussi, siue datiui, etiam si nondum acceperit administrationem, ac etiam si non fecerit inuentarium. † Declara istam materiam secundum 8
Bart. *d. cons.* 75. *in fi. lib.* 2. quia *l. si infanti. C. de iure delib.* est antiqua, secundum quam nō erat introductum ius deliberandi ad adeundum; ideo licet non transmittat hæreditatem non aditam intra annum; tamen transmittit ius adeundi, seu deliberandi, & ita edicit Bart. *d. cons.* 79. *lib.* 2. † Declara, in hæreditate extranei delata in- 9
fanti; quia illam non transmittit, etiam si habeat tutorem, qui sciuit. Quia si talis scientia tutoris non durat tempore mortis pupilli, non transmittit ius deliberandi; quia præsumitur ignorans. Si vero tutor sciens superuixerit pupillo; tunc quia scientia durat tempore mortis pupilli, bene transmittit: ita Bartol. plene *cons.* 9. *Quidam Perusinus, lib.* 2. vbi in fine dicit, quod etiam in casu non transmissionis, si intra annum non adiuit, competit hæredi infantis restitutio in integrum. Vide Conclusionem proximam sequē- *
tem, *num.* 13. *& seq.* † Amplia, vt procedat; etiam si mortua matre 10
superstitibus filiis infantibus, & pupillis viueret pater eorum per vnum diem, vel duos in extremis; quia licet tenuerit bona matris, vt prius: tamen nō præsumitur hæreditatem adiuisse in extremis. Bald. *d. consil.* 273. *in fi. n.* 8. *ver. Sed dicet aliquis, lib.* 1. † Amplia, quia ad 11
hoc, vt inducatur aditio hæreditatis facta per patrem pro infante filio, ea debet probari; quia est quid facti, & non præsumitur; ideo qui dicit non fuisse aditam hæreditatem, habet intentionem *
fundatam. Bald. *consil.* 31. *num.* 2. *ver. An autem. lib.* 2. Vide, *Aditio hæ-*
reditatis ex quibus inducatur. Concluſ. 190. *n.* 7. *& seq.* † Extende; quia 12
ad hoc, vt probetur aditio facta per patrem nomine infantis, debet articulari, & etiam probari, quod pater sciens hæreditatē infanti delatam, illam adiuerit; quia licet scientia in patre de morte vxoris præsumatur; tamen debet deduci, & saltem testes de ea debent deponere. Bald. *cons.* 31. *num.* 2. *ver. quod in proposito. vsque in fin.*
lib. 2. † Extende, quia debet probari infantia ad hoc, vt pater 3
possit pro infante adire hæreditatem, quia alias pater solus non potest adire. Bald. *dict. consil.* 31. *in fin. ver. Item non est probatum, lib.* 2.
vbi dicit * communem. † Restringe, nisi pater in vita filii im- *14
puberis alienasset bona matris, vel administrasset, quia censetur adiuisse nomine filii, quod potest. Bald. *dict. consil.* 204. *circa fin. lib.*
5. Anchar. *cons.* 252. *Frater charissime. num.* 4. *ver. tertio principaliter.*
† Amplia, quia potest pater viuēte filio minore, cui erat hæreditas 15
delata, adire pro filio minore, secus est, si moriatur filius minor supra pubertatem, non adita hæreditate materna, quia illam non transmittit. Bald. *cons.* 489. *num.* 2. *ver. secundo præmittendum. lib.* 5.
† Contrarium Anchar. *cons.* 252. *ver. ad secundum, & per totum.* vbi, 16
quod in aduentitiis pater est hæres, & ratione vsusfructus potest adire, item ratione suitatis, & ex restitutione in integrum. Vide, *
Filius familias an possit adire hæreditatem inuito patre, & è contra. Concl.
564. † Amplia, quia mater adire non potest hæreditatem pu- 17
pilli sine consensu pupilli. Anchar. *consil.* 440. *num.* 3. † Restringe, 18
quia potest mater, vel tutor adire hæreditatem pro infante, sed tamen tenetur probare ætatem infantilem. Anch. *d. cons.* 440. *In*
quæst. n. 3. † Amplia, quia pater retinendo dotem vxoris defunctæ, 19
non censetur adire hæreditatē maternam nomine infantis, si alius actus positiuus, vel declaratio non interuenit, quia non inducitur

aditio

aditio ex necessitate; quia restituere non tenetur, nisi hæredi, & adita hæreditate. Angel. *cons.*361. *An pater non restituendo.* vbi reprobat Bart. contrarium tenentem, & idem tenet cum Ang. Bal. *cons.*
20 301. *Inprimis est videndum. n.*3 *lib.*4. † Restringe, quando pater retinuit bona liuellaria matris sui filii, & soluit liuellum debitum per filium pro bonis ipsis, quia non potest alia præsumptio cadere, ni-
☞ si quia adiuerit pro infante. Cuman. *cons.*81. *Visa copia, in princ.* Vide plenius, *Aditio hæreditatis ex quibus inducatur. Conclus.*190. *num.*37.
21 *& sequen.* † Limita, quia pater, & auus paternus possunt adire hæreditatem pro infante, *l. si infanti. C. de iur. deliber.* Castrens. *consil.* 129. *colum.*2. *ver. Sed ex alio capite, lib.*1. *num.*2. Rom. *cons.* 512. *Quoad*
22 *primum, num.*8. *& seq. ver. quo ad secundum.* † Extende, vt procedat, etiam si viueret auus infantis; quia adhuc pater potest adire hæreditatem maternam infanti filio delatam, sine alio iussu aui. Rom. *d. cons.*512. *n.*9. *ver. Adire igitur potuit.* vbi, quod si interuenit authoritas non necessaria, non vitiatur aditio, quando vitium non est in adeunte, vt adiret iussu eius, cuius authoritatem credebat ne-
23 cessariam. † Limita in minore extra tutelam; quia non tenetur adire cum authoritate curatoris, sed solus adit; quia aditio consi-
24 stit in animo. Bald. *cons.*374. *Quia Cola, in fin. lib.*2. † Limita; quia quãdo infans nõ adiuit hæreditatem maternam, siue adiit pater, siue auus paternus, transmittit ad illos ius adeundi, ita vt excludat auus paternus auum maternum ex transmissione, licet sint in pari gradu. Bald. *cons.*109. *circa med. ver. Nec obstat, si dicatur, lib.*4. quod intelligere videtur Bal. *cons.*273. *n.*4. *lib.*1. quando pupillus saltem sciuit mortem matris, sed loquitur in impubere, seu in eo, cuius
25 infantia non erat probata. † Contrarium videtur tenere Bal. *cons.* 298. *Casus sic proponitur, lib.*5. vbi, quod mortua matre infantis non præsumitur auus adiuisse pro infante, licet tenuerit infantem in domo sua; ideo mortuo infante, & auo, hæreditas matris pupilli defertur proximioribus ipsius matris. Bald. plene *cons. prædicto*, vbi non est contrarius, sed est restrictio; quia auo mortuo, & patre, non extat ad quem fiat transmissio, ideo nõ mirum est, si ad alios
☞ non transmittitur. Vide, *Hæreditas delata, & non adita defertur proxi-*
26 *mioribus. Concl.*18. † Limita, quando pater, vel auus post obitum matris infantis retinuissent dotem per plures dies, & menses; quia præsumuntur adiuisse pro infante. Bald. *cons.*109. *Punctus, super quo, circa med. ver. potest etiam clare, lib.*4. quod est Marci de Perusio. Alex. *cons.*20. *Circa consultationem, in pr. lib.*7. vbi late hoc tuetur, & ante eum Aretin. *consil.*160. *In præsenti consultatione, nu.*2. *& seq. ver primum probatur.* licet postea contrarium teneat, *n.*4. *& seq.* Bart. *consil.*119. *Quidam habuit, circa fin. & cons.*207. *in quæst. lib.*1. vbi late, & in *disputat.*10. *Debitor in diem.* Roman. *consil.*247. *col.*2. *ver. secundo ad hoc.* plenissime Alex. *in l. non hoc, C. vnde legati.* & Paris. *in additio. ad Bart. in l. si infanti. C. de iur. deliber.* Nat. *cons* 74. *n.*10. vbi dicit
* veriorem. Petr. Surd. *cons.*144. *num.*20. qui dicit * communem, Socin. *consil.*33. *colum.*3. Cæpoll. *cons ciuil.*58. quem citat Crauett. *cons.*
27 390. *n.*19. licet non audeat firmare. † Contrarium tenet Franc. filius Baldi, *in d. cons.*109. *in fin lib* 4. *in subscriptione.* Aretin. *cons.*160. *In præsenti consultatione, ver. in contrarium, n.*4. *& sequen.* Corn. *cons.* 42. *Plura dubia. n.*12. *ver. restat itaque. lib.*3. Ang. *cons.*361. *Ad primum.* Bald. *cons.*301. *Inprimis, num* 3. *lib.*4. Castrens. *cons* 252. *col.*2. *in fi. ver. breuiter his non obstantibus, lib.*1. vbi, quod opinio Bart. non tenetur ab omnibus, & contra Bart. consuluit Franc. Albergot. *inter cons. Bart. consil.*119. *in fin.* post cons. Bart. & Franc. Tigrin. *inter consil.*
28 *Bart. cons.*158. *lib.*1. supra *Concl.*190. *n.*37. *& seq.* † Declara; quia pater pro infante præsumitur adiuisse hæreditatem matris, si ille retinuit bona matris, & interuenit aliqua declaratio, vel actus positiuus, alias secus. Angel. *cons.*361. *An pater non restituendo.* vbi reprobat Bart. contrarium tenentem, & cum Ang. concor. Bald. *consil.* 301. *Inprimis est videndum. n.*3. *lib.*4. & hanc declarationem videtur sequi Bello. *cons.*24. *n* 16. *ver. ex pluribus autem.* Alex. *cons.*23. *num.*11. *vsque in fin. lib.*7. Franc. Albergot. post cons. Bart. *cons.*119. & Franc.
29 Tigrin. *cons.*158. *inter cons. Bart. lib.*1. *in pr.* † Extende, vt quod dicitur de patre, & legitimo administratore, quod possit pro filio infante solus adire, & pro pubere vna cum filio, ita vt non possit vnus pro alio, idem sit in tutore. Ita Bello. *cons.*24. *n.*15. *& seq.* nam eo modo, quo pater, & tutor pro se adiuisse dicerentur, eodem
30 modo pro infante, ita Crauet. *cons.*837. *in princ.* † Declara; quia differentia est in patre, qui non tenetur facere inuetarium solemne, prout tutor; secus in tutore; quia vt valeat aditio pro infante, requiritur confectio inuentarii, & decretum Iudicis, ex quo ante ista tutor non habet administrationem, & per consequens non potest adire, ita Crauett. *d. consil.* 837. *num.*4. *& sequen.* vbi lariss. quæ solemnitas in patre non est necessaria, vt per Boer. *decis.*61. *in*
31 *princ.* vbi quod debet describere bona filii *num.*7. † Restringe limitationem, vt non procedat, quod præsumatur aditio ex eo, quod auus post obitum matris tenuit infantem penes se, quem alimentauit; quia ex hoc actu non probatur aditio, quæ requirit actum expressum re, vel verbo. Bald. *cons.*298. *per tot. lib.*5. † Declara limitationem, & contrarium, supra plenius, *Aditio hæreditatis ex* 32
☞ *quibus inducatur. Conclus.*190 *num.*43. *& seq.* † Limita; quia tutor 33
solus potest adire pro infante, vt per Anchar. *d. cons.*44. *In quæstione. num.*3. Bartol. & alii in *l. si infanti. C. de iur. delib.* & est communis
* opinio, quod tam tutor, quam pater legitimus administrator * possunt soli adire hæreditatem pro infante; si vero est supra infantiam, nec solus tutor, vel pater, nec solus pupillus potest adire. Bello. *cons.*24. *nu.*15. *& seq* Rom. *cons.*495. *In casu proposito. in fin. ver. sed quia.* † Et an aditio facta per solum tutorem faciat pupillum 34
hæredem. Castrens. *cons.*356. *Postquam iste tutor. lib.*1. vbi distinguit, quod sic, quando testamentarius est, & susceptit administrationem ex decreto Iudicis, promisit vtilia, & defensionem pupilli, licet alia non fecerit, in non testamentario vero alia multa requiruntur. † Extende, vt procedat etiam respectu ætatis enunciatæ, 35
pro qua præsumitur; quia licet quando allegatur ætas pro fundamento intentionis suæ, allegans debeat probare. gloss. & Bart. in *l. de ætate. ff. de minor.* & est communis * opinio. Felin. in *cap. in præ-* *
*sentia, de probat. num.*49. tamen si allegatur actus includens ætatem accessorie ad sui vtilitatem, probato actu, probatur ætas, ita Abbas, & Felin. in *cap. in præsentia, de probat.* † Contrarium Ancha- 36
ran. *dict. consil.*44. *num.*3. † Limita, si vitricus administrabat bona 37
priuigni filii vxoris suæ ex alio matrimonio, & ipse moriatur relicta vxore vterina, cui defertur hæreditas; quia mater ad secunda vota transiuit, & ista filia decedat non adita hæreditate, ex quo pater, qui administrabat bona priuigni, continuauit post obitum, censetur adiuisse pro filia; quia alias deliquisset retinendo alienum. Ancharan. *consil.*252. *num.*4. *vers. tertio principaliter.* † Limi- 38
ta; quia filius non dicitur hæres patris, neque adire, si percipiat fructus emphyteusis sibi obuentæ post mortem patris, quando est ex prouidentia, & non vti hæredi sibi debita; quia non sunt fructus spectantes ad hæreditatem, neque per patrem potuissent obligari. *l peto. §. prædium. ff. de leg.*2. *l. fin. C. commun. de legat.* † Ex- 39
tende, vt procedat, etiam si pater fecisset melioramenta in dicta emphyteusi ex prouidentia; quia si pater cecidit ob non solutum canonem, illa perdidit, Iason in *l.*2. *C. de iur. emphyt. num.*27. & quoad caducitatem vtilis dominii non potuit præiudicare vocatis ex prouidentia. Alex. *cons.*19. *Super eo, col.*3. *lib.*5. *num.*14. *ver. nec obstat, cum seq.*

Aditio hæreditatis quando ex actu indifferenti inducatur. Concl.193.

REGVLA † est, quod si actus est ordinatus ad aditionem, & 1
non potest fieri ille actus citra ius, & nomen hæredis, semper inducit aditionem, vt si quis exigat, vt hæres fructus colligat rerum hæreditatis, vendat rem hæreditariam, vel quid simile Natt. plene *consil.*448. *num.*10. *& seq.* † Limitatio est, quod si actus sunt 2
indeterminati, & indifferentes, qui possunt importare aditionem & non aditionem; quia fierent ab extraneo, sicut ab hærede, vt si quis familiam testatoris pauit, iumenta custodiuit, fulsit ædes ruentes, soluit hæreditarium debitum de suo; quia hoc potest fieri animo sibi obligandi hæredem, vel animo donandi, si filius sepeliuit patrem, sacrificia fecit in infirmitate, & expensas soluit, quia non præsumitur aditio, sed ex pietate. *l. at si quis. §. plerique. ff. de religios. & sumpt. funer.* Natt. *dict. consil.*448. † Et statur in istis declara- 3
tioni hæredis, & etiam declarationi secundi, vel vlterioris hæredis. Bald. *cons.*405. *lib.*5. Roman. *consil.*154. *num.*2. Crauet. *cons* 197. *num.*4. Natt. *cons.*448. *num.*31. † Et quia aditio non præsumitur 4
etiam lucrosæ hæreditatis, nisi probetur. Franc. in *decis.*60. *num.* 22. Vide in *ver. Aditio hæreditatis ex quibus inducatur. Concl.*190. *per* ☞
totam. & quod requirantur actus positiui, ibi in pluribus limitationibus per discursum, maxime *nu.*139. *& seq.* Vide, *Aditio hæreditatis est quid facti. Concl.*186. *num.*12. *& seq.*

Aditio hæreditatis per quos fieri possit. Concluſ.194.

PVPILLVS † non potest adire hæreditatem sine tutoris au- 1
thoritate. *l. obligari. §. pupillus autem. ff. de authorit. tutor.* † Restrin- 2
ge; quia valet aditio facta per pupillum cum authoritate Iudicis, qui supplet defectum tutoris secundum magis communem * o- *
pinionem. *l. si infanti, in fine. Cod. de iur. deliber.* gloss. *Institut. de authorit. tutor. §. neque. in versic. bonorum.* plures citat Alexand. in *l. pu-*

pillus.

pillus. colum. penul. ad fi cum seq. num. 8. ver extra gloſſam. ff. de acquir. hæredit. reprobata opinione Ang. & Caſtrenſ. Deci. *in l. bonorum. col. 3.*

3 * *C. qui admitt.* vbi de * communi, *num. 9.* † Contrarium tenent Angel. & Caſtrenſ. quos refert Alexand. *d. l. pupillus. num. 8 ff. de acquirend. hæred.* † Reſtringe in pupillo proximo pubertati, quia poteſt adire hæreditatem, ſine authoritate tutoris. *l. pupillus ſi fari.* & * ibi Bart. & Cuman. *ff. de acquirend. hæredit.* tradunt * Doctor. in *l. more. eod. tit.* Iaſ. in *l. potuit. C. de iur. deliber.* † Contrarium tenent multi. † Declara; quia ſi hæreditas eſt lucroſa, vel opulenta, reſtrictio procedit ſine dubio. Iaſ. *in d. l. pupillus, in princ. & in d. l. more. nu. 18. & nu. 42. ff. de acquir. hæred.* Tiraquel. *de legib. connubial. gl. 8. n. 49.*

7 Iaſ. in *d. l. potuit. C. de iur. deliber.* † Declara in pupillis proximis pubertati, quando ſunt ſui, & neceſſarii, quia licet filius habeat de iure prætorio beneficium abſtinendi *l. neceſſarius. ff. de acquir. hæred.* nihilominus pupillis ſuis etiam ignorantibus acquiritur hæreditas, velint, nolint. † Et procedunt reſtrictiones, quando etiam maior factus vellet repudiare, quia non poteſt, niſi prius reſtitutione in integrum. *l. ſuus, & l. ſicut. C. de repudian. hæred.* nec valet argumentum; filius poteſt abſtinere, & poſtea adire, ergo è contra; quia non eſt par ratio ſecundum Salyc. *C. de repud. hæred. in l ſuus.*

9 & ibi etiam Iaſ. qui alios adducit. † Amplia, quia non poteſt aditio hæreditatis fieri per procuratorem, etiam ad hoc ſpecialiter conſtitutum. *l. Paulus.* alias *per procuratorem. ff. de acquir. hæred.* vbi gl. & Bartol. & ſequitur Iaſon in *l. cum filiofamilias. num. 117. ff. de legat. 1.* & eſt text. *in l. pro hærede. & l. ſi extraneus. §. 1. & l. Pantonius, in fin. ff. de acquir. hæred.* Alexand. *conſil. 162. Viſo proceſſu, in fin. lib. 2. &*

10 *conſ. 176. Viſo proceſſu, in princ. lib. 5.* † Ratio eſt; quia hæreditas animo aditur; ideo ſtatim, quod facio procuratorem, cenſeor adire, gl. *in l. Paulus. ff. de acquir. hæred.* ſed vide ibi Caſtrenſ. qui aliam rationem allegat, quæ tenetur, Alexand. *d. conſil. 176. in princ. lib. 5.*

11 † Extende, etiam ſi mandatum eſſet conditionale ad adeundum, ſi inuenerit lucroſam hæreditatem. Bald. *in l. 1. C. qui admitti.* & ratio ſupra aſſignata non tenetur communiter, ſed alia ratio, de qua

12 Caſtrenſ. *d. l. Paulus.* † Extende; quia ſicuti non poteſt hæreditas adiri alieno nomine per procuratorem. *l. per procuratorem. ff. de acquiren. hæred.* vbi Bart. aſſignat rationem; ita non poteſt repudiari per procuratorem. Bart. *in l. 2. ff. de offic. procur. Cæſar.* & ibi Iaſ. idem Bart. in *l. recuſare, in prin. ff. ad Trebell.* & Imol. in *l apud Iulianum. §. v-*

13 *trum. ff. eodem tit.* † Reſtringe in procuratore generali; quia licet ſit conſtitutus, & ipſe agat tanquam procurator nomine principalis; tamen ſi non probat aditionem, non poteſt obtinere. Alexan.

14 *dict. conſil. 6. Viſo proceſſu, in princ. lib. 7.* † Amplia; quia tutor non poteſt ſolus adire hæreditatem pupillo delatam, ſed cum pupillo ſic. *l. potuit. C. de iur. deliber.* Caſtrenſ. *conſil. 463. In cauſa vertente. prope*

15 *fin. verſ. non enim aditio. lib. 2.* † Declara; quia poteſt tutor, pater, & legitimus adminiſtrator ex ſola ſcientia infantis inducere tranſmiſſionem iuris deliberandi, & adeundi intra annum ad quoſcumque: Bart. *conſil. 232. Domina Cæcilia. per tot. lib. 1.* vbi declarat, dummodo ſcientia duret tempore mortis infantis; quia ſi tutor moritur ante infantem, non operatur talis ſcientia tutoris. Bar-

tol. *conſil. 9. Quidam Peruſinus. lib. 2. per tot.* Vide concluſionem pro-

16 ximam præcedentem, *num. 9. & ſeq.* † Extende; quia ſolus curator ſine pupillo non poteſt adire hæreditatem. Alexan. *conſil. 163. Viſo*

17 *proceſſu, in ſi. num. 9. lib. 2.* † Reſtringe; quia imo poteſt pater, tutor, & quilibet legitimus adminiſtrator adire ſolus pro infante. Bald.

18 *conſil. 31. Angel. habet. lib. 2.* † Limita; quia pupillus excedens annos 14. poteſt, ſi non habet curatorem, ſolus adire hæreditatem patris, vel matris, licet ſi lædatur ex tali aditione, poſſit reſtitui in integrum. Caſtrenſ. *conſil. 299. Quod dictus Guido, in princip. ver nec obſtat. lib. 1.* † Et ſi minor non adiuit hæreditatem, tranſmittit beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus omiſſam aditionem, ſecundum * communem, de qua Caſtrenſ. *d. conſ. 299. num. 2. lib. 1.*

*20 † Limita; quia an monaſterium poſſit adire hæreditatem delatam monacho ſuo, ſine illo monacho; puta, ſi abſens eſt, vel infirmus, vel etiam ſi deceſſit, plene Socin. in *l. 1. ff. de vulgar. & pupill.* vbi exa-

21 minat articulum per quatuor quæſtiones principales. † Limita; quia pater poteſt adire hæreditatem filio ſuo infanti delatam; ſecus ſi filius ſit maior infante. Caſtr. *conſil. 22. Viſo puncto, in pr. lib. 1.*

22 *ver. nec pater.* † Et pater poteſt adire hæreditatem ſuo tempore filio delatam, ſi filius eam repudiat expreſſe, ſecus ſi repudiat tacite patiendo labi tempus. Alex. *conſ. 27. Viſo themate. n. 3. ver. fortius etiam*

23 *lib. 6.* † Declara, niſi filius pateretur doloſe labi tempus in præiudicium patris; quia tunc pater poterit adire. Alex *d. conſ. 27. nu. 3.*

*24 *in fin.* vbi dicit * communem *lib. 6.* † Et quod pater poſſit adire hæreditatem filio ſuo furioſo delatam irreuocabiliter, eſt text. *in l. ſi infanti. C. de iur. deliber.* vbi Bart. & Alex. & pro hac parte fuit iudi-

25 catum Florentiæ infra *n. 26.* † Contrarium, quod poſſit adire, ſed reuocabiliter, videlicet eo redeunte ad ſanam mentem, vel mortuo, eſt text. in *l. fin. C. de curat. furioſ.* † Vtilitas poteſt eſſe magna, 26
puta ſi pater habet ex primo matrimonio filium furioſum, & duas fœminas, poſtea ex ſecundo matrimonio habet filium maſculum, delata hæreditate furioſo, ſi hæreditas adita ſit, perperuo ſorores furioſi excludentur mortuo mente capto à fratre conſanguineo, ſi reuocabilis, ipſæ ſuccederent; quia furioſus non potuiſſet tranſmittere in præiudicium exiſtentis in pari, vel potiori gradu, & iſta quæſtio fuit Florentiæ inter Robertum de Bonſis cum Bernardo de Fachinottis de anno 1538. Nam Dominicus Bonſus habuit Ioannem Baptiſtam mente captum ex primo matrimonio, & duas filias; ex ſecundo matrimonio Robertum: Dominicus adiuerat hæreditatem matris Ioan. Baptiſtæ, & in teſtamento ſubſtituit eidem exemplariter Robertum, mortuo Ioanne Baptiſta mente capto Robertus veniebat ex exemplari ſubſtitutione, Bernardus, qui habebat in vxorem ſororem mente capti vtrinque coniunctam, dicebat hæreditatem pro mente capto reuocata aditione ſpectare ad ſororem vtrinque, quæ ſuccedebat matri, fuit per primum iudicem, & tres iudicatum pro Roberto.

Aditio hæreditatis quando excludatur ex alio titulo. Concluſ. 195.

IS, qui dicit † poſſidere pro ſuo, non excludit, quin iure hæredi- 1
tario poſſederit, & quin adiuerit. Bartol. *conſ. 85. in quæſt. in princ.*
† Amplia; quia filius, qui reſpondens poſitioni dicit ſe poſſediſſe 2
bona materna iure dotis maternæ, non excludit, quin iure hæreditario matris poſſederit. Bart. *d. conſ. 85. In quæſtione, in princip. lib. 1.* vbi apoſtil. in *ver. aditio.* allegat *l. 3. §. ex plurimis. ff. de acquir. poſſ.* † Ex- 3
tende, vt idem ſit, ſi quis dicat poſſediſſe pro emptore. Bart. *d. conſil. 85. n. 3. lib. 1.* † Extende; quia imo ſi ſuperuenit ius ſucceſſionis 4
ei, qui pro dote poſſidet, & continuando poſſeſſionem cenſetur pro hærede poſſidere, & inducitur aditio, licet fateatur ſemper poſſediſſe pro dote; quia ſtant ſimul, quod ſit hæres, & bona pro dote poſſidere dicatur, & ſi contrarium diceretur, ſufficit probare rem aliter ſe habere; quia vt hæres poſſedit, & hoc probat aditionem. Bart. *d. conſil. 85. per tot.* vbi eſt caſus conſilii, *lib. 1.* & ibi apoſtil. *in ver. Aditio.* dat concordant. Vide, *Aditio hæreditatis ex quibus inducatur. Concluſ. 190. n. 157.* & ibi in limitationibus.

Adiudicatio bonorum quid ſit, quando, & qualiter fiat, & quid operetur. Concluſ. 196.

ADIVDICATIO † eſt quædam datio in ſolutum, quæ fit per 1
Iudicem in iudicio, & quæ requirat ad ſui validitatem, Bald. *conſ. 122. Vtrum dictus proceſſus, lib. 3.* & proprie, quando fit in iudicio, dicitur adiudicatio. Alex. *conſ. 52. Viſo themate. in princ. lib. 1.* † Et 2
dicitur decretum, non autem diffinitiua ſententia, vt in *ver. Adiudicatio quid ſit, & quando valeat, Concluſ. proxima ſeq.* † Quando ve- 3
ro fit per partem, vel extra iudicium, dicitur datio in ſolutum. Vide, *Datio in ſolutum. Concluſ. 23.* † Et iſta adiudicatio fit creditori 4
petenti ſibi ſatisfieri in tot bonis ſui debitoris pro concurrenti quantitate ſui crediti, quod quidem permittitur de iure, *l. à diuo Pio. §. ſi pignora.* vbi Doctor. *ff. de re iudic.* † Et habet effectum em- 5
ptionis & venditionis; quia ſi ſequatur euictio poſt adiudicationem, poteſt agi de euictione, *l. ſi pradium. C. de euictio.* † Modus ad- 6
iudicationis eſt; quia vno creditore agente, & dante ſuam petitionem, poſſunt omnes alii creditores comparere ad commodum proceſſus, & petere ſibi ſatisfieri, vel adiudicari bona, & facta fide de credito ſuo, abſque alio libello, vel petitione fit proceſſus, & declarantur priores & potiores ſeriatim, illisque mandatur ſatisfieri, vel fit adiudicatio proportionabiliter. Vide, *Miſſionem poſſeſſionem. Concl. 282.* Vide, *Adiudicatio quæ requirat, vt valeat. Concluſ. 198.*
† Adiudicatio operatur, quod ea facta debitum creditoris extin- 7
guatur. Alexand. *conſ. 110. Attentis, in princip. & in fin. lib. 5.* † Exten- 8
de; quia facta adiudicatione creditori habenti hypothecam, & perſonalem, extinguitur vtraque actio, & licet res adiudicata euincatur; tamen non agitur ex veteri actione extincta, ſed ex noua actione, quæ appellatur vtilis ex empto. Alex. *conſ. 106. Viſis, in fin. num. 19. ver. ſecundo principali, lib. 5.* Vide, *Extinctum ius non reuiuiſcit, & quando ſecus. Concluſ. 672.*

Adiudicatio bonorum facta quid sit, & quando valeat, vel non. Concl. 197.

1 ADIVDICATIO † facta in iudicio dicitur decretum, non autem diffinitiua sententia, ideo non valet facta ex falsa causa, sed est ipso iure nulla, Fulgos. *consi.163. In causa, & quæst. col. pen. in prin. ver. sed & supposito, nu.2.* Alex. *in l. iuste possidet, nu. 8. cum seq. ff. de acq. poss.* post Bart. & alios plene Rom. *cons. 454. In repræsenti, nu.12.* vbi plene Apostil. *in ver. nullum.* Alex. *cons. 69. In causa, & lite, nu.3. ver.*
2 *sed iis non obstantibus. lib.3.* † Extende, vt procedat, vt etiam is, qui obtinuit adiudicationem in sui fauorem, possit dicere de nullitate; quia potest docere de errore legitimo, & auditur, quando tractat de damno vitando; secus, si de lucro captando. Alex. *cons. 69. In causa, per tot.* maxime *num.3. & sequ. lib.3. ver. non obstat, si dicatur.*
3 † Rationes plures adducuntur; vna, quia sententia diffiniti ua fertur maiori cum deliberatione, quam decretū. Item, quia decretum interponitur officio Iudicis nobili, sententia diffinitiua iure actionis. Item, quia decretum sine scriptis; sententia in scriptis. Item, quia decretum licet habeat vim diffinitiuæ; tamen potest reuocari; sententia vero non; quia decretum ex officio fundatur super sola æquitate, vnde iniustitia reddit in totum nullum decretum; secus autem est in sententia, quæ contra ius patris valet de rigore. Ita Alex. *in d. l. iuste. nu.10. & seq. ff. de acqu. poss.* & quia decretum est indiuiduum, omnes *in l. si non sortem, §. si centum, ff. de*
* *cond. indeb.* plene Roland. à Vall. *cons.7. n.88. lib.3.* vbi dicit * communem, Rom. *consi.454. nu.12.* Vide plenius *in ver. Decretum super*
4 *alienatione rei immobilis minoris. Concl.178.* † Amplia; quia nedum est nulla ex falsa causa, sed etiam si sit facta in parte pro causa vera, & in minima parte pro causa falsa; quia in totum redditur nulla Fulg. *d. consi.163. col. penul. ver. ipsa igitur adiudicatio.* Afflict. *dec.218. petita fuit. & decis.358. in fi.* Rol. à Vall. *d. cons.7. n.84. & seq.* vbi plu-
* rimos citat. *lib.3.* & dicit * communem, plene Ruin. *cons.160. nu.*
* *26. & seq. lib.2.* & dicit communem * Curt. Iun. *consi.170. n.2.* plenissime Roman. *consi.454. In re præsenti nu.12.* vbi apost. *in ver. Bar-*
* *tolus*, qui dicit * communem, & dat plurimos concor. † Extende; quia creditor non facit fructus suos, sed computat in sortem. Af-
6 flict. *d. consi.218. in fin.* Surd. *consi.217. n.16. & seq.* † Contrarium tenet Alex. *in d. l. iuste possidet. n.20. in fi. & n.21. ff. de acq. poss.* vbi quod illos restituit, quatenus locupletior est factus, alias non, & sequi
7 videtur Paris. *cons.100. n.32. & seq. lib.1.* † Declara, vt per Roman. *cons.454. nu.23. & seq.* vt lucretur fructus; sed tamen si titulus reddatur ad non titulum, vt quia nulla declaretur adiudicatio, tenetur omnes fructus restituere; imo si minori est facienda restitutio, tenetur nedum ad perceptos, sed etiã ad omnes, qui potue-
8 runt percipi. † Amplia nedum in adiudicatione facta à Iudice ordinario, sed etiam magis in delegato etiam à Principe; quia si pro parte sit ex falsa causa, nulla est adiudicatio. Ruin. *cons.160. nu.26.*
9 *& seq. lib.2.* † Amplia, vt procedat etiã, quando in totum est nullum, si fiat partim in bonis obligatis, partim in bonis non obli-
10 gatis. Afflict. *decis.218. nu.2. & seq* † Contrarium tenet Vrsil. *in addit. ad Afflict. d. decis.218. nu.2.* vbi allegat Ias. *in l. si non sortem. §. si cen-*
11 *tum. ff. de cond. indeb.* † Amplia, etiam si adiudicatio fiat fauore dotis pro maiori summa, quam debeatur. Ruin. *cons.136. per tot. lib.1.*
12 maxime *nu.5.* † Amplia in adiudicatione facta de bonis stabilib. minoris pro legato, de quo non est facta iustificatio ante adiudi-
13 cationem; quia est nulla. Rom. *cons.321. n.3.* † Amplia, etiam si adiudicatio esset facta ad incantum; quia si est facta pro summa maiori, quam esset debitum, in totum est nulla, ita Vrsil. ad Afflict.
14 *decis.178. n.9.* allegat Fulg. *cons.172. Visis proces. col.2.* Hippol. *in repe. l. fi. ff. de iurisd. omn. Iudic. num.45.* Deci. *in l. cum amplius. ff. de regul. iur.* † Amplia in formalibus; quia si forma nõ seruatur, semper actus
15 in totum est nullus, licet de sui natura forma nõ sit seruata super actu diuiduo. Roman. *cons.66. Vidi eximie Domine.* † Amplia, vt sit nullum decretū adiudicationis, quando summa est liquida. Rui.
16 *consi.136. n.5. & seq. lib.1.* † Extende, etiam si liquidatio possit fieri,
17 & sit remissa; quia non valet. Ruin. *d. cons.136. n.5. & seq. li.1.* † Amplia; quia adiudicatio facta pro quantitate petita plus debito non valet, siue illud plus sit erratum, siue malitia petitum; quia decretum est indiuiduum. Afflict. *decis.218. petita, fuit. n.3.* plurimos ci-
18 tat Surd. *cons.217. n.17. li.2.* vbi latissime. † Extende; quia sicuti est nulla ratione principalis in totum, ita etiam ratione fructuum,
19 & sic accessorii. Surd. *d. cons.217. n.16. & seq.* † Extende, quod dicitur de adiudicatione, vt idem sit de permutatione; quia si est in parte erratum, vt quia res data ex vna parte non sit sua, etiam pro minima parte in totum rescinditur. Castr. *cons. 333. Dubium vide-*
20 *tur. col.2. ver. & si ita est. lib.2.* † Præsumitur tamen pro decreto, & qui dicit ex falsa causa interpositum, probare debet, non autẽ is, qui habet decretum pro se, debet iustificare illud. Socin. *in l. iuste possidet, in fi. ff. de acquir. poss.* Alex. ibi *nu.26.* † Amplia, etiam si fiat 21
adiudicatio de pluribus bonis sub vna structura verborum indiuisibili, prout, *dicta bona adiudicamus pro pretio petito*, erit nulla in totum, non autem erunt tot adiudicationes, quot bona. Afflict. *d. decis.218. n.4. ver. & ideo.* † Restringe, quando adiudicatio conti- 22
neret plura capitula separabilia; quia falsa causa in vno, non vitiat aliud capitulum, in quo causa est vera. Socin. *d. l. iuste possidet, in fin. ff. de acq. poss.* † Amplia; quia adiudicatio facta pro maiori summa, 23
quam debeatur, est nulla, sed etiam si summa fuisset debita, sed in parte potuisset exceptione submoueri; quia in totum est nulla. Ruin. *d. consi.160. n.26. & 27. lib.2.* qui dicit ampliationem verã; quia non est obligatus, qui tueri se potest exceptione, licet Doct. in specie isto casu non loquantur, sed Rom. *cons.454. In re præsenti. n.9. & seq.* idem dicit alios allegando concord. † Amplia, vt pro- 24
cedat etiam in adiudicatione facta ex contractu, vel conuentione pro maiori summa, quam deberetur; quia in totum est nulla. Ias. *d. l. si non sortem. §. si centum, in prin.* & tuetur hanc partem Socin. ibi in fin. quam communem * dicit Ruin. *cons.136. Primo videndum. n.* *
5. lib.1. † Contrarium tenet Alex. *in d. l. iuste possidet. ff. de acquir. poss.* 25
nu.20. maxime in fin. cum eo ibi tenent Cuman. & Aretin. vt fatetur Socin. ibi in fi. & etiam Alex. citat Christophor. Castillion. Cyn. & Roman. pro hac parte & ita tenet Rom. *cons.450. Præsens dubitationis articulus, in fin.* vbi apost. *in ver. ex contractu*, adducit plures, & dicit hanc veram, & * cõmunem, licet Ruin. de contraria *
cõmuni atteste tur, *cons.136.* & pro ista parte allegat apostil. Paris. *consi.81. Consultus. n.36. lib.2.* † Declarat Ruin. valere, quando prõ 26
maiori summa, quam sit debitũ; fit datio ex contractu à sciente, si constat, quod sciuit; quia præsumitur ignorantia, maxime in filio vel hærede debitoris. Ruin. *d. consi.136. num.5. lib.1.* † Declara; quia 27
multi tenentes, quod datio in solutum, pro maiori summa, quã esset debitũ in contractu valet, intelligere videntur, quando res maioris valoris, quam debitum, esset data, puta, debitum est centum, & dedi rem valoris centum, & quinquaginta. Ita videtur lo-
qui Bart. *in l. quamuis. ff. de solut.* quem ita debere intelligi, declarat idem Ruin. *d. consi.136. lib.1. n.n.5. ver. nec obstat.* & ita loqui videntur Dec. *in l. cum amplius. ff. de regul. iur.* Paris. *cons.81. lib.2. n.36.* quos allegat pro contraria, apostil. ad Roman. *cons.454.* & reuera, si recte perpendantur, clare nõ dicunt, & ita etiam Dec. *in l. certi condictio. §. quoniam n.4. ver. tertio nota. ff. si cert. pet.* in quib. locis licet restringant *l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb.* ad dationem iudicialem, secus in extraiudiciali tamen videntur dare exemplũ, quando summa erat certa, quæ debebatur; nisi dicas, quod ita necessario intelligendi sunt, quod creditor pro pluri vendidit; quia alias non esset differentia inter iudicialem & extraiudicialẽ; quia hoc etiam admittitur in iudiciali, quod res maioris pretii, quã sit debitum, adiudicetur, quando non erat indebita. † Limita, quando 28
essent plures actores obtinentes adiudicationem, quorum vnus sit verus creditor, alter nõ; quia quoad verum creditorẽ valebit, Alex. *in l. iuste possidet, n.22. ff. de acq. poss.* Vrsil. *in addit ad Afflict. d. deci.*
218. *n.2. & seq.* † Extende idem, quando actor comparet pro se, & 29
alio; quia si causa est vera pro vno, decretum substinetur quoad eum, pro quo est vera. Alex. *d. l. iuste, n.22. ff. de acq. poss.* † Limita, 30
quando iniustitia esset ex parte rei conuenti, secus si ex parte actoris; quia iniustitia ex parte rei nõ annullat in totum, sed bene iniustitia ex parte actoris, * communem dicit Soc. *ind. l. iuste possi-* *
det, n.10. ver. quarta conclusio, ff. de acq. poss. vbi Alex. *n.8. & seq.* † Ex- 31
tende idem, quando fuit vendita, seu adiudicata tota res maioris valoris, refundendo partem pretii, licet pars rei adiudicatæ sufficeret pro debito ipso; quia non est nullum decretum ex defectu iniustitiæ ex parte rei. Alex. *d. l. iuste. n.23. ver. sed pone. ff. de acq. possess.*
† Limita in decreto Iudicis ex falsa causa interposito motu Iudi- 32
cis; quia non est in totum, neq; ipso iure nullum, secus si ad instãtiam partis. Alex. *in d. l. iuste. n.14. ff. de acq. poss.* vbi Soc. *n.13.* † Limi- 33
ta quando super causa est habita causæ cognitio; quia tunc licet ex falsa causa decretum sit interpositum, non est tamen illud ipso iure nullum in totum. Alex. *d. l. iuste. n.23. ver. sed pone, ff. de acq. poss.* vbi etiam Soc. *d. n.13.* † Idem, si Iudicis declaratione causa indu- 34
citur, quæ sit falsa. Alex. ibi, *n.17. ver. Quarto fallit.* Socin. *n.13. ver. Item quando committitur, ff. de acquir. poss.* † Limita, quando inter cõ- 35
sentientes fertur decretum ex falsa causa. ita Alex. *in d. l. iuste, n.16. ff. de acquir. poss.* quod declara, vt ibi per Socin. *n.13. col. penult. ver. aliam etiam limitationem*, vbi dicit, quod quando falsitas non est in causa decreti, sed in qualitate personæ agentis; tunc non est nullum decretum. † Limita, quando decretum est factum in exe- 36
quutione sententiæ; quia falsa causa, quæ exequitur in sententia expressa, non reddit decretum nullum, ita Socin. *in dict. lege iuste.*

37 *num.13.col.penul.ver.ponitur etiam alia.ff.de acqu.poss.*† Extende limitationẽ, vt procedat, etiam si causa falsa sit expressa in instrumento executiuo; quia non reddit decretum nullum, licet causa non sit vera; & idem, quando compellitur soluere non obstante exceptione causæ non veræ, vide Socin. *d.l.iuste.num.13.col.penul.ver. proponitur alia.ff.de acquir.poss.* & clarius *in l.certi condictio.§.quoniam*
38 *agitur,ff.si cert.pet.at.n.29.& seq.*† Idem est, si instrumentum dolo, vel metu, esset celebratum; quia si Iudex super eo decretũ fecit, valet; quia requiritur reuocatio. Alex. *d.l.iuste.nu.25.ver.vltra limi-*
39 *tationem.*☞ Extende singulariter secundum Socin. quia si debitor compellitur soluere etiam ex falsa causa, vt repetat, prout in eo, qui cum iuramento promisit soluere vsuras, vel in eo, quem statutum excludit ab ista exceptione falsæ causæ; quia decretum factum isto casu ex falsa causa non est nullum, ita Soc. *d.l.iuste, n.13.*
40 *col.penul.ver.& idem, quando concederetur, ff.de acq.poss.*†Restringe, si sententia exequuta non cõtinet causam, vel falsa causa ostenditur ex-
41 tra sententiam. Alex. *d.l.iuste.n.19.ver.sexto fallit,ff.de acq.poss.* † Limita; quia decretum ex pluribus causis, quarum vna est falsa, alia vera, subsistinetur ex vera in totum. Alex. *d.l.iuste, nu.24.ff.de acquir.*
42 *poss.*& ibi apostil. *in ver.alia vero.*†Limita multis modis, de quibus per Capic. *decis.51.*puta, si post litem contestatam, si diu sit discussum super validitate, & veritate causæ, si solutio quantitatis pro
43 specie est facta. † Limita, quando adiudicatio fieret ex sententia diffinitiua; quia facta etiam ex falsa causa valet. Bald. *consil.122.in fin.ver.tamen aduertendum,lib.3.*tenet Alex. *in l.iuste possidet.nu.14.ff. de acq.poss.*lequitur Vrsil. *in addit.ad Afflict.decis.* 218. *n.3.ver.maxime etiam,* & idem dicit Ias. *in d.l.iuste possidet,nu.10.ff.de acquir.poss.*quia decretum officio Iudicis interponitur, sententia iure actionis
44 fertur. Socin. ibi *n.9.ver.tertia conclusio.*† Declara duobus modis, vt per Socin. *in l.iuste possidet, nu.8.ff.de acqu.poss.* quando sententia fertur post litem contestatam, & inter præsentes; secus, si ante litem contestatam, & inter absentes, quod prius ibi dixit Alex. *nu.*
45 *20.ver.& subdit.* † Extende limitationem, quando etiam decretũ esset factum cum causæ cognitione; quia falsa causa illud non vitiat, sicut neq; vitiat sententiam diffinitiuam. Alex. *d.l.iuste, n.18.*
46 *in fin.ver.Quinto fallit.ff.de acquir.poss.* †Restringe, quando sententia adiudicationis ex causa partim falsa esset lata contra minorem indefensum; quia in totum est nulla, Ruin. *d.consi.160. in fin.n.31.*
47 *lib.2.* † Limita, quando debitum est verum, licet adiudicatio sit facta in re maioris valoris; quia valet. Afflict. *dec.218.nu.2.* Socin.
* *in l.certi condictio,§.quoniam igitur,n.29.ff.si cert.pet.* & hanc * communiorem dicit apostill. ad Rossian. *consi.454.nu.12. in ver.Bart.in*
48 *fin.*vbi citat plurimos concord. † Contrarium tenet Ias. *in l.si non*
49 *sortem,§.centum.ff.de cond.indeb.* † Limita in sententia Principis, vel lata in consistorio Principis, *l.Æmilius Largianus,* & ibi Bart. *ff. de minor.* Vrsil. *in addit. Afflict.d.dec.218.nu.3.*sequitur Ias. *in d.l.si non*
50 *sortem,§.si centum.ff.de cond.indebit.in princ.*† Limita, quando esset erratum in æstimatione rei adiudicatæ; quia est validum; secus si in quantitate, pro qua fit adiudicatio. Afflict. *d.decis.218.num.2.*&
* plenius *dec.178.n.8.ver.allegatur etiam.*& * communem dicit. Soc. *in l.iuste possidet,n.10.ver.quarta conclusio.ff.de acquir.poss.*Ruin. *consi.* 160.*n.25.lib.2.& consi.136.n.5.lib.1.*late Surd. *consi.39.nu.28.& 29.*
51 *lib.1.* † Limita, quando vigore pacti exequutiui quis obtinet adiudicari. Afflict. *d.decis.178.nu.8.in fin.ver.præterea non habet.* & Ias. *in d.l.si non sortem,§.si centum.in princ.* declarat limitari in tenuta vi-
52 gore pacti exequutiui. † Limita, quando adiudicatio esset accessoria ad alium contractum. Surd. *consi.217.n.18.* † Limita, quando decretum est ad fauorem diuersarum personarum, & super reb. diuiduis; quia potest valere adiudicatio pro vno, & pro alio non, in quo sit falsa causa, ita Bald. *in l.ordo.in penul.quæst.C.de exequut.rei iud.* Alex. *in l.iuste possidet,n.22.ff. de acq.poss.* Soc. *in l.certi condictio,§.*
54 *quoniam,nu.29.ff.si cert.pet.* † Limita; quia post lapsum triginta, vel quadraginta annorum non potest dici de nullitate decreti, prætextu, quod plus debito facta sit adiudicatio. Afflict. *decisio.* 178.*n.5.ver.quarto dubitatur*, vbi dicit hoc procedere per viã prin-
55 cipalis petitionis. † Restringe per viam excipiẽdi; quia perpetuo
56 potest excipi de nullitate. Afflict. *d.decis.178. n.5.* † Restringere videtur Ias. *in l.iuste possidet, nu.9.ff.de acq.poss.*vt procedat limitatio, quando non deficit ius ex parte actoris, sed ex parte rei, vt quia rem alienam pro vero debito credens esse debitoris accepit in solutum; quia tunc præscribit, & plenius Socin. ibi, *n.11.ver Quinta conclusio.* Vide ad hanc materiam, quæ sint necessaria, vt adiudicatio, & datio in solutum valeat, *in ver. Adiudicatio & in solutum datio quæ requirat.Concl.proxima seq.* Vide,

Datio in solutum ex quibus nulla.
Concl.25.

Adiudicatio, vel in solutum datio quæ requirat, vt valeat. Concl 198.

ADIVDICATIO, † seu datio in solutum facta creditori de bonis debitoris, vt valeat & subsistineatur, multa requirit, videlicet, quod causa sit vera, & iusta, concludens ad adiudicationem, alias non valeat. Bald. *consi.122.Vtrum dictus proceßus,in princip.lib.3.* 1
† Restringe, vt non procedat, quando adiudicatio, vel datio in 2
solutum fieret ex sententia diffinitiua; quia licet causa non sit vera; tamen transit in iudicatum. Bald. *consi.122.in fi. ver.tamen aduertendum,lib.3.* Alex. *consi.69.In causa & lite.num.3. ver. & ex hoc patet. lib.3.* † Amplia; quia requiritur, quod sit orta actio, alias esset 3
nulla defectu iustitiæ in foro iudiciali. Bald. *d.consi.122.in princ.lib. 3.* † Amplia; quia requiritur ordo iudicii, vt incipiatur à mobilibus, postea à stabilibus, vltimo à nominib. debitorum; quia iste 4
est ordo iuris, *l.à Diuo Pio,§.in venditione. ff. de re iudic.* late Surd. *consi.39.in princ.*vbi plures allegat, licet ipse postea teneat contrarium, & allegat. Imol. *d.§.in vendutione,* qui dicit, quod sententia est nulla, tanquam contra ordinẽ iuris.† Contrarium, quod imo 5
talis ordo non sit necessitatis, sed monitionis iudicis, dicit Surd. *d.consi.39.nu.22. & 23.* vbi dicit magis * communem & quod so- *
lum potest appellari, sed non est nulla sententia, si non appelletur, & restringit, quando non constat extare mobilia, & quando fuit facta diligentia de reperiendis mobilibus. Item si pro obligatione Cameræ, vel fisci. Item aliis modis, vt ibi per eum. † Am- 6
plia; quia requiritur ordo iudicii, alias si ordo præposteratur, non valet. Bald. *d.consi.122.in princ.ver.est alius defectus,lib.3.* vbi *nu.4.* dicit, quod si non præcessit æstimatio secundum formam statuti, ea est nulla, allegat *l.hac edictali.§.ius illud, C.de secund.nupt.* multa ad propositum, quod ex titulo sit necessario, tradit Surd. *consi.39.nu. 2.& seq.lib.1.* Afflict. *decis.358.in causa,ver.quarta ratio.* Rolan. à Val. *consi.32.nu.33.lib.1.* † Contrarium, quod requiratur æstimatio; & 7
ea omissa adiudicatio non sit nulla. Deci. *consi.95.nu.17. & seq.* vbi latissime ostendit, quod saltem ius non resistit, licet non assistat, & quod inducat bonam fidem, & præscribat. † Vide Crau. *consi.* 8
819.*n.12.*qui dicit ex adiudicatione facta non præcedente liquidatione, & ordine iuris non oriri bonam fidem, dari restitutionem possessionis, & fructuum. † Declara, vt per Surd. *d.consi.39.* 9
*nu.25.& seq.*vbi dicit opinionem Beccij, non esse tutam, dum negat, sed bene procedere in hoc, quod solum cõpetit rescissoria, quatenus probat se læsum debitor, allegat Castr. *consi.156.in princ. lib.2.* † Declara; quia si lapsa sunt tempora longa triginta anno- 10
rum; quia præsumitur appretium, seu æstimatio, & subhastatio, licet non appareant. Afflict. *decis.369.per tot.*vbi loquitur in tempore quasi centum annorũ; sed Rota Romana hoc tenet, si possedit is, qui habuit adiudicationẽ per triginta annos, etiam si non sit enunciata, *in decis.143. lib.2.nu.8.& seq.in nouissimis.* † Amplia; 11
quia ratione personæ non valet, quando is, qui agit, non potest ex persona sua agere, veluti, si filius in potestate agat contra patrem; quia iudicium redditur nullum. Bald. *d. consi.122.in princ.ver. Est quoque defectus lib.3.* † Amplia; quia requiritur subhastatio rei, 12
quæ adiudicatur. Marius Anguis. *consi.279.n.47.* per tex. *in l.à Diuo Pio §.si pignora.ff.de re iudic.* Afflict. *decis.358.* Put. *decis.252. libr.2.* † Declara; quia si probaretur, quod tempore subhastationis res 13
plus vendi non potuisset, subsistinetur adiudicatio; quia forma data est ad effectum, qui si sequatur, non vitiat omissio, ita Put. *dict. dec.252.n.7.vsque in fi.*ita etiam Afflict. *decis.368.circa fi.* † Amplia; 14
quia adiudicatio debet fieri pro mensura debiti declarati. Bald. *d.consi.122 circa princ.ver.Et inter alia,lib.3.* Alex. *d.consi.69.n.3.& seq. li.3.*† Limita; quia adiudicatio præsumitur solemnis & quod præ- 15
cesserit æstimatio, & subhastatio, quando fuit exequuta, & possedit missus per triginta annos; quia non est verisimile, quod pars aduersa tacuisset per tantum tempus. Rota Romana *d. decis.143. Domini dixerunt,n.8.& seq.lib.2.in nouiß.* † Limita per modum re- 16
tentionis, puta quoniam is, qui obtinuit adiudicari, est reus; quia pro eo præsumitur. Rota Romana *d.decis.143.nu.6.in nouiß.lib.2.* Vide, *Adiudicatio quando valeat, vel non. Concl.187.*

Adiudicatio bonorum de quib. bonis, & qualiter fiat. Concl.199.

CREDITOR † non debet plures res debitoris diuisas accipere 1
in solutum, sed vnam tantum, quę satisfaciat credito. Bald. *in authen.hoc nisi.C.de solut.* Salyc. *in auth. hoc ius porrectum.C. de Sacrosc. Eccles.* & propterea ex vno prædio non potest facere æstimari vineam tantum, ex alio prædio oliuetum, sed debet totum prædiũ æstimari, vt cauetur etiam Florentiæ ex lege particulari anni 1551.

Exten-

2 † Extende; quia creditor habens pignora cum facultate vendendi, sic debet vendere, vt æquitatem seruet; ideo si pars pignorum sufficiat, non debet omnia vendere, si viliora sufficiunt, non debet vendere meliora. Neguſ. *de pign. in 1. memb. 6. p. col. 8. ver. quinto limita.* Vide, *Æquitas quid ſit, & in quo præualeat, Concluſ. 108. cum duabus Concluſ. ſequentib.* Vide, *Arbitrium boni viri ſuccedit in multis. Concluſ. 477.*

Adiunctus quis dicatur, & quamdiu duret. Concluſio 200.

1 ADIVNCTVS † dicitur is, qui datur iudici ſuſpecto, vel tutori, vel alteri adminiſtratori. Vide, *Iudex adiunctus. Concl. 417.* vbi,
2 quid poſſit. † Durat adiunctus, quamdiu durat is, cui adiungitur. Ideo licet curator datus minori duret, quandiu minor eſt; ſecus ſi datur curator adiunctus tutori; quia non durat, niſi durante tutela, *l. 1. C. quand. tut. vel curat.* vbi Bart. Abb. *conſ. 91. Quoad primum, in ſi. ver. quinto facit. lib. 1.* Vide, *Adiectus ſolutioni, & contractui quis dicatur. Concl. 177. cum duab. ibi Concl. ſeq.* vbi latius.

Adminiſtratores qui, & quales, & quid poſſint, vel non. Concl. 201.

1 ADMINISTRATORES † aliqui ſunt nudi, & ſimplices, & iſti tenentur facere inuentarium, & reddere rationem. Boer. *deciſ.*
2 *61. nu. 5. & ſeq.* † Et dicuntur ſimplices, ſine adminiſtratione conſtituti ſimpliciter à Collegiis priuatis, vel etiam ab officialibus Vniuerſitatum; ſecus ſi immediate à tota Vniuerſitate; quia tunc habent liberam. Alexan. *in l. Præſes, in princ. ver. limita. C. de tranſact.*
3 † Et maiorem habent poteſtatem adminiſtratores à lege, quam ab homine; quia habentes à lege habent cum libera; habentes vero ab homine non habent, niſi dicatur. Lanfranc. de Oriano *de arbit. 3. ſectio. principal. in 3. volum. fol. 51. nu. 9.* † Aliqui ſunt Adminiſtratores non nudi, neq; ſimplices; quia iure ſuo vtuntur, & fruuntur bonis alienis, prout pater in bonis filiis aduentitiis; quia habet vſumfructum, & dicitur adminiſtrator. Boer. *d. deciſ. 61. n. 5. &*
ſeq. & iſti ſunt cum libera. Vide, *Pater in quibus ſit legitimus adminiſtrator filiorum. Concl. 125.* † Et maiorem habet adminiſtrationem
5 pater in bonis filii, quam tutor, quia plus iuris habet; quia cum adminiſtratione habet vſumfructum, ideo alienat multis caſib.
6 Alex. *d. l. præſes, in ſi. C. de tranſact.* † Aliqui etiam ſunt adminiſtratores cum libera, prout tutores, curatores, & ſimiles, & dicuntur legitimi. Alex. *conſi. 22. n. 8. ver. vnde videmus. lib. 1.* & quod ſint cum libera, Bart. *in l. inter bonorum. ff. de adminiſt. tutor.* & idem in tutoribus, Vide, *Tutor qualem adminiſtrationem. Concl. 444.* † Cardinales
7 adminiſtratores Eccleſiæ Cathedralis, mortuo Epiſcopo poſſunt adminiſtrare ea, quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ, non ea, quæ ſunt ex delegatione, prout poteſt Capitulum Sede vacante. Rom. *conſ. 506. In repræſenti, in ſi. ver. quoad vltimum.* vbi apoſtill. *in ver. delegata* dat concord. Vide, *Capitulum quid poſſit ſede vacante,*
8 *Concl. 56.* † Syndici vniuerſitatis æquiparantur adminiſtratorib. cum libera. Alex. *d. conſ. 22. nu. 9. lib. 1.* apoſtil. ad Bald. *in l. 1. C. etiam per procur.* quod intellige, ſi ſunt ab vniuerſitate deputati, alias ſi ab Antianis, vel aliis officialib. ſunt ſimplices procuratores. A-
9 lex. *in d. l. præſes. C. de tranſact. in prin.* † Declara, vt procedat in adminiſtratore, vel ſyndico habente officiũ ex publico, alias ſecus. Bald. *d. l. 1. C. etiam per procur.* ſequitur Alex. *in d. l. Præſes. C. de tranſact.* vbi declarat, quod ſyndici Ciuitatũ, & terrarum dicuntur ex publico, ſecus ſi ſunt certi Collegii. Vide, *Decuriones, Antiani, & Priores Ciuitatum, qui ſint, & eorum priuilegia. Concl. 127.* Vide, *Priores &*
10 *Conſiliarij Ciuitatum quæ poſſint, vel non. Concl. 713.* † Prælati Eccleſiaſtici ſimiles ſunt adminiſtratoribus. Alex. *d. conſ. 22. nu. 9. lib. 1.* Spec. *de reſtit. in integ. §. 2. n. 22. ver. Prælatus autem.* Soc. *conſ. 213. nu. 3. ver. ſimile videmus, lib. 2. & in conſ. 15. n. 24. lib. 1.* vbi, quod æquiparantur tutoribus, & idem dicit Redoan. *tract. de ſpoliis. q. 9. n. 21.* allegat gloſ. *4. in c. auditis, de reſtit. in integ.* plene Soc. *conſ. 32. nu. 8. ver. ſexta concl. lib. 1.* glo. *in d. c. auditis. in ver. Eccleſia, de in integ. reſtit.* dicit, quod Prælatus æquiparatur tutori, allegat *auth. de Eccleſia ſt. titul. §. ſi.* glo.
11 *in c. qualiter, il 2. in ver. redde rationem, de accuſation.* † Contrarium dicit gl. *in c. ſi. 5. queſt. 3.* vbi, quod mala eſt æquiparatio; quia tutor eſt temporalis, Prælatus vero eſt perpetuus. Tutor non vtitur bonis pupilli. Prælatus autem bonis Eccleſiæ vtitur; tutela eſt onus; prælatura vero eſt honor: item Prælatus magis liberã habet
12 adminiſtrationẽ. † Declara; quia æquiparatur tutori quoad quædam, licet in aliquibus habeat magis liberam adminiſtrationem. Ant. de Butr. *in d. c. auditis. n. 23.* Io. de Imol. *n. 13. in ſi. ver. in eadem gl. de in integ. reſtit.* Soc. *conſ. 32. Exiis. nu. 8. & 9. ver. quinto probatur. lib. 1.*
13 † Declara; quia imo Epiſcopi dicuntur adminiſtratores Eccleſiæ ſuæ; ideo non poſſunt diſponere libere. ita Ferret. *conſ. 118. num. 2.*

allegat *c. 2. cum ibi not. de donation.* Vide, *Tutoribus qui æquiparari dicantur, & qui non. Concl. 451.* Vide, *Prælatus* in diuerſis concluſionibus, vbi quid poſſit, vel non. † Omnes dicuntur habere adminiſtrationem liberam, ſi eſt dictum cum plena, vel cum libera; quia 14
idem important. Bar. *in l. inter bonorum. ff. de auth. tutor.* † Sed quod 15
per verba generalia nunquam cenſeatur conceſſa libera adminiſtratio. Alex. *conſ. 21. Viſo n. 4. & ſeq. ver. nec habet obſtare. lib. 3.* vbi dicit magis * communem. Vide, *Mandatum cum libera ad quæ ſe extendat, vel non. Concl. 45.* Vide, *Procurator cum libera quid poſſit. Concl.* * 837. † Aliqui ſunt Adminiſtratores pluſquam ſimplices, ſed non 16
cum libera, prout curator bonorum, & curator ventri datus; quia non habet liberam. Bar. *d. l. inter bonorum, in ſi. ff. de auth. tutor.* † Re- 17
ctores Prouinciarum dicuntur adminiſtratores temporales. Bar. *in conſ. 196. Ciuitati Camerini. lib. 1.* vbi idem in Præſide, in Legato, & aliis officialib. † Reges dicuntur adminiſtratores Regni. Bart. 18
d. conſ. 196. n. 1. lib. 1. Vide, *Rex an poſſit donare, vel alienare. Concl. 336.* † Papa dicitur adminiſtrator vniuerſalis Eccleſiæ, vt per Bellam. 19
in c. nouit de iudicat Papæ. 12. q. 2. vbi, quod non poteſt alienare, vel donare bona Eccleſiæ ſine cauſa. Vide, *Papa habet duplicem adminiſtrationem in Eccleſia, & quam. Concl. 46.* † Epiſcopus dicitur adminiſtra- 20
tor, & procurator Eccleſiæ ſuæ. *c. fraternitatem. de donat.* & licet dicatur habere maiorem adminiſtrationẽ, quam tutor; tamen non poteſt donare ſine legitima cauſa, neq; Eccleſiæ ſuæ præiudicare liberando. Abb. *conſ. 45. Satis videtur. per tot.* maxime *in fine lib. 1.* Vide, *Epiſcopus poteſt multa ſine conſenſu Capituli. Conc. 257.* † Amplia; 21
quia compromittere poteſt is, qui habet liberam adminiſtrationem, ſiue à lege, ſiue ab homine. Lanfranc. de Oriano *tit. de arbit. 3. ſect. principali. n. 9. & ſeq.* † Locare poteſt non ad lõgum tempus 22
habens liberam adminiſtrationem. Iaſ. *conſ. 94. lib. 1. in princ.* qui loquitur in Priore Eccleſiaſtico. † Infeudare, vel concedere in 23
emphyteuſim poteſt adminiſtrator rem ſolitam locari, vel ſolitã infeudari; quia non eſt alienatio, ſed modus vtendi. Boer. *deciſ. 124. n. 4.* allegat Bar. *in l. prohibere, §. plane. ff. quod vi, aut clam.* † Exi- 24
gere, & recipiendo ſolutionem poteſt legitimus adminiſtrator liberare. *l. pactum,* vbi Alex. *in princ. C. de pact.* † Declara; quia licet 25
tutor & adminiſtrator per pactum non præiudicet minori; quia cum male adminiſtrat, non præiudicat; ſi vero bene adminiſtrat, habetur loco domini; tamen poteſt de re dubja, & non liquida bona fide tranſigere, dummodo non animo donandi in præjudicium pupilli tranſigat, ſecundum * communem, de qua Abbas *
conſ. 39. Duo ſunt, col. 2. ver. Venio igitur ad ſecundum. lib. 1. vbi loquitur etiam in adminiſtratore Iudæi. † Limita; quia donare non poſ- 26
ſunt habentes liberam adminiſtrationem, vt eſt textus *in l. contra. §. fin. ff. de pact.* vbi Bart. & alii declarant, niſi in iis, quæ ſunt de more, vel propter reciprocam recompenſam, & ſic ex cauſa. Alexan. *conſ. 22. nu. 8. lib. 1.* vbi, quod donare eſt dilapidare, & idem in tutoribus, & in aliis, plene Iaſ. *d. l. contra. §. fin. ff. de pact. in princip.* Vide plenius *in ver. Tutor qualem adminiſtrationem habeat, & quid poſſit. Concl. 446.* vbi limitatur, & declaratur. † Extende; quia non 27
poſſunt liberare habentes liberam adminiſtrationem; quia liberatio eſt donatio. Abb. *conſ. 10. In cauſa, & quæſtione, prope ſi. ver. tertio, & fortius, lib. 1.* † Declara; quia tutor, & adminiſtrator non po- 28
teſt liberare, quando debitum pupilli eſſet liquidum; quia eſſet donatio: ſi vero creditũ non eſt liquidum, poteſt liberare tranſigendo, etiam ſi nihil recipiat pro pupillo, quando bona fide, non animo donandi tranſigit, ita Abb. *conſ. 39. Duo ſunt, col. 2. ver. Venio igitur ad ſecundum, lib. 1.* vbi dicit * communem. † Extende; quia nõ 29*
poſſunt remittere exceptionẽ competentẽ peremptoriam ſine cauſæ cognitione, Alex. *d. conſi. 22. nu. 9. & ſeqq. lib. 1.* Iaſ. *d. l. contra, §. fin. nu. 3. ff. de pact.* Alex. *in l. pactum, in princ. C. eod. nu. 5.* † Extende; 30
quia non poſſunt damnoſa facere tutores, curatores, adminiſtratores Ciuitatum, Vaſalli, vſufructuarii, & ſimiles. Alber. Brun. *tract. de diminutio. in 6. concluſ. num. 20.* † Contrarium, quod imo 31
poſſint præiudicare, dicit Gozad. *conſ. 196. nu. 3.* † Limita; quia Le- 32
gati, Præſides, Rectores Prouinciarum non poſſunt donare. Bar. *conſi. 196. Ciuitati Camerini, lib. 1. num. 1.* Io. de Anan. *conſi. 81. in prin.* vbi loquũtur in iuriſdictione, & territorio. † Reſtringe hodie in 33
Regibus de conſuetudine. Bart. *d. conſi. 196. num. 1. lib. 1.* † Reſtrin- 34
ge, quando fieret in recompenſam adhærentiæ. Ioan. de Anan. *conſi. 81. num. 1.* † Reſtringe, quando adminiſtrator eſt perpetuus; 35
quia poteſt moderate donare. Ioan. de Anan. *conſi. 81.* qui loquitur in duce Mediolani adminiſtratore Imperii, *num. 2.* † Reſtrin- 36
ge ſex modis, de quibus per Iaſ. *d. l. contra, §. fin. num. 7. ff. de pact.* † Reſtringe, quando Adminiſtrator pro Sede Apoſtolica effe- 37
ctus Papa confirmat donationem, prout de Cardinale Sinibaldo Legato Marchiæ dicitur, qui donauit quædam caſtra, & Villas de Ducatu Spoleti Ciuitati Camerini, & poſtea factus

Papa, & Innocentius III. vocatus confirmauit. Barto. *consi. 196. in prin. li. 1.* vbi, quod confirmatio est ex certa scientia; quia est de facto proprio. † Idem est in Comite Virtutum, qui donauit quoddam territorium Ciuitatis Astensis nonnullis Marchionib. qui Comes Virtutum erat frater Ducis Mediolani, & administrabat; quia licet non valeat talis donatio; tamē valet, quia ex certa sciētia fuit ratificata à Duce Mediolani. Io. de An. *consi. 81. per tot.* maxime *nu. 2.* † Restringe in Episcopis, & Prælatis; quia licet ipsi non possint bona Ecclesiæ donare, neq; alienare, prout neq; Papa sine causa; quia est administrator. Ægid. Bella. *in c. non licet Papæ. 12. quæst. 2.* tamen bene possunt de fructibus donare benemerentibus. Vide, *Papa absolute potest. Conclus. 49. n. 61. & seq.* Vide, *Episcopus an possit donare, & quomodo. Concl. 285.* † Limita; quia alienare non possunt administratores cum libera. Bart. *in l. prohibere. §. plane. ff. Quod vi, aut clam.* Vide plenius *in ver. Tutor non potest alienare bona pupilli. Concl. 488.* † Declara; quia licet non valeat alienatio facta per patrem legitimum administratorem in præiudicium filij; tamen valet in præiudicium patris, vt teneatur ad interesse. Fald. & Castrens. *in l. fin. §. in computatione. C. de iur. deliber.* † Administratores liberare non possunt, neq; debitum liquidū remittere. Alex. *d. l. pactum. in prin. C. de pact.* † Declara; quia non procedit in curatoribus, vel administratoribus Principum, siue debitum remissum esset liquidum, vel non, neq; in remissione vsurarum. Alex. *d. l. pactum. C. de pact. in princip.* † Prorogare non potest tempus ad * soluendum administrator secundum magis * communem. Alex. *d. l. pactum. n. 6. C. de pact.* † Pacem, & remissionē tutor pro pupillo, Abbas pro monacho, Prælatus pro Ecclesia facere non possunt. Alex. *d. l. pactum. n. 7. & seq. ff. de pact.* † Transigere possunt administratores Ciuitatis, & alij habentes liberam administrationem. Alex. *in l. præses. C. de transact.* vbi, quod non habentes administrationem non transigunt. † Extende in administratore, vel operario pauperum; quia licite potest transigere super re dubia, & bona fide; secus si super re certa transigit remittendo debitum; quia transactio non valet. Abb. *consi. 15. Duo sunt, per tot. lib. 2.* † Declara totam hanc materiam; quia tutores, administratores, & alii possunt præiudicare in illo actu gesto, si faciant eodem contextu, alias secus, ideo valet pactum de retrouendendo appositum in instrumento emptionis, secus si separatim. Ias. *d. l. contra. §. fi. nu. 9. & sequen. ff. de pact.* Boer. late *decis. 182. nu. 34. & seq.* Et pro declaratione vide plura similia *in ver. Causatiue sunt multa, quæ fieri prohibentur. Conclus. 161.*

Administrator quilibet tenetur conficere inuentarium, & librum, alias contra eum præsumitur, & iuratur in litem, & quando secus. Concl. 202.

1 REGVLA, † quod omnis administrator rei alienæ tenetur facere inuentarium; quia caput rationum est inuentarium. Bald. *consi. 137. Quædam vidua. num. 5. ver. item quæritur. lib. 5.* Roman. *cons. 118. Quoad primum. num. 2. ver. quoad secundum.* vbi, quod conficere debet, antequam administret. Ruin. *cons. 29. Plura. num. 11. lib. 5.* Vide, *Tutores, & Curatores tenentur. Concl. 427.* Vide, *Inuentarium à quibus confici debeat, vel non. Concl. 347.* † Item librum rationum facere, & exhibere tenetur. Rom. *d. cons. 118. num. 2.* Ruin. *consi. 29. num. 11. in fin. & seq. lib. 5.* vbi dicit hoc procedere etiam in fratre, & omni persona, quæ gerit negocia alterius, maxime *nu. 12.* Ioan. de Imol. *consi. 35. nu. 17. & seq. & consi. 65.* Cast. *cons. 227. Respondeo lib. 2.*

3 † Et iste liber debet continere singulariter recepta à tali de tali tempore, & certam quantitatem specificam, ita quod non sufficeret describere in genere, vt possit argui de falso. Bart. *consi. 150.*

4 *Cum prædicta, in fi. lib. 1.* vbi apostil. *in ver. qualiter*, dat concord. † Et eo ipso, quod administrator non exhibet librum, est in dolo, & iuratur contra eum in litem, non autem contra hæredem administratoris; sed tamen contra eum probatio leuior admittitur in odium non confecti libri; quia est speciale, quod factores, mezadri, & laboratores pupilli, etiam si tractent de se exonerando, admittuntur, & probant. Bart. *d. consi. 150. n. 7. ver. quarto. lib. 1.* & plene Soc. *consi. 140. lib. 2.* vbi, quod est in dolo, si non scripsit omnia habita, & liberatio dolosa rescindi debet, & infra, *num. 7. & 8.*

5 *& nu. 20.* † Declara; quia sicuti quilibet administrator tenetur facere librū suę administrationis, & in hoc grauatur; quia probat contra conficientem. Ita quoq; releuatur; quia etiam dicto libro statur ad fauorem administratoris, alias absurdum esset, quod teneatur facere librum contra se sub pœnis plurimis, si non releuaretur. ita plene Angel. Aret. *consi. 43. In causa prædicta. n. 9. & seq.*

6 *ver. quilibet enim.* † Et procedit etiam in fratre administrante pro fratre. Dec. *consi. 110. Vere, vt puto num. 7.* & in parruo administrante bona nepotis. Bald. *consi. 137. Quædam vidua, num. 5. lib. 5.* Ruin. *consi. 29. num. 12. & sequen. lib. 5.* Socin. *consi. 213. in princ. lib. 2. & consi. 92. lib. 4.* Roman. *consi. 414. Quoad primum, in princ.* † Extende; quia 7
potest iurari in litem contra administratorem, qui non confecit librum. Ioan. de Imol. *consi. 35. num. 17. & consi. 65. in fin.* & supra *num. 4.* † Restringe in patre administrante pro filio, secundum 8
distinctionem Boer. *decis. 61. num. 5. & seq.* vbi latissime. Socin. *consi. 213. n. 2. li. 2.* Vide *in ver. Pater in quibus. Conclus. 125. num. 32. & sequen.*
† Contrarium dicit Alberic. *in leg. Aurelius. §. Titius testamento. ff. de liber. legat.* vbi est text. quod tenetur reddere rationem administrationis; ergo, &c. † Restringe, quando mater est relicta administratrix propria authoritate; quia non tenetur ad inuentarium. 10
Boer. *decis. 124. num. 14. & 15.* † Amplia; quia in libro rationum tenetur administrator scribere redditus, & fructus minoris, & reddere rationem, & si non facit, præsumitur in dolo. Dec. *dict. consi. 110. nu. 7. & 8.* vbi late Bart. *in consi. 150. Cum prædicta examinarem, per tot.* maxime *in fin. & num. 7. lib. 1.* idem Dec. *consi. 177. In causa, quæ proponitur, in prin. & cons. 191.* Socin. plenissime *consi. 213. num. 3. ver. circa secundam, lib. 2.* vbi qualiter scribere debeat specialiter omnia, & non sufficiat generalis descriptio, & quod debeat talis liber continere omnes introitus, & exitus singulariter. Socin. *consi. 46. & consi. 213. lib. 1.* Roman. *consi. 413. in princ.* Dec. *consi. 110. 178. & 192. 255. & 399.* Socin. *consi. 159. nu. 4. lib. 2.* † Probatio fru- 12
ctuum istorum qualis esse debeat, & quid contra hæredem administratoris, & qui testes admittantur hoc casu, in odium administratoris, & qualis esse debeat liber, plene Bart. *d. consi. 150. num. 7. vsque in fin. lib. 1.* † Extende in tantum, quod si dicat confe- 13
cisse librum, & perdidisse, sibi non credatur, nisi probet casum; quia tenetur nedum conficere, sed custodire. Socin. *d. consi. 159. num. 5. & seq. lib. 2.* & latius *consi. 190. lib. 2.* † Et liber rationum ve- 14
nit appellatione reliquorum. Ioan. de Imol. *consi. 35. num. 18.* † Et 15
dietim omnia scribi debent, & non sufficit tenere computa in scartafaciis, alias potest iurari contra eum in litem, Socin. *consil. 213. Cum in præsenti. nu. 4. & 5. lib. 2.* idem *consi. 190. Memini. colum. 1. eod. lib. 2.* Bald. *consi. 152. An euidentiam. volum. 3.* Ruin. *consi. 29. num. 11. lib. 5.* † Et liber non debet continere descriptionem in confu- 16
so rerum pupilli, & administrationis, alias est in dolo administrator. Socin. *consi. 159. num. 7. & seq. lib. 2.* † Idem, si non omnia de- 17
scripsit; quia est in dolo. Socin. *consi. 159. num. 8. ver. tertio confirmatur. lib. 2.* † Extende; quia publicus administrator punitur, si 18
non descripsit omnia. *l. excellentia. C. de erogat. milit. ann. lib. 12.* Soci. *d. consi. 159. num. 9. ver. corroboratur.* † De pœna non conficientis in- 19
uentarium in tutore loquitur Roman. *consi. 118.* & dicit, quod incurrit dolosam suspicionem; item in suspicionem furti, & torturæ subiici potest, si res pupilli deficiant, & mulier, quæ alias non carceratur, potest carcerari; item causam dicit in carcere; item incurrit infamiam; Socin. *cons. 213. num. 3. & num. 12. lib. 2. & cons. 159. num. 3. eod. lib. 2.* & quod præsumatur dolosus. Socin. *consi. 92. num. 19. lib. 4. l. 1. §. officio. ff. de tutel.* vbi Bart. Bald. & alii. † Item iuratur 20
in litem contra eum. Ioan. de Imol. *consi. 35. num. 17. & seq. & cons. 65. in fin.* Socin. *consi. 213. lib. 2. num. 3.* Plot. *in l. si quando. C. vnde vi, num. 194.* Bald. *in leg. tutor, qui repertorium. ff. de administrat. tutor. & consi. 152. lib. 3.* Bart. *consi. 150. colum. penult.* Roman. *consi. 413. Quoad primum, in princip. & consi. 168. Circa primum, quo quæritur.* Anchar. *consi. 317. In causa, quæ vertitur.* supra *num. 4.* Vide, *Iuramentum in litem quando deferendum. Concl. 538.* † Amplia; quia qui tenetur red- 21
dere rationem de administratis, tenetur scribere rationes, & sic librum facere. Bart. *d. leg. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio. distrahen.* & si hoc non facit, iuratur in litem. supra *num. 4. & sequen. & num. 20.* & infra *num. 23. & sequen. vsque in fin.* † Extende maxime in admi- 22
nistratore publico; quia tenetur librum cum datis & receptis conficere, cum introitu, & expensa, taliter, quod computa videri, & intelligi possint, alias censetur in dolo præsumpto. *dict. leg. 1. §. officio. ff. de tutel. & ratio. distrahen.* quem tex. loquentem in tutore extendunt ibi ad omnem administratorem. † Exten- 23
de; quia si hoc non fecerit, potest iurari in litem pro interesse, supra proxime: & dicitur esse in dolo. Socin. *consil. 92. num. 12. ver. quarto. lib. 4.* vbi, quod versatur in dolo, si non tenuit computum, vt plenius *consil. 159. In præsenti consultatione. numer. 3. libr. 1.* † Restringe; quia administrator, qui non confecit li- 24
brum, non patitur iuramentum in litem, si est paratus reddere rationem administrationis sine libro; quia adhoc, vt deferatur iuramentum in litem, duo copulatiue requiruntur, videlicet, dolus eius, contra quem defertur iuramentum, & difficultas probationis, ex parte eius, cui defertur, causata ex dicto dolo. Bartolus *in leg. in actionibus. numer. 22. ff. de in lit. iuran.* Purpurat. *consil. 369. numer. 44. & sequen. libr. 1.* Paulus de

Monte-

Montepic. *conſ.67.num.7.* Menoch. *de arbitr.caſ.208.nu.1.* ita Rota Romana coram D.Litta.14. Maij 1593. in Romana redditionis computorum, vbi, quod dolus non præſumitur, & difficultas probationis in homine ſagaci non habet locum, & in dubio pro non delatione iuramenti præſumendum. † Et maxime, quando adminiſtrator non eſt publicus; quia ex eo ſolo, quod non fecit librum, non debet iuramentum deferri. Corn. *conſi.81.nu.4.lib.4.* Paul. de Montepic. *d.conſ.67.nu.4.& n.18.& 25.* † Et procedit etiam in tutore, qui aliunde poteſt probare bona defuncti. Calca. *conſ.93.verſ.ſed prius.* Plot. *in l.ſi quando.§.5.n.37.ver. contra tutorem. C.vnd.vi.* † Declara reſtrictionem; quia procedere poteſt, quãdo adminiſtrator nullum confecit librum, & eſt paratus aliter docere de adminiſtratis; ſecus ſi confecit librũ, & in eo non deſcripſit omnia; quia ex quo nititur probare adminiſtrationem ſuam non aliunde bona fide, ſed ex libro non continente omnia recepta, tunc non intrant iura pro deciſione: tum quia cum nitatur ex libro imperfecto, dicitur potius negare, & ſic furtum cõmittere, & eſſe in dolo; tum quia via, quam elegit, faciendi librum, ſibi patere debet. Gabriel. *conſ.148. Conſtat Marium, nu.5.6.& ſeq. lib.1.* & quia is, qui cœpit gerere negociũ, tenetur perficere. *l. cõmodato.§. ſicut.ff.commodat.* & quia deciſio Rotæ, & reſtrictio procedit, quãdo aliunde, & bona fide reddit rationem adminiſtrationis, non quando ex libro fraus detegitur. † Vel procedit reſtrictio, quãdo adminiſtratio fuit modici temporis, & non intricata plurimorũ negociorũ, vel impoſſibilis memoriæ, & ita videtur tenere Plot. *d.l.ſi quando, n.250. C. vnde vi.* quia memoria omnium, & intricatorum negociorum haberi nõ poteſt. *l.2.§. ſed quia. C. de veter. iur. enuclean.* † Et vide Iaſ. *conſ.111. in 1. dubio, vol.1.* vbi, an qui reuera fideliter expendit pecunias Principis, ſed librum non confecit, ſit in dolo, & quod paria ſint, non conficere inuentarium rerũ pupilli, vel non tenere librum, in quo omnia ſpecifice deſcribantur, alias ſit in dolo. Soci. *conſ.159.n.4.lib.2.* vbi, quod eſt generale in omni adminiſtratore. † Extende; quia poteſt peti, vt adhibeantur calculatores in ratione reddẽda, vt per Doct. *in l.ſi cui libertas.ff.de cõd. & demonſtrat.* † Et nullum eſt magis ordinariũ remedium in reddenda ratione, quã quod fiat calculus, & eligantur calculatores, *d.l.ſi cui libertas.* & ibi Bar. *ff.de condit.& demoſtr.* vbi etiam Caſtr. docet practicam. Corn. *conſ.43. Circa hanc conſultationem. col.4. lib.1.* vbi, quam iuriſdictionem habeant. † Declara; quia ſi non tenuit librum, calculatores male poſſunt calculare. Corn. *conſi.196. circa fi. lib.3.* Vide concluſionem proximam ſequentem.

Adminiſtratores omnes tenentur reddere rationem de adminiſtratis. Concl. 203.

1 QVILIBET † adminiſtrator tenetur reddere rationem ſuæ villicationis, & adminiſtrationis, Doct. *in clem.2.8. illi etiam, de relig.domib.& in l.ſi procurator.§.1.ff.mand.at.& in l.1. §. officio. ff. de tutel.& ratio diſtrah.* Socin. *conſ.2. Secundum ordinem, & conſ.192. Capio difficultatem, & conſ.213. Conſiliis noſtris, col.1. lib.2.* & late proſequitur Curt. *conſ.66. Sapienter.* Soc. *conſ.92.n.5. lib.4.* Dec. *conſ.110. col.ſi.* Corn. *conſ.24. col.ſi. lib.1.& conſ.196. col.ſi. lib.3.* vbi, quod is, qui habet reddere rationem, conficere debet librum rationum. *l. ſi cui libertas, & l. cum ſeruus. ff. de cond. & demonſtr.* & ibi Bart. Imol. & alij Cor. *conſ.24. circa ſi. lib.1.& conſ.196.n.4.& 5. lib.3.* Rom. *conſ.413.& 414. Quoad primum, & conſ.168. Circa primum, & conſ.313. Quoad primum.* Abb. *conſ.12. in ſi.n.5.& conſ.87. In caſu præmiſſo. lib.1.* Deci. *conſ.192. In caſu, in pr.* alias 191. Soc. *cõ.conſ.24.n.37. li.1.* Pariſ. *conſ.84.n.17.& ſeq. lib.1.* Crau. *conſ.218. in prin.* Soc. *conſ.92. Viſo inſtrumento, col.2. lib.4.& conſ.46. Cum in præſenti, per tot. lib.1.& conſ.213. lib.2.* Deci. *conſ.110.& conſ.78. circa prin.* Ruin. *conſ.29.nu.12. lib.5.* Crau. *conſ.218. in princ.* Pariſ. *conſ.89.* Gozad. *conſ.80. in fi.* plene Menoc. *de arbitr. caſ.209. per tot.* Alex. *conſ.110. Circa primum, n.21. ver. ſuper quarta dubitatione, lib.3.* † Extende generaliter ad omnem, & quemcunq; adminiſtratorem rei alienæ; nam tutor, & curator ſocius, & quilibet adminiſtrator tenetur reddere rationẽ de adminiſtratis. Bart. *in l.1.§. officio. ff. de tutel.& ratio diſtrah.* late Soc. *conſ.149.nu.4. lib.1.* qui dicit, quatuor venire in adminiſtratione, edi libros, calculum fieri, reliqua reddi, & dolum abeſſe. Iaſ. *conſ.4.n.7. lib.3.* Ruin. *conſ.29.n.12. lib.5.* vbi *n.18.* idem dicit in procuratore ad iudicia, vel negocia, in actore vniuerſitatis, de ſocio Ioan. de Imol. *conſ.65.* vbi quod ſi adminiſtrauit, tenetur reddere rationem, & exhibere librum, & Soc. *conſ.159. in prin. lib.2.* & Bero. *quæſt.famil.15. cum quidam in domo.* Rom. *conſ.413. Quoad primum, in prin.* allegat *l.1.§. officio. ff. de tutel.& ratio. diſtrah.* qui licet loquatur in tutore, habet locum in omni adminiſtratore per extenſionẽ, & repetit *conſ.414.* 3 *in prin.* vbi plena apoſt. citat plurimos concor. *in ver. extendit.* † Et iſta extenſio de tutore ad adminiſtratorẽ quemcunq; extenditur in tãtum, vt etiam habeat locum in Iudice finito officio, vt pariter reddat rationem de commiſſis, & neglectis in officio, ſicuti tutor de commiſſis & neglectis in tutela. Roman. *conſ.415. Quoad primum in princ.* † Extende; quia quilibet, ſiue ſit frater, ſiue tutor, ſiue curator, ſiue negociorum geſtor, & quicunq; adminiſtrator rei alienæ tenetur reddere rationem; ſed eſt differentia; quia frater non reddit ſtrictam, prout extraneus, vel tutor. Soci. *conſ.213.* vbi ponit omnes adminiſtratores, prout ſunt procuratores, ſyndici, actores, hoſpitalarij, curatores ad lites, qui omnes reddunt rationem, excepto patre in aduentitijs. † Et eſt generale in quolibet adminiſtratore, vt teneatur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis cum reliquorum reſtitutione. Soc. *conſ.159.* vbi de negociorum geſtore eſt caſus, & ibi Bart. Bald. & alij *in l.2. ff. de negoc. geſtis.* Socin. *conſ.46.& 72. col.1. lib.1.& conſ.213. lib.2.& conſ.72.n.12. lib.3.* Angel. Aret. *conſ.43. In cauſa prædicta n.9. ver. quilibet enim.* Soc. *conſ.2. Sequendo. n.5. lib.1.* plene Menoc. *de arbitrar. caſ.209.* vbi pleniſſime. † De factore, vel caſtaldo Plot. *in repet. l.ſi quando. nu.194. C. vnde vi.* Caſtr. *conſ.263.* Alex. *conſ.36.n.1. ver. nec obſtat. lib.1.* Anch. *conſ.3. num.4. ver. quoad quartum.* Felin. *in cap. ſcribebam. col.2. ver. adde etiam, de præſumpt.* Alexan. *conſi.1. circa fin. ver. ad hoc lib.2.* Marſil. *ſingul.77.* Angel. Aretin. *d.conſi.43. num.9.* Socin. *conſi.2. num.5. lib.1.* † De curatore *in l. aduerſus. & l. rationes. C. de admin. tutor. & in l. cum curator,* vbi Bart. *ff. eod.* Angel. Aretin. *in §. fin. Inſtit. de author. tutor.* vbi etiam, qua actione contra eum agatur. Socin. *dictis conſil.46. lib.1.& 213. lib.2. cum aliis ſupra.* Angel. Aretin. *d.conſi.43. num.9.* vbi loquitur in tutore, & curatore. † De protutore. Socin. *conſi.46. lib.1.* quod repetitum *conſil.213. lib.2. & conſi.73. Circa primam. lib.1. col.1. & conſi.72. nu.12. lib.3.* Caſtrenſ. *conſi.227. lib.2.* † De tutore eſt tex. *in l.1. in princ. & in §. de rationibus. ff. de tutel. & ratio. diſtrahen.* qui extenditur ad quemcunque adminiſtratorem, vt ibi Bald. Deci. *conſ.192. in caſu propoſito, in princ.* Abb. *conſi.12. in ſi. lib.1.& conſi.82. In caſu præmiſſo.* Rom. *conſi.168. Circa primum. & conſi.313. Quoad primum,* & tex. *in l.1.§. officio. ff. de tutel.& ratio. diſtrahen.* loquens in tutore extenditur ad omnes adminiſtratores. Rom. *conſ.413. in prin.* & eſt communis * opinio. Socin. *conſi.92. nu.5. lib.4.* Angel. Aret. * *d.conſi.43. In cauſa prædicta, nu.9. ver. quilibet enim.* Vide, *Tutor tenetur de male adminiſtratis, & neglectis, & quando ſecus. Concl.441.* † De Hoſpitalario, Exequutore, & Actore Vniuerſitatis, & aliis plene Roland. à Vall. *conſi.49. lib.1.* & infra *nu.30.* † De procuratore ad negocia, vel ad iudicia, *l. ſi procurator. §.1. ff. mandat.* Socin. *conſ.46.* quod eſt repetitum *213. lib.2.& conſi.72.n.12. lib.3.* Angel. Aretin. *d.conſi.43. num.9.* † De inſtitore, idem Angel. Aretin. *d.conſi.43. In cauſa prædicta. n.9.* † De actore vniuerſitatis, Socin. *conſi.46. lib.1.& conſi.213. lib.1.* † De patruo, Cuman. *conſi.187. In caſu.* Dec. *conſi.192. in princ.* † De fratre, qui adminiſtrauit bona communia, Rom. *conſ.168. Circa primum,* vbi dicit, quod quandocunque ratio adminiſtrationis petitur ſine calumnia, reuideri debet, allegat Bald. & Salyc. *in rubr. C. pro ſoc.* & idem voluit Socin. *col.73. col.1.* vbi enumerat multas perſonas, quæ ratione adminiſtrationis factæ per eas de bonis alienis rationem reddere tenentur, & reliqua reſtituere, & *conſ.46. col.1. Cum in præſenti. lib.1.* vbi *col.2.* idem dicit in ſocio, qui finita ſocietate tenetur reddere rationem adminiſtrationis. Alex. *conſ.34. col.1. in fin.* incip. *Viſo inſtrumento. vol.2.* Dec. *conſ.178. In cauſa. col.1.* Rom. *conſ.413.& 414. Quoad primum col.1.* plene Soc. *conſ.46. lib.1.& 213. lib.2.* Pariſ. *conſ.84. nu.17.& ſeq. li.1.* Dec. *conſ.255. in pr.& 110.* Rui. *conſ.54. lib.1.* In fratre loquitur Soc. *conſi.92. lib.4. in prin.& num.5.* † Extende, etiam ſi frater, qui adminiſtrauit, fuerit adminiſtrator in minori ætate, & maiori; quia de adminiſtratione vtroq; tempore tenetur rationem reddere, & librũ conficere, alias tenetur de dolo, & de culpa. Roma. *conſi.414. Quoad primum, in princ.* † De vxore, Bald. *conſi.137. Quæd.am vidua. in fin. lib.5.* † De matre, Anchar. *conſ.306. In cauſa.* Dec. *conſi.349.* in qua dolus non præſumitur. Alexan. *conſ.62. lib.4.* Gozad. *conſ.80. in fi.* vt quod mater, prout alij, teneatur reddere rationẽ. Alex. *conſ.110. Circa primum in ſi. ver. vnde videmus. lib.3.* Soc. *conſi.2. n.7. lib.1.* † De patre, quando non eſt legitimus adminiſtrator, vt pariter teneatur reddere rationem. Soc. *conſi.72.n.12. lib.3.& conſ.92.n.5. lib.4.* ſecus, ſi eſt legitimus adminiſtrator, prout in aduentitiis, in quibus habet vſumfructum, & habet filium in poteſtate. Alex. *conſi.110. in fin. nu.22. ver. bene ſpeciale eſt. lib.3.* Socin. *conſ.2. nu.7. lib.1.* † De filio idem Socin. *conſi.46. lib.1.* quod eſt repetitum *conſi.213. lib.2.* & de filio adminiſtrante viuo patre. Socin. *conſi.92. nu.5. lib.4.* de filia Abb. *conſ.12. col. pen. ver. & capio nunc ſextum. lib.1.* † De ſocio, quod is, qui adminiſtrauit ſocietatem, teneatur reddere rationem aliis ſociis, Soc. *conſ.24. Viſis, & diligenter. col.13. ver. ſecundo, quia. n.37. lib.1.* vbi, quod ille, cui iniunctum eſt onus reddendi rationem de adminiſtratis, tenetur probare, quid, & quãtum ex

tum ex ea administratione ad eius manus peruenerit. idem Soc. *cons.46. Cum in præsenti, col.2. lib.1.* quod est repetitum *cons.213. li.2.* Paris. *cons.84. num.17. & seq. lib.1.* Angel. *cons.235. Quoniam in facto, col.2.* † Non tamen tenetur socius, qui non administrauit, reddere rationem. Soc. *cons.24. lib.4.* † De administratore publico rerũ Fisci. † De Nummulario. Castr. *cons.227. Respondeo. li.2.* † Maritus, qui bona extra dotalia vxoris administrauit, tenetur reddere rationẽ ipse, & hæredes, *l. aduersus, & l. rationes,* vbi * Doct. C. *de administ. tut.* Rom. *cons.413.* Dec. alios adducens. *cons.110. nu.7.* † De exequutore, quod teneatur reddere rationẽ, & debeat facere inuentarium coram Notario, & Iudice, in quo describat omnia bona cum qualitatib. & æstimatione, & facere librũ, in quo describat redditus, & exitus, emptiones, & venditiones sigillatim, alias non dicitur bene reddita ratio. Soc. *cons.46. lib.1.* quod est repetitum *cons.213. lib.2.* † Contrarium dicit Alex. *cons.215. Ponderatis, n.8. ver. non obstat etiam in secunda causa. li.6.* vbi, quod exequutor publicus, prout Episcopus, tenetur facere inuentariũ, sed exequutor priuatus non, & dicit nõ reperiri iure cautum, quod teneatur priuatus exequutor. † Declara; quia imo etiam priuatus exequutor tenetur facere inuentarium, *l. fi. in prin. ff. de bon. auth. iud. possid.* sed bene distinguitur, aut est generalis exequutor, & tenetur facere inuentarium, siue publicus, siue priuatus; aut est exequutor ad actum singularẽ, & non tenetur, prout neq; curator specialis ad certũ actum, & ita seruatur, & ista ponit apost. ad Alex. *d. cons.215. nu.8. lib.6. in verb. priuatum,* & sunt verissima. Vide, *Inuentariũ à quibus confici debeat. Concl.347. nu.13. & seq.* † De minore, seruo, Capitulo, & aliis, plene Menoch. *de arbitrar. cas.209. in princ.* † De Hospitalario, idem Socin. *cons.46. lib.1.* quod est repetitum *cons.213. lib.2.* & supra *nu.10.* † De Episcopo, quia est administrator, vt teneatur confícere librũ, & exhibere successori. Castr. *cons.227. Respondeo, lib.2. per tot.* † Villicus quilibet tenetur reddere rationẽ villicationis suæ, vt *in Euangel. Lucæ cap.16.* Socin. *d. cons.2. Sequendo ordinem, n.5. lib.1.* † Commissarii pariter tenentur reddere rationẽ administrationis. Socin. *d. cons.2. nu.5. lib.1.* † Prælatus, vt per Soci. *d. consi.2. nu.6. lib.1.* † Amplia; quia siue administrauerint de mandato, siue sine mandato, pariter tenentur omnes reddere rationem; quia secundũ *Euangelium Lucæ cap.16.* villicus tenetur reddere rationem villicationis suæ. Marian. Socin. *d. cons.2. Sequendo ordinem. lib.1. & cons.26. & 73. lib.1. & cons.213. lib.2. & cons.72. lib.3. n.12. & cons.92. nu.5. lib.4.* Bald. *cons.137. Quædam vidua, lib.5.* Roman. *cons.414. in prin.* Soci. *cons.46. lib.1.* † Et nedum tenentur de administratis male, sed etiam de neglectis, ideo si distulerunt exigere, vel reparare, vel aliud facere, per quod damnũ sit illatum, tenentur; quia in eis peccatũ mortale dicitur negligentia; & negligentia est lata culpa; vel est dicendum, quod licet negligẽtia esset leuis, vel leuissima culpa, tenetur de leui, & leuissima. Soc. *d. cons.2. n.8. & seq. ver. quia imputatur, lib.1.* † Extende, siue administrator sit voluntarius, siue necessarius. Bart. *in l.2. ff. de negoc. gest.* Bald. *consi.137. Quædam vidua, in fi. lib.5.* vbi loquitur indistincte, & generaliter, Rom. *consi.414. Quoad primum, in princ.* Soc. *consi.46. li.1.* † Amplia; quia in tantum tenentur reddere rationem, vt ea non reddita, si sunt creditores, non agant ante redditam rationem, & quid si mater petit dotes suas non reddita ratione administrationis, an repellatur, vel non. Vide, *Dotis restitutio non retardatur, & quando secus. Concl.772. nu.7.* Vide infra, *Administratoribus quæ compensanda. Concl.208.* † Extende generaliter; quia nedum prædicti omnes administratores tenentur reddere rationem, sed etiam si mortui sint, ea non reddita, compelluntur eorum hæredes illã reddere. Alex. *d. consi.110. nu.21. ver. super quarta lib.3.* † Amplia; quia tenetur etiam non requisitus reddere rationẽ administrationis. Rol. à Vall. *cons.49. lib.1. n.16.* vide de * communi. † Amplia; quia in redditione administrationis veniunt plura, de quibus Rom. *cons.413. Quoad primum, in prin.* Primo, quod librũ exhibeat. Secundo, quod reliqua restituat. Tertio, quod credita contracta non deteriorata assignet. Quarto, quod debita, & credita exhibeat. Quinto, quod de negligẽtiis satisfaciat. Sexto, quod instrumenta tradat. Et septimo, quod quanti plurimi interest pupilli, teneatur: alia septem ponit Socin. *cons.92. n.6. & 7. lib.4. & cons.159.* Vide, *Administrator de quibus rationem reddere teneatur. Concl.205. per totum. & n.7.* † Fideiubere tenetur, si est suspectus is, qui debet reddere rationem administrationis. Alexan. *in l. mora. nu.4. ver. tertio fallit. ff. solut. matrimon.* † Amplia; quia quod facere omisit administrator mortuus, hæres illius implere debet. Roman. *d. consi.413. in princ. & num.16. ver. quoad septimum.* Alex. *consi.110. col. fin. num.21. lib.3.* Socin. *consi.46. lib.1.* Deci. *consi.110. colum. fin.* Roman. *consi.300.* Castrens. *consi.412. col. fin.* vbi reddit rationem; quia actio oritur à contractu, vel quasi. *lib.1.* & plenius *consi.371. in prin. lib.1.* † Et maxime in administratione rerum publicarum; quia iudicium potest incipere ab hærede. *l. fi. ff. ad leg. Iul. peculat.* vbi gloss. † Et quod hæres administratoris teneatur de dolo, & lata culpa defuncti, in quantum ad eum peruenit. Castrens. *d. consi.371. Isle, qui formauit. in prin. li.1.* quod intelligas, quod conueniatur pro dolo, & lata culpa, in quantum ad eum peruenit, nõ quod teneatur de dolo. Castrens. *d. consi.412. lib.1.* † Et quod etiam hæredem administratoris afficiat ista redditio rationis. Deci. *d. consi.110. num.7.* Socin. *consi.213. nu.2.* Castrens. *consi.413. lib.1.* vbi dicit, quod hæres tenetur de dolo administratoris, licet non participauerit; quia obligatur ex contractu, vel quasi. Roman. *consi.413. Quoad primum. nu.4. & seq.* † Amplia; quia tenetur exhibere libros administrationis tam ipse, quam hæres. Castr. *consi.227. Respondeo. lib.2.* † Amplia, in quocunque administratore rei alienæ, siue sit pater, filius, frater, & quicunque alius; quia tenetur reddere rationem de administratis. Bero. *quæst. famil.15. cum quidam in domo.* Plot. *in l. si quando. C. vnde vi.* vbi *nu.194.* quod si non fiat liber rationum, & inuentarium, iuratur in litem. Socin. *d. consi.159. num.3. & sequen. lib.1.* & vide plene Menoch. *de arbitrar. cas.209.* † Declara; quia in istis redditio rigorosa non exigitur, sed eo modo, quo potest. Abb. *consi.12. colum. penul. in 6. dubio. lib.1.* † Amplia; quia administrator condemnatus ad reddendum computum, & rationem de administratis censetur etiam condemnatus ad restituendum reli qua, quæ haberet in manibus, & de quibus appareret restare debitorem, & sic talis sententia continet etiam in se condemnationem ad reliqua. Afflict. *decis.157.* † Declara, quod licet condemnatus ad reddendam rationem, quod continet mixturam faciendi & dandi. *l. cum seruus,* & ibi Bart. *ff. de condit. & demonstrat.* tamen non tenetur ad dandum, nisi facto calculo constet superesse reliqua. Bald. *consi.61. In quæstione. ad princip. lib.2. & consi.214. Vt apparet. lib.4.* † Amplia; quia non semel tantum, sed pluries tenetur administrator reddere rationem, quando non fuit bene reddita. Paris. *consi.89. num.89. & sequen. lib.1.* Socin. *consi.92. vol.4.* Vide, *Error calculi quando attendatur, vel non. Conclus.312. num.5. & seq.* † Extende maxime, quando adest dolus in administratore verus, vel præsumptus. Socin. plene *consi.159. num.12. & seq. lib.2.* vbi plene, quando est, vel præsumitur dolosa redditio, & ex quibus. Vide infra, *Administrator qualiter, & de quibus. Conclus.209. num.4. & seq.* † Amplia; quia administrator non præscribit obligationem reddendi rationem de administratis, nisi spatio triginta annorum, & tunc etiam non præscribit, si ostendatur mala fides. Alexan. *consi.102. Visis, in fin. ver. circa aliud, lib.1.* † Amplia in tantum, vt liberatio relicta à testatore non releuet. Deci. *consi.384. in fin.* Vide, *Liberatio relicta tutori per testatorem, quando valeat. Conclus.382.* † Extende maxime, quando administrator liberatus sciens liberationem simpliciter se obligauit reddere rationem; quia præsumitur renunciasse liberationi. Alex. *consi.102. Visis, num.9. ver. quantum vero ad aliud lib.1.* † Declara; quia liberatio, quæ esset adeo prægnans, & ampla, vt dolum includeret, solum habebit locum in dolo omissionis, non autem in dolo in committendo, ita Dec. *consi.178. per tot. & consi.191. incip. In casu proposito.* † Imo etiam si testator liberasset tutorem plenissime ab inuentario, & redditione administrationis, & si vnquam molestaretur, legauit ei tantundem de bonis hæreditatis; iste tamen non censetur liberatus à confectione libri, & exhibitione, neq; à redditione eius, quod clare liquet eum habuisse de bonis pupilli. Fulgos. *consi.102. Nobilis vir. per tot.* † Extende; quia neque valet conuentio, quod facto-ri, & administratori non possint computa reuideri, neque teneatur reddere rationem administrationis; quia remitteretur dolus futurus. Socin. *consil.159. & consil.190. lib.2.* Bald. *in l. Aurelius, §. Gaius, ff. de liber. legat. l. fin. C. de contrahen. emptio.* † Rationem de quibus reddere teneatur tutor, vel alius administrator, vide plene per Roman. *consi.413. Quoad primum.* vbi ponit octo dubia, de quibus reddatur ratio administrationis, vide eum, & Ancharan. *consi.330. per tot.* Socin. *consi.92. num.6. & sequen. lib.4.* † Et habetur ratio fructuum consumptorum per administratorem, affictus domus inhabitatæ per administratorem in communi cum pupillis, nisi fuisset expediens pupillis habitare cum administratore. Alexand. *consi.108. col. fin. num.6. ver. Circa aliud. lib.1.* † Et ponit alios casus idem Roman. *consi.414. per totum,* vbi de administratore rei communis, quomodo & qualiter teneatur, vbi in fine, quod non fit compensatio damni illati cum excessiuo lucro causato à socio administrante, qui dedit postea damnum. † Damnũ illatum per administratorem in re communi cum fratre, vel alio minore tenetur administrans emendare. Roman. *dict. consi.414. Quoad primum, num.2. ver. quoad secundum.* Vde infra, *Administrator de quibus rationem reddere debeat, & in quo loco. Conclus.204.*

Expen-

64 † Expensæ excessiuæ nõ debent resici administratori, neq; socio, vel tutori, late Rom. *cons.* 413. *n.* 6. *& seq. ver. quoad tertiũ*, vbi, quod solæ necessariæ fiunt bonę, sequitur Soc. Iun. *cons.* 148. *In causa hæredum. n.* 28. *lib.* 1. plene Anch. *cons.* 316. *In causa, quæ vertitur, nu.* 8. *&*
65 *seq. vsq. in fi.* Rui. *cons.* 29. *n.* 14. *ver. quo vero ad alias expensas, lib.* 5. † Etiam si sit conuentum, quod expendat, prout sibi placuerit, etiam si in liberam eius voluntatem sit commissum; quia semper intelligitur cum rectitudine, & sine dolo. Ias. *cons.* 4. *col.* 2. *ver. tertio libri,*
66 *lib.* 3. † Imo damnũ obueniẽs culpa socii, vel administratoris non cõpensatur cum lucro excessiuo causato ab eodẽ socio. Rui. *cons.*
67 414. *n.* 8. *ver. Quinimo dico.* † Contrarium Castr. quem refert Ruin. *cons.* 29. *n.* 14. *& seq. ver. Quo vero ad alias expẽsas*, maxime *n.* 15. *ver. nec*
68 *obstat, lib.* 5. † Et debet tutor, vel administrator rerũ pupilli potius finire trafficum damnosum, etiã à defuncto cœptum, quam continuare cum expensis damnosis; alias tenetur de suo. Soci. Iun. *d. cons.* 148. *n.* 33. *lib.* 1. maxime si trafficus esset fortuitus, prout so-
69 cida animalium. Anch. *cons.* 316. *in fi.* † Amplia in socio administratore, & hærede illius; qa tenetur reddere rationẽ administratio-
70 nis. Anch. *d. cons.* 330. *in prin. & per tot.* † Extende, etiam si sit semel calculatum etiam cum iuramento; quia adhuc si dicatur de errore, debet administrator calculare, reddere rationem, librum exhibere, & ipsi non creditur, si dicat non habere, nisi probet perdi-
71 disse, alias iuratur in litem. Ioan. de Imol. *cons.* 65. *per tot.* † Amplia; quia administrator, & factor dicitur esse in dolo, si non scripsit omnia habita, & liberatio dolosa rescindi debet, nec creditur ei, si
72 dicat perdidisse libros, late Socin. *cons.* 190. *lib.* 2. † Limita; quia si semel fuit reddita ratio, amplius non tenetur, nisi esset administrator in dolo, de quo clare constare debet, plene Menoch. *de arbitr. cas.* 209. *n.* 37. *& seq.* Dec. *cons.* 94. *In casu. n.* 4. *ver. quarto, & vltimo.* & maxime, quando adest pactum, vel transactio, non reuidetur. Bart. *in l.* 2. *C. de iur. fisc. lib.* 10. & maxime, quando fuit reddita
73 semel cũ effectu. Paris. *cons.* 96. *n.* 26. *& seqq. lib.* 1. † Declara, quando plene fuit reddita, & solemniter, alias secus. Socin. *cons.* 92. *Vi-*
74 *so instrumento. n.* 8. *& seq. lib.* 4. *& cons.* 159. *n.* 11. *lib.* 2. † Extende, maxime, quando reuera, & cum effectu ratio fuit reddita; quia amplius reddi non debet, nisi constet de dolo. Paris. *d. cons.* 96. *nu.* 26.
75 *& seq. ver. his tamen non obstantibus, lib.* 1. † Et dicitur cum effectu reddita, quando reliqua sunt soluta. Socin. *cons.* 92. *nu.* 1. *lib.* 4. Af-
76 flict. *decis.* 157. *n.* 2. *decis. Ianuen.* 209. *n.* 2. † Extende magis, quando pluries fuit reddita ratio; quia geminatio tollit errorem. Cephal.
77 *cons.* 440. *nu.* 79. *lib.* 3. † Declara, nisi constet de fraude, vel dolo. Socin. *cons.* 159. *per tot. & cons.* 190. *lib.* 2. plenius Cachera. *decis.* 58.
num. 32. *& seq.* vbi, quod dolus semper excluditur, & vbi adest, repellit dolosum, ne lucretur ex dolo suo, & nõ currit præscriptio,
78 neque notificatio operatur. † Extende, quando fuerunt visa, & approbata per calculatores approbatos ipsa computa. Bart. *in l.* 2. §. 2. *ff. de administr. rer. ad ciuit. pertinent.* Paris. *d. consil.* 96. *n.* 28. *& seq.*
79 *lib.* 1. vbi multa alia similia allegat. † Debet tamen constare de relatione, & quod viderint, & fideles rationes inuenerint. Anchar.
80 *d. consil.* 330. *Visa facti, num.* 4. Socin. *cons.* 92. *num.* 8. *lib.* 4. † Extende maxime, quando interuenit liberatio, & transactio. Bart. *in l.* 2. *in fine. C. de iure fisc.* Socin. *consil.* 92. *num.* 4. *lib.* 4. Ruin. *consil.* 16. *in fin.*
81 *lib.* 5. Menoch. *d. cas.* 209. *num.* 37. † Extende maxime, quando adsunt illa verba; *sponte, & ex certa scientia*; quia tollitur præsumptio erroris. Paris. *d. consil.* 96. *num.* 7. *lib.* 1. *& cons.* 3. *n.* 74. *lib.* 4. Rolan. à
82 Vall. *cons.* 1. *num.* 66. *lib.* 3. † Et quando verba sunt prægnantissima, quæ necessario includunt dolum. Bald. *in l. tres fratres, in* 4. *not. opposit.* 2. *ff. de pact.* Alex. *cons.* 42. *lib.* 1. Socin. *cons.* 103. *n.* 5. *lib.* 3. Afflict.
decis. 286. *num.* 13. Cephal. *consil.* 427. *n.* 19. *Pedemont. decis.* 38. *nu.* 10.
83 † Restringe, quando reuera constat de dolo; quia semper reuisioni locus est, & debet probari dolus per perspicuas probationes, & debet esse verus, non præsumptus. Menoch. *d. cas.* 209. *nu.*
4. *& seq.* & de probatione vera Dec. *cons.* 94. *n.* 4. *ver. non obstat.* Cra-
84 uett. *cons.* 198. *n.* 13. † Et quod debeat dolus esse ex proposito, quo casu iteratas quietationes etiam cum iuramento factas iritat dolus verus. Socin. *cons.* 159. *lib.* 2. Afflict. *decis.* 220. *nu.* 7. Rota *in nouissime impress. part.* 2. *decis.* 202. *num.* 13. & Paris. *d. cons.* 96. *Non dis-*
85 *sentit, lib.* 1. † Declara totam hanc materiam; quia licet regula sit, quod si semel fuit calculatum, & ratio reddita non sit, iterum sit calculandum. *l. semel. C. de apoch. pub. lib.* 10. secus tamen est, quando allegatur error calculi, vel dolus. *l.* 1. *C. de error. calcul.* & hanc
* communem * dicit Suarez. *in commun. opinion. in ver. error. nu.* 159. vbi ampliat, etiam si sæpius fuit facta calculatio, & Paul. Montan.
86 *de iur. tutel. & curat. cap.* 38. *num.* 145. *& seq.* † Et procedit, etiam si calculatio habeat quietantiam; quia licet quietantia post calculum liberet quietatum. Bart. *in l.* 2. *in fi. C. de iur. fisc. lib.* 11. Dec. *consil.* 94. *num.* 4. *& in l.* 1. *num.* 3. *C. de error. calcul.* tamen non trahitur ad dolum, vel errorem dolosum. Osasc. *decis. Pedemont.* 58. *num.* 35. *
vbi dicit * communem, & respondet ad contraria, quæ prius ibi dixit *num.* 16. *&* 17. Paul. Montan. *de iur. tutel. & curat. cap.* 38. *n.* 135.
† Extende, vt procedat, etiam si quietantia sit geminata super 87
saldo; quia adhuc, si constat de dolo, debet iterum calculari; quia dolus semper in omni quietantia censetur exclusus. *l. creditor.* §. *Lucius. ff. mandat.* Paris. *consil.* 107. *num.* 35. *lib.* 3. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 13. *num.* 8. *& sequentib.* & ita Tessaur. *decis. Pedemont.* 74.
num. 7. & quod iterum debeat calculari, etiam si geminata sit facta quietantia super calculis, si de dolo constat. Roman. *consil.* 54.
in fin. Paris. *consil.* 89. *num.* 7. *lib.* 1. Cephal. *consil.* 142. *num.* 55. † Con- 88
trariũ, quod imo, quando super calculo fuit facta geminata quietantia, non fiat reuisio calculi; quia ex tali geminata quietantia tollitur dolus. Afflict. *decis.* 220. *n.* 6. *&* 7. Paul. Montan. *de iur. tut. & cur. c.* 38. *n.* 127. *& seq.* † Declaratur; quia contrarium procedit, 89
quando in prima quietantia in specie renuntiauit quietans exceptioni doli, & deinde ex interuallo ratificauit; quia tunc dolo de præterito potest in specie renuntiari, vt expresse aduertit idemmet Afflict. *d. dec.* 220. *n.* 8. & ibi Vrsil. extensio, quando in specie non
fuit renuntiatum dolo. † Extende, vt procedat, etiam si coram Iu- 90
dice fuerit calculatum, & facta quietantia, quia dolum non excludit, etiam si sit geminata. Paris. *d. cons.* 89. *n.* 28. *&* 58. *lib.* 1. Riminal.
Iun. *cons.* 338. *n.* 27. *& n.* 8. *lib.* 3. † Declara; quia licet opinio sit con- 91
trouersa, an quando geminata quietantia interuenit super calculo, possit ratio reuideri; tamen si opponitur de dolo administratoris in redditione administrationis, debet reuideri; quia quietationes geminatæ non obstant, tanquam factæ super redditione
administrationis sine dolo. ita Pancirol. *cons.* 159. *Quia illustris Dominus. n.* 10. vbi dicit * communem, & repetit *cons.* 173. *n.* 11. etiam *
si quietantia esset subscripta, & saldum subscriptum, & impressa subscriptio, & confert cum præcedenti declaratione. † Declarat 92
etiam Crauet. *cons.* 151. *n.* 31. *&* 32. quia quod dicitur, actum geminatum prætextu doli non posse rescindi, etiã ex capite restitutionis in integrum, procedit, quando ex interuallo, & non intra modicum tempus est facta confirmatio, & data scientia doli, alias secus; quia data scientia dolus præteritus censetur remissus, alias non, & *n.* 32. vult Crauett. quod non sufficiat dolus re ipsa, sed debeat esse dolus ex proposito, vt iterum audiatur, & rescindatur
quietantia, vel actus geminatus. † Et quando constat de dolosa 93
redditione, vt quia non scripsit omnia, semper compellitur iterum reddere. Socin. *cons.* 92. *n.* 19. *lib.* 4. *& cons.* 159. *n.* 42. *lib.* 2. † Et 94
dicitur in dolo tutor, & quilibet administrator, si in propriam vtilitatem conuertit pecunias pupilli. Socin. *dict. consil.* 156. *num.* 10.
ver. quarto deprehenditur, lib. 2. Vide, *Administrator de quibus rationem reddere teneatur, & in quo loco. Concluſ.* 2. *num.* 3. *& sequentib.*
Vide, *Calculus quando dicatur erratus, vt iterum calculari debeat, vel non. Concluſ.* 5.

Administrator quando, qualiter, & de quibus administratis reddat rationem. Concl. 204.

QVALITER † reddenda sit ratio, plene Ancharan. *cons.* 330. 1
Visis facti narratione, in princip. vbi, quod debet primo edere, legendas offerre, computandas præbere, & non dicitur reddere rationem, qui in folle reliqua obtulerit. † Arbitrio boni viri red- 2
denda est ratio administrationis. Bald. *in l. voluntatis. colum.* 2. *C. de fideicommiss.* & per calculatores terminandæ sunt differentiæ. Vide, *Calculatores quando eligendi, & quam iurisdictionem habeant. Concluſ.* 4. † Singulo anno reddenda est ratio administrationis, et- 3
iam si non requiratur, vt est gloss. *in clement. quia contingit, de religios. domib. in ver. singulis annis.* quam magis communem * dicit So- *
cinus *consil.* 92. *num.* 17. *lib.* 4. † Non probatur reddita ratio, vel 4
administratio tutoris, vel socii per liberationem minoris factam cum authoritate curatoris, & decreto Iudicis, quando constat de læsione, & quod decretum non habuit causæ cognitionem. Ancharan. *dicto consil.* 330. *num.* 6. *& sequent.* † Et minus, quando 5
minor statim finita tutela liberauit; quia censetur seductus. Socinus *consil.* 92. *num.* 8. *& sequent. ver. solum ergo. lib.* 4. vbi late.
† Amplia; quia non creditur ei, qui administrauit, si dicat non 6
habere librum; quia tenetur conficere librum, & exhibere, alias iuratur in litem contra eum, nisi doceat se perdidisse. Ioan. de Imol. *consil.* 65. *per tot.* Ancharan. *consil.* 316. *num.* 6. † Exten- 7
de idem, si dicat amisisse; quia nisi probet causam, præsumitur in dolo, & iuratur contra eum in litem, ita Socinus *dicto consilio*
159. *num.* 5. *lib.* 2. † Extende, etiam si semel fuerit calculatum, 8
etiam cum iuramento; quia socius allegans errorem, potest iterum petere calculari, & exhiberi libros, & teneturis, qui administrauit, exhibere, alias contra eum iuratur in litem,

9 nisi doceat perdidisse. Io. de Imol. *d. consil. 65.* † Et reddita semel ratione libri administrationis præsumitur remansisse penes eum, qui administrauit, *l. maiorem. C. de Iud.* Olasc. *decis. Pedem. decis. 16.* vbi quod is, qui dicit libros reddidisse, probare debet, nec statur iu-
10 ramento. Plot. *in l. si quando, nu. 238. C. vnde vi.* † Et non sufficit generalis nota introituum, & expensorum, sed debet esse specialis, & de singula partita à tali tantum tali die; quia alias esset confusa, & non posset redargui de falso, ita plene Rol. à Vall. *consil. 49. n. 22. & seq. lib. 1.* & quia alias esset sordida calculatio. Bart. *consil. 150. Cum*
11 *prædicta examinarem, in fi. lib. 1.* Soc. *consil. 159. n. 4. lib. 2.* † Et de quibus sit reddēda ratio, plene Rom. *consil. 413. Quoad primum, per tot.* & vi-
☞ de supra *Conclus. prox. præced. n. 41. & seq.* Vide, *Tutores de quibus rationem reddere debeant. Conclus. 427.* Vide Conclus. prox. seq. Vide Mascard. *Concl. 54. An probatio administrationis*, vbi, quod debet sigillatim de singulis rebus probatio fieri, & quando secus.

Administrator de quibus rationem reddere teneatur, & in quo loco. Concl. 205.

1 ADMINISTRATOR † obligatus reddere rationem administrationis quomodo reddere teneatur, & ad quid obligetur, vide tex. *in l. cum seruus, & in l. qui sub conditione reddēdarum. ff. de condit. & demonstr.* Bald. *consil. 350. Ad euidentiam, lib. 1.* Alex. *consil. 103. Visis, col. 4. ver. non obstant. lib. 1. & in l. 4. §. ait Prætor. ff. de re iud.* vbi modern. ponunt de exhibitione librorum, & scripturarum fienda per eum, qui rationem reddere tenetur, & ponit Io. de Imol. *consil. 75.* & plenius omnibus Roman. *consil. 413. Quoad primum, in princip.* quod tenetur ad septem, quæ videas, videlicet, exhibendum scripturas, & librum, reliqua restituendum, credita non deteriorata assignandum, debita, & credita exhibendum, de neglectis satisfaciendum, instrumenta tradendum, quanti plurimi reficiendum, & calculatores eligendum, & fideiubendum, vt etiam per Bart. *in l. si cui libertas. ff. de condit. & demonstrat.* Socin. *consil. 92. num. 6. lib. 4.* prout etiam reliquorum restitutionem requirit, idem Socin. *consil. 159. lib. 1. & consil. 190. lib. 2.* vbi, quæ requirantur in reddenda hac ratione administrationis, plene Crauet. *de antiquit.*
2 *temp. §. vidimus, num. 7. & seq. vsque ad num. 33.* † Et quilibet administrator tenetur reddere rationem suæ administrationis, *l. 2. in fin.*
3 *ff. de negot. gest. l. quædam. ff. de procur.* Paris. *consil. 36. in princ.* † Declara; quia in summa, redditio administrationis concludit quatuor, ad quæ omnia referuntur, & in quibus includuntur omnia, videlicet, codices edi, calculum fieri, reliqua restitui, & culpam purgari solutione eius, quod debetur, ita Corne. *consil. 319. Circa primum, num. 13. lib. 3.* & idem per omnia dicit Socin. *consil. 149. num. 3. lib. 1.*
4 † Et propterea tenentur omnes administratores rerum alienarum, siue cum legitimo mandato, siue sine mandato, reddere rationem, tam de male administratis, quam etiam de neglectis. Socin. *consil. 2. Sequendo ordinem, num. 5. & seq. vers. sed etiam quicunque factores, lib. 1.* vbi *num. 11.* dicit, quod negligentia dicitur peccatum
5 mortale in administratore. † Extende; quia administrator tenetur etiam restituere omne illud, in quo dominus damnificatus esset ex mala, aut negligenti administratione, etiam si dominus esset maior. Bart. *in l. 2.* per illum tex. *ff. de negot. gest.* Socin. *consil. 46.*
6 *Cum in præsenti, in princip. lib. 1.* † Extende, etiam si mala, vel negligens administratio esset de mandato principalis institoris; quia non excusatur, & tenetur alteri, ad quem in veritate negotium spectat. Bart. *in l. cum alicuius. in 2. not. ff. de negot. gestis.* & in gerente negotia pupilli, de mandato tutoris, est casus clarus, quod si male
7 fecit, tenetur, *in l. qui pupillæ. C. de negot. gest.* † Quæ veniant in redditione administrationis, ponit text. *in l. cum seruus. ff. de condit. & demonstrat.* Ancharan. *consil. 330. Visis facti narratione, in princ. & per tot.* Socin. *consil. 2. & 34. 46. & 73. lib. 1. & consil. 159. 190. & 213. lib. 2. & consil. 72. lib. 3. & consil. 92. lib. 4.* Corne. *consil. 24. in fin. lib. 1. & cons. 96. in fin. lib. 3.* Ruin. *cons. 90. & cons. 96. lib. 5.* Gozadin. *cons. 94. in prin.* Ias. *consil. 219. lib. 2. & cons. 100. lib. 4.* maxime *n. 4. & seq.* Paris. *consil. 84. n. 16. & seq. & consil. 89. n. 17. & seq. lib. 1.* Dec. *consil. 110. & consil.*
8 *274.* plene Rom. *consil. 413. Quoad primum.* † Amplia; quia ante non dicitur reddita ratio administrationis, quam fuerint exhibiti libri, facta computa, & calculatio, & reliqua sint restituta. Socin.
9 *consil. 159. & 190. lib. 2.* † Extende; quia imo libri rationis redditæ, & administratæ debent consignari pupillo, & ante consignationem non dicitur plene reddita ratio. Bart. *in l. fin. §. inter cætera. ff. de liber. legat.* text. *in l. si seruus.* vbi Bart. *ff. de cond. & demonst.* Rom. *consil.*
10 *413. Quoad primum, n. 3.* † In loco administrationis debet reddi ratio administrationis. C. *vbi de ratioci. l. 1. & 2.* Et ideo si Neapoli est facta administratio, eo ratiocinia portari, & reddi debēt, assignato breui termino competenti reddere debenti; & istud est introductum fauore eius, cui reddi debet ratio, & propterea poterit alibi conuenire obligatum, dummodo expensis, & periculo suo libros transportet, ita Bart. *in d. l. 1. C. vbi de ratioc.* qui dicit procedere, tam in administratione priuata, quam publica. Bald. & alii; quia ibi plenius veritas haberi potest, Socin. *consil. 31. in fin. & cons. 149. lib. 1. num. 4.* Vide, *Testes eprobari debent in loco, vbi inducti fuerunt. Conclus. 286.* Vide, *Tutores, & alij administratores, in quo loco rationem reddere debeant. Conclus. 443.* † Extende in tantum, quod si 11
agatur de publica administratione, & in loco non sit, qui debet reddere rationem, eo debet transmitti; secus in priuata. Bald. *in d. l. 1. C. vbi de ratiocin. in fin.* & ibi Salycet. qui tenet hanc partem in *l. 2.* licet dicat tenere contrarium gloss. & alios, quod etiam in priuata fiat remissio; quia speciale sit, sed communem, quod in priuata non fiat remissio, tenet Fulgos. *d. l. 1. C. vbi de ratiocin.* † Con- 12
trarium, quod etiam in priuata administratione fiat remissio ad locum gestæ administrationis, dicit gloss. fin. *in d. l. 1. C. vbi de ratiocin.* quæ dicit esse speciale, vel etiam regulare; quia quandoque in contractibus fit remissio, ibi Salycet. recitat pro vtraque opinione, & Castrens. dicit, quod fit remissio, & sit speciale; quia administratio potest habere dolum annexum, & sic crimen, & ideo
fit remissio, prout in criminalibus. † Extende, vt procedat, etiam 13
si desinat esse de foro illius Iudicis debēs reddere rationem; quia semel de illo foro semper retinet forum sui Iudicis; in quo debet reddi ratio. Fulgos. *d. l. 1. C. vbi de ratiocin.* Castrens. ibi dat multa exempla, quod semel ratione officii subditus semper remanet sub eodem Iudice. Spatio 30. annorum peti potest ratio administrationis. *l. 1. C. de error. calcul.* vbi Iason *in princip.* † Et pro non fa- 14
cto potest compelli dando tenutam bonorum administrationis ei, qui petit administrationis rationem. Bartol. *in l. Fulcinius. ff. ex quib. caus. in poss.* † Restringe; quia quandoque quis tenetur red- 15
dere rationem in loco, vbi Iudex mandauerit. *l. pen. §. fin. ff. de cond. & demonstr.* Menoch. *cas. 468.* vbi plura. † Restringe, nisi aliter es- 16
set conuentum: puta, quod reddatur ratio in domicilio tutoris, seu administratoris, seu pupilli, aut domini. Socin. *consil. 149. nu. 3. & 4. lib. 1.* vbi etiam loquitur, prout sequenti restrictione, & hæc restrictio est verissima; quia possunt partes prorogare iurisdictionem de consensu, & pacto renuntiare iuri suo, sic Bald. in *rubr. C. pro soc. col. 2. in princ. ver. item in hac societate*; vbi, quod omni tempore tenetur reddere rationem singulo anno, nisi aliter sit actum, & de loco ad tempus, & econtra valet argumentum. † Re- 17
stringe, nisi petens administrationis rationem reddi, offerret expensas pro libris asportandis. Soci. *d. cons. 149. n. 4. lib. 1.* † Amplia; 18
quia modus reddēdi rationem administrationis est, quod primo videantur redditus, & ea, quę peruenerunt ad manus administratoris, postea videndæ sunt expensæ, & exitus. gl. *in l. qui nominib. §. 1.* & ibi Alexand. *ff. de administ. tut. l. Thais. §. liberationem. ff. de fideicommiss. libert.* Ang. Aret. *consil. 78. Pro decis. nu. 5. & 6.* vbi late. Vide,
Rationē administrationis, &c. Concl. 40. † Amplia; quia si semel red- 19
dita est ratio, liberatur administrator ab illa iterū reddenda. arg. *l. cum seruus. ff. de cond. & demonst.* Canon. *in c. vnic. de Cler. ægrot. lib. 6. l. semel. C. de apoc. publ. lib. 10.* Soc. *consil. 92. n. 1. lib. 4.* Dec. *consil. 94. nu. 4.*
† Extende, etiā si illi, quib. reddēda est ratio, sint diuersi fori; quia 20
nō tenetur administrator in diuersis iudiciis eandē reddere rationē; ideo corā Ecclesiastico solū reddet semel. † Restringe, quādo 21
semel non fuit bene reddita. Paris. *consil. 89. n. 18. lib. 1.* Vide plenius
supr. *Administratores omnes tenentur reddere rationem administrationis. Concl. 203. n. 60. & seq. & n. 72. ver. Limita. cum multis seqq. vsq; in fin.* Vide, *Error calculi quando attendatur, vel non. Concl. 312. n. 5. & seq.*

Administrator rei communis qua actione conueniatur pro diuisione, & aliis. Concl. 206.

ADMINISTRATOR † rei communis, si conueniatur à socio 1
minore ad diuidendum bona communia administrata, conueniri potest solum actione communi diuidundo, & familiæ herciscundæ, quando administrauit totam rem communem; quia suam partem tantum non potuit administrare. Roman. *consil. 414. Quoad primum. num. 3. ver. cæterum.* † Limita, quando potuit 2
administrator totius rei communis suam partem separatim administrare; quia tunc potest conueniri actione negotiorum gestorum, vltra actiones cōmuni diuidundo, & familiæ herciscundæ. Roman. *d. consil. 414. num. 3. ver. eo autem casu.* † Et quatenus ad- 3
ministrator administrauerit, dum esset minor, siue damnum sit illatum in re communi, quæ non potuit administrari, nisi tota, & communiter administraretur, siue etiam potuisset in parte sola propria administrari, non tenetur minor administrans, nisi de solo dolo, & lata culpa. Romanus *dicto consil. 414. num. 4. ver. vnde considerandum.* vbi tamen excipit, nisi ex alio respectu teneretur ipse administrator minor. † Si vero administratio 4

fuit

fuit facta à minore, bene distinguitur; quia si est in re communi, quæ non poterat administrari, nisi tota administraretur, & in qua sola actio communi diuidundo, & familiæ herciscundæ competit, pro damno illato tenetur administrator solum de dolo, & lata culpa; sed si res poterat pro sua parte administrari, & administrauit totam, tenetur de dolo, lata, leui, & etiam de leuissima culpa. Romanus *dicto consil.414.num.4.colum.2.ver.aut dictus Oddo*, & maxime de leuissima tenetur, quando culpa præcessit casum fortuitum.

Administratoris bona qualiter sint obligata. Concluſ. 207.

1 BONA † tutoris, vel curatoris pupillorum sunt hypothecata pupillis pro mala administratione; & idem est in protutoribus; secus est in aliis administratoribus, prout sunt negotiorum gestores, factores, & similes. ita Negus. *de pignor. in 2.parte principali, membro 4. num.7. & sequentibus.* † Extende in administratore Ciuitatis, vel Fisci; quia eius bona sunt obligata. gloss. *in l. 2. C. de debit. Ciuit.lib.10.* Alexand. *in l.1.§.si hæres.ff.ad Trebell.an.* & propterea Fiscus habet tacitam hypothecam in bonis cuiuscunque administratoris, *l.2.C.in quibus caus.pign.tacit.contrah. l.2. & 3.ff.de priuileg.Fisc.* † Restringe in bonis patris legitimi administratoris filiorum, & illorum bonorum; quia non sunt hypothecata, *l. cum oportet. §. non autem, & §. fin.* vbi Bart. *C. de bon.quæ liber.* † Declara restrictionem, vt procedat, etiam si administratio patris sit culposa, secus si dolosa, ita Socinus *consil.34.Prosequendo ordinem. colum.penult. & final. lib.1.* † Amplia; quia Florentiæ bona cuiuscunque administratoris sunt obligata, & hypothecata pro administratione vigore statuti, sub *rubric. 97.* Vide, *Hypotheca tacita oritur à lege multis casibus. Concluſ.118. num 14. & sequent. & num. 38. & seq.*

Administratoribus quæ compensanda in odium, & fauorem. Concl. 208.

1 ADMINISTRATOR † conuentus de administratione si opponat de alimentis præstitis ei, qui petit administrationem, auditur, & debent compensari, & per Iudicem, & per arbitros facto compromisso. *l.Mæuius.§.1.ff.famil.herciscund.* & ibi gloss. Alexand. *consil.119. Quæritur ergo, in princip.lib.2.* † Extende; quia si administrator est creditor eius, cuius bona administrauit, præsumitur ipsi satisfeciſſe. *l.peculium autem.§.præterea.ff.de pecul.* Afflict. *decis.13.num.16.* Crauett. *consil.129.num.3. & sequentib.* vide plenissime Surd. *consil.290. num.33. & sequent. lib. 2.* vbi infinita similia.

3 † Extende; quia tota ratio calculari debet, & donec de omnibus sit facta, non potest dici debitor is, qui administrauit, licet adsint partitæ claræ aliquæ, ex quibus sit debitor; quia potest contingere, quod ex generali calculo non restet debitor. Alexand. *consil. 192.Visis narratu. volum.7.* Iason *consil.100.lib.4.vers.nunc transeo ad secundum.num.4.vsque in fin.* Negus. *de pignorib.in 5.part. primi membri, num.47. ver.præterea.* Grammat. *consil.114.* † Et exequutio instrumenti guarentigiati habentis exequutionem paratam non est danda socio ante redditam rationem contra socium; quia potest esse facta solutio ex computatione. Bald. *consil. 61. In ista quæstione, in princip. volum.2. & consil.214. Vt apparet. vol.4. & consil.463. num. 4. lib.1.* incip. *Quod sententia.* Ancharan. *consil.130. Visis facti narratione, num.3.* vbi, quod nisi videatur tota ratio, non potest

5 constare de debito, & insta *Concluſ.210.num.3. & sequent.* † Contrarium vide *in ver. Socius administrans qualiter reddere debeat ratio-*

☞ *nem. Concluſ.303.* Vide, & extende, vt supra *Concluſ.203. num.38.*

6 *& sequentibus.* † Extende; quia administrator, cui debetur salarium, deducit salarium sibi debitum. Vide, *Salarium quando, &*

☞ 7 *quibus debeatur. Concluſ.7.* Vide infra *Concluſ.213.* † Extende quoad expensas factas concernentes factum illius, cuius bona administrantur; quia censetur expendere de bonis, quæ administrat, non de suo. Roman. *consil.426.Negotiorum.num.7.* Dec. *consil.66.*

8 *De duobus. colum.fin. ver. non obstat secundum eum.* † Limita in casu conuerso, quia administrator, qui erat creditor eius, cuius bona administrauit, præsumitur ipsi satisfeciſſe. Afflict. *decis.13.num.13. & sequent.* Aim. Crauett. *consil.129. num.5.* Iacob. Mandell. *consil.*

9 *248.num.22. lib.2.* † Extende, quod in tantum creditor administrator præsumitur sibi soluisse, si potuit, vt non possit petere interesse, neque fructus, neque alimenta debita ex credito,

☞ latissime Surdus *consil.290.num.33. & sequentib.* Vide, *Compensatio quando fiat ipso iure. Concluſ.493.*

Administrator qualiter, & de quibus condemnetur. Concluſ. 209.

CONDEMNATIO † administratoris fieri debet ad reddendam rationem, & restituendum reliqua, & ad effectum prædictorum super non liquidis condemnantur partes ad eligendum calculatores, in liquidis vero expressa cõdemnatio fieri debet, & certa. Bald. *in rubr.C.pro socio.* Pet. de Vbald. *in tract.de duob. fratr.part.12.in princ.* Bart. *in l.2.C.de naufrag.lib.11.* † Si vero ex calculo, vel probationibus res non sunt liquidæ, vel claræ, fit reseruatio super iuribus partium melius liquidandis in exequutione. Afflict. *decis.157.* late Ruin. *cons.18.Viso. col.1. & 2.lib.4.* † Dolosus autem administrator debet condemnari in tantum, quantum aduersarius iurauerit in litem. *l.in actionibus.ver.sed in iis.ff.de in lit.iur.* & dicitur in dolo, qui suscepit administrationem non facto inuentario, & contra eum iuratur in litem. supra, *Administrator quilibet tenetur conficere inuentarium. Concluſ. 202. num. 20.* † Et quod compellatur, etiam si reddidisset semel rationem, quando interuenit dolus, de quo constare debet, plene Menoch. *de arbitr. cas. 209.num.37. & seq.* Vide plene Roland. à Vall. *consil. 49. lib.3. nu. 58. & seq.per tot.* vbi, quod neque sufficit iuramentum, neq; clausula, *ex certa scientia*, vt dolus etiam præteritus sit remissus, quando aliquid adfuit doloso, alias bene dolus præteritus remittitur, & videtur dicere, quod sufficiat etiam dolus præsumptus, licet contrarium sentiat Menoch. *d.cas.in fin.* supra *Concluſ.203. nu.52. & seq.* † Et non solum tenetur de dolo, sed de lata culpa, imo de negligentia, si non adhibuit tantam diligentiam in rebus administratis, quantam in suis, & debet hoc probari; quia non præsumitur negligentia, neque culpa, nisi probetur. Angel. Aret. *consil. 43.In causa prædicta.nu.14. & seq. vsque in fin. ver. nec etiam dictus Dauid.* vbi etiam inter Iudæos loquitur. † Et quod etiam teneatur, & possit condemnari criminaliter, quando est in dolo, vt quia in vsum suum conuertit alienum; quia furtum committit. Crauett. *consil.286.ver.secundo respondeo.* Paris. *consil.89.num.20. & seq.lib.1.* Surd. *decis.Mantua.304.num.4. & seq.* † Contrarium, quod almi-

7 nistrator, qui semel reddidit rationẽ, si compellatur iterum reddere ex dolo, vt quia omiserit partitas aliquas, teneatur iterum reddere rationem, & non computata computare, vel actione tutelæ, vel mandati, vel pro socio, vel negotiorum gestorum, iuxta naturam, & varietatem administrationis, videtur text. *in l.1.§. officio.ff.de tutel. & rat. distrahend.* vbi Bart. Castrens. *consil.342.num.2. lib.1.* & ita videtur tenere Dec. *cons.10.n.6.* Rota Ianuen. *decis.187. num.3.* † Et quod nulla sit prodita actio criminalis; imo sit sublata, facit; quia præcedit mandatum, & quod quando dolus habet

8 originem à contractu, non possit agi criminaliter, etiam si dolus sit verus, quando potest per actionem ciuilem ad interesse consequendum purgari, nisi dolus transiret in speciale nomen delicti, prout est furtum, falsum, & similia. Bald. *cons.15.in princip.lib.1.* Castrens. *cons.411.num.11.lib.1.* Crauet. *cons.6.num.205. & cons.280. col.penult.ver.postremo.* Roland. à Vall. *cons.75.num.31.lib.1.* † Ma-

9 xime, quando delictum, & dolus fuit in omittendo; quia pœna criminalis non habet locum, nisi lex faciat specialem mentionem de delicto in omittendo. Castr. *in l.1.n.9.ff.de legib.* citat alios Osasc. *decis.71.num.37. & seq.* † Et quia pœna stellionatus non ha-

10 bet locum, nisi quando dolus est in faciendo; secus si in omittendo; quia semper in omittendo dicitur præsumptus. Boss. *in prax. tit.de crim.stellion.in fin.* Socin. Sen. *cons.159.num.8.lib.2.* Rol. à Vall. *cons.49.num.55.lib.1.* Paris. *cons.49.num.35.lib.1.* Menoch. *de arbitr. lib.2.cas.209.num.39.* & iterum *de recuper. remed.15. num.135.* † Et

11 tanto magis, quando administrator vocatus in iudicio non negat omissionem, sed fatetur. Socin. *consil.205. num.12. lib.2.* † Decla-

12 ra; quia si administrator est in dolo, vt quia pecuniam in vsus suos conuertit, vel alias, iurari potest contra eum in litem ciuiliter, vt pluries Rota Romana tenuit coram D. Gypsio in Romana tutelæ de Masso. 27. Ianuarii 1586. & iterum 2. Ianuarii 1587. & coram D. Litta in Romana redditionis computorum 14. Maii 1593. sed quia dolus est delictum, & potest cadere in speciale crimen furti, falsi, & similium, eo casu potest etiam criminaliter puniri. Vide Conclusionem proximam seq.

Administrator condemnatus ante liquidationem, qualiter releuetur. Concl. 210.

ADMINISTRATOR † condemnatus ad reddendã rationem de administratis, dicitur etiã condemnatus ad reddendum reliqua. Affl. *dec.157.* † Et ista redditio debet fieri via ordinaria de iure communi. Alex. *cons.192. Visis narratis.n.3.ver. & per hæc patet.lib.7.* † Executionem tamen non patitur ante liquidationem, etiam si

adesset

adesser guarentigiæ instrumentum; quia prius debet quantitas certa calculari, & apparere. Alexand. *consil.* 192. *Visis narratis in themate. num.* 2. *lib.* 7. Crauett. *consil.* 231. *ver. sed præmissis, & in ver. superest respondere.* Negus. *de pignor. in* 5. *part. in* 3. *membr. ver. tertio limitatur.* & in simili in debitis implicatis. Bart. *in l. creditor. num.* 4. *ver. & prædicta vera. ff. de distract. pignor.* Corne. *consil.* 85. *Videtur prima facie,* ☞ *lib.* 4. Vide, *Instrumentum guarentigiatum quid sit, & habet exequutionem paratam, & quando secus. Concluſ.* 240. *num.* 31. *& seq.* † Extende idem in sententia, quæ licet habeat exequutionem paratam absque alio iudiciario ordine. *l. à Diuo Pio, in princip. & §.* 1. *ff. de re iudic.* vbi Iaſ. *num.* 4. *ver. tertio nota* tamen intelligitur, quando est certa, & liquida, alias debet prius, antequam exequatur, liquidari, vt per Bald. *in addit. ad Specul. tit. de sentent. colum.* 3. *ver. sententia non liquida,* sequitur Iason *in l.* 1. *in princip. num.* 32. *ver. modo ego habeo. ff. de edend.* Vant. *de nullit. ex defect. proceſſ. num.* 102. supra *Concluſ.* 208. ☞ *nu.* 4. Vide, *Exequutiuum iudicium quando dicatur, & pro quibus competat via exequutiua. Concl.* 469. *num.* 6. † Et cautela est ad euadendum periculum exequutionis, vt condemnatus compareat, & deponat certum quid, & si plus apparebit se debere, præstet fideiussorem. Angel. *in l.* 4. *§. ait Prætor. ff. de re iudic.* quem ibi sequitur Imol. & ibi Ripa *num.* 7. vbi attestatur ita tenere modern. Iaſ. *in l.* 1. *num.* 2. *ver. not at tamen. ff. qui satisd. cog.* Benintend. *decis.* 77. *num.* 2. ☞ Alexand. *cons.* 24. *Inspecto processu, num.* 9. *ver. posset etiam, lib.* 4. Vide, *Depositum muscale, & non integrum. quando releuet. Concl.* 211. † Contrarium, quod imo depositum muscale cum oblatione non releuet deponentem, quando data est tenuta pupillo contra administratorem, vt quia is in termino præfixo ad reddendam rationem non reddidit; & ideo pupillus habuit tenutam. Bart. *in l. Fulcinius. ff. ex quib. caus. in poss. eat.* Quia cum teneatur quilibet administrator, siue necessarius, siue voluntarius, librum facere, & de administratis rationem reddere. Bart. *in l.* 2. *ff. de negot. gest.* Bald. *cons.* 137. *Quædam vidua, num.* 6. *lib.* 5. Roman. *cons.* 414. *Quoad primum, in prin.* Socin. *cons.* 46. *In præsenti, lib.* 1. quod est repetitum *consil.* 213. *lib.* 2. non sufficit deponere florenum, & de reliquo satisdare, sed debet etiam libros deponere, vt in propriis terminis Alexand. *cons.* 102. *Visis, & ponderatis, num.* 5. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 26. *Ex themate. nu.* 14. 7 *lib.* 2. † Amplia; quia administrator, qui se obligauit reddere rationem cum reliquorum restitutione, non potest pati executionem, antequam sit reddita ratio, & factus calculus; quia illa reliquorum restitutio est accessoria, & in consequentiam post redditam rationem, in qua reddizione debet fieri compensatio de recepto ad expensam, & è conuerso; ideo ante non potest dari exequutio, ita plene Alex. *cons.* 192. *per tot. lib.* 7. † Extende maxime, quando testator non solum liberauit tutorem, & administratorem à reliquorum restitutione, sed etiam quicquid administrator restaret debitor. eidem legabat. Alex. *d. consil.* 192. *in fin. lib.* 7. & ibi apostill. *in ver. adiecit,* dat concord.

Administrator ex quibus priuetur. Concl. 211.

1 PATER † habens administrationem bonorum filii, si male administrat, vt quia distrahit, & dissipat, potest amoueri ab administratione. Boer. *decis.* 61. *num.* 15. Doctor. *in l. Imperator. ff. ad Trebellian.* Vide plenius *in ver. Priuationis pœna quando habeat locum,* ☞ 2 *& in quibus. Concluſ.* 717. † Extende, vt idem sit, quando exercet impietatem in filios. Boer. *d. decis.* 61. *num.* 16. & si induxit meretricem, ex qua susceperit filios, & legitimos male tractat. † Extende, etiam si omittendo dissipet, puta, non soluendo canonem. 3 Boer. *d. decis.* 61. *num.* 17. † Extende, etiam si pater dissiparet bona filiorum in spe, puta, fideicommissa; quia priuatur possessione, quæ traditur filiis, qui debent alere patrem ex eis. Boer. *dict. decis.* 4 61. *nu.* 17. † Restringe in bonis filii, in quibus pater habet vsumfructum; quia dissipat solum fructus, non priuatur. Boer. *d. decis.* 5 61. *num.* 19. *& seq.* † Et an ad instantiam filiorum, vt quia pater luxor, vel dissipator sit, ex posse fieri interdictio. Doctor. *in l. Imperator. ff. ad Trebell.* Cuman. *cons.* 83. Iaſ. *in l. si constante. ff. solut. matrim.* 6 *n.* 197. *ver. tu autem aduerte.* † Amplia in matre male administrante, quæ pariter priuatur administratione. Boer. *d. d cis.* 61. *num.* 19. 7 *& seq. per tot.* † Amplia in omnibus administratoribus, prout in tutore, curatore, & Prælato; sed tamen facilior est remotio in administratore religioso, quam seculari, & facilior in tutore, quam 8 in beneficiato, iuxta not. *in c. licet Heli, de simon.* † Limita; quia administrator consentiens, vel faciens actum administrationis su- 9 per re, in qua ius habet, non sibi præiudicat, & quando secus. Vide, ☞ *Consensus quando præiudicet consentienti, vt perdat ius suum. Concl.* 752. *cum Concluſ. ibi seq.* Vide Anton. Gabriel. *lib.* 3. *tit. de rerum alienat. Cconcluſ.* 2. *Administrator ratione officij consentiens.*

Administrator de quibus acquisiuisse dicatur. Concluſ. 212.

ADMINISTRATOR † pupilli, vel Ecclesiæ præsumitur solui- 1
sse de pecuniis eius, cuius est minister. Crauett. *consil.* 129. *num.* 3. late Mascard. *con.* 53. vbi ampliat, & limitat. Vide plene per Mascardum *Concluſ.* 53. *Administrator soluens,* vbi ampliat, & limitat multis modis. Limita; quia † negotiorum gestor non præ- 2 sumitur quæsiuisse ex alieno, sed ex suo. plene Mascard. *concluſ.* 1089. vbi extendit multis modis. † Extende in filio industrioso; 3 quia non præsumitur de bonis patris acquisiuisse. Grat. *consil.* 94. *num.* 9. *& seq. lib.* 2. Vide *in ver. Acquisiuisse an in dubio quis præsumatur de suo. Concl.* 443.

Administratori an, & quando debeatur salarium. Concluſ. 213.

SALARIVM † non conuentum non debetur administratori. 1
l. salarium. C. mandat. Vide *in ver. Salarium quando, & quibus debeatur, vel non. Concl.* 7. † Et administrator, cui debetur salarium, illud 2
deducit, & compensat. Vide, *Tutor, & curator debet alimentari, vel* ☞
habere salarium. si est pauper, alias secus. Concl. 434.

Adoptio & arrogatio quid sint, & qualiter fiant. Concluſ. 214.

ADOPTIO † est actus legitimus, per quem quis efficitur fi- 1
lius, qui non est, naturam imitans. gloss. *Instit. de adopt. in* §. 1. *in ver. adoptio est.* & dicitur adoptio, quæ fit de eo, qui est in aliena potestate; si vero fiat de eo, qui sui iuris est, dicitur arrogatio. *In-* 2
stitut. de adopt. §. 1. † Adoptio non inducit coniunctionem sanguinis. Alexand. *consil.* 125. *Viso themate, in fi. lib.* 4. † Sed habet effectum 3
consanguinitatis. Alex. *cons.* 126. *In hac hæsitatione, in princip. lib.* 4. † Et ideo sicuti pater potest substituere pupillariter filio legiti- 4
mo & naturali; ita etiam adoptiuo. *l. arrogatus. ff. de adoption.* Alex. *cons.* 126. *in princ. lib.* 4. vbi *num.* 11. declarat, quod habet effectum solum in bonis prouentis adoptato de ipso patre, secus in bonis propriis pupilli adoptati; quia in eis non succedit substitutus. † Adoptatus transit in patriam potestatē adoptantis. *l.* 2. *& l. cum* 5
adoptiuus. C. de adopt. Alex. *cons.* 141. *n.* 2. *lib.* 6. † Requiritur præsen- 6
tia tam adoptantis, quam adoptati, ad hoc, vt adoptio valeat; quia imo vtroque loquente fit adoptio, vel arrogatio, *l.* 2. *ff. de adoptio.* Bald. *cons.* 349. *Statuto Placentiæ, n.* 3. *ver. venio ad secundum, lib.* 1. † Et 7
quod non valeat adoptio facta in absentia adoptati. Signor. *consil.* 127. *n.* 3. plenius *cons.* 218. *n.* 10. † Item requiritur causæ cognitio, 8
& authoritas Principis, vel magistratus. Alex. *cons.* 141. *Viso instrumento, in prin. lib.* 6. † Et propterea si quis per instrumentum pro- 9
mittit tractare aliquem vt filium, & ipse tractandus vt filius promittit tractare alium vt patrem; non tamen ex hoc resultat adoptio, neq; arrogatio, neq; vnus succedit alteri ab intestato, neque vnus tenetur ad debita alterius. Alex. *cons.* 141. *in prin. lib.* 6. † Vide 10
Iaſ. *cons.* 141. *in fin. lib.* 4. vbi, quod talis promissio, si est cum pœna, & sine causa, priuat eum successione, quæ debetur filio, & quod committitur pœna promissa. † Arrogatio est de reseruatis Prin- 11
cipi; quia facilior est adoptio, quam arrogatio, ex quo arrogatio facit eum, qui liber est, transire in aliam potestatem: adoptio autem facit eum, qui est sub potestate vnius, transire sub potestate alterius. Sign. Homod. *cons.* 39. *Quæritur, nunquid. n.* 4. *ver. ex iis ergo apparet.* † Et ideo si nō interuenit authoritas Principis, non trans- 12
it in potestatem arrogatoris. Alex. *cons.* 141. *n.* 2. *l b.* 6.

Adoptare, vel arrogare qui prohibeantur. Concluſ. 215.

PATER † habens plures filios legitimos & naturales prohi- 1
betur adoptiuos, vel arrogatos filios habere. *l. nec enim. §. præterea. ff. de adoption.* Bald. *consil.* 24. *Statuto Ciuitatis, in princip. lib.* 1. † Restringe, seu declara, nisi hoc fieret ex speciali commissio- 2
ne, vel speciali authoritate Principis. Bald. *dicto consil.* 24. *in principip. lib.* 1. † Amplia in tantum, quod si extat statutum, quod stantibus masculis, fœminæ non succedant, illud non habebit locum in filio masculo adoptiuo, vel arrogato; quia sunt filii ficti, & statutum non habet locum in fictis. Bald. *dict. consil.* 24. *num.* 2. *ver. tertio præmitto. lib.* 1. † Extende; quia si tale statutum non ha- 4
bet locum, si extant filii naturales tantum; multo magis, si extant legitimi. Bald. *dicto consil.* 24. *in fin. lib.* 1. † Amplia; quia pa- 5
ter non potest arrogare filios suos spurios, etiam cum authoritate Principis, nisi Princeps faceret de plenitudine potestatis. Bald. *consil.* 267. *Ad euidentiam præmitto, circa fin. num.* 14. *ver. nec potest pater.*

6 † *pater. lib.*1. quod duplicatur *consil.* 447. *lib.*5. † Et quod pater non possit adoptare, vel arrogare filium naturalem. Alex. *consil.*2. *Visis codicillis. n.*16. *ver. præterea filius. lib.*1. vbi, quod fortior est legitimatio, quam adoptio.

Adoptiui filii quando succedant, vel non. Concluſ. 216.

1 FILII † adoptiui, vel arrogati regulariter succedunt parentibus de iure communi. Ioan. de Anan. *conſ.*27. *Viſo caſu. in prin.*
2 vbi Bologn. *in addition.* † Amplia, vt procedat etiam ſi parentes habeant filios alios legitimos & naturales, quando ipſa adoptio, vel legitimatio fuit facta de ſpeciali commiſſione Principis, vel de ſpeciali authoritate Principis, alias ſecus. Bald. *conſil.*24. *Statuto Ciuitatis cauetur, in princip. lib.*1. † Extende, vt procedat, ſiue ſint ſoli, ſiue extent alii legitimi & naturales maſculi, vel fœminæ; quia æqualiter ſuccedunt cum eis. Ioan. de Anan. *dict. conſil.*27. *in*
4 *princip.* † Extende, ſiue legitimi & naturales ſint nati ante adoptionem, vel arrogationem, ſiue poſt. Ioan. de Anan. *d. conſil.*27.
5 *in princip.* † Reſtringe; quia baſtardus legitimatus maius habet ius, quam arrogatus, vel adoptatus; quia concurrit veritas, & fictio in eo; ideo valet argumentum; non ſuccedit in conditione, vel ſtatuto excludente fœminas legitimas & naturales legitimatus maſculus; ergo nec adoptatus. Bologn. in apoſtill. ad *conſ.*27.
6 *Ioan. de Anan. num.*10. *ver. accedat.* † Limita; quia filii arrogati, vel adoptiui non ſuccedunt extantibus aliis filiis legitimis & naturalibus; quia eo caſu non valet adoptio, neque arrogatio, niſi ſit facta de ſpeciali cõmiſſione, & ſpeciali authoritate Principis. Bald.
7 *conſil.*24. *in princip. lib.*1. † Extende limitationem; quia licet pater poſſit extraneum hæredem ſibi facere, relicta legitima filiis legitimis & naturalibus iure inſtitutionis; non tamen poteſt eo caſu hæredem inſtituere filium adoptiuum tanquam filium etiam relicta legitima veris filiis. Bald. *d. conſil.*24. *ver. ſecundo præmitto. lib.*1.
8 Limita; quia filius adoptiuus præteritus non annullat teſtamen-
9 tum. Caſtrenſ. *conſil.*30. *Super puncto. num.*4. *lib.*1. † Limita; quia in conditionibus, diſpoſitione ſtatuti, & teſtatoris, appellatione filiorum non veniunt adoptati, neque arrogati. Ludouic. Bologn.
☞ *in addit. ad conſil. Ioan. de Anan.*27. *num.*9. Vide, *Filiorum appellatio in-*
10 *telligitur de legitimis & naturalibus. Concluſ.*371. *num.*12. *& ſeq.* † Limita; quia ſtatutum, quod ſtantibus maſculis legitimis & naturalibus filiis, fœminæ non ſuccedant, non habet locum, ſtante filio adoptiuo, vel arrogato; quia verba ſtatuti non conueniunt, Ioan. de Anan. plene *conſil.*27. *num.*2. *ver. ſecundo caſu. & per tot.* vbi eſt caſus conſilii, vbi pro vtraque opinione allegat, & *num.*5. ita concludit *cum ſeq.* vbi plene Bologn. *in apoſtill.* per totam, maxi-
11 me in fine. † Extende; quia ſi extant filia fœmina, filius legitimus & naturalis, & filius adoptiuus, ſiue arrogatus, ſtante dicto ſtatuto, ſuccedent arrogatus, vel adoptiuus in ſua tertia, legitimus & naturalis in ſua tertia, & portio filiæ fœminæ excluſæ accreſcet filio legitimo & naturali, cuius contemplatione fit excluſio ſecun-
* dum * communem, de qua Bologn. *in addit. ad conſil. Ioan. de Anan.*
12 27. *in fin.* † Limita etiam, ſtante ſtatuto, quod ſtantibus filiis maſculis, fœminæ non ſuccedant; quia legitimati non excluduntur. Ioan. de Anan. *d. conſil.*27. *num.*6. *& ſeq. ver. conſtat autem*, & ibi plene Bologn. *num.*9. *vſque in fin.* vbi, quod ſicuti in conditione, & diſpoſitione teſtatoris non venit adoptiuus, neque legitimatus,
13 qui magis potens eſt; ita neque in ſtatuto. † Limita; quia in conditionibus, & diſpoſitione teſtatoris appellatione filiorum, vel liberorum, non venit adoptiuus, vel arrogatus. Ludou. Bologn.
14 *d. addit. ad conſ.*27. *Ioan. de Anan. n.*9. † Limita; quia adoptiui, vel arrogati, licet transferant in adoptantem, vel arrogantem omnia iura, & è conuerſo; non tamen transferuntur iura generis, & ſanguinis naturalia; ideo competentia tanquam de certo genere non tranſeunt. Ægid. Bell. *conſ.*33. *n.*3.

Adſcriptitii qui dicantur. Concluſ. 217.

1 ADSCRIPTITII † erant adſcripti glebæ, & ſunt coloni bonorum perpetui, qui tranſeunt cum bonis, vt *l.*2. vbi gloſſ. *in*
2 *ver. colonos. & l. cum ſcimus. & l. cum ſatis. C. de agric. & cenſit. lib.*11. † Et nati ex parentibus adſcriptitiis pariter ſunt adſcriptitii, vel nati ex filiis adſcriptitiorum; item nati ex matre adſcriptitia omnes ſunt adſcriptitii; quia ſequuntur ventrem matris; nati vero ex patre adſcriptitio, & matre libera ſunt liberi. Ita Roman. plene
3 *conſ.*355. *num.*1. *in fin. ver. aut natus eſt quis.* † Reſtringe; quia licet quoad adſcriptitii ſtatum cõſideretur venter, & ſic ſtatus matris, non patris; tamen ſecus eſt quoad dominium partus; puta, ſi ex patre adſcriptitio A. & matre adſcriptitia B. quis adſcriptitius naſcitur, partus erit in dominio A. qui eſt dominus patris, vt idem Rom. *d. conſ.*355. *n.*1. *in fin. ver. aut natus eſt quis.* † Amplia; quia hodie illi, qui appellantur maſſarii in ſtatu Mediolani, ſuccedunt loco agricolarum, & cenſitorum, qui poſſeſſionibus adhærent, & non poſſunt ſe abſentare à poſſeſſionibus, niſi finita maſſaria. Bald. *conſil.*327. *In hoc conueniunt, circa fin. verſ. porro in feudum. lib.*3. † Amplia; quia ſicuti maſſarius etiam liber efficitur adſcriptitius, 5
ſi per triginta annos continuos inſeruiuit, ita quod teneatur, licet maneat liber, perſeuerare continuo vti adſcriptus; tamen filii eius, qui non coluerunt per triginta annos, liberi manent, licet non poſſint deſerere coloniam patris, vt ad aliam tranſeant, *l. cum ſatis. C. de agric. & cenſi. lib.*11. † Natura iſtorum adſcriptitiorum eſt 6
quædam ſeruitus; & ideo tranſeunt cum agris venditis, ſiue venditio ſit ſimplex, ſiue cum iuribus ſuis. Rom. *d. conſ.*355. *num.*2. *& ſequent. ver. quoad ſecundum, vſque in fin.* † Extende, quod in tan- 7
tum eſt verum, quod imo is, qui vendit prædium, in quo ſunt adſcriptitii, non poteſt illos ſibi ex pacto reſeruare. *l.*2. *C. de agric. & cenſit. lib.*11.

Aduentus ad locum quando, & qualiter dicatur. Concl. 218.

ADVENTVS † dicitur, quando quis per ſe, vel per procura- 1
torem aut nuntium peruenit ad locum. Bald. *conſ.*379. *Quando ſuper facto. in fi. lib.*3. vbi, quod ſi hoc verbum referatur ad dominium iuriſdictionis, habebit exercitium liberum iuriſdictionis.

Aduerbiorum natura qualis. Concluſ. 219.

ADVERBIA † iuncta tempori intelliguntur ſecundum tem- 1
pus, cui adiiciuntur, vt ſi pater facit fideicommiſſum, ſi deceſſerit ſine filio legitimo nato, intelligitur de legitimo tempore natiuitatis, ſecus ſi diceret, ſi deceſſerit ſine filio legitimo de ſe nato; quia tunc includeretur legitimatus ante mortem. Bald. *conſ.*206. *Videamus, quem ſenſum. lib.*2.

Adulatio non laudabilis, & quando ſecus. Concluſ. 220.

ADVLATIO † non eſt laudabilis; quia cauſat mille mala, de 1
quibus plene Maſcar. *concl.*56. *Adulationis mala quamplurima.* † Seneca inquit, vt refert Bald. *conſ.*326. *Rex Romanorum. n.*5. quod 2
magna faſtigia priuantur hoc ſolo; quia præ timore, vel nimia reuerentia non eſt, qui verum dicat. *lib.*1.

Adulterium graue delictũ, & an ſit crimen publicum, vel priuatum. Concl. 221.

GRAVE † & capitale crimen dicitur adulterium. Caſtr. *conſil.* 1
349. *Notandum, quod adulterium, in prin. lib.*1. vbi, quod grauius redditur, & deteſtabilius ex qualitatibus aggrauantibus, & quod ſit graue & capitale delictum, & afficiat maritum plus, quam ſi ſibi occideretur filius. Bald. *conſ.*277. *In cauſa Guilielmi, n.*2. *ver. item iuſtius dolor. lib.*5. † Et an adulterium ſit grauius raptu. Alex. *conſ.*62. 2
*colum.*3. *lib.*2. quem citat Apoſtilla ad Caſtrenſ. *dicto conſil.*349. *lib.*1.
† Et an ſit grauius furto, idem Alexand. *conſil.*24. *lib.*2. quem ci- 3
tat dicta apoſtilla. † Et nihil eſt deterius in homine, quam fieri 4
ſeruum, vel fieri adulterium in vxore, &, vt dicitur, fieri Beccum; quia deterius eſt, quam occidere filium. apoſtill. ad Bart. *conſ.*175. *Domine Poteſtas. lib.*1. *in verb. marito.* † Et quod adulterium ſit gra- 5
uius falſo, & maior pœna imponatur. Bart. *conſil.*18. *Reuerendiſſimus. num.*4. *ver. ex prædictis. lib.*2. vbi, quod ex adulterio duæ animæ polluuntur, in falſo vna tantum. Vide de grauitate adulterii, & quam ſit deteſtabile, Maſcard. *concluſ.*57. *Adulterij ſcelus improbatur.* † Adulterium hodie eſt crimen priuatum; quia accuſatio 6
adulterii permittitur ſolum certis perſonis, * communem dicit * Clarus *in* §. *adulterium. num.*4. † Imo quod ſit publicum, licet ſoli 7
conſanguinei admittantur ad accuſandum. Bart. *in l. quamuis.* per illum text. *il* 2. *C. ad l. Iul. de adult.* † Mixti fori eſt adulterium. Vide 8
Clar. *in fin.* §. *q.*37. *nu.*3. *ver. quæro nunquid.* vbi dicit * communem. *
† Amplia; quia etiam poſt mortem mariti, ſi vidua inhoneſtam 9
vitam ducit, contriſtatur anima defuncti. Vide, *Caſte, & honeſte viuere. Concl.*109. Vide Maſcard. *concluſ.*93. *Mœrere teſtatoris animam ob mulieris impudicam vitam.*

Adulterium quando committatur, & inter quos. Concl. 222.

ADVLTERIVM † dicitur cõmittere is, qui habet vxorem, & ha- 1
bet rem carnalẽ cum nupta; quia duplex eſt adulterij; quia vterq; violat proprij, & alienum thorum; ſecundo modo cõmittitur adulterium, ſi vir coniugatus cognoſcit mulierem ſolutam;

tertio

tertio modo, si vir solutus cognoscit mulierem habentem mari-
2 tum. Clar. *in §. adulteriũ.n.2.* † Proprie aũt ex parte viri adulteriũ cõmittitur, si ille ẽt nõ vxoratus violat alienũ thorũ, cognoscendo non nuptam; ex parte vero mulieris, quando ipsa violat proprium thorum; quia nupta est. Clar. *d. §. adulterium. n.2. ver. proprie.*
3 † Nomina hæc, adulterium, fornicatio, incæstus, stuprum, & similia sunt de subtilitate iuris. *§. cum ergo. 26. q.1.* Fed. de Sen. *consil. 167. n.2. ver. parcendum.* & ideo nomen fornicationis quandoque generale pro omni peccato carnali sumitur. Abb. *in c. plerunque. de*
4 *donat. inter vir. & vxor. in princ.* † Amplia; quia is, qui cognouit monialem, committit adulterium, & punitur tanquam adulter. Abbas *cons. 111. In causa Constantiæ, in princ. lib.2.* quia monialis dicitur largo modo nupta, seu maritata, licet non proprie ad effectum,
5 vt excludatur à statuto stantibus masculis. † Amplia; quia de iure diuino adulter dicitur, qui mœchatus est in corde suo videns
6 mulierem, & cupiens eam. † Declara; quia id de iure positiuo in foro foriad pœnam non seruatur; quia pœna posita à iure diuino per indulgentiam, & pœnitentiam remittitur. Bald. *cons. 356. Sta-*
7 *tuto Placentiæ. ver. in contrarium. lib.1.* † Amplia; quia mulier commisit adulterium quoad seipsam, si maritata est, licet efficiatur publica meretrix. gl. *in l. si ea, in ver. adulteriũ*, gl. fin. *in l. quæ adulte-*
* *rium. C. ad l. Iul. de adult.* quas glossas * communiter ibi teneri dicit Bart. *in l. si vxor. ver. venio ad tertiũ. ff. eod.* Bald. *in d. l. si ea, & in l. si mulier. C. de adult.* vbi Alberic. & ita iudicauit consilium Neap. vt per Capic. *decis. 44. in fin.* sequitur Monticul. *tract. de patr. potest. n.54. to.*
8 *in 2. par. fol.131.* & latissime post omnes Foller. *in tract. de contract. censuar. n.182. & seq. tom.6. part.2. fol.135.* vbi *n.184.* recitatis omnibus opinionib. adheret opinioni Ang. quam sequitur cons. Neap. & ita tenent Io. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de iniur. & dam. dat. in rubr.*
* Rom. *in l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat. n.23. ver. aduerte.* vbi dicit * communem intellectũ. Ias. post Alex. & alios, quos citat *in l. plerique. ff. de in ius voc. in fin.* Caccialup. *de fugit. debitor. q.5.* Aret. *in tract. malefic. ver. chemi hai adulterato. n.67.* vbi distinguit, plene Marsil. *sing.150. accessus*, & clarius *in prax. ver. aggvdior. n.26.* Castr. *cons.272. lib.2.* & hanc partem affirmatiuam tenet Alex. *cons.99. Visa inquisitione. n.*
9. ver. & tanto magis. lib.6. allegat Dynum ita cõsuluisse, vt ipse Dynus refert *in l. quæ adulterium. C. de adulter.* & citat alios ipse Alex.
8 † In contrarium videtur facere text. *in d. l. si ea. & l. quæ adulterium. in fin. C. de adulte.* vbi Bart. & *l. si vxor, in princ. ff. eod.* Salycet. *d. l. si ea,* vbi clarissime Odofred. qui reddit rationem, & Fulgos. Dyn. in consiliis ita tenuit, & Cyn. *in l.1. C. de rapt. virg.* & refert Bald. *d. l. si mulier, in fi. C. de adult.* & Iul. Clar. *in praxi. §. adulterium. n.3. ver. quæro nunquid.* Bossius *de coit. damnat. nu.24.* vbi sequitur opinionem Salyc. vbi supra. Angel. *in l. si vxor. §.1. ff. de adulter.* vbi, quod hodie ista opinio seruatur, per statuta Italiæ, licet contraria sit verior.
9 † Declarat Clarus; quia accedens ad meretricem vxoratam, si quidem meretrix est nupta, & perseuerat in meretricatu, nõ punitur; si vero ea recessit à vita mala, accedens ad eam committit adulterium, & dicit hanc veriorem *in d. §. adulterium. nu.3.* & idem
10 dicit quoad pœnam meretricis adulteræ. † Declarat Ang. *d. l. si ea, C. de adult.* quod accedens ad mulierem nuptam meretricem, non committit adulterium; secus est in ipsa muliere; quia ipsa bene est adultera, & dicit, quod ita obseruat consuetudo, & idem dicit *in d. l. quæ adulterium.* sequitur Capic. *decis.44.* & post omnes Folle. *tract. de contract. censuar. n.184.* Alex. *cons.99. n.9. lib.6.* Castren. *cons.*
11 *272. Quæritur. lib.2.* † Vide Angel. *in l. si vxor. §.1. ff. de adulter.* vbi, quod licet de iure meretrix adultera possit dici, & puniri; tamen
* communiter * seruatur contrarium per statuta Italiæ. † Declarat
12 Salycet. *in l. quæ adulterium. nu.3. C. de adulter.* vt adulterium committatur cum vxorata meretrice, quando incipit meretricari, & etiam accedens, quando scit eam coniugatam, dicatur committere adulterium; quando vero esset meretrix effecta, non committitur adulterium, sequitur Io. de Anan. *in c.1. de adulter.* vbi dat
13 aliam declarationem. † Declara plenius, vt per Io. de Anan. *in c.1. de adulter.* quia quoad mulierem vxoratam meretricem ea potest accusari à marito, patre, & coniunctis, non ab extraneis; quoad accedentem vere, aut is sciebat nuptã, & potest puniri; aut ignorabat, & non potest puniri. † Hæc declaratio non habet saporem;
14 quia plus puniretur accedens, quam adultera meretricans; quia accedens ex sola scientia punitur, & ideo mulier, quæ est sciens, non debet excusari, cum militet eadem ratio; quia peccatum est ex sola destinatione, ex qua causa, & ratione Ioan. de Anan. mouetur contra accedentem, & propterea idem est dicendum contra mulierem se prostituentem; quia si permissa esset prostitutio mulieris; ergo accessus ad illam deberet esse impunis, vel vterque ex destinatione deberet puniri; sed imo distinctio est verissima; quia Ioan. de Anan. dicit tantum, quod mulier accusari possit à coniunctis, & non ab extraneis, sicut nec adulter, & *l. quamuis. la 2. C. ad l. Iul. de adulter.* non dicit, quod non puniatur mulier, sed quod non accusetur ab extraneis, quæ differunt. † Declara; 15
quia arbitrarium est, ne aperiatur via maleficiis, & delictis, vt per plura Marquar. *tract. de Iudæis. c.3. n.7. & seq. tom.14. fol.42.* † Decla- 16
rat plenius, quam alius Ang. Aretin. *in tract. de malefic. in ver. che mi hai adulterata la mia donna. nu.67. & seq.* vbi latissime distinguit in pœna, item inter scientem ius & factum, vel ius tantum, vel factum tantum; item inter minorem, & maiorẽ, & ideo vide cum.
† Declara, vt per Nic. Boer. *in constit. Turonen. fol.40. in fin. & 41. tit.* 17
fœminæ force. vbi, quod nullo modo pœna mortis potest imponi
pro adulterio cum meretrice maritata. † Declara; quia mulier, 18
quæ habet maritum lenonem, nõ punitur de adulterio commisso; quia pura meretrix reputatur, & potest carcerari pro debito, & nullum priuilegium matrimonii consequitur; quia potest rapi, & bona eius derobari, vt per Marsil. *C. de rapt. virg. l. vnica. nu.31.*
& seq. vbi refert alia. † Limita; quia si vir cõiugatus coiuerit cum 19
soluta, proprie non est adulterium respectu viri, neque respectu
mulieris de iure ciuili; ideo puniri non possunt, secundũ * com- *
munem, & indubitatam opinionem. Clar. *d. §. adulterium. n.2. ver.*
ceterum, allegat Rolan. *cons.74. n.12. lib.1.* & alios citat ibi concord.
† Contrarium, quod imo dicatur adulterium, Guid. Pap. *cons.159.* 20
Rol. à Vall. *cons.74. lib.1. nu.5.* Ofasc. *decis.119.* quos citat apostill. ad
Clar. *d. §. adulterium. num.2.* † Et idem est de Iure Canonico; quia 21
semper est adulterium, quando alter est coniugatus, ad text. *in c.*
nemo. 32. q.4. † Declara; quia licet proprie non sit adulterium, sed 22
puniatur tanquam stuprum, per *l.1. C. de adult.* tamen cõmuniter
non punitur, vt dicit Clar. *d. §. adulterium. n.2.* Flor. de S. Petr. *cons.*
18. n.2. † Extende; quia Hebræus, qui licite non dimisit vxorem 23
primam, & duxit aliam, si secunda nõ est vxor, non cõmittit adulterium cum ea, sed stuprum. Flor. de S. Pet. *d. cons. 18. n.2.* † Contra 24
declarationem facit; quia magis peccat laicus violans proprium
thorum habendo coitum cum soluta, quam clericus violans alienum habẽdo rem cum vxorata, secundum * communem, de qua *
Abb. *in c. vt clericorum. n.6. de vit. & hon. cler.* & alii, quos citat Clar.
d. §. adulterium. n.2. in fi. qui licet dicat non credere veram * com- *
munem, & quod est sine effectu. † Tamẽ effectus esset magnus; 25
quia teneretur de adulterio secũdum * cõmunem; sed bene ego *
credo, quod non sit vera communis duplici ratione. Primo; quia
in clerico concurrit duplex violatio, proprii thori spiritualis, &
alieni; vxoratus vero solum violat proprium thorum. Secunda
ratio est; quia magnum, & maius scandalum est in clerico, quam
in laico; ideo hæc via non est aperienda, quod minus delinquat,
qui maius scandulum affert. † Limita; quia adulterium non com- 26
mittit, vt teneatur pœna, vel iniuria adulterii, si probabiliter credidit quis vxorem suam, vel mulierem meretricem. Lap. *alleg. 90.*
n.10. in fi. Vide, *Opinio, & reputatio singularis excusat in multis. Concl.* ✠
157. † Limita; quia adulteriũ non cõmittitur, si mulier, q̃ dicitur 27
cõmisisse adulterium cum sacerdote, probat, quod tunc erat fama, quod eius maritus erat mortuus. Fed. de Sen. *cons.167. per tot.*
vbi, quod mulier potest reuocare confessionem suam erroneam.
† Limita; quia adulteriũ nõ committitur sine dolo. *l. pen. ff. de adul.* 28
† Et an lata culpa æquiparetur dolo. Clar. *in §. fin. q.84. nu.1.* dicit, 29
quod non; quia in pœnis capitalib. imponendis sola culpa nõ sufficit. † Limita; quia adulterium non cõmittitur cum nupta, si est 30
meretrix, quoad accedentem ad eam. Ang. *in l. si ea, quæ stupro. C. de*
adult. Rim. Sen. *cons.17. n.20. lib.1.* Burs. *cons.218. n.74. lib.2.* Clar. *in*
§. adulterium. n.3. ver. quæro. & * communem dicit Eman. Soarez. *in* *
lib. recept. sent. littera M. ver. meretrix. n.137. fol.91. Viui. *lib. comm. opin.*
ver. adulter. Alciat. *cons.21. n.2. lib.7. tom.2.* Io. de Anan. *c.1. de adulter.*
n.8. Bart. *in l. quæ adulterium*, vbi Angel. *C. ad l. Iul. de adulter.* Marsil.
cons.102. n.49. Clar. *in §. adulterium. ver. quæro nũquid.* Alex. *cons.99.*
Visa inquisitione. n.9. ver. & tanto magis. lib.6. † Extendit Alex. *d. cons.* 31
99. n.9. & seq. lib.6. vt procedat etiam in Iudæo accedente ad mulierem Christianam nuptam, quando ea viuit meretricio more, ✠
admittens accedentes ad eam, licet non habitet in lupanario. Vide Masc. *concl.58. An antequam.* vbi, quod vt probetur adulterium, debet constare de matrimonio.

Adulterium ex quibus probetur, vel non. Concluſ. 223.

ADVLTERIVM † non probatur commissum per vxorem, licet 1
maritus reperiat eam in domo clauso ostio, & eo aperto exiuerit homo cũ caligis dissolutis, & ipsa verecunda; quia potest esse, quod nondum adulterata fuerit. Bald. *cons.445. Super prædictis, in*
prin. lib.2. quod est Rosselli de Rosellis de Aretio, qui loquitur ad effectum, vt mulier perdiderit dotẽ; quia probatio nõ est concludens

dens vere, neq; præsumptiue. † Contrarium tenet Alex. *cons.7. In causa, & lite, per tot. lib.7.* vbi, quod imo mulier dicitur adultera ex sola mente corrupta; quia ex solo visu & concupiscentia mœchatur; & dicit, quod sola ꝓbatio, quod in lecto iacebat cum homine, probat adulteram. † Extende; quia adulterium ex copula carnali non probatur, nisi præsumptiue; ideo si sunt soliti insimul adulterari, præsumptiue probatur adulterium, si simul soli reperiuntur, &c. Rom. *cons.167. Antonius accusatus. n.7. cum seq. ver. vltimo hoc adulterium.* † Et qualiter probetur adulterium, vide Rom. *cons.91. n.6.* vbi, quod si solus cum sola, nudus cũ nuda reperitur, est præsumptio iuris, quæ concludit in teste, & ibi apost. *in d. cons. 91. n.6. in ver. nuda. & in ver. concludere.* quæ citat plurimos concor. ☞ Vide Mascard. *concl.61. Adulterium an probetur ex deprehensione viri in domo vxoris.* † Amplia; quia dictum mulieris per vim adulteratæ non probat, sed facit indicium. Castr. *cons.349. Notandum. n fi. ver.* ☞ *nunc quæritur. lib.1.* Vide, *Stuprum quid sit. Concl.710.* Vide, *Sodomiticum crimen. Concl.317.* † Extende; quia socius criminis non probat, sed admittitur, vt faciat indicium; quia in iis, quæ fiunt in occulto, socius criminis admittitur. Castr. *cons.349. in fin. lib.1.* † Extende; quia solutio per viam compositionis non probat adulterium, licet indicium faciat. Castr. vbi supra *d. cons.349. in fi. lib.1.* vbi, quod simul ista indubitate faciunt indicium ad torturam contra presbyterum de adulterio accusatum. † Amplia; quia adulterium non probatur per testes, licet deponant de publica voce, & fama, & quod viderunt talem commisceri cum Berta vxore Titii; quia ad hoc, vt adulterium probetur, necesse est, quod constet de matrimonio inter Bertam & Titium. Bart. *cons.113. Processum est, in pr. & per tot.* vbi dicit, quod ista qualitas debet plene ꝓbari; quia, vbi plura requiruntur, non sufficit vnũ adesse. *lib.1.* † Extende, vt procedat, etiam si testes deponant, q̃ cognouerint Bertã vxorẽ Titii; quia hæc sunt verba enuntiatiua, & non probant matrimonium. Bart. *d. cons.113. n.5. ver. non obstat. lib.1.* vbi apost. *in ver. verba enuntiatiua.* † Extende, vt nihil releuet, q̃ testes deponant de adulterio, quæ necessario supponunt matrimoniũ, cum nõ possit esse adulterium sine matrimonio; quia in teste hoc non cadit, ex quo debẽt necessario deponere per sensum corporis, nõ in iis, quæ sunt iuris; ideo non probant. Bart. *d. cons.113. in fi. ver. si aũt diceretur. lib.1.* sequitur Crau. *cons.134. n.43.* vbi alios citat. † Extende, vt ꝓcedat, etiam si extet statutũ, q̃ omnia delicta probentur per publicam vocem, & famam; quia licet testes deponant, vt supra de publica voce, & fama super adulterio cõmisso cum Berta vxore Titii; tamen adhuc non est probatum adulterium, nisi constet de matrimonio plene, quod matrimoniũ non probatur per publicam vocem, & famã, & statutũ non intrat; quia tanquã contra ius commune debet restringi, quod delicta probentur per publicam vocem, & famam, non aũt contractus matrimonii, qui est necessarius ad adulteriũ, plene Bart. *d. cons.113. n.3. & seq. ver. non obstat statutum. lib.1.* Vide Mascar. *concl.62. An adulteriũ per auditum probetur.* † Limita; quia probatur adulterium, si mulier mortuo marito attestetur, vel declaret vnum ex filiis, qui habebatur pro legitimo, fuisse creatum ex adulterio. Bald. *cons.182. Petr. de Firmo. lib.3.* † Limita; quia adulterium probatur per testes familiares; quia ea, quę aguntur secreto in domo, vel sunt difficilis probationis, probantur per testes familiares. Alex. *d. cons.77. In causa, & lite, in fin. lib.7.* ☞ vbi apost. dat concor. Vide, *Probatio leuior admittitur in his, quæ sunt difficilis probationis. Concl.792.* † Limita; quia mulier reperta tempore noctis cũ homine extraneo in loco secreto potest torqueri tanquã inditiata de adulterio ad accusationem mariti. Bald. *cons.421. Quædam mulier, per tot. lib.5.* † Limita; quia probatur adulteriũ contra mulierem, si visa est in lecto sola cum solo extraneo. Alex. *cons.189. In causa & lite. n.12. ver. an autem adulterium. lib.6.* vbi apost. *in ver. probatum.* dat concord. plurimos. Alex. *cons.13. in fi. lib.6. decis. Thol.300.* & alios, & maxime, si concurrant colloquia secreta, & publica vox, & fama. Alex. *d. cons.77. n.2. lib.7.* † Limita; quia probatur adulterium, si probatur, quod passa esset deosculari ab alio viro, vel poni sibi manus ad mammillas. Bald. *in c. tuæ. n.4. de procu.* ** communem dicit Bello. *in rub. n.81. C. de eden.* vide omnino Couarr. *in 4. decr. fol.220.* † Extende tam ad actionem ciuilem, quam criminalem. Ant. Gomez. super *l. Tauri. 80. n.50.* † Contrarium quoad pœnam criminalem sentit Clar. *d. §. adulterium. n.16.* vbi dicit* communem contra Bald. & dicit, quod ita iudicaret. † Declarat Couarr. *in 4. decr. 2. par. c.7. §.6. fol.220.* vbi, q̃ nõ probatur adulterium ex amplexibus & osculo, vt priuetur dote, licet ꝓ vtraq; opinione multos citet. † Vide Masc. *concl.59.* vbi, qualiter adulterium probetur per testes, & *concl.60.* an probetur ex sola pernoctatione mulieris extra domum viri: vbi pro vtraq; opin. allegat, & *concl.61.* an probetur ex eo, quod homo est repertus in domo cum muliere, & *concl.62.* an probetur per famam, & auditum, & *concl.63.* quod probetur per famam ad effectum impediendi matrimonium, & *concl.64.* quod probatur ex osculo, & aliis modis, & *concl.65.* an probetur per testes singulares, & quomodo.

Adulterium præsumitur voluntarium. Concluſ. 224.

ADVLTERIVM † voluntarium præsumitur in dubio. Rom. *consil.167. Antonius. n.8. in fin.* vbi apostill. *in ver. voluntas,* dat concord. † Maxime, quando constat de consuetudine inter ipsos adulteros; quia consuetudo inducit præsumptam voluntatem adulterandi inter consuetos. Rom. *d. cons.167. n.7. ver. vltimum hoc adulterium,* vbi apostill. *in ver. consuetudo.* † Et an lata culpa in adulterio æquiparetur dolo. † Si vero adulterium accusetur tanquam violentum, non probata qualitate, debet sequi absolutio secundum *communem, de qua Rom. *d. cons.167. n.8. ver. præmissa autem confirmantur.* & ibi apost. plena *in ver. absolutoria,* quæ citat infinitos concord. † Et idem est, si deducatur adulterium cum dolo, & fraude; quia si non probatur dolus, neque fraus, sequi debet absolutoria. Rom. *d. cons.167. in fin. n.8. & 9. ver. sed expressius,* vbi plena apostill. *in ver. debeat,* quæ citat plurimos. Vide supra, *Accusatus quando non possit condemnari. Concl.172. n.6. & seq.*

Adulterii pœnæ quæ, & quot sint. Concluſ. 225.

POENA † adulterii est arbitraria etiam vsque ad mortem; ideo Iudex pro adulterio potest, si vult, condemnare ad mortem, vel relegare. Bald. *cons.423. Super eo, quod. lib.5.* vbi recitat opiniones contrarias, quod imo pœna sit mortis à lege imposita; sed tamen tenet, quod sit arbitraria. † Dicas, quod pœna adulteri est mortis, *l. quamuis. la secunda, C. ad l. Iul. de adult.* adulteræ detrusio in monasterium, *auth. Sed hodie,* post *d. l. quamuis.* cum fustigatione, & ita etiam dicit Alex. *cons.99. in princ. lib.6.* † Vide plenissime apud Menoch. *de arbitr. cas.419. per tot.* vbi de pœna diuina, & naturali, & Iuris Canonici, & Iuris Cæsarei, & apud antiquos, & modernos, & ante eum Clar. *in §. Adulterium. n.7.* vbi, quod de iure diuino est pœna mortis, de iure Canonico excommunicatur masculus, & fœmina; item fœmina detruditur in Monasterium, & si maritus intra biennium nõ repetit, ea compellitur profiteri perpetuo, Clericus deponitur, & perpetuo in Monasterium detruditur, & dicit * communem. † De iure Ciuili antiquo erat pœna deportationis; de iure vero Codicis est pœna vltimi supplicii. Cuman. *cons.154. Visis inquisitione, n.2. ver considerandum,* vbi etiam de pœna incestus, & nefarii coitus. Alex. *d. cons.99. Visa inquisitione. in princip. lib.6.* vbi, quod in eo, qui est maior annis 25. est pœna mortis, & *cons.13. Attentis. n.3. lib.7.* dicit esse magis * communem; & idem Alexan. *cons.229. Ponderatis, n.5. lib.6.* dicit, quod hodie est pœna mortis secundum aliquos, præterquam in nobili, in quo sufficit deportatio. vide tamen plenius Menoch. qui recitat tres opiniones. Primam, quod sit pœna deportationis; secundam, mortis; tertiã, arbitraria. Hodie † de iure nouissimo pœna mortis non habet locum, *auth. Sed hodie, C. de adulter.* Anchar. *cons.196. Magnifice, & Illustris. n.8.* Ang. *in auth. vt nulli iudi. §. adulterium.* Bart. *in l. quamuis, la secunda, in fin. C. de adult.* & vide Clar. *in §. ad adulteriũ. n.7. ver. Sed hodie.* qui dicit procedere in muliere, non in viro mitigationem pœnæ, sed dicit non seruari in masculo; quia est pœna pecuniaria, licet sit per abusum, & quod sit pœna mortis. Bart. *cons. 18. n.4. ver. ex prædictis. lib.2.* † De iure Canonico mitigatur pœna; ideo erit arbitraria. Cuman. *d. cons.154. in prin.* vide Angel. *in auth. vt nulli iudic.* per illum tex. *in §. adulterium.* † Vide Rom. *singul.674. Nos sumus.* vbi plena apost. circa fi. dicit, quod est pœna mortis de iure Ciuili Cod. sed de iure authentiorum nouissimo in muliere fuit mitigata pœna ad fustigationem, & vt ingrediatur Monasterium, vide ibi; quia arguit Imperatorem de nimia clementia in hoc; ideo non statur huic pœnæ per statuta, idem dicit Nicol. Boer. *in consuet. Turon. fol.40. in fin.* † Amplia; quia ex forma statuti Placentiæ est pœna mortis contra eum, qui nixus fuerit committere adulterium, & qualiter intelligatur, Bald. *cons.356. per tot. lib.1.* † Declara; quia mitius agitur cum adultera, quam cum adultero; ideo statutum loquens, quod torqueatur adulter, non habet locum in adultera; quia licet sint correlatiui adulter & adultera; tamen ex diuersitate pœnæ, dispositio pœnalis loquens in masculo, nõ habet locum in fœmina. Bald. *cons.6. Factũ tale est. n.6. vsq; in fi. lib.5.* † Item mitius agitur cum eo, qui cõmisit incestum matrimonio palliatum, quam si simplex est incestus; & idem est in eo, qui commisit adulterium palliatum aliquo colore, & credulitate, quam si simplex sit adulterium. Cuman. *dicto consil.154. per tot.*

11 *per tot.* † Et feudatarius adulterans vxorem domini, vel exercens se turpiter cum ea, priuatur feudo, apost. ad Bart. *cons.*175. *Domine*
12 *Potestas. in ver. marito. lib.*1. † Vide plene Crau. *cons.*137. *per tot.* vbi, quod excusatur adulterium ex consuetudine, seu mitius punitur, maxime, quando de consensu delinquunt, & quod mariti prosequentes querelã adulterii sint infames, & cornuti: & hoc dicit ad excusandum multitudinem à vitio carnis, ad quod homines sunt procliues natura ipsa; vide eum; quia multa bona pro vtraq; parte
13 refert. † Graue, & capitale delictum dicitur adulteriũ, & grauius redditur ex circũstantiis, puta, si interuenit violẽtia, si læsio prægnantis, & partus, si qualitas personarũ, si Rector parochialis, & ob alia similia redditur grauius crimen, & magis detestabile. Cast.
14 *cons.*349. *Notandum, lib.*1. *in princ.* † Declara; quia pœnæ adulterii non habent locum, quando mulier per violentiam passa est, prout Lucretia Romana; quia cum adulterium requirat dolũ, ad pœnam incurrendum nõ sufficit culpa, licet quoad peccatum secus
15 sit. Abb. *cons.*4. *Facti contingentia, lib.*1. *per tot.* † Amplia; quia pœna adulterii habet locũ etiam in eo, qui habuit rem cum sponsa, per
* verba de præsenti; secus, si per verba de futuro, * communẽ dicit
16 Clar. *d.* §. *adulterium. n.*8. † Amplia; quia cognoscens Monialem, ex quo dicitur spiritualiter desponsata, committit adulterium, &
17 punitur de adulterio. Alex. *cons.*111. *In causa. in prin. lib.*2. † Amplia; quia Iudæus cõmittens adulteriũ puniri debet pœna statuti, quæ mitior sit, prout alius ciuis; quia in pœnis iudicatur, vt ciues. Clar.
* *d.* §. *adulteriũ. n.*9. vbi dicit * communem, vide plene Rol. à Val. de hoc *cons.*35. *lib.*2. *per tot.* vbi pro vtraque opinione allegat, & hanc
* tuetur, vbi *n.*48. dicit * communem, & fuisse ita iudicatum, quod intelligit verum Alex. quando mulier esset etiam Christiana, sed
18 meretrix, *in cons.*99. *Visa, lib.*6. † Restringe cessante statuto. Rol.
19 *d. cons.*35. *lib.*2. † Restringit in Hebræo, qui cõmisisset adulterium cum Christiana; quia maiori pœna dignus est. Clar. vbi supr. *n.*8.
20 † Contrariũ & male tenet Alex. *d. cons.*99. *Visa inquisitione. per tot. lib.*6. vbi, q; Iudæus, qui cõmisit adulteriũ cũ Christiana, non punitur, nisi prout Christianus, in pœna statuti; quia licet Iudæi sint personæ odiosæ, & infames; tamen gaudent beneficio statuti, &
21 sunt de populo. † Declara; quia procedit contrarium, quando Iudæus gaudet beneficio statuti, in omnib. & per omnia ex decreto Principis. prout loqtur Alex. *d. cons.*99. *n.*4. *& seq. ver. tertio probatur*, vbi loquitur in statuto Centi & Plebis, & quando Christiana adulterata erat meretrix, *nu.*9. *ver. & tanto magis.* vbi dicit, quod si cessarent ista, maiori pœna deberet puniri, & q; magis puniri debeat Iudæus, q̃ Christianus, propter diuersitatẽ religionis, fate-
22 tur Alex. in fornicatione, *cons.*13. *n.*14. *& 15. & n.*23. *lib.*7. † Restringe, quando Hebræus contraheret matrimoniũ cum Christiana; quia tunc punitur pœna mortis. Rol. à Vall. *d. cons.*35. *in prin. iuncto n.*46. *& seq. ver. secundo non obstat, lib.*2. secus, si simplicem fornica-
23 tionem cõmisit; quia non punitur pœna mortis. † Alia est pœna adulterii; quia si pater mulieris reperit adulterũ in flagranti cum filia, potest impune eos interficere. Cla. *in* §. *adulteriũ. n.*11. plenius *in* §. *homicidium, n.*48. *ver. dixi etiam*, vbi, quod ita demum non punitur, si quinque concurrant. Primo, quod eodẽ impetu vtrunq; occidat. Secundo, quod filia sit in patris potestate. Tertio, quod occidat in domo propria, vel generi, non alibi. Quarto, quod filia
24 sit nupta. Quinto, q; deprehendat in actu turpitudinis. † Extẽde etiam, si adulter esset officialis, vel magistratus. Boer. *dec.*317. *n.*13.
25 † Extende, vt procedat ẽt, si adulter sit Clericus: quia potest occi-
* di, nec incurritur pœna *c. si quis suadente*, 17. *q.*4. secundũ * cõmu-
26 nem. Clar. *d.* §. *adulteriũ. n.*48. † Extende in marito, quãdo adulter est vilis, si vero nõ est vilis; tũc maritus interficiẽs vilis damnatur
* in metallum, non vilis relegatur, secundum * communem. Clar.
27 *d.* §. *homicidiũ. n.*49. *ver. sed quid dicendũ.* † Et ideo non potest adulterum officiale interficere, quia quoad illum dicitur maritus vilis
28 persona. Boer. *dec.*317. *n.*13. † Extende, vt procedat ẽt in adultero cũ sponsa per verba de præsenti; secus, si per verba de futuro. Clar. *d.*
29 §. *homicidium. n.*49. † Restringe; quia vasallus non potest impune interficere dominũ repertum in adulterio cum vxore, vel filia, licet dominus possit interficere vasallũ repertũ, vt supr. Boer. *d. dec.*
30 317. *n.*6. † Alia pœna est separationis thori, q̃ fieri potest ab Eccle-
* sia, ita Clar. *d.* §. *adulterium. n.*12. *ver. alia quoq;* vbi dicit * cõmunem.
☞ Vide, *Matrimonium quando recipiat separationem thori, & copulæ. Con-*
31 *clus.*143. † Extende in tantum, vt imo si adulteriũ esset notorium, potest maritus propria authoritate expellere vxorem, non expectata separatione Ecclesiæ. Clar. *d.* §. *adulterium. nu.*12. *ver. quinimo.*
32 † Alia pœna est; quia si mulier commisit adulterium, perdit dotem, & donationem propter nuptias, quã maritus lucratur. Clar.
* *d.* §. *adulterium. n.*12. *& n.*13. vbi de * communi, Couar. *super* 4. *Decr.*
* *fol. mihi* 220. *in* 2. *par. c.*7. §. 6. vbi * communem, & infr. *n.*42. *& seq.*

† Contrarium Bart. *in l. si mulier*, §. *socer. in fi. ff. de adult.* & quod imo si extant filii, duæ partes filiis applicentur, vna monasterio, si non extant filii, tota monasterio applicetur. Rol. à Vall. *cons.*35. *n.*3. *lib.* 33
2. † Declara; quia * communis est contra Bart. etiam si maritus a- 34*
gat dẽ adulterio ciuiliter. Clar. *d.* §. *adulterium, n.*13. Vide plenissime infra, *Adultera mulier. Concl.*227. *n.*17. *& seq.* † Extende; quia si
adulterium committitur à marito, ipse pariter tenetur restituere 35
dotem vxori secundum * communem. Clar. *d.* §. *adulterium. nu.*13. *
ver. Item scias. † Extende; quia amissio dotis propter adulterium 36
habet locum nedum in præiudicium vxoris adulteræ, sed etiam filiorum, & patris. Clar. *d.* §. *adulterium. n.*18. † Extende; quia pro- 37
cedit priuatio dotis vxoris adulteræ, etiam si postea matrimoniũ declaretur nullum; quia forte sit in gradu prohibito; nam si priuatio dotis præcessit, non recuperat, secundum * communem. *
Clar. *d.* §. *adulterium. n.*14. † Declara; quia maritus tenetur alere v- 38
xorem adulteram, secundum * cõmunem, imo tenetur ipse quo- *
que seruare castitatem, alias compellitur recipere vxorem adulteram iure actionis, & officio Iudicis, plene Clar. vbi sup. *n.*17. vbi de * communi. † Restringe; quia pœna adulterii respectu accu- *39
sationis mariti, & lucri dotis censetur remissa, si maritus, post adulterium commissum, cum ea habeat rem carnalem. Clar. *d.* §. *adulterium. n.*18. *ver. caueat.* vbi dicit * communem, & quod imo ma- *
ritus peccat mortaliter, habendo rem carnalem cum vxore adultera, antequam egerit pœnitentiam. Cast. *cons.*403. *Hæc mulier, lib.*
1. † Restringe; quia imo crimen adulterii præscribitur quinquen- 40
nio, quando est adulteriũ simplex; secus, si esset adulterium cum incestu; quia durat viginti annis, * communem dicit Clar. *d.* §. *ad- **
ulterium, in fin. † Declara; quia exceptio perditæ dotis potest mu- 41
lieri opponi perpetuo, si præcessit accusatio. Bald. *de præscript. in* 4.
*par. q.*2. *n.*9. apostill. ad Clar. *d.* §. *adulterium. in fin.* † Alia pœna est; 42
quia nedum mulier adultera priuatur dote & donatione propter nuptias, sed etiam priuatur bonis paraphernalibus, secundum
* communem. Boer. *dec.*338. *n.*2. Clar. *d.* §. *adulterium. n.*15. *ver. adde* *
quod. Rom. *sing.*315. *propter adulterium*, vbi apostilla citat plurimos, & dicit * communem. Surd. *de aliment. tit.*7. *q.*16. *n.*28. & sup. *n.*23. *
Vide, *Adultera mulier. Concl.*227. *n.*17. *& seq.* † Extende; quia etiam
maritus perdit donationem propter nuptias. Clar. *d.* §. *n.*15. *in fin.* 43
† Extende; quia vxor, quę priuatur dote propter adulterium, pri- 44
uatur etiam ex præsumptione violenta adulterii, puta, si probatur osculum, vel reperta est nuda cum nudo, vel quod pateretur poni manus ad mammillas, vide Clar. *d.* §. *adulterium. n.*16. qui recitat opiniones, & dicit, quod * cõmunis est in contrarium, quod *
pœna ordinaria non potest imponi ex præsumptione sola, & Co-
uarr. *in* 4. *decr. in* 2. *part.* 2. *paris. c.*7. §. 6. *fol. mihi* 220. † Alia est pœ- 45
na Clerici, & Beneficiati committentis adulterium; quia si ciuiliter agitur, priuatur beneficio: si criminaliter, deponendus est ab ordine. Castr. *cons.*349. *Notandum, quod. in prin. lib.*1. † Extende, 46
vt procedant dictæ pœnæ in Clerico, etiam si iactet se commisisse adulterium, si ex illo sequutum est scandalum. Cast. *d. cons.*349.
*in prin. lib.*1. † Restringe, quando delictum esset occultum omni- 47
no. Castr. *d. cons.*349. *in prin. lib.*1. *ver. Nec obstat.* † Declara; quia E- 48
piscopus potest dispensare super simplici adulterio per modum gratiæ; non tamen eius officialis, nec etiã Episcopus per modum compositionis, imo neque posset Episcopus per modum gratiæ dispensare cum Clerico adultero, quando adulterium non est simplex, sed aggrauatum. Castr. *d. cons.*349. *n.*1. *& per tot. lib.*1.

Adulterium quando, & per quos accusari possit. Concluſ. 226.

ADVLTERIVM † potest accusari per maritum contra vxorem 1
capitaliter. Fulg. *cons.*135. *In causa criminationis, in pr.* † Exten- 2
de, vt procedat, etiam si mulier adulterium cõmisit stante diuortio; quia nõ propterea soluitur matrimonium habitu, ideo cadit adulterium facto etiam diuortio. Bald. *cons.*6. *Factum tale, in princ. lib.*4. † Extende; quia maritus quandoq; accusat vxorem de adul- 3
terio, vt in casu, in quo consuluerunt Bald. *cons.*310. *lib.*1. Rom. *cõs.*
451. Bolog. *cons.*23. Grat. *cons.*50. *lib.*2. Mant. *cons.*43. *lib.*1. quos citat Clar. *in* §. *adulterium, in princ.* † Quandoque accusat in casu, prout 4
consuluit Bald. *cons.*6. *Factum tale, n.*2. *& seq. lib.*5. videlicet, adulterum, & adulteram simul in eodem libello, & non procedit, sed in diuersis libellis bene procedit, *l. si maritus.* §. *fin. ff. de adult. l. reos. C. eod.* propter exceptionem ordinis: quę distinctio procedit quoad pœnam, secus si quoad separationẽ thori. Vide Rom. *sing.*276. *Tu scis, quod adulter*, vbi se iactat de hac limitatione. † Extende in casu 5
cõuerso; quia mulier quandoq; accusat maritũ in casu, prout consuluit Rom. *cons.*167. Clar. *d.* §. *adulteriũ, in pr.* † Restringe; quia si 6
maritus accusaret mulierẽ, tanquam publicam adulteram, repellitur.

litur; quia accusat suum lenocinium, ex quo tamdiu passus sit vxorem adulterari, vt publica adultera euaserit. Bald. *cons.* 310. *Aut mulier, in fi. ver. modo venio. lib.* 1. Vide, *Lenocinium quid sit, & eius pœna. Cõclus.* 290. † Restringe; quia nõ procedit accusatio mariti cõtra adulteram vxorẽ, si maritus primo accusauit adulterum, & pendet accusatio; quia debet procedi solũ cõtra primum accusatũ. Bald. *cons.* 6. *Factum tale est. n.* 3. *lib.* 5. vbi reddit rationẽ; quia cum teneatur se inscribere ad pœnã talionis, si agatur capitaliter, sicuti non potest pati, nisi vnam pœnam, si succumbat; ita etiam non debet admitti, nisi ad vnicã accusationẽ capitalẽ. † Restringe, vt idẽ sit, si accusaret in eodem libello adulterum & adulteram capitaliter; quia non potest, neq; proceditur super tali libello. Bald. *d. cons.* 6. *n.* 2. *lib.* 5. † Probari, & deduci debet in accusatione de adulterio, quod mulier habeat maritum, quæ fuit adulterata, si ipsa accusat; sicuti econtra, si maritus accusat, debet deducere, & ꝓbare, quod tẽpore adulterii esset eius vxor, alias accusatio esset inepta, plene Rom. *cons.* 167. *Antonius accusatus, in pr.* vbi, quod alias sequi debet absolutio. † Declara; quia exceptiones istæ oppositæ ab accusata releuãt, ne contra eum possit procedi; & ideo si nõ est probatum adulterium, potest ferri sententia absolutoria pro accusata. Bald. *d. cons.* 6. *n.* 5. *ver. sed nũquid. lib.* 5. † Amplia; quia adulteriũ ita afficit maritũ iniuria, vt magis dolẽdum sit de adulterio vxoris per maritum, ꝙ occisione filii per patrẽ. Bald. *cons.* 277. *In causa Guliel. n.* 2. *ver. item iustus dolor. lib.* 5. † Imo talis iniuria adulterii afficit nedum maritũ, sed omnes de familia. Alex. *cons.* 189. *n.* 11. *ver. cõfirmo prædicta. lib.* 6. † Imo videtur excusari maritus, si non accusat adulterũ, sed interficit; quia ꝑ accusationẽ efficiũtur viles, & cornuti apud omnes, & Iudices non solent ius reddere, sed truffari, cachinnari, & irridere, vt dicit Cast. *cons.* 277. *In causa incarceratorum. n.* 3. *col. pen. ver. item quod fecerunt. lib.* 2. † Amplia; quia potest ét accusari ciuiliter vxor ad effectum, vt perdat dotem, & similiter debet fieri accusatio contra illam solam; quia non possunt plures accusari simul, neq; ordine successiuo; quia contra vnum tantũ potest procedi. Bald. *d. cons.* 6. *n.* 4. *ver. sed quando mulier. lib.* 5. † Contrarium tenet Bart. *in auth. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero plurimas*, vbi, quod debet esse accusatio criminalis cum subscriptione ad pœnam talionis, alias non procedit accusatio mariti de adulterio. † Declara; quia imo maritus potest ciuiliter accusare ad effectum, vt mulier perdat dotem, siue agendo, siue excipiendo. Alex. *cons.* 189. *In causa, & lite. n.* 10. *ver. non obstant allegata. lib.* 6. vbi citat plurimos, & dicit * communem, & quod opinio Bart. cõmuniter damnatur, & iura, quæ dicunt, ꝙ non auditur excipiendo certo casu ciuiliter, non negant, quin agẽdo ciuiliter possit accusare. † Extende; quia hæredes licet nõ possint excipere de adulterio ad effectum lucri dotis, quando maritus sciuit, & tenuit vxorẽ, sed non vt vxorem; tamen possunt principaliter accusare illam de adulterio, vt secũdario obtineant dotem. Signor. *cons.* 50. *in fin.* † Restringe in casibus, de quibus supra, quando accusatur adulterium, etiam capitaliter. † Amplia; quia quandoq; mulier agit ad separationẽ thori, prout consuluit Socin. Iun. *cons.* 32. *lib.* 2. Clar. *d. §. adulterium, lib.* 5. *in pr.* † Amplia; quia quandoq; de adulterio accusat mulier maritum, & adulterã, vel è conuerso maritus accusat vxorẽ, & adulterum, prout consuluerunt Bald. *cons.* 6. *lib.* 5. Io. de Amic. *cons.* 127. Boer. *decis.* 297. *& seq.* Clar. *d. §. adulterium, in prin.* † Limita in vxore; quia licet possit accusare ciuiliter maritum, vt perdat lucrum dotis propter adulterium; non tamen potest criminaliter accusare eum de violatione thori. *l.* 1. vbi Salyc. & alii, *C. ad l. Iul. de adult.* & ita consuluit pro muliere Cuma. *cons.* 175. *in fin.* † Limita; quia mortuo marito accusatore non potest mulier iterum accusari ab alio. Bald. *d. cons.* 6. *n.* 4. *lib.* 5. vbi dicit de hoc esse tex. *in auth. vt liceat matri, & auiæ.* † Limita; quia adulterium post quinquennium non potest accusari. *l. quinquennium. ff. de adult.* apost. ad Clar. *§. fi. q.* 60. *n.* 32. *ver. per decem annos.* † Limita; quia mulier nupta non potest de adulterio accusari ab aliquo extraneo; quia esset turbare matrimonium quiescens. Fulgos. *cons.* 135. *In causa criminationis, in princ.* vbi loquitur, quod hæc accusatio non admittitur viro non consentiente. *l. quamuis. la* 2. *C. ad l. Iul. de adulter.* † Et frater, pater, patruus, & alii coniuncti, qui possunt accusare, intelliguntur largo modo, siue sint ex parte mariti, siue mulieris, ita Salyc. *in l. quamuis. la* 2. *C. de adult. n.* 11. † Contrarium, quod id solum de coniunctis mulieris intelligatur, sentit Fulgos. *d. l. quamuis, in princ.* Ang. *in l. si maritus. n.* 2. *ff. eod. tit.* † Extende; quia neq; Iudex potest ex officio inquirere mulierem sine accusatione viri. Fulg. *d. cons.* 135. *per tot.* † Extende; quia imo de iure, & de consuetudine seruatur, vt mulier ab extraneo accusata, & detenta relaxetur instante viro. Fulg. *d. cons.* 135. *col. pen. n.* 2. *ver. nec obloquitur.* † Restringe; quia potest accusari mulier nupta de adulterio, quando primo fuit maritus accusatus, & conuictus de lenocinio; tunc enim vnicuique est permissum accusare nuptam de adulterio, non alias sine licentia viri. Fulg. *d. cons.* 135. *per tot.*

Adultera mulier quibus priuetur, vel non. Concluſ. 227.

MVLIER † expulsa à marito propter adulterium, si non est declaratum, neq; notorium, debet interim, & pendente lite, & accusatione ali à marito. Fed. de Sen. *cons.* 176. *Domino Corrado. per tot.* allegat *l. si instituta. ff. de inoff. testam.* † Amplia; vt si mulier durante expulsione compulsa fuit mutuo recipere pecunias pro alimentis, maritus teneatur etiam ad alimenta præterita, donec adulterium sit declaratum. Fed. *d. cons.* 176. *per tot.* † Amplia; quia si post adulterium commissum per vxorem maritus eam recepit, & non accusauit; imo mores illius substinuit, non potest prætẽdere dotem deperditam ex adulterio post mortem vxoris, etiam si extaret statutum, quod mulier committens adulterium perdat dotẽ. Bald. *cons.* 445. *Super prædictis.* maxime *in fi. n.* 5. *ver. super quarto. lib.* 2. quod est Roselli de Rosellis. Castr. *cons.* 403. *Hæc mulier. lib.* 1. † Extende, vt idem sit in hæredibus mariti; quia non possunt opponere exceptionem vxori repetenti dotem, quod commiserit adulterium, si maritus sciuit, & passus est; secus si ignorauit. Bald. *cons.* 300. *Vt dos prædicta. & cons.* 301. *Ista dos. lib.* 3. Castrens. *d. cons.* 403. *in fin. lib.* 1. † Amplia in marito; quia propter adulterium potest separari thorus, & vxor repetit dotem, & donationem propter nuptias, accusariq; potest ciuiliter. Cuma. *cons.* 175. *Domina Andriola, in fi.* † Extende; quia non potest opponi exceptio adulterii per virum, vel hæredes, quando ipse quoq; commisit adulterium, retinendo concubinam. Vide, *Dotis restitutio faciendã nõ retardatur, & quãdo secus. Concl.* 772. *n.* 17. † Amplia; quia nupta consanguineo, inter quos nõ poterat esse matrimonium, si committat adulterium; quia vere non est adulterium, vbi non est matrimonium, sed est stuprum, non perdit dotem. gl. *in l. consensu. C. de repud. circa fi. gl. magnæ*, quam sequitur Castr. *cons.* 154. *col.* 2. *ver. quarto. lib.* 2. † Amplia; quia mulieri dotes suas repetenti non obstat exceptio, quod perdiderit eam propter adulterium, quando constat, quod maritus retinuit cõcubinas; quia paria delicta mutua compensatione tolluntur. Cast. *cons.* 403. *Hæc mulier. in pr. lib.* 1. † Amplia; quia mulier non perdit dotem propter adulterium ab ea commissum, si maritus sciens hoc cum ea habuit rem carnalẽ; quia si hoc fecit ante peractam pœnitentiam vxoris, censetur lenocinium committere, & sic perdit actionem, quod mulier priuetur dote, Castr. *d. cons.* 403. *in pr. ver. secundo quia. lib.* 1. † Extende, vt idem sit, si maritus sciens adulterium ab vxore cõmissum post peractam pœnitentiam per eam, cognouit eam carnaliter; quia censetur remisisse; & ideo non potest de adulterio opponere. Castr. *d. cons.* 404. *post med. ver. aut hoc fecit. lib.* 1. † Extende, vt maritus non possit opponere hæredibus mulieris repetentib. dotem exceptionem adulterii; quia delictum morte extinctum est; nisi viuens vxor esset conuicta, & condemnata. Bart. *cons.* 96. *Pone hæredes. lib.* 2. † Amplia; quia hæredes mariti, vel successores nõ possunt opponere de adulterio exceptionem, quando maritus commisit adulterium, vel quando sciuit, & se commiscuit cum vxore adultera; quia videtur committere lenocinium; & idem, si ante peractã pœnitentiã se cõmiscuit, sed si post, videtur remittere crimen, vel si in vita nõ acculauit, istis casibus hæredes non possunt opponere; quia istæ querelæ odiosæ sunt, & non transmittuntur. Castr. *d. cons.* 403. *per tot. lib.* 1. † Imo neq; hæredes mariti possunt agere cõtra hæredes mulieris adulteræ ad consequendã dotem, quam mulier perdidit propter adulteriũ, licet maritus, & illi, quibus est acquisita, possint agere etiam mortua adultera. Rom. *cons.* 286. *per tot.* vbi apostilla *in ver. non tranſeat.* † Amplia; quia mulier committẽs adulterium propter violentiã illatam non perdit dotem, neq; punitur pœna adulterii; quia adulterium vt puniatur, requirit dolũ, & non sufficit culpa, vt quia posset dici, quod coacta voluntas, licet sit voluntas; tamẽ procedit quoad Deum, non autẽ in foro fori, in iis, in quibus requiritur dolus, prout in adulterio, plene Abb. *cons.* 4. *Facti cõtingentia, per tot. lib.* 1. † Limita; quia si adulterium est notorium, vel per sententiam, vel per confessionem, vel rei euidentiam, mulier perdit alimẽta, quæ non debentur sibi à die notorii criminis. Feder. de Sen. *cons.* 236. *In quæstione vertente. nu.* 2. *ver. sed quæstio alimentorum.* † Extende; quia mulier adultera nedum perdit dotem, quæ applicatur marito, vel filiis, sed etiam perdit bona paraphernalia. Rom. *d. cõs.* 286. *Hæc Iuliana*, vbi apostilla *in ver. perdit*, allegat Roman. text. *in l. consensu. C. de repud. & in authent. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero plurimas*, & est text. *in cap. plerumque. de donation. inter vir. & vxor.* Vide supra, *Adulterij*

17 *terij pœn.x. Conclus.225.n.32. & seqq. ver.alia pœna est.* † Contrarium; quod imo dos mulieris adulteræ applicatur monasterio, in quod detruditur, pro tertia parte, duabus aliis tertiis partibus applicatis filiis, si extant; si vero filii nõ extãt, sed parentes, qui non consenserint adulterio, vna tertia pars applicatur parẽtibus, aliæ duæ
18 tertiæ monasterio; & si non extant filii, † neq; parentes, tota dos monasterio applicatur; firmis tamen semper manentibus pactis dotalibus, quatenus aliter esset cõuentum, vt est tex. clar. *in auth. sed hodie C. de adult.* quę est sumpta ex *auth. vt nulli Iud. §. si vero quan-*
19 *do.* † Declara, vt per gl. *in d. auth. sed hodie. C. de adulter. & in d. auth. vt*
20 *nulli Iud. §. adulteram, in ver. seruentur*, vbi dat tres solutiones. † Prima est, quod *d. auth. sed hodie*, tanquam posterior corrigat omnes alias leges ciuiles, & hoc videtur probari necessario; quia *auth. sed hodie*, corrigit pœnam mortis necessario, quæ imponebatur pro adulterio; quo casu maritus lucrabatur dotem, & *d. auth. vt.* vult, quod filii, & monasterium lucrentur. Vnde cum non possint stare simul, inducitur correctio, & hanc tenet Curt. Iun. *in rubr. C. de eden. n.28. ver. postremo puto.* Alex. *in l. cum mulier in fin. ff. solut. matrim.*
21 *ver. non obstat tex.* † Reprobatur hæc per gl. *in d. auth. sed hodie*, vbi
* Salyc. *n.4.* Rom. *in l. Lucius Titius. n.16. ff. sol. matr.* & * communem
22 dicit Bologn. *in rub. C. de eden. n.29.* † Secunda est, quod *l. consensu. C. de repu. & auth. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero plurimas*, loquuntur, quando agebatur ciuiliter, & *auth. sed hodie. C. de adulter.* loquitur, quando agebatur criminaliter; hanc refert gl. *in d. auth. sed hodie*, & hanc tenent ibi Cyn. *n.4.* post Pet. quem allegat Angel. *in fi.* Belui. *in d. auth. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero plurimas*, & plenius *in auth. vt nulli Iudic. §. necessarium in fine.* plures citat Alex. *in l. cum mulier. ff. solut. matr. n.18. & 19. ver. vltra ea.* & pro ista facit tex. *in cap. plerunque, de don. inter vir. & vxor.* vbi Abb. *in 2. not.* dicit, quod illud iudicium separationis thori est ciuile, & ibi omnes idem tenent,
* & communem * dicit Aretin. *in l. rei iudicatæ. n.3. ver. in gloss. ff. solut.*
23 *matrim.* † Contrarium tenet Bald. *d. auth. sed hodie. in fin.* & ibi Saly. *n.4.* qui probant, quod imo etiam lucratur maritus dotem, licet criminaliter egerit. *l. adulterij. C. ad adulter.* in tantum, vt Bartol. & multi alii tenuerint, quod necessario debeat maritus criminaliter agere, vt lucretur dotem; quia tenetur se inscribere, vt per Alex. *cons.189. In causa, & lite, in prin. lib.6.* vbi *n.10.* ostendit com-
* munem * esse contra Bart. quod non est necesse, quod criminaliter agat ex adulterio, vt dotem lucretur, sed siue agat ciuiliter,
24 siue criminaliter, lucratur. † Declarat pulchre Iacob. Beluis. *in d. auth. vt nulli Iudic. §. necessarium in fin. ver. tu dic.* vbi, quod si actum est ad pœnam criminalem per maritum cõtra vxorem, vt puniatur, secundum *auth. sed hodie*, & pœna illius *auth.* procedit propter fauorem religionis, & vt pœnitentiam agat mulier; & quia monasterium absterget &c. Aut actum est ciuiliter, aut etiam criminaliter ad aliam pœnam (extra *d. authent.*) & lucratur dotem secundum alia iura, & hanc tenet Ioan. de Imol. *in l. cum mulier, ff. solut. matrim. n.18.* vbi, quod debet intelligi, quando maritus agit ciuiliter ad dotem, vel per viam exceptionis, vel criminaliter ad separationem thori, quæ est ciuilis, & istis casibus lucratur dotem; si vero agit criminaliter ad pœnã, quæ est hodie detrusio in mo-
25 nasterium, sibi præiudicat. † Impugnatur hęc solutio per moder. vt dicit Rom. *in d. l. Lucius Titius. n.15. ver. vnde vltima.* quia supponit alias pœnas pro adulterio reperiri, & in hoc saluat Rom. sed ex alio damnat; quia correctio induceretur, sed tollitur impugnatio Romani; quia est declaratio, non correctio, seu limitatio; Item quia *l. consensu. & authen. vt liceat matri & auiæ*, sunt hodie sublatæ; quia causæ repudii, vel separationis thori sunt in cognitione Ecclesiæ, non secularium. Abb. *c. plerunque. de don. inter vir. & vxor. in*
26 *2. not.* † Declarat Rom. *d. l. Lucius. n.16. & seqq. ff. solut. matrim. ver. ego vero pro veritate*, quod *auth. sed hodie*, loquitur corrigendo à contrario sensu, quando non extant pacta contraria; vnde vult, quod sensus à contrario nihil operetur corrigendo, sed certe non est sensus à contrario, sed sensus directus, & dispositiuus, quod fiat applicatio monasterio, & filiis, vel monasterio, & parentibus, vel soli monasterio, si non extant filii, neque parentes, saluis semper pactis conuentis, etiam post mortem, in isto casu dicit Rom. per illa verba, *omni casu*; & ideo opinio Rom. non est tuta; quia *auth. sed hodie*, quoad applicationem dotis monasterio, filiis, & paren-
27 tibus seruiret de vento. † Tertia est, quod *l. consensu. C. de repud. & d. auth. vt liceat matri & auiæ*, loquantur, siue agatur ciuiliter, siue criminaliter, quando maritus accusat, vt maritus; *authent.* vero *sed hodie, C. de adulter.* habet locum, quando accusatio fit ab extraneo, & hęc fuit opinio Iac. Butrig. & vt scias, quomodo procedat, vide Salyc. *in l. iure mariti. C. de adult.* per illum tex. quia debet intra 60. dies vtiles maritus accusare, post 60. dies accusat etiam extraneus, & hanc tuetur, & verissimam dicit Aret. *in l. rei iudicatæ, n.3. ver. in gl. ff. solut. matrim.* vbi videas; quia bene loquitur. † Sed istam 28
opinionem, quod ea non sit substentabilis; quia *auth. sed hodie*, loquitur simpliciter, dicit Alex. *in d. l. cum mulier. in fin. ver. tertia vero fuit.* † Quarta declaratio adducitur per Lap. *alleg.129. factum, super* 29
quo, nu.19. ver. Item est dare casum, vbi, quod *l. consensu*, & alia iura, quæ dant lucrum viro, habent locum, quando mulier adultera remanet ciuiliter coniuncta viro, sed quando est damnata, secus est, *d. auth. sed hodie*, & sequitur Alex. *in d. l. cum mulier, n.19. ver. adde, quod istam, ff. solut. matrim.* quem ibi in addition. citat Mandos. dicens illud verbum, *coniuncta*, debere intelligi coniuncta ciuiliter, & sic esset eadem declaratio cum secunda, quam affert glossa, & Lap us etiam sequitur Alex. de Næuo *in c. plerunque. n.10. de donat. inter vir. & vx.* Alex. *in d. l. cum mulier, n.19. ver. adde*, vbi allegat Lap. pro secunda declaratione. † Aliam declarationem videtur addu- 30
cere Fed. de Sen. *cons.176. Domino Corrado.* quod si adulterium est notorium; tunc non debeantur alimenta, & maritus lucretur dotem; aut non est notorium, & secus est, quod etiam videtur clarius repetere *cons.236. In quæstione vertente*, sequitur Rim. Iun. *cons.*
274. *in fine.* † Alia, & sexta declaratio videtur afferri posse; quia 31
cum iura ciuilia sint diuersa & contraria, & saltem opiniones Doctorum sint diuersæ; sit attendendum ius Canonicum, *in c. plerunque. de don. int. vir. & vx.* quia quando sunt opiniones dubiæ, statur iuri Canonico. Bald. *cons.498. De detractio. in pr. ver. quicquid sit. lib.1.* Vide, *Ius Canonicum in quibus præualeat iuri Ciuili. Concl.179. n.16. & seq.* † Sed responderi potest, quod *c. plerunque. de dona. int. vir. & vx.* 32
non intendit ius nouum statuere, & non est verisimile, quod Papa voluisset auferre à monasteriis ius eis quæsitum ex *auth. vt nulli Iud. §. adulteram.* ex qua sumpta est *auth. sed hodie, C. de adult.* & velle, quod potius habeat dotem maritus, quam monasterium, & filii, & ideo d. declaratio certe non habet saporem. † Aliam, & septi- 33
mam declarationem afferri posse demonstratur; quia *l. consensu. C. de repu. & auth. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero plurimas*, loquũtur, quãdo agitur de separatione thori propter adulterium; quia debent intelligi secundum titulum, sub quo sitæ sunt, quando agitur de repudio, & separatione thori, & ad illum finem probatur adulterium, vel alia causa. *auth.* vero *sed hodie*, loquitur, quando agitur ad pœnam ex adulterio incursam, vt puniatur: igitur cũ sint intelligendæ leges ciuiles secundũ materias, de quibus loquuntur, non possunt dici contrariæ. neq; quod vna corrigat aliã; quia respiciunt diuersum effectum, ita in simili Anch. *cons.268. Iure diuino. n.7.* Abb. in sua *q.5.* incip. *Augerio. col.7. ver. cum autem illud. circa prin.* & hæc declaratio reincidit in secundam, & quartam declarationes supra positas. † Et hæc declaratio potest confirmari ar- 34
gumento quasi ineuitabili, ꝙ sit attendenda sola pœna, de qua in *auth. sed nouo iure, C. ad l. Iul. de adult.* probatur; quia aliæ, de quibus *in l. cõsensu, & in auth. vt liceat matri & auiæ*, hodie sunt sublatæ; quia separatio matrimonii spectat ad Ecclesiã, & ideo *l. cõsensu, & auth. vt liceat matri & auiæ.* in quantũ disponunt de separatione thori ex causa adulterii, & de pœna, sunt sublatæ, vt dicit Alex. de Næuo post alias *in c. plerunq. in 2. not. n.3. de don. int. vir. & vx.* & ante eum Abb. *ibi in 2. not.* vbi idem dicit, & quod *c. plerunq.* procedit, quando agitur ciuiliter ad separationem thori ob adulterium. † Est ve- 35
rum, ꝙ gl. fi. *in d. c. plerunque, in fi. de don. int. vir. & vx.* quam * com- *
muniter approbari dicit ibi Abb. tenet, quod imo pœna dictarũ legum habeat locum, quod mulier separata iudicio Ecclesiæ propter adulterium, vel si recessit sua voluntate à marito, perdit dotem. † Plures alias declarationes affert Rom. *in l. Lucius Titius, n.15.* 36
& seq. ff. sol. matr. vbi ponit octo declarationes. Bald. *in auth. sed hodie, in fin.* dicit esse arbitrarium viro, an velit vti pacto de lucranda dote, an beneficio *auth. sed hodie. C. de adulter.* † Mihi videtur saluo 37
saniori consilio, quod ex omnibus prædictis sic possint distingui plures casus, ex quibus cessabit cõtrarietas. Primus casus est; quia tam de iure antiquo, quam moderno, siue maritus ageret ciuiliter, siue criminaliter, & per modum excipiendi, maritus lucrabatur dotem propter adulterium commissum. De actione ciuili, & per modum excipiendi, est casus *in l. consensu. C. de repud.* & *in l. cum mulier. ff. solut. matrimon. in cap. plerumque. de donat. inter vir. & vx. cum ibi not.* & nullus discrepat in hoc, de actione ciuili. De criminali fuerunt opiniones, ex text. *in l. miles, §. socer. ff. ad leg. Iul. de adulter.* secũdum intellectum Bart. ibi, qui voluit necessario debere præcedere accusationem criminalem, licet communiter reprobetur in hoc, quod tam ex ciuili, quam ex criminali accusatione probato adulterio perdat dotem, quod etiam probatur ex *auth. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero plurimas*, vbi text. requirit subscriptionem mariti, quasi necessario accusatio sit criminalis, vt plene Roman. *in d. l. Lucius Titius. num.15.* Ioan. de Imol. *in l. cum mulier, num.16. & seq.* vbi etiam Alexand. *ff. solut. matrimon.* & plenius *consil.189. num.10.*

* *n.10.lib.6.*vbi dicit* communem,quod in causa ciuili,& in criminali, etiam per viam exceptionis intentata, ꝓbato adulterio mulier perdit dotem, vno solo casu excepto,quando maritus primo instituisset criminalē ad pœnam,& ve llet desistere,& solam ciuilem super amissione dotis intētare; quia repellitur;quia commodum dotis vindictæ proprię domus ꝓponere non erubuit,*d.l.miles.§.socer.ff. de adult.* & secūdum ius antiquum & modernū pœna capitalis erat,videl.mortis,tam in muliere,quam in viro, *l.quamuis.in fi.C.de adult.*Secundus casus est de iure nouissimo;quia *auth. vt nulli iud.§.adulteram.*ex qua sumitur *auth.sed hodie.C.de adul.* pœna mulieris mitigatur, vt in monasterium detrudatur cum applicatione dotis monasterio pro tertia,& filiis pro duabus tertiis,vt ibi, &c. Vnde si maritus intentat actionem ciuilem, vel per modum excipiēdi, vel etiā criminalem cum inscriptione pro separatione thori,quæ etiam dicitur ciuilis,quoad dictū effectum,procedit priuatio dotis,quę marito applicatur,*d.l consensu.C.de repud. & d.auth.vt liceat matri.§.quia vero plurimas,* & etiam hodie perdit; quia nō sunt correctæ ; si vero agit criminaliter ad pœnam personalem, quæ sola est detrusionis in monasterium, *d. auth. sed hodie. C. de adult.* est * communis opinio, quod alia pœna non est hodie
38 personalis.Io.de Imol.*l.cum mulier.n.18.ff.solu.matr.* † Et isto casu; quia voluit, quod puniatur secundum ius nouissimum, videtur etiam voluisse, quod dos mulieris applicetur secundum iura nouissima; quia,qui vult antecedens,vt puniatur,censetur velle etiam necessarium consequens, vt consentiens in pœnam, quam petit inferri,consentiat etiam in consequentibus ad pœnam, videlicet dotis applicatione,in simili Alex.*cons.157.col.3.n.14.lib.2.* Nam faciens actum censetur se subiicere omnibus legibus loquentibus de illo actu.Castr.*in l.si duo.in prin.ff.de acquir.hær.* Bald. *in l.venia.n.2.C.de in ius voc.* & nō est nouum, quod ex modo agendi quis potest consequi, & non consequi, quod intendit ; vt in simili de marito agente contra vxorem adulteram ex osculo luxu-
39 rioso,tradit Bolognet.*in rubr.C.de eden.n.27.ver.nec obstant.* † Et in
* hac declaratione concurrit communis opinio, seu * communis distinctio Doctorū, quod *auth. vt liceat matri. §.quia vero plurimas, cum concord.* loquitur,quando ciuiliter , licet cum inscriptione, agitur, *auth.*vero *vt nulli Iud.§.adulteram. & auth.sed hodie.C.de adult.* procedunt , quando actum est ad pœnam corporalem criminali-
* ter,& hæc distinctio est * communis,vt dicunt Alex.*in l.cum mulier.in fin.*& Aret.*in l.rei iudicata.n.3.ff.solut.matr.* & cessant contrarietates,& tollitur correctio legum, & non est verisimile , quod Ius Canonicum voluerit tollere priuilegium concessum vniuersaliter locis piis, & monasteriis , vt applicetur dos magis marito,
40 quam monasterio,& filiis,in quibus pietas concurrit. †Bart.*cons. 96.Pone,hæredes,lib.2.in fin.* dicit,quod hodie dos mulieris adulteræ applicatur filiis pro duabus tertiis , & pro alia tertia monasterio;& ideo nō publicatur; vel potest dici,vt ipse inquit,quod dos
41 mulieris publicatur,sed alia bona secus. *l.cōsensu.C.de repud.* † Extende; quia mulier adultera notorie nedum perdit alimenta , sed perdit dotem,& priuatur omni obligatione,quam habet maritus ad eam,ita,quod tanquam male maritata, debet publica egestate laborare.Fed.de Sen.*cons.236.in prin.*Bald.*cons.445.Super prædictis.*
42 *lib.*2.qui loquitur in casu statuti,maxime *n.5.ver.super quarto.*†Extende;quia possunt maritus, vel filii, qui lucrati sunt dotem propter adulterium , agere etiam post mortem vxoris, vt illam con-
43 sequantur.Rom.*cons.286.ver.adeo,vt etiam.* † Extende in tantum, quod mulier propter adulterium notorium expulsa , si petet restitutionem,repellitur exceptione notorii adulterii. Fed.de Sen.
44 *d.cons.236.in pr.nu.*2.Bald.*cons.300.&301.lib.3.* † Et ꝙ mulier impudica perdat dotem,nedum si est nupta,sed etiā si est vidua. Fel.
45 *in c.pastoralis.n.5.ver.mulier impudica.de iudic.* †Extende;quia si vxor propter adulterium commissum fuit à viro expulsa , accusata , & condemnata,statim perdit dotem , & illam lucratur maritus pro se,& suis hæredibus quibuscunq; , etiam extraneis , etiam singularibus successoribus, quibus competit hæc exceptio , quatenus ageret vxor ꝓ dote contra eos. Bald.*cōs.221.Quandoq; propter.lib.2.*
46 *& cons.300.& 301.lib.3.* † Restringe , vt non procedat limitatio quoad hæredes , & singulares successores , quando vxor propter adulterium fuit expulsa,sed non accusata,neq; condemnata;quia licet maritus possit contra eam agentem ad dotem , excipere de adulterio;non tamen id possunt hæredes,neq; singulares succes-
47 sores.Bald.*d.cons.221.circa pr.ver.secundus casus.lib.2.*†Contrarium, quod neq; maritus lucretur dotem, quando vxor non est condemnata,tenet Spec.*tit.de don.int.vir.& vx.§.fi. ver.quid si mulier agit,* quem sequitur Io.Andr.*in cap.plerumque,eod.tit.* & Rom.*cons.286. Hæc Iuliana,* vbi apostill. *in ver.perdit,* dat plurimos concord. quod vxor propter adulterium perdit dotem, quæ applicatur viro, vel filiis,adeo vt in eorum præiudicium non possit testari.†Declara, 48
vt per Sig.Homo. *cons.50.In quæstione 1.& 2.per tot.* vbi recitat pro vtraq; opiniones,& distinguit tres casus.Primus est,quando maritus sciuit adulterium,& non accusauit,sed retinuit in domo,vt vxorem; tunc hæredes nō possunt accusare,neq; excipere de eo; si vero maritus ignorauit,vel etiam est dubium;tunc possunt hæredes excipere de adulterio, & repetit *cons.58.* † Si vero maritus 49
sciuit,& retinuit vxorem non vt vxorem , sed tamen non accusauit,possunt hæredes principaliter delictum accusare, sed non secundario per modum exceptionis. Signor.*d.cons.50. circa fin. ver. secundo casu.& cons.58.in fin.*vbi se remittit ad dicta *in cons.50.*†De- 50
clara;quia licet hæredes non possint excipiendo de adulterio negare dotem,quando maritus viuens non accusauit ; tamen poterunt & excipere,& accusare,si vidua existens commisit stuprum; quia dicitur per fictionem remanere in matrimonio ; & quia diuersa est ratio in adulterio commisso tempore mariti, quod censetur remissum,& in adulterio cōmisso post mortē mariti. Castr. *cons.147.n.2.ver.secundo facit.lib.2.* vbi dat exemplum de exceptione dilatoria , quæ licet non possit opponi lite contestata ; tamen
procedit,quando erat nata ante litē cōtestatam,alias secus. † Di- 51
cas;quia si maritus viuens non accusauit vxorem,sed conquestus est ita,quod non approbauit mores eius : imo improbauit ; tunc transit ad hæredes querela ciuilis,& possunt hæredes ciuiliter ad effectum,quod perdat dotem,agere,& excipere. Alex. *cons.189. n.3.& seq.ver.sed præmissis.lib.6.* & multo magis, si illam verberauit maritus. † Si vero maritus sciuit,& nihil dixit, & mores non improbauit,imo approbauit illam retinens,vt prius; tunc non pos- 52
sunt hæredes accusare,neq; excipere,communem * dicit Alex.*d. * cons.189.In causa,& lite,in pr.ver.præterea.lib.6.* † Declara , nisi post 53
remissionē,aut approbationem iterū mulier cōmisisset adulterium ; quia pro adulterio post remissionem iterum cōmisso, ignorante marito , poterunt hæredes accusare ad effectum , vt perdat dotē ciuiliter; & idem est,si maritus sciuit, & nō potuit prouidere;quia infirmus erat,ex qua infirmitate decessit, ita Alex. *d.cons. 289.n.6.& seq.ver.imo fortius.lib.6.* vbi ponit exemplū de vasallo, qui cōmisit feloniam domino ignorante , vel ēt domino sciente, si non potuit priuare , pœna priuationis transit ad hæredes. † Et 54
procedit declaratio,etiā si maritus in vltimo vitæ spiritu benedixerit totā familiam suam,& vxorem de mandato sacerdotis ; quia talis benedictio nō trahitur ad ignorata,si ignorauit adulteriū,& si sciuit,cū fecerit,vt Christianus remisit odium, & rancorem de mandato sacerdotis,sed non iniuriā; ideo hæredes possunt accusare ciuiliter,vel excipe,vt perdat dotē. Alex.*d.cons.289.n.8.& 9. ver.nec obstat.si dicatur.lib.6.*vbi apost.*in ver.odium,*dat concor. † Et 55
pro ista parte,quod hęredes possint accusare,adducit Alex.*d.cons. 189.n.11.ver.cōfirmo prædicta.lib.6.*quia iniuria fit marito, & toti familię ex adulterio;ideo possunt hæredes ꝓ iniuria agere,imo cōsanguinei, & præuio iuramento taxare iniuriam. † Restringe, vt 56
non procedat limitatio,quando mulier nedū nō fuit condemnata,sed neq; accusata,neq; expulsa ; quia maritus, & hæredes non lucrantur dotem.Bald.*d.cons.221.in fi.ver.tertius casus.lib.2.* Signor. *cons.50.per tot.*& Castr.*cons.403.Hæc mul er,in fi.lib.1.* †Idem etiam 57
tenet Sign.in casu statuti Nouarię priuantis adulteram dote;quia intelligitur , dummodo eam maritus non retinuerit vt vxorem sciens adulterium.Signo.*cons.58.Statuto Ciuitatis Nouariæ.* †Con- 58
trarium tenet Bald. *cons.300.Vt dos prædicta.lib.3.* vbi dicit esse casum de iure Canonico *in c.plerumque.de don.int.vir.& vx.*& de iure ciuili *in l.consensu.§.vir quoq;.C.de repu.*sed tamē Bald.*cons.301.*dicit, quod ꝓcedit, ꝙ hæredes possunt accusare,si maritus tacuit; quia ignorauit ; secus si sciuit; quia nec ipse,nec hæredes possunt post mortem viri, qui tacuit, & sciuit,accusare , *eod. lib.3.* & hanc vltimam distinctionem tenet Signor. *cons.50.per tot.* vbi plenius distinguit. † Imo quod talis accusatio , cum sit ad vindictam , non 59
transeat ad hęredes contra mulierem,etiam si maritus ignorauit. Bald.*cons.182.Petr.de Firmo.lib.3.* vbi loquitur,quādo mulier mortuo marito declarauit vnum filiū tentum pro legitimo fuisse ex adulterio creatum , vt non possit priuari dotibus suis legatis à filio legitimo per exceptionem hæredum de adulterio incognito marito,dum vixit,& hanc partem videtur tenere Cast.*d.cons.403. in fi.lib.1.* vbi simpliciter tenet, quod istæ querelæ tanquam odiosæ non transmittuntur ad hæredes , quando maritus in vita non accusauit. † Limita; quia mulier perdit dotem propter adulteriū 60
commissum,quando per Ecclesiam est facta separatio thori; quia habet vim condemnationis;ideo tam maritus, quam omnes hæredes,& singulares successores possunt excipere. Bald.*d.cons.221. ante med. ver.tamen in decretali. lib.2.* † Limita , quando mulier ne- 61
dum commisit adulterium , sed accusata sponte recessit ; quia ex

quo delinquit dupliciter, perdit dotem. Bald. *d. cons. 221. circa med.*
62 *ver. secundo vero casu, iuncto fine. ver. Alle autem tertius. lib. 2.* † Declara, quia vbicunq; agitur de probando adulterio mulieris, vt perdat dotem, debet concludenter probari, non præsumptiue adulte-
63 rium dumtaxat à remotis. Bald. *cons. 445. in princ. lib. 2.* † Limita etiam in vidua; quia si committat adulterium; quia contristantur ossa mortui mariti, debet perdere dotem. Cast. *in l. fideicommissum. C. de fideicom.* vide primum apost. ad *sing. Rom. 315. propter adulterium.* & hanc partem tuetur Castr. *cons. 147. Reuocatur in dubium. per tot. lib. 2.* vbi respondet ad omnia contraria: vbi, quod liceat perdat dotem propter adulterium, licet cum vidua sit stuprum; tamen propter priuilegia viduæ dicitur fictum matrimonium, & hanc
* communem dicit Roland. à Vall. *cons. 86. nu. 19. lib. 2.* Vide, *Stu-*
☞ *prum quid sit. Conclus. 710. n. 12. & seqq.* † Contrarium tenet Ias. *in d.*
64 *l. fideicommissum. C. de fideicomm.* & ita Florent. fuit consultum per primarios aduocatos, quod non perdat dotem propter stuprum in viduitate commissum, & quod agenti contra hæredes mariti hæc exceptio non obstet. Dec. *in cap. pastoralis. col. 3. de iudic. & in l.*
2 * *cum quædam puella, in 3. ampliat. ff. de iurisd. om. iud.* & hanc * commu-
65 nem dicit Rol. à Vall. *cons. 86. n. 35. lib. 2.* † Declara; quia vidua, si committat stuprum post annum luctus, non perdit dotem, neq; legatam à marito. Crauet. qui plurimos citat *cons. 205.* Boer. *decis. 338. in fin.* Roland. à Vall. *cons. 86. per tot. lib. 2. n. 36. & n. 41.* vbi dicit
* magis * communem, & videtur pro hac parte sentire *decis. Pedemont. 77. in fin.* & ratio est; quia intra annum turbatur magis san-
66 guis mariti. † Declara; quia licet vasallus committens stuprum cum vxore domini perdat feudum, tamen id intelligitur, quando intra annum delinquit, alias secus. Rol. à Vall. *cons. 86. n. 40. lib. 2.*
67 † Limita; quia propter adulterium fit separatio thori inter mari-
☞ tum & vxorem, & quando. Vide, *Matrimonium quando recipiat separationem. Concl. 143. n. 6. & seq.*

Adulterii causa an sit fori Ecclesiastici, & quando. Conclus. 228.

1 CAVSA † adulterii est fori Ecclesiastici, iuxta not. *in c. 1. de off.*
2 *ordin.* Lap. *alleg. 71. n. 2.* † Declara, vt procedat, quando causa adulterii cognoscitur ad effectum separationis thori; quia tunc solus Iudex Ecclesiasticus cognoscit. Fed. de Sen. *cons. 236. In quæ-*
3 *stione vertente, in princip.* † Si vero ad effectum pœnæ adulterii, est mixti fori. Clar. *in prax. crim. §. fin. quæst. 37. num. 3. ver. numquid,* vbi
* dicit * communem. † Ampliat hoc non tantum, vt etiam causa adul-
4 terii ad effectum separationis thori trahat ad forum Ecclesiæ cognitionem accessoriam, veluti alimentorum, & dotis vxoris. Fe-
☞ deric. de Sen. *d. cons. 236. in princip.* Vide, *Mixti fori quæ esse dicantur. Conclus. 292. n. 19. & seq.*

Adunantiæ quando prohibitæ, & quando non. Conclus. 229.

1 REGVLA † est; quia adunantiæ hominum armatorum principaliter sunt prohibitæ, quando fiunt, vt in Ecclesia contra particulares irruant; quia pœna mortis imponitur, etiam si non sint exequuti. *l. denuntiamus. C. de iis, qui ad Eccles. confug.* Alex. *cons.*
2 *111. Ponderatis verbis, in fin. ver. nec prædictis obstat. lib. 1.* † Extende idem, si fiat adunantia armatorum ad deponendum officialem; quia est pœna mortis, etiam si non sequatur effectus. *l. 1. C. de seditio.* Alex.
d. cons. 111. in fin. lib. 1. vbi, quod in contrarium est ius commune;
3 quia sunt casus speciales. † Extende; quia colligatio Ciuitatum subditarum etiam ex causa licita apparenter, puta ad defensam, non est licita, quando dolo malo fiat. Bart. *in extrau. ag. ad reprimendum, in verb. occulte, & in verb. machinantur,* vbi, quod si Princeps est præsens, sunt reprobatæ, si absens, licitæ, & ponit exemplum de Perusinis, & Florentinis colligatis ex causa licita, sed cum do-
4 lo contra Imperium. † Extende; quia adunantia hominum armatorum habet præsumptionem contra se; quia præsumitur contra eos, qui incedunt armati. Alexand. *cons. 103. Videtur. n. 3. in*
5 *fin. ver. pro eo facit. lib. 1.* Ias. *Instit. de action. §. ex maleficiis, n. 81.* † Amplia; quia adunantiæ hominum armatorum prohibitæ sunt in statu Ecclesiastico per Bullas summorum Pontificum Leonis X. & aliorum, vltimo loco per Sixtum V. quæ est B. in ordine, in 2. parte Bullarij, confirmatas, & similem prohibitionem fecerunt Ioannes XXII. in Ægidian. constitut. *lib. 1. cap. 15. & lib. 4. cap. 41.* Alexand. VI. in eadem Ægidian. *lib. 4. cap. 42.* & Ægidiana ipsa *eo-*
6 *dem lib. 4. cap. 40.* † Et ista adunantia dicitur congregatio hominum, quod verbum est generalissimum habens multos significa-
7 tus. vide Bald. *cons. 262. Decretū Domini. lib. 2.* † Restringe, quando sunt ad bonum publicum, & non ad malum finem. Bald. *con-*
sil. 319. per tot. lib. 2. Crauett. *consil. 4. num. 14. & 15. & consil. 18. n. 10.* Plot. *consil. 35. num. 21.* Bertazol. *consil. criminal. 57. num. 16. lib. 1.* & quia Bullæ recipiunt interpretationem passiuam à iure communi. Ancharan. *in rubric. de re iudic. in 6. quæst. 4.* Alexand. *in l. fin. n. 4. ff. quod quisque iur.* Cagnol. *in l. 1. num. 34. ff. de reg. iur.* Bertazol. *cons. 77. num. 12. & 13. & consil. 223. num. 2. & seq. & num. 23.* Vide, *Statutum circa iustitiam faciendam, vel negandam certis casibus. Conclus. 580.*
† Restringe; quia imo Bulla Sixti V. excipit adunantias ad per- 8
sequutiones bannitorum, item si necessitas vrgeret, prout pro
defensione. † Restringe; quia Bullæ prædictæ quatenus loquun- 9
tur de præstantibus auxilium, consilium, vel fauorem facientibus adunantiam, intelliguntur, quando ad malum finem, non si ad bonum finem quis auxiliatur, consulit, vel fauet. Geminian. *in cap. fin. §. illud autem, de pœn. in 6.* Zabarell. *in clem. 1. num. 9.* & ibi Vitalin. *num. 37. de pœn.* & in specie de prohibito fauere bannitis, Bertazol. *consil. criminal. 58. num. 14. & num. 18.* vbi apostilla, quod ita fuit iudicatum, & *consil. 100. num. 13. & seq.* in simili Crauetta *consil. 3. num. 12. & seqq.* quia Bullæ dolum requirunt. † In contra- 10
rium facit; quia aperiretur via auxiliatoribus, consulentibus, & fauentibus, qui semper dicerēt, se ad bonum finem auxiliatos esse, vel fauisse, vel consuluisse; ideo vsus non admittit dictam restrictionem, cum simus in iis, quæ sunt de genere prohibitorum.
† Declarat Alexand. *consil. vlt.* incip. *Viso processu, num. 4. ver. nam* 11
aduert. atur. lib. 2. quia si statutum requirat, quod vt puniatur guarnimentum, andata, vel caualcata facta ad malum, vel damnum alterius, prout in statuto Bononiæ; tunc si post adunantiam sequitur malū incontinenti, ea præsumitur ordinata ad malum à principio, alias secus, allegat Bart. *in l. si ventri,* per illum text. *§. fin. ff. de priuil. credit.* † Restringe; quia Bulla requirit dolum; quia impo- 12
nit pœnam læsæ maiestatis, quæ læsa maiestas requirit dolum malum. *l. 1. ff. ad leg. Iul. maiest.* Dec. *consil. 605. num. 3. & seqq.* & inferunt expresse verba Bullæ Sixti V. *in ver. nos attendentes,* & in simili Bertazol. *consil. 77. num. 11. & seq.* plura per Castrens. *consil. 277. In causa carceratorum,* vbi per totum, quod is, qui aggressus conuocauit amicos in domo sua ad se defendendum, licet sequutum sit homicidium contra aggredientem; tamen non tenetur, neque ipse conuocans ad rem licitam, neque alii, sed neque faciens homicidium debet puniri pœna mortis, sed extraordinaria, & maxime *num. 3. & per totum.* † Limita; quia sicut licitum est im- 13
pune interficere rebelles, fractores pacis; ita etiam licitum est impune congregare amicos, & homines ad interficiendum. Ruinus *consil. 1. lib. 5. in princip. & consil. 2. num. 7. & seqq. ver. ex hoc etiam, eod. lib.* † Limita; quia sufficit causa colorata. Plot. *consil. 131. num.* 14
21. tom. 1. criminal. Ioan. de Amicis *consil. 138. num. 11.* Marsil. *consilio 77. num. 21. & seq.* Iason *consil. 46. num. 4. lib. 3.* Bertazol. *dict. consil. 77. num. 14.* † Limita; quia vbicunque licita est demolitio alicu- 15
ius structuræ de facto factæ, licita est congregatio hominum armatorum ad illam sine licētia superioris, tanquam ad actum licitum, & permissum. Crauet. late *cons. 4. n. 14. & seq.* vbi *n. 18.* ponit multa exempla de congregantibus armatos ad nuptias, ad capiendam possessionem, ad recuperandam, & alia similia. † Exten- 16
de; quia non tenetur de eo, quod sequitur ex accidenti, quando licita fuit congregatio, & ad actum licitum. Crauett. *cons. 18. nu. 9. & seq.* clarius *cons. 4. n. 15.* † Extende; quia imo sufficit, quod pro- 17
babiliter crediderit sibi licere; quia si cessat dolus, non potest puniri de violentia, quę dolum requirit. Crauet. *d. cons. 18. n. 10.* † Re- 18
stringe, quando potest timeri de scandalo; quia non excusaretur; quia debuit cum moderamine inculpatę tutelę id facere. *l. vt vim. ff. de iust. & iur.* gl. *in l. quoniam multa. C. de vi publ. in ver. interemptus.* imo neque indebita licentia Iudicis excusaret. Menoch. *de recup. remed. 8. n. 32. & seqq.* maxime *num. 41.* vbi, quod resistentia potest fieri, si fiat offensa de facto. † Declara; quia differunt congrega- 19
tio, & adunantia; quia illa sonat in bonum; ista vero sonat semper in malum, & est prohibita. Crauett. *d. cons. 4. nu. 18.* vbi latissime. † Limita; quia si tria concurrunt, delinquens non punitur. 20
Primum, quod quis aggrediatur factum non prohibitum, neque ex dolo. Secundum, quod delictum sequatur præter propositum contra aggressorem. Tertium, quod tale delictum, quod habet probabilem excusationem, nunquam puniatur; si vero fiat contra non aggressorem, mitiori pœna punitur. Cast. *cons. 277. per tot. lib. 2.* & maxime *num. 3.* vbi loquitur in eo, qui prouocatus, & lacessitus ab alio, quod valebat per vim ingredi domum illius, & vxorem stuprare, & conuocauit consanguineos pro tuitione domus, & honoris, si eueniat, quod ille accedat ad domum, & interficiatur, non punitur is, qui congregauit gentes; quia licite sine dolo ad defensam commisit homicidium præter propositum; quia insultatus fuit, & habuit causam probabilem. † Limita 21
in cōgregatione Vniuersitatis; quia licita est sine licētia. Crauett.

d. cons.

21 *d.consi.4.num.19.& seq.*† Limita; quia si ex adunantia facta ad bonum finem sequatur homicidium, tenetur de homicidio solus homicida; alij vero, qui ad alium finem bonum erant adunati, non tenentur in aliquo. Castrens.*consi.335.Visa & ponderata.ver.cæterum lib.2.* † Extende; quia de iure communi, si plures sunt adunati ad illicitum, puta, ad violentiam inferendam, & sequatur homicidium, tenetur solum homicida, & caput adunantiæ tanquam author, de homicidio, alii vero non tenentur, neq; de auxilio, & ope; quia non ad illum finem fuerunt adunati. Castrens. *d.consi.335.ver.cæterum.lib.2.*

Aduocati habent multa priuilegia. Concl.230.

1 ADVOCATO † debetur salarium etiam non conuentum; quia est speciale priuilegium in aduocato. Feder.de Sen.*consi.218.*
2 *in princ. ver. non obstat, quod de aduocato.*† Declara; quia non potest esse testis pro clientulo suo, & ipsi non creditur. Vide, *Testes multi non admittuntur, & non sunt idonei ratione affectionis. Concl.203.num.8.& seq.*

Aduocatus quando inducat excusationem pro suo clientulo. Concl.231.

1 ADVOCATVS † tempore suæ absentiæ inducit iustum impedimentum, vt in causa, in qua est aduocatus, debeat supersedere, ideo datur secunda dilatio ob absentiam aduocati, quæ probatur solo iuramento allegantis impedimentum. Feder.de Sen.
2 *consi.114.Super puncto, in princip.* † Et aduocatus respicit defensionem causæ, ideo sicuti defensio tolli non potest etiam in causa summaria; ita non potest etiam negari dilatio ad prouisionem faciendam de aduocato, apostil.ad Bart.*in extraua.ad reprimendum,*
3 *in verſ.sine strepitu, in ver.aduocatus.*† Contrarium dicit Bart.*in d.extraua.ad reprimendum, in ver.sine strepitu, in fin.* quia non debet Iudex dare dilationem ad prouisionē faciendum de aduocato; quia aduocatio respicit strepitum iudicii, qui est sublatus per clausu-
4 lam, *sine strepitu.*† Quando autem dilatio sit danda ad prouidendum de aduocato, vel non. Ias.*in l.fin.col.1.ff.de feriis*, & non datur in causis summariis, vt per Mascard. *Concl.10.in fin.*de quo infra.
Vide, *Absentia multiplex, & in quibus excuset. Conclus.33.num.11.* Vide Mascard.*d.conclus.10.* vbi, quod absentia aduocati probatur iuramento.

Aduocati qualiter se gerere debeant circa consilia. Concl.232.

1 ADVOCATI, vbi † agitur de potestate Principum neganda, debent abstinere in consulendo; quia multa mala exinde possunt euenire, & pericula, quæ sunt cauenda; quia esset ponere os
2 in Cælum. Bald.*consi.248. Quæritur, vtrum donatio, in fin.lib.1.* † In causis, in quibus agitur de patrimonio Principis, & Fisci, debent remittere partes ad iustitiam Principis; & abstinere à decisione causarum contra Fiscum. Bald.*consi.253. Illustris Dominus. in fi.lib.1.*
3 † Conscientiam rectam, & piam debet habere aduocatus, & propterea in dubiis opinionibus piæ causæ debet fauere. Bald. *consi.254. Titius instituit sororem, circa fin.ver.ista est difficilis quæstio.lib.*
4 1. † Officium aduocati est primo fundare intentionem sui clientuli, postea reflectere contraria, ita dicit bonum aduocatum debere facere Io.de Anan.*consi.19.n.11.& seq.ver.faciam igitur.*

Aduocatorum mala professio. Concl.233.

1 CONTRA † aduocatos scribit Seneca in declamationibus, vt testatur Lap.*alleg.55. Reuerende Domine, in princ.*per hæc verba: *Hic clamosi iurgia fori, improbas iras, & verba locat.*& idem *alleg.58.in fin.*dicit, *Sed strepitus, & figura me vocat, & vnda clientulorum lat as mihi pertraxit ædes, indulge precor arti molestissimæ, quæ non somnum patia-*
2 *tur, neque quietem.* Vide apostil.ad Lap.*d.alleg.55.in princ.verba locat.* vbi plura addit, & dicit, quod verba locat aduocatus, verbaque iactat huc, & illuc, in huiusmodique aduocatos inuehitur ibi, & allegat Neuiz.*in sylua nuptiali* dicentem, quod Clemens Papa IV. non volebat audire eos in voce, propter verba aliquando impertinentia.

Aeris corruptio causatur ex fœtore. Concl.234.

1 AER † corrumpitur ex fœtore, ideo valet pactum, quod non possit fieri maceratorium in certo loco vicino Monasterio,
2 vel alio loco, Ancharan.*consi.262.Præmittendum est, in princ.* † Extende; quia huiusmodi pactum inducit perpetuam seruitutem rei, quæ transit ad extraneum successorem. Ancharan.*dict.consil.*
262.*in fin.* † Extende; quia censetur huiusmodi pactum factum 3
in venditione, repetitum in alio contractu emphyteutico postea facto; quia causa est perpetua, & successiua. Anchar.*dict.consil.*
262.*num.3.*

Affectio & amor quando maior vni, quam alteri. Concl. 235.

AFFECTIONEM † maiorem præsumitur habere auus suis de- 1
scendentibus natis, & quos cognouit, quam aliis, licet in eodem gradu sint, quos ignorauit, & non cognouit. *l.alumnus.ff.de manumiss.testam.* Roman.*consi.231.Præmissorum.num.3.* † Extende; 2
quia etiam in fauorabilibus datio tutelæ, & legatum fauorabile factum non extenditur ad filios, quos pater ignorabat habere, sed ad eos, quos sciebat; quia consensus non trahitur ad ignorata. Roman.*d.consi.231.num.4.ver.vltimo quia.* † Extende; quia auus 3
dotans neptes ex filio censetur contemplatione filii eas dotare, quando non sunt natæ; secus si potuit ipsis natis habere particularem affectionem. Vide, *Dos profecta ab auo. Concl.783.num.10.&* 4
num.19.† Amplia; quia maiorem affectionem præsumitur testator habuisse descendentibus suis, quam transuersalibus. *C. de instit.& substit. l.generaliter.* plene Roman. *consi.134. Pro declaratione, col.penul.ver.secundo idem.*† Et habetur pro absurdo, si fieret interpretatio, quod descendens magis dilectus excluderetur ab extraneo minus dilecto. Vide, *Absurdum quid sit. Conclus.65.num.17.* 5
& sequen. † Amplia; quia primo loco nominatus, & institutus 6
præsumitur magis dilectus, & ideo semper dubia dispositio interpretatur ad fauorem primi instituti contra secundo loco institutum; quia maior affectio præsumitur ex parte testatoris. Roman. *d.consi.134.num.5.in fine. ver.tertio principaliter.* † Restringe, 7
seu limita multis modis, de quibus Mascard. *conclus.67. Affectio*, vbi, quod magis honoratus, & primo nominatus, præsumitur magis dilectus, & limitat quinque modis.

Affectio non cadit in pecunia, sed in aliis rebus, & bonis. Concl.236.

AFFECTIO † non potest cadere in pecunia, & pretio, sed in re, 1
& specie tantum cadit. Alexand.*consi.109. Visa processu.num.8. ver.quia respondeo.lib.5.* † Operatur affectio magis ad vnam rem, 2
quam ad aliam, vt quandoque quis eligat magis rem minus valentem, quam maius pretium. Alexand. *dict.consil.109. num.8. lib.5.*

Affectatio operatur multa, vt affectans perdat priuilegium, & quando secus. Concl.237.

NEGOCIVM † habens priuilegium amittit illud, quando est 1
affectatum, prout dicitur de Prælato, qui licet, quando eligitur, & prosequitur suam electionem, repetat expensas; tamen perdit priuilegium, quando impetratio fuit affectata. Ange.*consi.*
245. *Quia omne datum. num.5.in fin.ver.præterea ista Prælatura.* † Pia 2
causa non dicitur pia, si per affectationem procurat aliquid, ideo donatio facta pio loco, qui procurauit in damnum proximiorū donantis, non habet priuilegium piæ causæ, & ideo illi donata licite non potest retinere, argumento not.*in c.constituit.26.quæst.*
3.*& in cap.fin.17.q.vlt.* † Extende in multis casibus expressis per 3
Marsil.*in rub.ff.de fideiusso.num.153.* vbi late ponit multa exempla, quibus affectatio, & procuratio operatur, vt negocium, causa, vel actus priuilegiatus non tribuat priuilegium ei, qui affectauit, & procurauit, & ibi principaliter, quod licet fideiussor liberetur, si principalis fuit condemnatus capitaliter ex alia causa, ita quod is non potest repræsentari; tamen fallit, si affectasset talem condemnationem, vt liberaretur fideiussor. † Extende maxime, 4
vt ille, qui procurauit dari consanguineo curatorem tanquam fatuo, non audiatur volens docere illum consanguineum sanæ mentis, quia instituit hæredem procurantem dari curatorem. Marsil.*d.rubr.ff.de fideiuss.nu.135.*& infra *num.8.* † Malum faciens 5
prætextu boni grauius punitur; quia inest affectata causa. Florian.de S. Petro *consil.26.num.52.ver.secundo, & numer.58.* Vide, 6
Mendicantes ficti qua pœna puniantur. Conclus.191. † Faciens actum procuratum tempore periculi non præsumitur, nisi in affectationem, & odium alterius; ideo in articulo mortis legitimans spurium per subsequens matrimonium, vel permutans beneficium pingue cum tenui, aut quid simile faciens, nihil facit: plura cumulat Menoch. *consi.108.num.15.& sequen.lib.2.* vide *cap.2.*&

7 ibi DD. *de renunciat. lib. 6.* †Et ignorantia affectata habetur pro scientia, vide multa exempla apud Felin. *in cap. fin. num. 3. vsque in fin. de testib.* vbi more suo dat multa similia, in quibus is, qui procurat causam priuilegii, vt habeat priuilegium, illud non consequitur. † Et facientes dari curatorem prodigo, si ab eodem hæredes instituantur, non possunt gaudere beneficio institutionis; nec admittuntur ad probandum contrarium. Rota *in antiq. decis. 4. de testamen.* sequitur Marsil. *in repet. rubr. ff. de fideiuss. nu. 153.* Franc.
9 Creme. *singul. 97.* incip. *Curator prodigi.* † Et percutiens testem, antequã examinetur, vt repellat à testimonio, non repellit eum à testimonio ferendo. Marsil. *in l. 1. §. cum quis latrones. num. 5. & seq.*
10 *ff. de quæstion.* vbi plura exempla ponit. † Et procurans vxorem decedere, vt lucretur partem dotis, illam amittit. Marsil. *d. l. 1. §. cum*
11 *latrones. num. 6. ff. de quæstio.* † Et is, qui ex dolo, vel causa procurata patitur labi tempus, perdit restitutionem in integrum, Paris de
12 Puteo *in tract. de re militari, in 3. lib. §. statuta dies, num. 4.* † Et obligatus implere laudum sub pœna compromissi, etiam, quod laudum sit nullum, si ex dolo suo non implet, vt laudum sit nullum, non potest allegare nullitatem ad sui fauorem ex dolo procura-
13 tam. Castrens. *consi. 116. Viso compromisso. ver. breuiter. lib. 1.* † Et faciens absentare vxorem suam, & postea ill am accusans de adulterio, & obtinens condemnari in contumaciam, stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso, non potest iuuari ex tali contumacia procurata. Anchar. *consi. 408. Probata tanti viri. nu. 2.*
14 † Extende; quia statutum, quod bannitus possit impune interfici, non habet locum, si interficiens procurauit illum banniri in contumaciam, & causauit contumaciam. Anch. *dict. consi. 408. in*
15 *princip. & per tot.* † Et debitor differens soluere suo creditori, vt posteat soluat tyranno inimico creditoris, non liberatur, quia alias liberaretur, Christophor. de Castillio. *consi. 1. circa fin. ver. non*
16 *obstat aliud.* † Testes affectati procurantes examinari, vel scripturas exhibentes sponte non sunt idonei. Paris. *consi. 54. num. 29. lib.*
☞ 4. Vide, *Testes spontanei quando probent, vel non. Conclus. 222.* † Auia
17 affectans tutelam, & persuadens matri, vt transeat ad secunda vota, vt ipsa non se intromitteret in tutelam filiorum, repellitur propter mendacium, & causam procuratam tanquam suspecta.
18 Io. de Imol. *consi. 78. Visis, ac ponderatis, in prin.* † Generaliter inducens alium ad aliquid faciendum per dolum, vel mendacium, vt sibi actio, vel aliud acquiratur, perdit actionem, vel ius, quod esset quæsitum propter procurationem, & affectationem dolo-
19 sam. *l. si quis affirmauerit. ff. de dolo* Imol. *consi. 78. in princ.* † Et confessio spontanea carcerati, licet noceat confitenti sine ratificatione; tamen secus est, si fuit persuasus ad confitendum sub promissione veniæ; quia tanquam procurata, & affectata, seu dolosa
20 non releuat. Ioan. de Imol. *consi. 109. in princ.* † Et lex fingit esse id, quod non est contra dolosum affectantem; nam impediens immittendum in possessionem in actione reali, ne illi acquirat pignus prætorium, vel iudiciale, aut hypothecam, immittendus habetur pro immisso, quoad impedientem. Io. de Imol. *consi. 116.*
21 *num. 5. & 6.* † Contra procurantem occultare probationem, ne veritas appareat, probatio per coniecturas admittitur. Ioan. de I-
22 mol. *consi. 147. In causa inter Franciscum. num. 6. ver. item quia.* † Citatus coram Papa, & alio superiore eodem tempore excusatur, si coram Papa, tanquam digniore, comparet; secus si ipse procurasset citari coram Papa; quia non releuaretur propter procuratam
23 citationem. Guid. Pap. *decis. 443.* † Præceptum Iudicis debitori factum, ne soluat creditori suo, excusat debitorem à mora; sed si debitor tale præceptum procurauit, non excusat in aliquo.
24 Ias. *in l. fin. colum. 2. in 2. not. ff. qui satisd. cogan.* † Solemnitatem seruare non tenentur partes celebrantes contractum extra locum, sed quando affectantes extra locum celebrarunt contractum, ne solemnitatem seruarent, actus est nullus ex defectu formæ. Cra-
25 uet. *consi. 323. in fin. & 325. col. 4.* † Licet carceratus, qui non potest comparere, excusetur, tamen non excusaretur, quando esset carceratio affectata, videlicet facta statim emissa citatione, vel arbitrio Iudicis. Iul. Clar. *in §. fin. quæst. 34. nu. 7.* est tex. *in l. 2. §. final. ff.*
26 *qui satisd. cogan.* secundum Alexand. *l. si vero. num. 3. ff. eod.* † Noua causa, quæ excusat offendentem à raptura pacis, non excusat, si ipse causam nouam tribuit, & affectauit. Clar. *in §. fi. quæst. 47. nu.*
27 *9. in fi.* † Confugiens ad Ecclesiam, qui efficitur tutus, & non potest extrahi, bene extrahitur, quando delictum sub spe immunitatis commisisset in Ecclesia; quia tunc nullam habet immunitatem; quia affectauit, & etiam; quia abusus est priuilegio cõtra Ec-
28 clesiam. *c. fin. de immunit. Eccles.* † Obligatus repræsentare aliquẽ, si procurat ipsum banniri ex aliquo delicto etiam vero, non excusatur; quia causa est procurata. Alex. *in l. si vero, in prin. num. 3. ff. qui*
29 *satisd. cogan.* † Feudatarius alienans feudum antiquum, vt deuoluatur Domino, & priuentur agnati vocati, non potest agnatis præiudicare, quin feudum ad eos deuoluatur; quia causa affectata, & dolus non debet patrocinari doloso. Abb. *consil. 3. Nitar. col. 6. ver. sed præsupposito. lib. 2.* † Publiciana non datur contra titulo 30
possidentem, etiam si titulus sit habitus ab eo, qui potuisset excludi ab agente Publiciana, tamen id, si titulus fuit procuratus ad effectum excludendi agere volentem Publiciana, non releuat. Alexan. *consi. 118. In causa, nu. 1. 2. ver. præterea. lib. 2.* Vide ad ista, *Dolus, & fraus non debent patrocinari doloso. Conclus. 581.* Vide, *Facto meo causata. Conclus. 16.* Vide, *Cauillationes, & figmenta fugienda, & quid sint. Concl. 133.* vbi, quod faciunt perdere beneficium. Vide, *Color quæsitus quid sit, & operetur. Concl. 469.* Vide, *Velamen, & color quæsitus multa operantur. Conclus. 38.* Vide, *Diligentia prodest, & quando noceat. Concl. 448.* Vide, *Præuentio per modum supplantationis nocet præuenienti. Conclus. 649.* † Limita; quia dolus, & affectatio tribuit in 31
aliquo commodum affectanti; nam laicus delinquens, si dolo efficitur Clericus, vt euitet iudicium seculare, licet non euitet quoad bona, & pœnam bonorum; tamen euitat quoad personalem carcerationem, vel punitionem; quia Iudex secularis personam non tangit. Io. de Imol. *consi. 118. In casu præmisso. & consi. 119. Ad primum.* † Extende, quando quis facit quidam affectate, 32
sed de iure facit, prout si ego promisi repræsentare hominem, qui commisit homicidium, & se absentauit; nam si ego iuste procuro ipsum banniri pro homicidio, non teneor præsentare; quia licet affectem; tamen iure facio, nec procedit à me dolus, ita Fulgos. *in l. si vero*, quem ibi citat Alex. *num. 3. ff. qui satisd. cogan.* & licet Alexan. teneat partem contrariam, quæ est opinio Bart. tamen posset distingui; quia si publice interfit illum repræsentandum puniri, ille excusetur ex causa vera publica, licet procurata; sed secus est, si causa procurata sit priuata, prout quando procurassem, quod carceraretur pro debito ciuili, vel delicto non respiciente publicam vtilitatem, vel si respiciat publicam vtilitatem, sit ex dolo, non ex veritate.

Affictus quid sit, & qualis dicatur contractus ficti. Conclus. 238.

AFFICTVS † est nomen generale, & indefinitum. Bald. *consil.* 1
116. Columbinus dedit. num. 4. ver. & scias, quod istud nomen, libr. 1. vbi vult concessionem affictus nomine dici potius simplicem locationem, quam emphyteuticam. † Extende; quia licet raro re- 2
periatur hoc nomen affictus in iure; tamen de iure Canonico fit eius mentio *in c. Pisanis, de restit. spoliat.* Bald. *consi. 114. Quædam Monialis. circa fi. lib. 1.* vbi, quod concessio in emphyteusim vulgariter dicitur concessio in affictum. Vide, *Locatio, quid sit, & locationis appellatione qui contractus veniat. Concl. 400.*

Affinitas quotuplex, quid sit, qualiter contrahatur, & quandiu duret, & qualiter probetur. Concl. 239.

AFFINITAS † distinguitur gradibus, & generibus, iuxta not. in 1
c. non debet de consang. & affinit. Gemin. *consi. 33. nu. 2. ver. quoad primum*, qui dicit primum gradum affinitatis primi generis impedire matrimonium contrahendum; secus si affinitas esset in secundo genere. † Et de multiplici significatione affinitatis, quæ 2
etiam consanguineos importat, Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gl. 9. n.*
20. *ver. affines*, vbi plura cumulat. † Et cõtrahitur affinitas per car- 3
nalem copulam, etiam illicitam, & non matrimonialem. Gemi. *consi. 33. n. 7. ver tacuit similiter*, & ista dicitur simplex affinitas, quæ non inducit publicam honestatẽ, prout affinitas matrimonialis. Gemin. *d. consi. 33. n. 8. ver. item fortificatur.* † Declara, vt per Con- 4
cilium Tridentinum, *sess. 24. de reformat. cap. 4.* vbi, quod affinitas contracta ex fornicatione non dirimit matrimonium contractũ, nisi sit in primo, & secundo gradu. † Gradum proprie non habet 5
affinitas, quia cõcluditur in socero, & socru, genero, & nuru, nouerca, & vitrico, priuigna, & priuigno. *l. nõ facile, §. affines, ff. de grad. affinit.* † Contrarium dicit Alex. *consi. 229. Ponderatis. n. 3. ver. quod* 6
autem fuerit incestus, lib. 6. vbi, quod sicuti is, qui coniungitur vxori meæ in primo, secundo, vel tertio gradu, aut deinceps cõsanguinitatis, ita mihi marito coniungitur eodẽ gradu affinitatis. † De- 7
clara; quia affinitas de iure ciuili restringitur ad priuignam, nurum, nouercam, socrum, & sororem vxoris, *leg. si adulterium cum incestu. in princip. ff. de adulter.* Alexand. plene *consi. 229. Ponderatis, num. 6. & sequen. ver. & tanto magis, lib. 6.* De iure vero Canonico habet gradus, vt in contrario, & ideo dicit ibi Alexand. quod si agatur de pœna incestus, vel affinis cognitæ secundum ius Ciuile, pœna iuris ciuilis non habebit locum, nisi in gradibus iuris Ciuilis; quia non extenditur pœna ad gradus

incogni-

incognitos per ius Ciuile, & inductos per ius Canonicum; quia debet mensurari rebus sic stantibus, & *nu.*8. dicit, quod licet nurus, & socrus habeant se, vt ascendentes, & descendentes; tamen vere non sunt tales, & aliud est esse talem, aliud haberi pro tali.

8 † Affinitas quoad impediendum matrimonium durat cum superuiuente, & omnibus consanguineis mortui coniugis, vsque ad quartum gradum, *c.1.de consanguin.& affinit.* Ægid.Bellam.*cons.* 28.*num.*2. allegat *c.fraternitatis,25.q.vlt.* Castrens.*cons.*80.*nu.*2.*lib.*

9 2.† Et ista affinitas non transcendit primum gradum; quia cum maritus & vxor sint vna caro, omnis, qui est marito coniunctus quarto gradu, dicitur etiam coniunctus vxori, & è contra, extra istos, consanguinei vxoris, & mariti inter se non habent consanguinitatem, neq; affinitatem, *c.porro,35.quæst.5.* vbi est casus.

10 † Quod non procedit quoad alios effectus; quia non durat affinitas mortuo vno ex coniugibus, ideo statutum mandans fieri compromissum inter affines vsq; ad quartum gradum, debet intelligi de affinibus presentib.non de iis, qui fuerunt; ideo nouerca, & priuignus mortuo patre priuigni, qui erat maritus nouercæ, non sunt affines, Alex.plene *cons.*207. *Ponderatis verbis, lib.6. per tot.& in l.non tantum.ad fi.nu.*16.*ff.de re iudic.* Blan.*tract.de compromiss.par.*1.*nu.*22.*ver.& vxor.& nu.*28.plene Castrens.*cons.*80. *Super primo,num.*2.*ver.ad tertium quæsitum,lib.*2. vbi citat Bald.*in l.fi. C.de verbor.signif.* & dicit, quod ita tenuerunt Doctores antiqui Perusini.† Extende, vt procedat, etiam si nouerca remaneat in vita viduali.Alex.*d.cons.*207.*num.*21.*& sequen. ver. non obst.at quinto.lib.6.*

12 † Contrarium tenent plures, quos citat Alexand. *d.l.non tantum,*

* *num.*17.*ff.de re iudic.* vti tamen dicit, quod opinio verior.& * com-

13 munis est contraria.† Extende, etiam si remanserint filii; quia affinitas est dissoluta, & finita quoad omnes effectus, excepto impedimento matrimonii contrahendi. Alex. *d.cons.*207.*Ponderatis,num.*21.*ver.non obst.at etiam, quod quando remanserunt,li.6.*† Con-

14 trarium, quod si filii remanserunt, non sit in totum dissoluta affinitas, sed quasi suspensa; quia non cessat amor. Tiraq.*in tract.cessante causa in* 1.*parte,num.*29.*ver.sed hic pauliſper,* iunctis iis, quæ ibi

15 ponit in 17.*limit.* ad quam se remittit, & in 31.*limit.*† Declarat Tiraquel.*in d.tract.cessante causa in* 1.*parte.nu.*39.*ver. porro Oldr.ad.* quia aut vult admitti ad beneficium iuris communis, & durat priuilegium affinitatis; aut ad priuilegium speciale, & non competit fi-

16 nita affinitate per mortem vxoris, vel mariti. † Qualiter autem probetur affinitas, & consanguinitas, an per testes, vel famam, & quibus modis, vide Mascardum *concluſ.*69. *An affinitas, & consanguinitas possit per testes probari: & concluſ.* 73. *Agnatio in successione qualiter probetur.*

Afflictio non est addenda afflicto. Concl. 240.

1 AFFLICTIO † non est addenda afflicto.*l.nauis.*§. *cum autem.ff.ad l.Rhodiam de iactu.* Petr.de Anch.*cons.*52.*Proclariori decisione, in*

2 *princ.* † Amplia; quia statutum, & quælibet dispositio addens afflictionẽ afflicto, prout quod offensus caueat de non offendendo iniuriantem, dicitur odiosum, & stricte intelligendum est.

3 Pet.de Anch.*d.cons.*52.*per tot.* † Amplia; quia is, qui habet dignitatem, vel magistratum, siue sæcularem, siue Ecclesiasticum, si efficiatur cœcus, vel inhabilis sine culpa sua, nõ debet amoueri, ne addatur afflictio afflicto.Abb.*cõs.*47.*Videtur primo,per tot.*maxime

4 *n.*4.*lib.*1.† Limita, nisi ex causa; quia quando afflictus dat causam nouæ afflictionis, debet noua addi afflictio.Ang.*cons.*197. *Incendium est ortum.circa fi.ver.non obst.at tertium.* Vide, *Furiosus delinquens non punitur.Concl.*546.

Agere inuitus nemo compellitur, & qualiter procedat. Concl.241.

1 AGERE † nemo compellitur inuitus. *tit.* C. *vt nemo inuitus.*

2 † Extende; quia neq; ad instantiam partis, neq; ex officio Iudex compellit aliquem agere. Rom.*cons.*53.*col.*2. *ver. quinimo.* Vide; quia nemo compellitur agere ante tempus concessum à lege, vt dicit incertus author post regulas.Socin.*Reg.*14. *Agere quis*

3 *non cogitur,* vbi limitat sex modis.† Amplia; quia etiam in criminalibus nemo compellitur accusare, puta, pro raptu, vel adulterio, sed solum pro homicidio possunt hæredes compelli, tanquam obligati vendicare necem defuncti, cuius sunt hæredes. Bald.*cons.*171. *Quæritur, vtrum, lib.*4. & ita de consuetudine seruari, quod pro homicidio compellantur hæredes accusare.Clar. *in prax.quæst.*15.*num.*5.Roman.*cons.*167. *Antonius,num.*6.*ver. Quinto præmissa.* vbi plena apostill. *in ver.Homicidij,* citat plures concord.

4 † Contrarium verius, quod accusare non compelluntur etiam in causa homicidii hæredes, dicit Iul. Clar. *d.quæst.*15.*nu.*5.*ver.item*

* *quæro,* vbi, quod communis * est opinio; bene verum est, quod compelluntur narrare factum, & examinari, sed agere non.† Extende; quia etiam is, qui aduersarium accusauit de stupro, & solum probauit de attentato stupro, & propterea à primo processu fuit absolutus accusatus, non potest per Iudicem compelli, vt accuset super attentato stupro iam confessato, vel probato, ita Bart.*cons.*39.*Viso processu, per tot.* maxime in fine, *lib.*2. Vide incertum authorem *in reg.* 4. post regulas Socin. *Accusare quis non cogitur, vel agere:* vbi limitat duobus modis. † Amplia; quia ius præscriptionis competens reis conuentis, pro se defendendo in bonis, vel in iure pascendi, vel exigendi affidas, pedagia, vel gabellã, non potest intentari per actores ipsis inuitis petendo eisdem aliquam præscriptionem non competere, cum ad id petendum actionem aliquam non habeant, & eis inuitis id ius non potest in iudiciũ deduci, *l.*1.*C.vt nemo inuitus agere cogatur.* Rom. *cons.*53.& quia actores non habent res obligatas ad præstandam sibi patiẽtiam.Bart.& Alex.*in l.fi finita.*§. *eleganter.ff. de damn.infect.*† Con-7 trarium credo verius, quando actores sunt, qui compelluntur soluere, possunt enim opponere se liberos, & reos conuenire ad præstandam patientiam, vt possint pascere, vel transire siue gabella, Roman.*cons.*412.*Pro habenda.in princ.* † Declara igitur; quia 8 procedit ampliatio, quando tertius, qui non molestatur, vellet ipse compellere ad docendum, quo iure; contrarium vero procedit, quãdo is, qui compellitur, vel timet compelli. † Limita; quia 9 ex causa quis compellitur inuitus agere, vt si subest causa tollendi peccatum, prout in eo, qui vult vsuras extortas restituere; quia potest, si nescit, quibus restitutio sit facienda, per proclama generale citare eos, quibus est facienda restitutio, vt agant ad effectum, vt restitutio fiat pauperibus, si nullus comparet. Feder. de Sen.*cons.*153.*col.*1.*ver. item assignato termino.* † Limita in causa sta- 10 tus, qua diffamantes possunt compelli ad agendum, *l. diffamari. C.de ingen.* Vide, *Diffamatus de crimine.Concluſ.*411. † Extende; quia Iudex non potest præfigere terminum ad agendum alicui sine 11 causa, neque ad instantiam partis, neq; ex officio, nisi præcedat diffamatio.Roman.*cons.*53.*col.*2.*ver. quinimo.* † Limita, vbi peri- 12 culum est in mora, & vbicumque subest causa.Hostiens.*in summa de libell.ob lat.*§.*vtrum actor.*Fede.de Sen.*d.cons.*153.*ver. Item assignato.* † Limita; quia habens exceptionem, qua mediante non po- 13 test inquietari, poterit conuenire eum, quem timet, ne inferat molestias coram illo Iudice, coram quo ipse conueniri deberet ab actore, & iudicium erit bene intentatum, ne coram alio possit molestari, plene Roman.*cons.*412.*Pro habenda, in princ.* † Limi- 14 ta; quia is, qui diffamatur super matrimonio contracto, potest compellere aduersarium ad agendum, vt silentium ipsi imponatur.Fede.de Sen.*cons.*169.*Domino Corrado,in fi.ver.an autem.* † Li- 15 mita; quia is, qui donauit bona sua ex causa, potest cessante causa (licet sit reus) compellere actorem donatarium, vt donatio declaretur nulla.Feder.de Sen.*cons.*237.*in fine.ver. quicquid sit.* † Li- 16 mita, nisi extet statutum, quod quis compellatur agere, & finire causam intra certum terminum, alias cadat à iure suo, & terminus statuti subrogatus loco termini à iure dati, quando præfiguntur duo termini, idem operatur, quod vlterius post terminum non audiatur, si velit agere de nouo.Roman.*cons.*431.*In terminis per tot.*

Agere pro Ecclesia quando, & qui possint. Concluſio 242.

AGERE † pro Ecclesia possunt Archidiaconus, Canonicus, & 1 quilibet Clericus de Ecclesia sine mandato, quando Prælatus est negligens in agendo, vel prosequendo, etiam si Prælatus, & alii contradicerent, & negligentia probatur eo ipso, quod non prosequitur, vel si constat summarie de negligentia. Innoc. *in cap.cum olim,de testib.in princip.* vbi, quod talis agens non dicitur procurator, sed procurans. Vide, *Prælatus quando solus agere, & tueri possit.Concluſ.*449. † Amplia, vt etiam absque aliqua negligen- 2 tia Prælati possit Canonicus, & quilibet de Ecclesia agere nomine Ecclesiæ pro re male alienata Ecclesiæ, vel occupata; quia est speciale hoc casu, quicquid dixerit Innoc. *in d. cap.cum olim.* Ita Lap.*alleg.*51 *num.*2. *& 3. ver. ad tertium,* per *cap.si quis presbyterorum, de rebus Eccles.non alienan.* † Amplia, vt pro re mala alienata pos- 3 sint etiam agere Patroni Ecclesiæ, imo etiam Parochiani.glos. *in d.cap. si quis presbyterorum, in ver. personis, de rebus Eccles. non alienan.* Lap.*allegat.*51. *num.*13. Vde infra, *Alienatio nulla non obst.at. Concluſ.* 267. *num.*14.*& sequen.* vbi declaratur, *num.*22. *& sequen.* † Am- 4 plia; quia nedum pro Ecclesia, sed etiam pro pia causa, quilibet agere potest ad vtilitatem Ecclesiæ, & piæ causæ, & exceptio, *tua non interest,* non re leuat, Ioan.de Anan.*consilio* 30. *Visa petitione, in*

princ.

5 *princ.* † Contrarium, quod rector Ecclesiæ teneatur facere fidem de sua prouisione Iudici, alias non teneatur reus respondere, & Iudex non possit procedere ad instantiam rectoris Ecclesiæ contra absentem contumacem, nisi docto summarie, quod sit talis; quia alias si nō esset talis, defatigaretur frustra; quia sententia nō valeret cōtra Ecclesiam, tenet Castr. *cons.369. Iste processus, n.3. ver.*
6 *tertius defectus. lib.1.* † Limita in Canonico; quia non potest agere de dominio suæ præbendæ contra extraneum nomine Ecclesiæ; quia non potest præiudicare Ecclesiæ sine mandato; ideo primo loco debet agere Prælatus, nisi Canonicus peteret mandatum; quia tunc ipse præferri deberet Prælato cum mandato pro sua præbenda, *c. præsenti. de iudic. cum ibi not.* Lap. *allegat. 51. n. 6. ver. si Ca-*
7 *nonicus.* † Declara; quod bene potest agere nomine suo pro sua præbenda. Lap. *alleg. 51. n. 16. ver. item not. Ioan. Cald.* & paulo ante *n.* 15. dicit; quia si succumbit, non præiudicat Ecclesiæ, & ipse de suo
8 soluit expēsas; si obtinet, obtinebit etiam pro Ecclesia. † Limita; quia Ecclesia vacante nemo agit de statu Ecclesiæ actione personali. Soc. *reg. 20. Clericus pro statu Ecclesiæ*, vbi limitat duobus modis. Vide, *Abbas non potest solus multa, & quæ posit. Concluſ. 15.* Vide, *Beneficiatus in quibus nomine Ecclesiæ agere debeat. Concluſ. 83.*

Agens ex vna causa, & probans ex alia, non potest obtinere, & quando sit secus. Concluſ. 243.

1 AGENS † ex vna causa, & probans ex alia, non obtinet victoriam, quando certa causa est expressa. *c. Abbate sane, de re iud. in 6.* Cald. *cons. 483. in princ.* alias 5. *de accus.* Ang. de Perus. *cons. 25. Pro decisione, in princ.* vbi reddit rationem; quia remota causa deducta remouetur obligatio, & *cons. 123. Viso libello, in princ. & per tot.* vbi declarat, *& cons. 302. Visis, & diligenter. n. 3.* vbi, quod semper attenditur petendi, & excipiendi forma. Ias. in *§. omnium. n. 66. Instit. de actio.* Corn. *cons. 131. In hac consultatione, in princ. lib. 4.* Alex. *cons. 150. n. 24. lib. 5.* & plenius *cons. 121. Viso processu, per tot. lib. 1.* vbi plurima cumulat, & maxime *n. 6. vers. insuper.* & iterum *cons. 56. Viso processu,*
2 *in princ. lib. 2. & cons. 174. In causa, in prin. ver. præterea dato. lib. 6.* † Declara; quia actor, qui causam vnam certā exprimit in libello, non potest ex alia obtinere; secus si non exprimitur causa, vel quando expressa esset, & ageret ex alia causa in subsidium; quia si illa actio non competit, aliam intētat; quia licitum est cumulare aliam diuersam actionem in eodem libello euentualiter. Ægid. Bellam.
3 plene *cons. 29. in princ. & per tot.* † Et ideo si egi ex depositio. & probaui ex commodato, debet seq. absolutoria. Castr. *cons. 166. Su-*
4 *per primo, in princ. lib. 1.* † Declara totam istam materiam; quia agēs ex vna causa, vel articulans vnum, & probans aliud non obtinet, nisi ex illo probato resulteret præsumptio iuris, quod illud, quod debuit probari, sit tale; exemplum; articulans veram fraternitatem, vel filiationem, si probat tractatum, & quasi possessionem, ex quibus vera filiatio, seu fraternitas præsumitur, dicitur veram fraternitatem, vel filiationem articulatas probasse. Castr. *cons. 151.*
5 *Viso puncto, in princ. lib. 1.* † Et si egi rei vēdicatione, & probaui possessionē meam, puta per decē, vel viginti annos, vel etiam, quod nomine meo aduersarius possidet, non possum obtinere ex cōmodato, vel possessorio, quod competeret, Castr. *cons. 169. Viso*
6 *quodam processu, n. 5. lib. 1.* quia, inquit, videtur se arctasse agēdo specifice alia via. † Et agens hypothecaria, & probans de dominio non obtinet; quia variare non potest. Rom. *cons. 255. Quo ad primū.*
7 *col. 2. in princ. ver. nec refragatur.* † Extende; quia agens tanquā Dominus non potest obtinere, si probat se emisse à nō Domino bona fide. Alex. *cons. 121. Viso processu. n. 6. ver. sed ita est. lib. 1.* vbi, quod ista sunt contraria, esse Dominum, & non Dominum: vbi apostil.
8 in *ver. non*, dat concord. † Extende in tantum, vt si egi ex depositio, & obtinui ex æquitate, sed tamen ex probatis non constat, non potest Iudex appellationis confirmare etiam ex probationib. de nouo factis, quod debeatur ex alia causa; quia debet secundum acta, & probata iudicare. Bald. *cons. 264. Plura puncta, in princ. lib. 2.*
9 † Extende; quia si quis agit, quod cassetur fideiussio 1. Iulii, nihil agitur, & non potest cassari vna fideiussio pro alia, Castr. *consil. 81.*
10 *Viso quodam, in fin. lib. 1.* † Et si agens de falso instrumento sub die 2. Iulii rogato producat illud de alio tempore, sequi debet absō-
11 lutoria. Castr. *cons. 168. in princ. lib. 1.* † Amplia in tantum, quod agens spolio contra me, tanquam quod eum spoliauerim, nō obtinebit, si alius spoliauit nomine meo, & ego ratum habuerim. Oldr. *cons. 199. Pro fundamento. n. 8. ver. & adid autem, quod*, vbi tamen contrarium tenet, quando libellus non erat restrictus, vel quando ex articulis, & prosecutione apparebat de intentione agentis, quod voluit etiam agere spolio contra reum, tanquam
12 mandantem spolium fieri. Vide, *Restringens se ad vnam actionem, vel causam. Concluſ. 304.* † Amplia; quia intentans interdictum, vti possidetis, & turbatæ possessionis, si probat se spoliatum, nō obtinebit. Ang. Aret. *cons. 19. Videtur omnino. n. 28. & 29. ver. quarto nō*
13 *potest dicere.* † Amplia; quia petens reduci laudum ex dolo arbitri, si non probat dolum, qui non præsumitur, succumbit; quia se
14 restrinxit ad dolum, Ang. *cons. 405. In causa vertente, in princ.* † Amplia maxime, quando agens ex vna causa probat ex alia repugnāte. Nam agens rei vendicatione, tanquam feudatarius pro dominio vtili habito à Romana Ecclesia, si probat de directo dominio habito à Communi Perusii, debet succumbere etiam ex felonia commissa; quia recognouit à duobus directum dominium. Cast.
15 *cons. 369. Viso, & examinato, per tot. lib. 2.* † Amplia, vt agens ex iure inualido, etiam si habeat ius validum, non obtinebit. Lap. *alleg.*
16 *52. nu. 7. ver. æquum est ergo*, allegat not. in *c. ex parte. Cister. de concess. præben.* † Amplia; quia agens ex vna lege non potest obtinere ex alia, & intentans remedium statuti, non potest de iure communi
17 obtinere. Bart. in *cons. 113. Factum tale. lib. 2.* † Amplia; quia libellus, in quo actio inepta est proposita, debet lacerari, puta, quia propono mutuum, & ago ex depositio, vel locato. Feder. de Sen.
18 *cons. 212. Quando proponitur in princ.* Vide, *Libellus ineptus. Concluſ. 315.* † Declara tamen; quia licet iudex ex officio possit lacerare talem libellum generalem; si tamen non fecit, & pars non opposuit, valet, & potest sequi cōdemnatio exprobatis. Ang. *d. cons. 25. in princ.*
19 † Amplia; quia petens restitutionem in integrum ex causa non competente in libello, licet probet causam competentem; tamē non potest restitui ex causa probata; quia agens ex vna causa, &c. Alex. *cons. 163. Viso processu. nu. 5. ver. cum ergo, & n. 8. ver. Ex quib. lib. 2.*
20 † Amplia; quia agens ex vna causa, & probans ex alia, & sic quando inepta actio ab ipso principio non detegitur, sed ex processu; tunc reus debet absolui ab obseruatione iudicii, vt si ego ago ex
21 vna causa expressa, & probo ex alia, ita Feder. de Sen. *d. cons. 212. per tot.* vbi ponit multa exempla, *n. 7.* † Extende; quia agens ex ratificatione ante iudicium non iuuatur ea non probata, licet ex iudi-
22 cio cepto sit facta ratificatio, sed quia ex veteri egit præcise, non obtinebit ex noua. Anch. *cons. 318. In quæstione.* † Amplia, vt pro-
23 cedat, etiam si petitorium & possessorium simul proponatur; quia si respectu possessorii actio inepta detegitur, & probatur, datur absolutio, quoad possessorium. Feder. *d. cons. 212. circa med. ver. Simile.* † Amplia etiam in causa exequutiua instrumenti; quia agens ex vna causa vti hæres certæ personæ, cum non sit, licet es-
24 set hæres alterius, & posset obtinere agendo alio titulo; tamen ex malo titulo, & mala causa expressa debet succūbere. Corn. *d. cons.*
25 *131. in prin. lib. 4.* † Amplia in tantum, vt agens ad partē fundi indiuisam, si probat de parte diuisa, debet succumbere, & sic quando actio est inepta ex qualitate sola iuris, & actionis. Feder. de Sen.
26 *cons. 159. per tot.* vbi plura dicit. † Amplia in spolio, & causa matrimoniali; quia agens ex vna causa, & probans ex alia, non obtinet, etiam si alia causa, & ius superueniens sit de præterito, quando
27 non fuit deductum, & quando superuenit post cōclusum in causa. Alex. *cons. 150. In causa, & lite. n. 23. & multis seqq. lib. 15.* † Amplia, vt procedat tam in agente, quam in excipiente; quia semper attenditur agendi, & excipiendi forma, ideo agens ex statuto, si nō
28 competit actio, succumbit. Angel. *cons. 302. n. 3.* † Amplia, quod propterea quicquid est de substantia articuli, vel exceptionis, si articuletur, vel per modum exceptionis deducatur, debet probari, alias autem probatum, quam articulus, vel exceptio requirat, nihil releuat. Calder. *cons. 190. in princ. ver. certum est etiam*, alias
29 vnico. *de exceptio.* † Idē est in petitione; quia quicquid deducitur, & est de substantia, debet probari, alias non potest obtinere.
30 Corn. *cons. 131. In hac consultatione, in prin. lib. 4.* † Extende hanc ampliationem, vt imo articulans vltra substātiam compellatur probare, licet illud ad victoriam causę non sit necessarium, nisi addat
31 clausulam, *non se adstringens. &c.* Castrens. *cons. 26. Certum est, in prin. lib. 1.* Alex. *cons. 121. Viso processu. n. 4. ver. & hoc etiam. & nu. 12. ver. nec obstat, lib. 1.* † Extende; quia agens, & fundans se in contractu certæ dici, debet probare diem illam, alias succumbit. Bald. *cons. 344.*
32 *lib. 2. & cons. 52. lib. 4. n. 2.* † Extende in libellante plura copulatiue; quia si non probat omnia, non potest obtinere, & imputetur ei, qui se adstringit ad actionem, quam non potest probare. Bald.
33 *cons. 256. Actum fuit, in princ. ver. præterea iste libellans. lib. 1.* † Restringe, vt non procedat, quando defectus probationis est in tanto, quantum fuit expressum; quia si in libello petii centum mēsuras vini talis conditionis tibi consignati ad vendēdum, & dico, quod vendidisti ad rationem decem pro mensura, licet nō probem de tanto; tamen potest Iudex ex coniecturis, & æquitate ac verisimilitudine iudicare super probato etiam minori pretio. Bald.
cons. 270. Ad euidentiam præmittendum, n. 6. & seq. ver. item præmitto. lib. 1. per tot. † Amplia; quia intentans successionem sibi debitam

de iure

de iure communi, non potest obtinere successionem in parte ex forma statuti, & maxime coram arbitro. Castrens. *consi. 136. Viso li-*
34 *bello. lib. 2.* † Amplia in mutuo vero; quia agens ex eo nō obtinet, si probat mutuū ciuile, & confessatum; quia triplex est mutuum, videlicet verum, & naturale, item chirographarium; item confessionatum. Bald. *consi. 256. per tot. lib. 1. & consi. 457. Factum sic proponitur. in princ. lib. 4.* Angel. *consi. 155. In quæstione vertente, nu. 2. ver.*
35 *super secundo.* Alex. *consi. 179. nu. 2. lib. 2.* & infra *nu. 41.* † Declara, vt procedat, quando confessio potest importare, nedum probationem, sed etiam obligationem; secus si confessio potest importare solam probationem; quia tunc, qui habet confessionem ad effectum solius probationis, obtinebit, Bald. *consi. 380. Tres sunt casus, in prin. ver. videamus ergo lib. 5.* vbi, quod ita debet intelligi Specul. & ita plenius declarat Alexan. *consi. 76. Viso libello, in fine, lib. 6.* quia si agit ex deposito numerationis, & probat depositum ex confessione, non obtinet; quia probat depositum ciuile, sed excepto deposito, vbi confessio inducit probationem, bene obti-
36 nebit, & ibi apostil. citat Alex. *consi. 35. lib. 1.* † Declara; quia si in libello simpliciter mutuum deducitur, & probatur confessio, obtinebit in ciuili; si vero in libello fiat mentio de numeratione, probando confessionem non obtinebit. Alex. *consi. 179. Visa scri-*
37 *ptura. nu. 6. & 7. lib. 2.* duplicatur, *consi. 35. lib. 1.* † Declara, vt procedat, si est opposita exceptio non numeratæ pecuniæ, secus si non potest opponi. Bald. *d. consi. 380. in prin. ver. videamus ergo, lib. 5.* Alex.
38 *consi. 179. per tot. lib. 2.* † Extende; quia agens ex confessione, quod habuit, & recepit certo tēpore, & probans de confessione, quod habuit alio tempore, non obtinebit. Angel. *consi. 355. In quæstione vertente, nu. 2. ver. super secundo.* vbi, quod non sufficit probatio sim-
39 plex, nisi dicat de tempore articulato. † Declara, vt procedat, quando in libello deduxit solum mutuum naturale; quia probādo confessionem solam non obtinebit, secus si deduxit mutuum naturale, & etiam confessionem; quia probata confessione obti-
40 nebit. Bald. *consi. 25. Punctus infra scripti lib. 1.* † Item non procedit in reo articulante solutionem, & probante de confessione, & libe-
41 ratione confessionata. Bald. *d. consi. 457. per tot. lib. 4.* † Amplia in iudicio repetitionis pecuniarum datarum ad cambium; quia si quis agat tanquam ille, qui numerauit pecunias Bononiæ, vt sibi per litteras cambii restituerentur Venetiis, & quia mercator Venetus noluit acceptare litteras, & is, qui nominatur in literis agat cōtra scribentem ad restitutionem pecuniæ contentæ in literis, tanquam ab eodem agente numeratæ, non obtinebit, si ex confessione ipsius constat, quod ipse non numerauit; quia agens ex mutuo vero, & naturali, non obtinet, si probat mutuum ciuile, & ex confessione. Bald. *consi. 190. Sempronius Manfredi, per tot. lib. 2.* su-
42 pra *nu. 34.* † Amplia maxime in Iudice delegato; quia rescriptum ad actionem non competentem tempore rescripti non extendi-
43 tur. Bald. *in l. præscriptione. nu. 40. ver. nono quæro. C. si contra ius.* † Restringe, & declara multis modis, vt per Ioan. de Anan. *consi. 19. in fin. vers. vltimo modo restat*, videlicet vt procedat, quando in rescripto est mendacium; item de iure Canonico; item quando ius superueniens nō habet causam de præterito, & secus cessante mēdacio; item de iure ciuili, & quando habet causam de præterito.
44 † Amplia generaliter in actionibus, exceptionibus, ac omnibus rebus, & causis, quæ ad iudicium deduci possunt; quia magis inspicitur id, quod est intentatum, quam id, quod est factum, vel contractum; ideo etiam agens, vel excipiens ex contractu certo die celebrato, qui alio die reperiatur factus, non potest obtine-
45 re. Bald. *consi. 344. Ad euidentiam est præmittendum, in prin. lib. 2.* † Extende; quia petens debitum tanquam conditionale, sed hodie purificatum, si probet de credito ab initio puro, non potest obtinere. Bald. *in l. edita, in repet. Paduana. C. de eden.* Aretin. *in l. qui litte-*
46 *ris. col. 2. ff. de vulg. & pupill.* † Declara, vt non procedat ampliatio, quando quis ageret ex vno instrumento sub certo die; quod haberet relationem ad aliud alio die; quia tunc subsistinetur iudicium ex altero, vel ex vtroque, licet de vno tantum sit facta men-
47 tio. Bald. *d. consi. 344. num. 2. ver. sed in contrarium. lib. 2.* † Et idem est, si ageret ex causa; quæ certo tempore clauditur, prout est venditio; quia si de alio tempore probat, vel ex alia causa, non obtinet,
48 late Mathesil. *singul. 9. nu. 4.* vbi apostil. declarat *num. 3. & 4.* † Amplia etiam in causa alimentorum; quia vxor si habet legatum alimentorum simpliciter, si steterit cum filiis, & si non steterit cum eis, habeat aliud legatum certum, si ipsa egit ex secundo legato contra tertium possessorem; emptorem bonorum in casu, quo debuit agere ex primo legato, non potest obtinere, nisi petitio sit adeo prægnans, vt possit referri ad vtrumque legatum,
49 Cuman. *consi. 38. Maritus quatuor, per tot.* maxime *in fine.* † Amplia in causa criminali; quia agens ad falsitatem certi instrumenti celebrati die 2. Iunii, & probans de falsitate instrumenti alio tempore celebrati, debet succumbere; quia quando delictum est reiterabile, differt delictum factum de vno tempore ab alio commisso in alio tempore. Castrens. *consi. 168. Super primo, in princip. lib.*
1. infra *num. 58.* † Extende; quia agens maritus contra vxorem 50
de adulterio, si probat violatam pudicitiam ex osculo, non obtinebit, quod ea amittat dotem, sed absoluetur, licet si accusata fuisset de pudicitia violata, perderet dotem; quia vis est in propositione actionis criminalis. Bolognet. *in rubr. de eden. num. 27. & sequen.* Vide, *Modus agendi attenditur. Concluſ. 301.* † Amplia ma- 51
xime; quia agens ex persona sua, vt principalis, & probans procuratorio nomine alterius, debet succumbere, & condemnari in expensis; quia mutatio personæ non admittitur post litem contestatam. Bald. *consi. 121. Fundamentum iudicij. lib. 4.* † Amplia maxi- 52
me in compromisso; quia licet agnatus ex forma statuti præferatur sorori in duabus tertiis, si est compromissum inter agnatum & sororem super eo, quod agnatus prætendit succedere in totum excl[illegible] sorore; tamen non poterit arbiter declarare secundum statutum; quia remedium statuti non est intentatum, sed remedium iuris communis; ideo debet sequi absolutoria. Castr. *consi. 136. lib. 2. per tot.* † Amplia; quia hæres agens tanquam hæres 53
ab intestato, si dicat defunctum non fuisse testatum; & probetur testamentum, iudicium erit nullum, & debebit de nouo inchoari; quia aditio facta ab eo, qui ignorabat testamentum, non valet. Bald. *consi. 451. Quid habeat. in princ. lib. 3.* † Contrarium vide- 54
tur tenere Alexand. *consi. 176. in fin. lib. 2.* quem citat apostil. ad Iason. *in §. omnium. Institut. de actionib. num. 68.* † Amplia; quia agens 55
ex confessione receptionis certo tempore non obtinet, si probat de receptionis confessione, quæ non est de eo tempore. Angel. *consil. 155. num. 2. ver. super secundo.* † Amplia; quia agens ex vna 56
causa, & probans ex alia debet succumbere, vt etiam non possit sententia interloquutoria confirmari, prout in captura facta ex causa mutui; quia non potest iustificari ex causa depositi. Bald. *consi. 318. num. 3. ver. notandum ergo & consi. 338. circa fin. ver. item quia*
capt[illegible]ra. lib. 4. † Extende in iudicio extra capturam; quia agens ex 57
causa depositi, & probans ex causa commodati, non potest obtinere, sed reus debet absolui. Castrens. *consil. 168. in princip. lib. 1.*
† Amplia etiam in criminalibus; quia accusatione, vel inquisi- 58
tione facta de certo delicto cum certo instrumento, licet probetur aliud delictum, vel aliud instrumentum grauius delictum inducens; tamen non debet sequi condemnatio ex delicto grauiori probato. Bald. *dict. consi. 425. Præsupposito, quod. lib. 5.* Angel. de Perus. *consi. 125. Pro decisione, in princip.* vide supra *num. 49. & se-*
quen. Vide, *Accusatus quando non possit condemnari etiam probato de-*
licto. Concluſ. 172. Vide, *Qualitas quando est de substantia, debet pro-*
bari. Concl. 16. † Amplia; quia siue in actione verbali, siue reali, 59
siue personali ius superueniens de præterito conualidat iudicium. Boer. *consi. 16. num. 30. & 31.* Vide, *Petens vnum, & probans a-*
liud, debet succumbere. Concluſ. 328. Vide supra, *Actore non probante*
reus absoluitur. Concluſ. 217. Vide, *Modus agendi attenditur, & mul-*
tum refert. Concl. 301. Vide, *Restringens se ad vnam actionem, vel cau-*
sam non obtinet ex alia. Concluſ. 304. † Limita, quando plus peti- 60
tur in quantitate, vel in tempore; quia diuersitas inducitur in re petita, veluti si ille, qui fecit pactum de retrouendendo quandocunque post triennium, conueniatur lapso triennio sub prætextu, quod simpliciter promiserit retrouendere quandocumque, & probetur de triennio, quod sit lapsum, sequi debet condemnatio. Angel. *consi. 213. Viso libello, per tot.* † Extende; quia si 61
peto totum à Titio tanquam hærede, qui probat se hæredem pro tertia, tunc is debet pro tertia condemnari, quia non mutatur substantia. Alex. *consilio 208. Præstantissime, num. 7. ver. in quan-*
tum vero. lib. 7. † Sic si peto totum fundum tamquam mihi de- 62
bitum, vel meum, & non probo, nisi de medietate, debet fieri condemnatio in medietate; quia non mutatur substantia. Alexand. *dict. consil. 208. numero septimo, libro septimo.* † Declara; 63
quia istis casibus, licet dari debeat sententia pro parte probata; tamen petens plus debito potest condemnari in triplum expensarum, si pro se petiit, vel ratum habuit; si vero vt procurator generalis, non potest facere incidere Dominum in pœnam, ita Alexand. *dict. consil. 208. numero 8. versicul. pœna au-*
tem. libro septimo. † Limita; quia si quis agit ad certam summam 64
pro resto, & refert se ad certa instrumenta, ex quibus ea non probatur, sed ex aliis instrumentis bene probatur, potest sequi condemnatio, etiam inter Hebræos. Roman. *consilio 22. Ita iure dicendum, per totum.* vbi apostill. dat concordantes. Limita † in reo excipiente; quia si excipiat de numeratione, 65
& satisfactione, & probet de solutione confessata, obtinet

abso-

absolutionem. Bald. *consil.* 457. *Factum sic proponitur, per tot. lib.* 4.
66 † Extende in reo; quia ius superueniens quandocunq; pendente iudicio illi prodest. *l. si mulier. ff. solut. matrim. l. sin autem. §. 1. ff. de rei*
67 *vendicat.* † Extende, etiam si ius superuenerit reo pendẽte appellatione. Bald. *in l. per hanc, 3. col. ver. sed dubitatur. quid si pendente. C. de*
68 *tempo. appell.* † Limita in criminalibus; quia si agens ad violentiam illatam per Titium Seio, probat contra Sempronium, sequi potest condemnatio, quando qualitas non alterat delictum, neque
69 pœnam. Signorol. *consi.* 140. *per tot.* † Limita, quando agens ex vna causa & probans ex alia causa ex concessione partis, vel agens ex vna causa in prima instantia, & probans ex alia in secunda instantia; quia poterit obtinere. Alexand. *consi.* 75. *In causa, & lite, nu.*
☞ *3. & seq. ver. & dato etiam, lib.* 7. Vide, *Ius suum omne quando quis de-*
70 *ducere censeatur. Concl.* 633. † Limita, quando superueniret ius ex causa de præterito; quia valet iudicium, & conualidatur. Ias. *in §. omnium. Instit. de actio. num.* 67. vbi declarat late, & declarat plene Alexand. *consi.* 177. *in fin. lib.* 2. idem Alexand. *consi.* 27. *nu.* 2. *ver. præterea, lib.* 1. Vide, *Ius superueniens quando conualidet actum nullum. Con-*
☞ 71 *clus.* 630. & *Conclus. ibi proxima seq.* † Restringe, vt non procedat limitatio, nisi ius superueniens de præterito sit deductum in iudicio, & petitione. Ita Alexand. *consi.* 150. *In causa, & lite. num.* 24.
72 *& seq. lib.* 5. † Et restrictio in tantum procedit, vt agens ex causa societatis si producit scripturam debiti non exprimentis causam socialem (quia potest esse ex alia causa, puta, mutui,) tanquã producens scripturam ambiguam, non possit obtinere; quia scriptura ambigua interpretari debet contra producentem. Alex. *consi.* 80. *Viso processu, in princ. nu.* 1. *in fin. & num.* 2. *ver. & primo capio, lib.* 4.
73 † Restringe, vt non procedat, nisi substantia actus, de quo agitur, præcesserit iudicium. Bald. *in l.* 1. *in princ. C. de exequut. rei iudic.*
74 Alex. *d. consi.* 150. *num.* 25. *lib.* 5. † Restringe, quando ius superueniret etiam ex causa de præterito post conclusum in causa; quia nunquam suffragatur iudicio intentato. Bart. *in l. si mater. §. eandem, in fin. ff. de except. rei iudic.* Ioan. Andr. *in c. generali. de reg. iur. in* 6. Anton. de Butr. *in c. pastoralis, de except.* Alex. *in l. si mulier. col.* 2. *ff. so-*
75 *lut. matrim. & d. consi.* 150. *nu.* 25. *lib.* 5. *cum seq. n.* 26. † Declara omnes restrictiones, nisi causa esset summaria; quia ius superueniens de præterito etiam non deductum operatur, quod actor debeat obtinere. Alex. *consi.* 114. *Viso processu. nu.* 3. *in fine, cum sequen. versic. ac-*
76 *cediz. quod sumus, lib.* 6. † Et omnia prædicta procedunt etiam coram Iudice delegato. Io. de Anan. *consi.* 19. *in fin.* Vide, *Rescriptum*
☞ *de vno non extenditur ad aliud. Concl.* 21.
77 † Contra extensionem Ias.
78 *d. §. omnium. nu.* 68. *Instit. de action.* † Limita, quando in libello sunt clausulæ salutares, prout clausula, *super quibus, &c.* quia tunc illa actio dicitur intentata, quæ potest competere. Corn. *consi.* 301. *nu.* 3. *& consi.* 46. *nu.* 4. *lib.* 3. Aret. *consi.* 102. *col.* 4. *ver. tertio quia.* Vrsil. ad
79 *dec. Afflict.* 372. *nu.* 4. allegat Grat. *consi.* 58. *lib.* 3. † Extende, etiam si concludatur in vna actione inepta. Ias. *in §. omnium. nu.* 547. *Instit. de action. vsque ad nu.* 150. Alex. *consi.* 121. *lib.* 1. *& consi.* 39. *nu.* 18. *cum*
☞ *seq. vol.* 1. Vide, Clausula, *ius, & iustitiam ministrari. Concl.* 359. † Re-
☞ 80 stringe, vt non procedat circa non deducta, neque circa remedia contraria, neq; coram Iudice appellationis, pro quo Vide, *Iudex*
☞ *ad quem in quibus iurisdictionem habeat. Concl.* 464. *num.* 44. *& sequen.*
81 † Declara, vt plene per Alex. *consi.* 121. *Viso processu lib.* 1. *per tot.* vbi, quod agens ex vna causa, puta, ab intestato, & probans ex alia contraria causa, puta ex testamento, non potest obtinere, neque clausula, *super quib. ius, & iustitiam, &c.* neque clausula, *non se astringens, &c.* neque priuilegium personę minoris, vel miserabilis circa contrarietatem operãtur; quia non potest accommodari sensus ad duo contraria vno & eodem tempore, vt si peto vnum, velim suum contrarium, vide eum; quia tollit omnia contraria à *nu.* 9. *vsque in fin.* maxime *num.* 11. vbi tollit effectum clausulæ, *ius, &*
82 *iustitiam, & num.* 12. *circa med. ver. nec obstat*, tollit clausulam; *non se astringens.* † Limita, nisi agatur generaliter; quia poterit ex quacunque causa probata obtinere. Calder. *consi.* 48. *in princ.* alias 5. *de*
83 *accusat.* Ias. *in §. omnium, Instit. de actio. num.* 66. † Limita, quando proceditur summarie, vel sola facti veritate inspecta; quia potest ferri sententia super probatis diuersis à petitis. Rolan. à Val. *consi.* 53. *nu.* 12. *& seq. lib.* 2. Rot. Ianuen. *decis.* 198. *in fin.* Ruin. *consi.* 19. *nu.* 19. *lib.* 4. Alexan. *consi.* 114. *lib.* 6. *num.* 3. *in fin. cum sequen. ver. accedit, quia sumus.* Marsil. *sing.* 272. *In hac inclita.* late Crau. *consi.* 198. *nu.* 7. & 8. *cum sequ.* Socin. *consi.* 39. *& consi.* 128. *lib.* 1. Corne. *consi.* 8. *lib.* 1.
84 † Contrarium videtur velle Corne. *consi.* 131. *In hac consultatione, lib.* 4. *in princ.* vbi, quod sententia debet esse conformis libello, etiam in causa summaria; Ideo si quid ex vna causa est petitum, non
85 potest ex alia ferri sententia. † Limita ex æquitate, & ad euitandum circuitum inutilem; quia si reuera constat, quod res, quæ deuenit ad alium titulo lucrativo, spectat ad me, & est mihi debita, debet potius sequi condemnatio, etiam ex inepto libello, quam quod fiat noua petitio, & nouum iudicium. Pet. de Anch. *consi.* 23. *Verba stipulationis, num.* 11. *ver. ad secundum, vsque in fin.* Bald. *consi.* 270. *nu.* 6. *Item præmitto, lib.* 1. *vsque in fin.* † Limita in notoriis, 86
& confessione iudiciali, quæ inducit notorium; ideo si quis conuentus est tanquam hęres partis, vigore instrumenti crediti facti à patre & matre conuenti insolidum, qui quidem neget se hæredem patris, sed dicat possidere bona patris, vt hæres matris vigore dotium; certe ipse poterit condemnari absq; noua petitione, & confessione, & ita fuit iudicatum. Afflict. *decis.* 372. vbi, quod confessio inducit notorium. † Limita in depositо; quia agens ex 87
depositо vero, & probans depositum confessatum, nihilominus obtinebit propter supremam bonam fidem depositi, quod tantum vno modo, videlicet, re contrahitur; quia confessio probat depositum verum. Bald. *cons.* 256. *per tot. li.* 1. † Extende; quia agens 88
ex depositо, & probans ex commodato obtinere debet. Roman. *consi.* 22. *prope fin.* vbi apostil. dat concor. † Contrarium, quod non 89
debeat obtinere, apostil. 2. ad *consi. Roman.* 22. *in ver. Commodatum.* vbi allegat Rom. & Boer. vide eos, & hanc partem etiam in casu conuerso tenet Alex. *consi.* 121. *Viso processu. nu.* 7. *ver. nam ibi vult. lib.* 1. *& nu.* 13. *ver. non obstat id, quod.* vbi addit Spec. pro ista parte; quia recitat hanc communem opinionem vltimo loco. † Declarat A- 90
lex, *consi.* 61. *Viso processu, in prin. li.* 2. quia agens ex vna causa, & probans ex alia, nõ potest obtinere, prout si ago de numeratione, & probo non de numeratione, sed de alio contractu, vel facto non deducto in libello, puta de stipulatione, non possum obtinere; secus autem esset, quando in libello fuit narrata sufficiens causa, ex qua resultat actio, prout si ago ex mutuo cõtra Titium, ex numeratione probata Mæuio de mandato Titii, vel quia Titius ex stipulatu se obligauit; quia ex plurib. causis narratis in libello sufficit, quod vna probetur habilis ad obtinendũ. Et † agens ex lo- 91
cato non potest obtinere ex empto. Alex. *consi.* 184. *in prin. ver. præterea. lib.* 6. † Limita in omnib. rebus, & negociis, quæ non nisi v- 92
no modo, & naturaliter fiunt; quia si egi ad alterũ eorum, & probaui ex confessione, sufficiens est probatio; quia nõ cadit fictio, vbi negocium illud nec ficte, neq; ciuiliter fieri potest. Bald. *cons.* 170. *Ad euidentiam præmittendum, n.* 11. *ver. dicet aliquis, lib.* 1. vbi idem dicit esse, quando qualitas exprimitur, quæ de actu vero concludit. † Limita in interesse; quia licet sit actum ad maius, quã pro- 93
batum sit; tamẽ non debet sequi absolutio à toto; quia non probaui de tanto, Bald. *cons.* 270. *n.* 8. *& seq. ver. item Iudex, lib.* 1. † Li- 94
mita, quando causa in Consistorio Principis ventilatur; quia potest procedi summarie secundum veritatem, secundum conscientiam, & ex probatis iudicari, licet actum sit ex alia causa. Crauet. *consi.* 198. *n.* 7. *& 8. cum seq.* late Vrsil. ad *decis. Afflict.* 372. *num.* 3. † Et 95
quando competunt plures actiones, actor debet eligere. Vide ad ☞ prædicta Ant. Gabriel. *lib.* 2. *tit. de actio. Concl.* 1. *Actiones plures quando ad idem competunt, actor vnam ex illis eligere tenetur.*

Agnatorum appellatione qui comprehendantur, vel non, & qualiter quis probet se agnatũ. Concl. 244.

AGNATVS † & agnatio est nomen iuris. Angel. Aret. *cons.* 114. 1
Quoad primum, in princ. † Agnatorum appellatione veniunt 2
proximi consanguinei ex parte patris vsq; ad decimum gradum, secundum ius ciuile. Bald. *consi.* 469. *Statuto cauetur. lib.* 1. † Et ge- 3
neralius est nomen agnatorum, quam nomen consanguineorum; quia consanguinei sunt inter se sanguine connexi, agnati sunt per viriles sexus coniuncti, etiam si non sint consanguinei. Castillio. *consi.* 39. *num.* 7. *& sequen.* vbi *num.* 9. quod cognati vocantur coniuncti per sexum fœmininum. † Et omnes agnati et- 4
iam dicuntur, & sunt cognati, sed non è conuerso. Fulgos. *cons.* 45. *Quidam Franciscus, num.* 2. † Et parentela agnationis debet probari 5
per gradus incipiendo à stipite, videlicet primo parente, secundum * communem. Rol. à Val. *consi.* 32. *nu.* 24. *& seq. lib.* 3. † Am- 6 *
plia; quia verba, generatio, posteri, & de genere, important tam masculos, quam fœminas, licet si materia sit odiosa, fiat restrictio ad agnatos tantum. Fulgos. *consi.* 131. *in fin.* Vide, *Nomina collectiua,* ☞
& appellatiua quæ dicantur. Conclus. 54. vbi latius. † Et de domo te- 7
statoris dicuntur omnes agnati; ideo si testator vocat omnes de domo sua, intelligitur de agnatione familiæ. Ancharan. *consi.* 152. *Plura sunt. nu.* 4. *& 5.* † Et de progenie, & posteritate, stirpe, fami- 8
lia, cippo, & similib. De stirpe quid significet, & qui comprehendantur, Vide, *Stirpis appellatione qui comprehendantur. Conclus.* 705. ☞
Vide, *Nomina collectiua, vel appellatiua quæ dicantur. Conclus.* 54.
† Parentelæ appellatione quod veniant parentes vtriusq; sexus, 9
vsq; ad tritauum, & ab eo supra dicantur maiores, non parentes. Angel. *consilio* 268. *Statutum Dalmatiæ.* Vide, *Parentelæ appella-* ☞
tione

10 *tione qui veniant, & quid sit parentela. Concl.* 32. † Verbum *prolis* de solis descendentibus intelligitur. Bald. *cons.* 331. *In quæstione, n.* 8. *lib.* 3.
11 Vide, *Prolis appellatione quid veniat. Conclus.* 907. † Consanguinei dicuntur fratres defuncti proprie, licet etiam cõsanguinei dicantur
12 omnes sanguine coniuncti. Castill. *cons.* 39. *nu.* 7. † Amplia; quia agnati inter se dicuntur omnes ascendentes ex linea paterna, & descendentes; & ideo auia paterna est agnata. Alex. *cons.* 80. *n.* 7. *lib.* 1.
13 † Et ideo pater dicitur filiis suis agnatus, neq; requiritur coniunctio mediante alia persona. Alex. *cons.* 198. *Perspectis, n.* 6. *ver. quia pa-*
14 *ter. lib.* 6. † Et dicuntur agnati, vel de agnatione testatoris duplici modo, effectiue, seu actiue, videlicet, qui à testatore proueniunt; item cõtentiue, videlicet, quãdo sunt de eadẽ parentela transfer-
15 salium, in qua testator cõtinetur. Ruin. *cons.* 153. *n.* 10. *lib.* 2. † Agnatorum aliqui conseruant, & sunt habiles cõseruare ius agnationis per se, & per propagationem, vt masculi agnati; aliqui vero sunt agnati, sed nõ sunt habiles cõseruare ius agnationis, nisi in seipsos;
16 vt sunt agnatæ fœminæ. Alex. *d. cons.* 80. *n.* 7. *lib.* 1. † Amplia; quia hodie omnes cognati quoad successionem sortiuntur iura agnatorum. *l. maximum vitium. C. de liber. prater.* Castr. *cons.* 96. *Ego Paulus.*
17 *lib.* 1. *in 2. dubio.* † Agnationis & cognationis nomina non sunt naturalia, sed ciuilia; secus si nomina sint appellatiua, prout mater, pater, auus, &c. quia bene sunt naturalia. Alex. *d. cons.* 80. *n.* 2. *ver. cõ-*
18 *firmatur. lib.* 1. † Amplia; quia filia fratris dicitur agnata, & ideo præfertur filio sororis quoad ius agnationis. Bald. *cons.* 63. *Punctus quæ-*
stionis, per tot. lib. 4. Vide, *Fideicommissum quando ad solos masculos de a-*
19 *gnatione spectet. Concl.* 239. *n.* 12. *& seq.* † Et talis filia fratris dicitur agnata ex masculis agnatis, nisi dicatur in fideicõmisso de agnatis masculis ex masculis. Ang. Aret. *cons.* 31. *Viso supraducto, in princ. ver.*
20 *secundo, quod ipsa.* † Extẽde; quia filiæ patrui sunt agnatæ; ideo si statutum mãdat, prout Aretii, quod fratres patrueles propter agnationem excludant matrem, habebit locum etiam in sororibus pa-
21 truelibus. Bald. *cons.* 47. *Factum tale est, lib.* 5. *per tot.* † Et multo magis filia testatoris dicitur de agnatione, & familia, quæ in ea cõseruatur; donec viuit. Alex. *cons.* 17. *Circumspectis. nu.* 6. *ver. sed ipsæ filiæ.*
22 *lib.* 7. vbi apostill. *in ver. agnatione*, dat plures concordantes. † Extende, quia fœmina, prout soror ex latere patris, dicitur descendens ex masculis, nec continetur in capite exclusiuo lineæ maternæ, sed in capite inclusiuo cippi, domus, familiæ, agnationis, & descendentium ex masculis, plene Paris. *cons.* 47. *num.* 40. *& seq. lib.* 3.
23 † Extende, etiam si sit maritata, donec viuat. Paris. *d. consil.* 47. *num.* 56. *& seq. lib.* 3. vbi *num.* 68. declarat, nisi constet aliter de mente, vi-
24 be tamen infra *num.* 53. † Declara, quia licet fœminæ ex masculis sint agnatæ; tamen per eas non conseruatur agnatio; quia in alienam transeunt familiam. Menoch. *consil.* 95. *num.* 53 *& seq. lib.* 1. vbi
* *num.* 48. *&* 86. dicit * communem, quod stante statuto excludente filiam stante filio masculo, excludetur etiam neptis ex filio masculo, quando statutum prouidet conseruationi agnationis, & idem per plura Socin. Iun. *cons.* 1. *num.* 58. *& seq. lib.* 1. vbi plura dicit.
25 † Ideo statutum, quod est correctorium, & excludit matrem propter agnatos, nõ excludet agnatas, prout sorores, neptes, ex filio, amitam, & similes, si sunt in proximiori gradu; quia sunt agnatæ,
& conseruant agnationem, dum viuunt. Socin. Iun. *consil.* 30. *num.*
*26 22. *& seq.* vbi de * communi. *lib.* 1. † Amplia; quia soror dicitur agnata, & de agnatione quoad se, & quoad filios suos, quando repræsentat matrem; secus si filii sororis considerantur quoad se ipsos.
27 Bald. *consil.* 78. *num.* 2. *versic. præterea, lib.* 1. † Et soror dicitur agnata, & si patruus excludit matrem, non excludit sororem. Socin. Iun.
* *cons.* 30. *num.* 22. *& sequen. lib.* 1. vbi dicit veriorem, & * communem.
28 † Extende, quia illud, quod dicitur sororem, neptem ex fratre, item ex filio, vel amitã esse agnatas, procedit, etiam si sint nuptæ, quia licet transeant in familiam mariti, quoad priuilegia, etiam si filii ex eis sequantur patrem, tamen ipsæ fœminæ nuptæ retinent
29 agnationem. Card. Zabarell. *cons.* 91. *ver. ad vltimum, vsq; in fi.* † Amplia, quia amita dicitur agnata; ideo statutum Florentiæ excludẽs matrem stantibus agnatis, vsque ad quartum gradum, excludit eam, stante amita defuncti, quæ est agnata in quarto gradu. Bald.
cons. 459. *Circa quæstionem præcedentem, lib.* 5. vbi late pro vtraq; parte disserit, & dicit pro matre facere æquitatem, pro amita corticem verborum, & non audet decidere, nisi quod seruetur consue-
tudo, vel concordetur. Vide, *Statuta circa successionẽ excludentia ma-*
30 *trem à successione filiorum. Concl.* 673. † Declara, quia omnes fœminæ ex masculis agnatis dicuntur agnatæ non simpliciter, sed sunt agnatæ, in quibus agnatio finitur, & cognatio incipit, ideo masculus, & quicunque descendens ex fœmina dicitur simpliciter cognatus, non agnatus. Castrens. *consil.* 422. *Quod ista mater. col. penult.*
31 *versic. ad quintam, lib.* 1. Alexand. *consil.* 89. *num.* 23. *lib.* 6. † Declara, quia omnes descendentes ex masculis dicuntur agnati, & omnes

descendentes ex fœminis dicuntur cognati. Bald. *consil.* 63. *lib.* 4.
† Et è conuerso omnes ascendentes ex masculis sunt agnati, asce- 32
dentes ex fœminis cognati. Alex. *consil.* 80. *num.* 7. *lib.* 1. † Et hinc 33
sequitur, quod in Italia agnati præferuntur cognatis in successio-
ne; quia per agnatos conseruantur familiæ, per cognatos non. Vi-
de, *Statutum circa successionem masculorum exclusis filiabus fœminis. Cõ-*
clus. 657. *num.* 30. *& seq.* † Masculi, si extant, operantur, quod fœ- 34
minæ sunt minus dilectæ. † In tantum, quod Abb. *consil.* 78. *Circa* 35
primum. col. 2. *circa med. vers. & si diceres. lib.* 2. dicat, quod pater magis
diligit fœminas, si nunquam habuit masculos, quam diligat, si fe-
mel masculos habuerit. † Declara totam istam materiam; quia in 36
fideicommissis, in quibus proximiores agnati vocãtur ex masculis, veniunt fœminæ ex fratre, vel alio agnato; quia quoad se dicuntur agnatæ ex masculis, sed si vocantur cũ qualitate masculinitatis, puta, quia vocantur agnati masculi ex masculis, vel etiam si vocantur simpliciter agnati ex masculis, vt bona perpetuo conseruentur in agnatione, vel etiam si ex aliis coniecturis constat de mente, quod solos masculos voluerit agnatos vocare; tunc non veniunt fœminæ. Angel. Aret. *consil.* 31. *Viso supradicto, in princ. ver.*
secundo quod ipsa filia iunctis n. 7. *cum seq. per tot. versic. sed tamen iis non*
obstantibus, vsque in fin. vbi tollit contraria. † Limita, quia frater 37
vterinus non dicitur agnatus; ideo non succedit vigore statuti vocantis agnatos, licet quandoque ius agnationis habeat. Bald. *consil.* 30. *Præsupposito statuto, in fi. lib.* 1. *& consil* 218. *Statuto Ciuitatis, per*
tot. lib. 2. vbi, quod si statutum mouetur propter agnationem expresse, aut tacite, tunc ille non succedit, neque matrem excludit; quia agnatus non est Bal. *cons.* 57. *Casus talis est, in fin. lib.* 4. vbi, quod excluditur à sorore ex parte patris, quando statutum vocat agnatos proximiores. Bald. *consil.* 68. *Martinus Ioannes, inter consil. Ang.* & idem Angel. *consil.* 69. vbi, quod neque amita, neq; frater vterinus excludunt matrem in statuto, quod agnati excludant matrem, vsque ad quartum gradum, & ibi latissime; & idem est in patruo vterino defuncti; quia non excludit matrem. Angel. *consil.* 283. *In-*
aduertentia, col. 2. *vers. nam vidimus*, imo frater tantum vterinus non excludit sororem consanguineam, sed bene contra; quia soror consanguinea est agnata, non autem frater vterinus. Angel. *d. con-*
sil. 283. *in princip.* † Contrarium, quod imo per æquiparationem 38
sit agnatus, tenet Socin. *consil.* 1. *In casu supra narrato per tot. lib.* 1. vbi, quod statutum excludens filias stante fratre consanguineo, habet locum, stante fratre vterino. Castrens. *consil.* 96. *in* 2. *dubio. lib.* 1. vbi, quod habetur pro agnato quoad successionem etiam ante iura authenticorum. † Declara; quia forte vtrumque est verum; 39
quia Socin. loquitur de consanguineo; contraria vero de agnato; ideo forte sunt potius diuersa quam contraria. † Declara secun- 40
dum Castrens. *cons.* 96. *Ego Paulus. in* 2. *dubio. lib.* 1. vbi dicit, quod filii sororis vterinæ etiam ante iura authenticorum sortiebantur iura agnatorum, & tanquam agnati vocabantur ad successionem ante agnatos remotiores gradu, sicque impropriè sunt agnati. Vide,
Frater vterinus an sit frater vere. an secundum quid. Concl. 449. † Limi- 41
ta; quia filius sororis non dicitur agnatus quoad se, sed quoad matrem, quam repræsentat; secus est in matre, & sorore respectiue, quia ea est agnata, Bald. *cons.* 78. *Duo sunt statuta. num.* 2. *versic. præterea. lib.* 1. † Contrarium tenet Bal. *consil.* 469. *Statuto cauetur*, vbi, 42
quod si statutum defert proximiori agnato successionem, filii sororis non succedunt, *lib.* 1. & idem tenet *consil.* 63. *Punctus quæstionis.*
lib. 4. Alexand. *consil.* 89. *Circa primum, in fine. lib.* 6. † Declara, vbi- 43
lius sororis, vel nepos ex filia, licet habeat ius agnationis in iis, in quibus repræsentat matrem, tamen ipse non est agnatus, sed cognatus. Bald. *cons.* 275. *Quod pro regula, in fine. versic. quare dico. lib* 2. *&*
consil. 78. *num.* 2. *versicul. præterea. lib.* 1. quia filius quoad agnationem sequitur patrem, quoad cognationem sequitur matrem. Bald. *con-*
sil. 63. *Filia dicta concubinæ lib.* 4. & in materia statuti, quod filius sororis non sit agnatus. Alex. *consil.* 89. *in fin. lib.* 6. † Limita, quia spu- 44
rius, & naturalis natus ex concubina, maxime extra domum, quia non habet iura ciuilia naturalium liberorũ, non est agnatus. Bald.
d. cons. 63. *Filia dicta concubinæ. lib.* 4. & natus ex fanciulla vagante, quia incertus est eius pater, nõ assumit agnationem, nisi communis vsus loquendi sit in contrarium. Angel. *consil.* 87. *colum.* 2. *versic.*
Pro hoc etiam, & melius idem Ang. *consil.* 191. *num.* 2. vbi, quod imo sunt magis prompti ad vindictam pro familia, & pro vtraque parte allegat Bald. *consil.* 435. *lib.* 3. *in princip.* vbi, quod secundum vsum communem loquendi sunt de familia. Angel. *consil.* 461. *in princip.*
quod est Benedicti de Plombino, licet in fin. Angel. dicat contrarium. † Restringe, vt non procedat de communi vsu loquendi, 45
quia de agnatione dicuntur, & de parentela, illustrissimus Palæot.
in tract. de noth. & spuriis. cap. 60. & idem dicit Angel. *cons.* 30. *num.*
6. quod Florentiæ & Perusii illegitimi faciunt se de parentela, &

deferunt insignia. Bald. *d. consil 435. lib. 3. in princip.* Angel. *d. consil.* 191. vbi, quod inoleuit vsus suo tempore, quod vocantur de fa-
46 milia, cum sint acerrimi iniuriarum familiæ vltores. † Contrarium, quod imo naturalis non sit de parentela, neque de agnatione, neque nati ex eo, tenet Oldrad. *consil.* 153. & quod non sint de schiatta Bald. *cons.* 49. *in fin. lib.* 4. Castrens. *cons.* 178. *Super eo vero. in*
47 *princip. & per totum. lib.* 2. † Declara, vt per Angel. Aretin. *cons.* 114. *Quoad primum, in princip.* vbi quod spurius, & naturalis, vel bastardus non dicitur de domo, neque de familia, neque de agnatione, & ideo non possunt vti beneficio statuti Ferrariæ, quod fiat com-
48 promissum inter agnatos, & infra *num.* 51. † Et quod dicantur cognati, non autem agnati. Bar. in *l. tutelas, in princ. ff. de capit. dimin. & in l pronunciatio. § familiæ. ff. de verbor significat.* vbi dicit videnda esse verba, an respiciant ius, vel naturam. Boer. *consil.* 54. *num.* 16. *lib.* 2.
49 Roland. à Vall. *consil.* 32. *num.* 19. *lib.* 3. † Et quod spurius non sit agnatus; ideo non possit interuenire in contractu minoris, in quo statutum requirit agnatum. Signorol. *consil.* 87. *num.* 9 *vers. Ex qui-*
50 *bus omnibus.* † Imo neque naturalis legitimatus est agnatus transuersalibus, licet legitimanti patri efficiatur agnatus, sed non aliis, ideo non potest interuenire contractui pro solemnitate requirēti agnatum, Signorol. *d. consil.* 87. *num.* 9. *versic. Hinc respondet.* Ang. Aret. *consil.* 114. *num.* 5. *& sequen. versic. Sed tamen iis*, vbi reddit rationem; quia legitimatio, & arrogatio æquiparantur, & de vna ad aliam licitum est arguere, sed arrogatus non est agnatus; ergo, &c.
51 † Item statutum, quod fiat compromissum inter agnatos, non habet locum, si petunt non legitime nati compromitti causam super legitimatione, quia non sunt agnati. Castrens. *d. cons.* 178. *per tot. lib.* 2. Angel. Aret. *d. consil.* 114. *Quoad primum in princ.* vbi loquitur in spurio, in bastardo, & naturali legitimato; quia quoad transuersales non est agnatus, neque gaudet beneficio dicti statuti, su-
52 pra *num.* 47. † Limita; quia filius sororis non est consanguineus, id est agnatus auunculo; ideo statutum pœnale loquens de agnato, vel consanguineo non comprehendit filium sororis, vt sit agnatus
53 auunculo. Bald. *consil.* 269. *Si consideramus, in fin. num.* 2. *lib.* 3. † Limita; quia licet filiæ fœminæ ex masculis sint agnatæ, & de familia; si tamen sunt maritatæ in aliena familia, non sunt de familia simpliciter, sed secundum quid, prout filius arrogatus, qui transiuit ex vna familia in alienam familiam, quoniam non est filius simplici-
54 ter, sed secundum quid; ideo non continetur in dispositione simplici. Ruin. plene *consil.* 24. *num.* 12. *& seq. lib.* 2. vide supra, *n.* 23. † Limita, quia si testator vocauit agnatos ex linea sui patris in substitutione facta filio suo, non veniūt filiæ testatoris; quia non sunt agnatæ patri testanti ex linea paterna testantis, quia inter filiam & patrem non est agnatio, licet aliis de familia sint agnatæ. Bald. *con-*
55 *sil.* 111. *Pactum tale proponitur, in princ. lib.* 4. † Limita, quia filii fœminæ nunquam sunt agnati ex latere matris, licet mater sit agnata, quia fœmina rumpit ius agnationis. Franc. Curt. Iun. *consil.* 5. *num.*
56 23. *& seq.* Bart. *consil.* 10. *lib.* 1. † Et quod fœmina licet sit agnata; tamen filii eius non sint de agnatione matris, sed patris, quia fœmina agnationis suæ est finis. Castrens. *consil.* 91. *num.* 4. *lib.* 2. vbi dicit esse tex. meliorem in *l. pronunciatio, in fin. cum lege sequent.* § *fœmina-*
57 *rum. ff. de verbor. signific.* † Cognati sunt coniuncti per fœminas.
58 Castillio. *consil.* 39. *num.* 9. † Declara, quia licet fœmina non faciat agnationem ex suis descendentibus, & ratio conseruandæ agnationis non militet in statuto excludente fœminas à successione matris propter masculos; tamen militat ratio conseruationis bonorum in masculis, quia etiā fœminæ instituunt masculos, & excludunt fœminas pro conseruatione bonorum in masculis. Ca-
59 strens. *consil.* 91. *num.* 3. *& per totum. lib.* 2. † Limita, quia agnatio est quid facti; ideo qui dicit se agnatum, debet hoc probare, & qui dicit se agnatum certo gradu, debet probare se agnatum in illo gradu. Roland. à Vall. *cons.* 42. *num.* 16. *& seq. lib.* 3. Deci. *consil.* 471. *Iuri-*
60 *dicam. in princip.* Castrens. *cons.* 98. *Visis. num.* 2. *lib.* 1. † Extende, quia * secundum opinionem magis communem * ius feudale non transit ad agnatos, nisi vsque ad septimum gradum, ideo is, qui agit ad feudum vt agnatus, debet duo probare, se agnatum, & in septimo * gradu, communem * dicit Roland. à Vall. *d. consil.* 42. *num.* 19. *seq.*
61 *lib.* 3. † Limita, quia nepotes, & alii descendentes non agnascūtur auo, quando in vita aui non sunt nati, neque concepti. *l. Titius. cum l seq. ff. de suis & legit. hared.* Anch. *cons.* 365. *In themate proposito, in princip.* vbi, quod eo casu nepos non potest repræsentare auum, quando eo viuente non est conceptus. Castrens. *cons.* 419. *Viso puncto. co-*
62 *lum.* 2. *versic. secunda ratio. lib.* 2. infra *num.* 70. *& sequent.* † Extende, quia quicunque alius volens succedere agnato, vel alteri, qui non est natus viuente eo, de cuius successione agitur, non præsumitur etiam conceptus eo viuente, ideo non succedit. Castrens. *cons.* 98.
Visis. n. 1. *lib.* 1. Vide, *Concepti, & nati viuente auo dicuntur agnati. Con-*
clus. 545. † Restringe; quia istud procedit in successione legali, se- 63
cus in successione fideicommissaria, vel hominis, ita Ias. *cons.* 59. *In præsenti consultatione, circa finem. lib.* 3. Fulgos. *consil.* 34. *Domina Catha-*
rina. num. 4. Cephal. *consil.* 318. *num.* 37. *& sequent.* Castrens. *cons.* 77.
Visa facti narratione. num. 4. *in fin. ver. nec obstat. lib.* 2. † Contra restri- 64
ctionem pulchre Castrens. *cons.* 16. *Viso dicto puncto. num.* 5. *vers. super*
quarto. lib. 2. vbi, quod refert, an verba fideicōmissi sint de præterito, vel de futuro; quia si testator instituto filio, eidem decedenti sine filiis substituit filios filiarum, & si filiæ non haberent filios, substituit extraneum; tunc si tempore mortis filii non extant filii filiarum, vel saltem non sunt concepti, extraneus succedit; secus si verba essent de futuro, videlicet, *succedant filii nati, & nasciturі ex*
filiabus; quia donec est spes habendi, conditio stat pendens, & filiæ succedent. † Et quod in testamentis, & substitutionibus factis 65
de filiis fratris, & nepotibus intelligatur de natis & conceptis tēpore testamenti, vel saltem tempore mortis testatoris. Alex. *consil.*
13. *num.* 4. *versic. sed præmissis*, vbi apostill. *in versic. natura*, dat concor.
lib. 4. & plenius Ant. de Prato Veteri, vel, prout volūt aliqui, Cac-
cialupus *inter consil. Alexand. consil.* 14. *Super quæstione. ver. in contrari-*
um. num. 5. *& seq. lib.* 4. *&* num. 16. vbi *nu.* 10. per nouem fundamenta comprobat hanc conclusionem, nisi constet de mente contraria, & *num.* 10. *& seq.* ponit quinque declarationes, quas videas; quia materia est cōiecturalis, vt si de certis sensit testator, debeant esse concepti, & agniti in vita testatoris; secus si de incertis, & qui futuri sunt, vel quando adest dictio habens tractum successiuum.
† Declara totam hanc materiam, vt plene per Roman. *consil.* 442. 66
Vt decisionem. num. 3. *versicul. quoad secundum, vsque in fin.* vbi, quod in successione legali is, qui conceptus, & natus fuit post mortē aui, seu auiæ, aut alterius, cui vult succedere, nūquam succedit ex propria persona, neque de iure prætorio, neque de iure ciuili, sed bene posset succedere ex persona ascendentium ex iure deliberandi, vel ex iure transmissionis, & ibi apostill. fin. in *ver. succedere*, citat
Tiraq. *de vtroq. retract. tit.* 1. §. 1. *gloss.* 9. *num.* 41. † Sed Roman. in eo- 67
dem casu Castrens. tenet, quod imo fauore filiorum, & descendentium intelligatur de filiis, qui poterunt esse, & quod extranei, seu transuersales, non admittantur, licet filii non extent tempore mortis testatoris, & contraria habeant locum contra transuersales, & reddit aliam rationem; quia in dubio semper fauendum est primo vocato ad exclusionem secundo loco vocati, ita Roman.
consil. 134. *Pro declaratione. num.* 4. *& seq. ver. quoad quartum*, vbi pro vtraq; opinione allegat, & hanc vti veriorem tuetur, & ad contraria respondet, & ibi apostil. *in ver. veritas*, dat plures concordantes.
† Declarat Roman. *consil.* 231. *Præmissorum Doctorum*, quod vocati 68
ad successionem per testatorem intelligantur illi, qui extant tempore mortis testatoris, non nati postea, etiam si simus in dispositione filiorum descendentium, vt nati solum admittantur, non nasciturі, quando constat de mente, vt quia instituit testator filiā, & filios filiæ copulatiue; quia ratione copulati extantis etiam declaratur mens, vt intelligatur dispositio de filiis extantibus tempore mortis testatoris: vbi apostil. *in verb. conclusionem*, & *in verb.*
testatoris, dat plurimos concordantes. † Restringe, quia si substi- 69
tutio fiat de descendentibus, veniunt omnes nati, & nasciturі. *l. si.*
C. de suis, & legit. Roland. à Vall. *consil.* 70. *num.* 22. *vers. Item videmus,*
lib. 3. Crauet. *cons.* 22. *num.* 6. plenius Ruin. *cons.* 22. *num.* 10. *& seq. lib.*
2. & fuit opinio Castrens. *cons.* 247. *num* 3. *in fin. lib.* 1. Quia quando non extant, neq; possunt extare tempore testatoris, prout quādo vocantur descendentes in infinitum, vel illi de familia, intelligitur de natis, & nasciturіs necessario. † Vide Alexand. *cons.* 249. *Vi-* 70
so testamento, in fin. vers. euadi potest. lib. 2. vbi, quod quando per nomina collectiua vocantur liberi agnati, vel familia testatoris, semper intelligitur de conceptis tempore mortis testatoris, etiam quando dispositio non est pura, sed in euentum, vel sub conditione. † Declara, quia licet quis non agnascatur alicui, qui fuit de- 71
functus ante eius conceptionem, tamē id procederet, si ageretur de succedendo eidem, qui decessit ante conceptionem eius, qui vellet succedere, secus si ageretur de successione alterі facienda, quia sufficit, quod sit conceptus viuente eo de cuius successione agitur. Fulgos. plene *cons.* 45. *Quidam Franciscus de Dilouantio, per tot.* vbi plene declarat. † Et idem est, quando agitur de transmissio- 72
ne iuris deliberandi, seu de transmissione hæreditatis ab alio. Castrens *consil.* 33. *in fin. lib.* 2. *& consil.* 77. *num.* 4. *in fin. lib* 2. † Vide Ce- 73
phal. *cons.* 318. *num.* 64. *& seq. lib.* 3. qui dicit, quod hodie non curatur, an sit conceptus viuente auo, vel non, quia succedunt pariter.
Vide, *Descendentes omnes sunt vna caro cum ascendentibus. Conclus.* 219.
† Declara, quia sufficit, quod non sit conceptus, vt non succedat 74
decedenti auo, quando agitur de legitima successione ab intestato delata, vel bonorum possessione contra tabulas, secus si agatur
de

de fideicommisso, vel successione ex stipulatu, vel prouisione hominis Cephal.*d.consil.*318.*num.*37.*& seq.*& ita etiam Ruin.*cons.*22.
75 *num.*14.*lib.*2. † Imo, quod si fideicommissum est factum filio decedenti sine filiis, & substituti sunt filii sororis, si tempore mortis filii sine filiis non sunt concepti, neque nati filii sororis, caducatur substitutio. Castr.*consil.*16.*num.*5.*lib.*2. vbi multa similia adducit, & si adesset alia substitutio, illa intrabit, si non fuerunt in rerum
76 natura, vel nō fuerunt concepti primo loco substituti. † Et in tantum procedit, quod licet postea nascantur filii ex sorore; tamen non amplius erunt admittendi ad substitutionem, neque ex capite restitutionis in integrum. Castrens.*d.cons.*16.*col.fin.*ver ex iis in-
77 *fertur,lib.*2. † Declara, vt plene per Tiberium Decia.*consil.*1.*num.*334.*& multis seqq.lib.*1.*ver.non obstat quartum*, vt procedat limitatio in institutione, non in substitutione post primum; item, quando vocantur filii, & nepotes, qui vnum gradum repræsentant; secus si descendentes, vel liberi, qui plures gradus faciunt, vel perpetuitatem important, item quando sumus in dispositione pura; secus
☞ si in conditionali, & incerta. Vide,*Familiæ appellatione quid veniat. Concluſ.*75. Vide, *Genus & generatio quid comprehendat. Concluſ.*39.
78 † Qualiter autem probare debeat quis se agnatum ad effectum
☞ successionis. Vide plene Mascard. *Concluſ.*73.*Agnatio in successione quomodo probetur.* Vide plenius, *Proximior qualiter probetur, vt successionem habeat. Concluſ.*956.

Agnationis conseruandæ ratio quando attendatur, vel non. Concluſ.245.

1 REIPVBLICÆ † interest, quod conseruentur familiæ, & agnationes, quæ per solos masculos conseruantur. Alex.*consil.*
2 144.*Viso themate,num.*8.*ver.& maxime.lib.*6. † Agnationis conseruandæ ratio præsumitur in statuto excludente fœminas stantibus masculis; & ideo si testator substituit decedenti sine filiis stante d. statuto, censetur intellexisse de filiis masculis. Menoch.*cons.*94.*n.*
90.*& seq.lib.*1. vbi maxime hoc dicit, quando substituuntur descē-
☞ dentes masculi; secus si extranei.*n.*98. Vide,*Fideicommissum, seu le-*
3 *gatum quando tacite inducatur. Concl.*260.*num.*66.*& seq.* † Extende, quia imo vnica ratio præsumitur, licet non sit expressa, videlicet fauor agnationis conseruandæ, & ideo ex ista ratione licitum est arguere etiam contra ius commune, late Roman. *consil.* 411. *Quatuor sunt, in prin.* vbi apost. dat concord. Vide, *Ratio vnica legis habe-*
☞ 4 *tur pro expressa. Concl.*30. † Amplia, quia præsumitur in testamento ratio conseruandæ agnationis, quando testator vocauit, & substituit masculos, & fœminas excluſit. Rim. Iun.*consil.*457.*in princ.*
5 † Extende, vt procedat etiam in testamento matris; quia si vocauit masculos exclusis, vel prætermissis fœminis, censetur id facere fauore agnationis conseruandæ, etiam si post masculos omnes
6 postea vocet fœminas, late Hieronym. Gabr.*cons.*116.*lib.*2. † Extende; quia fauore agnationis conseruandæ fideicommissum in-
7 ducitur de facili, plene Rimin. Iun.*d.consil.*457.*in prin.lib.*4. † Declara, quia licet faueatur agnationi conseruandæ, & fiat extensio; non tamen fit vltra personas expressas. Rimin. Iun.*d. consil.*457.
8 *num.*45.*& seq.lib.*4. † Amplia, quia etiam Doctores consulentes in re dubia inclinare solent, vt actus sit nullus, ne patrimonium de agnatione auferatur, & ad extraneos vadat. Castrens.*consil.*107. *Quantum ad primum.col.*2.*in princ.ver.in hāc autem sententiam.lib.*2. vbi, quod legitimatio est nulla, ex quo materia dubia sic declaratur, ne fœmina legitima mortua sine filiis, & quæ instituit maritum extraneum, transferat ex agnatione in extraneos amplum
9 patrimonium. † Amplia; quia ratio agnationis conseruandæ, quando excluditur fœmina, & vocatur masculus, censetur expressa, & fit extensio dispositionis. Alex.*consil.* 97.*Viso themate.in princ.num.*2.*ver.tertio pro hoc.lib.*2. idem Alex. plenius *consil.*36.*Viso themate.num.*8.*& seq.vers.quia verba non videntur repugnare.* & maxime *num.*12. vbi, quod vnica ratio, quæ fauet agnationi, cum sit generalis, comprehendit omnes casus, nō per extensionem, sed per comprehensionem; quia sicuti genus comprehēdit omnem speciem, ita ratio generalis comprehendit omnem casum sub ratione, licet non expressum, & plenius *cons.*89.*Circa primum,num* 3.*&*
10 *seq.ver.corroborantur.lib.*6. † Extende idem in statuto, quod nupta, & vidua sine filiis teneatur relinquere tertiam partem dotis, & bonorum suorum fratribus, quia id fauore agnationis censetur statutum, & ratio militans tollit, ne statutum dicatur iniquum.
11 Alex.*cons.*101.*Super eo.num.*14.*& seqq.* vbi late *lib.*3. † Extendit hoc Barbat. etiam si nulla sit facta mentio agnationis conseruandæ; quia sufficit, quod eliciatur ex mente, vt quia instituit masculos in primo capite exclusis fœminis, & in secundo capite etiam masculos substituit, ita Alex.*cons.*52.*Circa hanc.num.*11.*& seq.ver.quod au-*

*tem fuerit fauor agnationis.lib.*4. vbi tollit contraria, quod si non dixit lex, vel testator, habetur pro omisso, nec nos dicere debemus, vt quia par ratio non est taciti & expressi; quia contrarium esse verum probat, & plenius *cons.*89.*Circa primum,num.*4.*ver.sic etiam debet extensio fieri,lib* 6. allegat *nu.*5. Castrens.*cons.*83.*Præsens casus,lib.* 2. & apost. ad Alex.*in vers.tacita*, citat Cæpol.*cons.crimin.*74. Curt. Sen.*cons.*30.*& cons.*75.*colum.*8. Ias.*cons.*63.*lib.*3.*col.*3. Brun. & alios.
† Contrarium, quando statutum vocat certas personas, prout 12
fratres, patruos, vel filios masculos; quia non extenditur ad alios remotiores, in quibus non est tanta ratio. Alex.*d.cons.*97.*num.*12. *vers.nec obstat vltimum argumentum,lib.*2. idem Alex.*cons.*53.*Inuocato*, quod est Ludouic. Bologn. Io. Sadoletti de Mutina. Albert. Belli de Perusio, Dominici de Massa, & Antonii Aleutis, *lib.*4.*num.*23. *ver.nec dicatur.* † Declarat Alexand. se ipsum circa contrarietatem 13
consiliorū suorum, & id, quod dixit *consil.*97.*lib.*1. procedit, quando nō est eadem ratio, seu saltem tanta non militat; id vero, quod dixit *consil.*36. vt ipse dicit, *num.*17.*vers.Et si appareret me alias consuluisse,lib.*6. procedit, quando eadem ratio militat. † Declara; quia 14
in vlteriori gradu vocati, seu substituti non censentur ita dilecti. Alex. *d.consil* 53.*num.*22.*vers.Nec obstat.si diceretur,lib.*4. Igitur non tanta est ratio in vno, quanta in alio; & quia maior est affectio erga iam natos, & viuos, quam nascituros, & incognitos. Alex. *cons.* 52.*num.*6.*lib* 4. † Contrarium, quod imo testator parem ratio- 15
nem habuisse dicatur substitutorum, ac primorum institutorum, tradit Alexand.*cons.*38.*in fin.lib.*6. † Declara, quia maiorem affe- 16
ctionem præsumitur testator habere prius vocatis, & magis honoratis, & plus amasse viuentes, & natos, quam nascituros, & incognitos, data paritate; secus è conuerso; nam pater si excluſit filias fœminas & eas dotauit, institutis masculis, quibus decedentibus sine filiis, ille instituit, vel substituit superstites masculos, vel ipsis non extantibus, extraneos de familia masculos, si vnus filius testatoris moriatur cum filia fœmina, ipsa excludit substitutos, nec valet, quod testator plus dilexerit masculos, quam filias, & eas excluserit; quia non est par ratio; quia filiæ exclusæ erant dotatæ, non autem neptes, Ludouicus Bologn.*inter consil. Alex.cons.*53.*nu-*
*mer.*14.*& seq.ver.& primo.lib.*4. † Declarat Alex.*cons* 85.*Animad-* 17
*uersis,num.*16.*& seq.ver.non obstat secundum argumentum,lib.*4. quia si possunt comprehendi fœminæ in dispositione vocante masculos, non censetur dispositio facta causa conseruandæ agnationis, & quando nulla est facta mentio agnationis, non potest argui ex ea causa, quod intelligere, nisi exaliis constet de mente. † Declara; quia 18
si ratio est expressa, quod fauore agnationis dispositio est facta, res est clara sine dubio: si vero ratio non est expressa; tunc si dicatur, quod alia ratio non militat, istud est disputabile; quia potest esse verum, quod alia ratione motus sit legislator, vel saltem, si ratio vnica præsumeretur, posset tamen dici, quod in vlterioribus gradibus non expressis non sit tanta ratio, & hæc est vera declaratio, licet sint vtrinque opiniones. Vide, *Statutum circa successionem excludens filias fœminas. Concl.*660 *n.*28.*& seq.* Vide plenius *in vers.* ☞
Statutum circa successionem excludens cognatos stantibus agnatis. Concluſ. 668.*num.*10.*& seq.* Vide Ant. Gabriel.*lib.*6.*tit.de statutis. Concl.*6. *statutum excludens fœminas.* † Amplia; quia ratio conseruandæ a- 19
gnationis iuncta mente testatoris extendit fideicommissum vltra expressa; ideo si testator instituit filium, & si decesserit sine filiis, vocauit omnes proximiores de agnatione, si filius decessit cū filio, licet videatur cessare fideicommissum per *consil. Oldrad.* tamen secus est, quādo ex coniecturis constat de mente, vt quia testator prohibuit bona perpetuo alienari; sed voluit perpetuo remanere in illis de familia, excluſit fœminas, & masculos tantum vocauit fœminasq; dotauit; quia potius mens, quam verba attendi debet, plene Rimin. Iun.*consil.*456.*p. tot.lib.*4. maxime, *num.*31. *& seq.* vbi consil. Oldrad. tollit, & plurimos allegat. † Extende, 20
quia fauore fideicommissi inducti ad conseruandam agnationem fit interpretatio. Gozadin.*consil.*89.*num.*12. Grauet.*consil.*161.*num.* 9.*versic.Nec obstat.* Paris.*cons.*43.*num.*27.*lib.*2 plures alios citat Cephal.*cons.*446.*num.*30.*cum sequentibus.* † Declara totam istam ma- 21
teriam, quando censeatur habita ratio conseruandæ agnationis, vel non, ex substitutione masculorum, vt plene Hier. Gabriel.*consil.*97.*num.*24.*& seqq.lib* 1. vbi videtur concludere, quod testator, qui se conformat cum statuto instituendo, & substituendo illos agnatos, qui excludunt fœminas, censetur causa agnationis ita disponere; & idem est, quando instituit etiam non excludens fœminas collectiue substituēdo eos inuicem; secus si substituit aliquos agnatos remotiores, quia id est potius ex voluntate testatoris, quā ex conseruatione agnationis, vide eum. † Declara; quia quando 22
testator vocat solos masculos, censetur moueri causa agnationis conseruandæ, si vero vocat solos masculos ex fœminis; tunc non

potest adesse ratio agnationis conseruandæ; quia masculi ex fœminis non sunt agnati, sed cognati; ideo necessario censetur moueri causa maioris affectionis ad masculos, quam ad fœminas. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 18. n. 17.* Simon de Præt. *eod. tract. lib. 3. solutio. 11 fol. 287. & seqq.* † Amplia; quia semper testator dicitur habuisse rationem agnationis conseruandæ, quando masculos præfert fœminis. Rimin. Iun. *cons. 23. num. 83.* vbi de * communi, & citat infinitos, *cum seq.* vbi *num. 85.* sufficit, quod masculos dispositiue vocauerit. Menoch. *de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 71. n. 35. & seq.* late Marius Anguissol. *consil. 122. num. 30. ver. quod autem, cum mult. seq.* & * communem dicit Cephal. *cons. 137. num. 12.* & plures citat pro vtraque opinione Simon de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib. 3. rubr. 6. solutio. 11. fol. 287. & seq.* vbi in princip. distinguit, quod in masculo disponente de masculis dicitur habita ratio agnationis conseruandæ, in fœmina vero dicitur habita ratio masculinitatis conseruandæ, & *num. 3.* dicit, quod aliquando est expressa; quia exprimitur, *num. 4. & seq. ver. tacita vero*, vbi asserit, quod dicitur tacita, quando soli masculi vocantur, & ex ea inducitur fideicommissum, & *num. 5.* dicit * communem, & citat plurimos, & * *n. 6. ver. quoniam pro responsione*, dicit * communem, & magis communem, tam in dispositione hominis, quam statuti vocantis masculos tantum. Vide, *Substitutio facta de proximioribus agnatis, de quibus intelligatur. Concluſ. 839.* † Extende maxime, quando masculos non natos vocat; quia ad omnes parem dicitur habere affectionem. Castrens. *cons. 247. In causa, quæ vertitur. colum. 5. num. 3. in fin. versic. nec obstat etiam quod debeat esse*, & iterum *col. 7. num. 5. ver. item allegatur. lib. 1.* allegat text. *in l. placet, in fin. ff. de liber. & posthum.* quia, vt dicit Castrens. non tractatur de qualitate, sed de substantia personarum, sequitur Ruin. *consil. 22. num. 10. & seq. lib. 1.* late Roland. * à Vall. *consil. 70. num. 47 lib. 3.* vbi dicit * communem. † Extende, etiam si non omnes masculi, sed certi descendentes masculi vocentur; quia quoad eos subest ratio conseruandæ agnationis. Dec. *consil. 515 In casu, in fin* † Extende, etiam si descendentes positi sint in conditione cum qualitate masculinitatis. Deci. *consil. 317. col. 2. & consil. 269. col. penul.* † Contrarium, quod imo exclusio fœminarum non semper fiat ob agnationem conseruandam. Cephal. *consil. 196. num. 14.* vbi alios citat. † Extende; quia ratio agnationis conseruandæ, siue ea sit expressa, siue sit tacita; quia vocauit masculos, idem operatur, & ex ea fideicommissum extenditur, etiam de casu ad casum. Rimin. Iun. *d. consil. 23. num. 90. & sequent.* vbi *nu.* * 92. dicit * communem. Paris. *cons. 90. lib. 15. & sequent. lib. 2.* vbi id dicit procedere multo magis, quod masculinitas est geminata, & * *num. 24.* dicit * communem, & Dec. *consil. 545. Viso testamento. num. 6. versic. nam dum testator, & consil. 574. In causa. num. 5.* sequitur Decian. *consil. 31. num. 96. & sequent. lib. 1.* vbi *num. 99.* dicit * communem, etiam si ad fauorem descendentium masculorum. † Extende; quia imo si talis ratio sit tacita, nec pro expressa dici possit, adhuc tamen inducit fideicommissum. Riminal. Iun. *d. consil. 23. num. 93. cum sequent.* † Extende, etiam si vocet masculos ex fœminis sub conditione assumendi insignia, & cognomen testatoris. Cephal. *consil. 196. num. 10. & sequent.* † Contrarium tenent multi, quod fauore agnationis non extendatur, neque inducatur fideicommissum, sed fideicommissum, prout verba sonant, intelligatur. Riminald. Iun. *consil. 117. num. 71. & seq.* vbi plures allegat Menoch. *consil. 45. num. 100. & 119.* & Riminaldus præfatus *consil. 371. num. 88. versic. nunc ad tertium.* † Declara; quia si verba non patiuntur, non fit extensio; si vero patiuntur, fit extensio, ita seipsum declarat Riminald. *consil. 544. in fin. num. 266.* vbi allegat seipsum *consil. 379. num. 42.* & alios, quos videas. † Extende etiam fauore agnationis fieri extensionem fideicommissi de persona ad personam. Riminal. Iun. *consil. 574. num. 193. cum seq.* allegat Crauet. *consil. 579. nu. 19.* & alios. † Limita in testamento mulieris, quia si substituat decedenti sine filiis, intelligitur sine filiis etiam fœminis; quia fœmina non habet curam conseruandæ agnationis. Menoch. *cons. 95. nu. 99. lib. 1.* Ruin. *consil. 141. lib. 2.* Curt. Iun. *consil. 35.* † Extende; quia statutum respectu hæreditatis fœminarum ascendentium non videtur habere rationem agnationis conseruandæ. Ruin. *consil. 18. in princip. lib. 3.* vbi *num. 9.* declarat esse verum; sed tamen ratione euitandi absurdi procedit statutum, vel quando constat de mente, vide tamen Roland. à Vall. *consil. 82. in fi. vers. non obstat, quod Socin. lib. 3.* qui dicit contrariam communem esse. † Extende idem respectu testamenti inter virum & vxorem; quia inter eos masculinitas non operatur rationem agnationis. Rimin. Iun. *cons. 347. num. 26. & seq. ver. non omitto quoque.* Vide de hac materia agnationis conseruandæ, *in ver. Ratio vnica. Concluſ. 30.* Vide, *Statutum circa successionem excludens filias fœminas. Concluſ. 666. num. 30. & sequent.*

Aggressor in dubio præsumitur in dolo & culpa. Concluſ. 246.

REGVLA † est, quod in confligentibus ad inuicem, dolus, & culpa præsumitur prouenire ab ipso prouocante, & aggrediente, non à prouocato. Castr. *consil. 277. In causa incarceratorum. col. 2. ver. tertio præmittendum lib. 2.* Vide Mascardum *Concl. 71. Cum semper aggressio.* vbi, quod aggressor debet probare, quod non animo occidendi fit aggressus, & an stetur eius iuramento. † Et quis præsumatur aggressor, vel aggressus, si non potest aliter constare; dicas, quod is, qui interfecit, vel qui est robustior, de quo plene Mascard. *Concluſ. 72.* vbi late. Vide, *Absoluere in dubio nocentem melius est. Concl. 41. n. 24. & seq.* vbi plura similia. Vide, *Insultus quid sit. Concluſ. 263. num. 3. & seq.* Vide, *Pax non dicitur rupta. Concluſ. 182. nu. 12. & seq.*

1 2

Agricultura habet multa priuilegia. Concl. 247.

AGRICVLTVRA † est in multis priuilegiata; quia boues, & alia destinata pro cultura agrorum non possunt in exequutione capi, & capta debent restitui. Mantua. *singul. 497. Contentio in foro*, vbi plura priuilegia adducit, & not. *in l. exequutores. cum l. seq. & auth.* ibi posita. *C. quæ res pign. oblig. poss.* † Et istud dicitur inductum fauore agriculturæ. Mantuan. *singul. 632. in fin.* † Amplia; quia neque pro debito publico de iure communi potest fieri exequutio vel pignoratio in bobus aratoriis, & aliis instrumentis pro agricultura necessariis. Mantua. *d. singul. 497.* vbi extendit, etiam si rusticus sponte pignorasset, non valet pignoratio, & est reuocãda. † Agricultura habet multas consolationes, & delectationes, vide plene Boer. *decis. 322. num. 11.* vbi plura ponit, & quod agricultura conseruat nobilitatem, allegat historiam Cincinnati, qui electus à Populo Romano Dictator, dum vocaretur ad dignitatem, bobus arabat, & dimisso aratro accepit officium, fortiter se gessit, & debellauit inimicos, postea deposito officio rediit ad agriculturam arando, & seminando, &c. Corn. *consil. 155. lib. 1.* idem dicit. Vide, *Rusticitati quando, & quibus parcatur. Concl. 334.* Vide, *Rusticus quis dicatur, & quæ priuilegia habeat. Concl. 371.*

1 2 3 4

Agrigentina Ciuitas, & eius statuta, priuilegia, & consuetudines. Concl. 248.

CIVITAS † Agrigẽtina erat Ducis Austriæ, & in bello, quod ille habuit cum Duce Burgundiæ, vt sequeretur pax, ipse Dux Austriæ eam donauit Duci Burgundiæ cum territorio, & omnibus pertinentiis, vt dicit Abb. *consil. 62. In controuersia. colum. 6. vers. secundo facit. lib. 2.* † Orta vero controuersia ciuili super nonnullis vallibus, videlicet, Scantu, Gearifa, Legii, Vassiuo, & Palulagii, an illæ essent pertinentiæ Ciuitatis Agrigentinæ donatæ, an vallis Sancti Martini, quæ erat Ducis Austriæ, Abb. *d. consil. 62. col. 5. & seq. vers. circa tertium*, dicit, quod ex quo de antiquo Dux Austriæ eas dismembrauerat, prout potuit, easque applicauerat alteri Ciuitati, ideo spectant ad Ducem Austriæ; quia donatio Ciuitatis Agrigentinæ non ex liberalitate facta strictissime debet interpretari. † Licet Turres fabricatæ in capite Pontis Castri Tricii sint in territorio Ciuitatis Agrigentinæ; tamen, quia fuerunt fabricatæ ad vsum Pontis Castri per Dominum Ciuitatis, & Castri, ideo censetur territorium illud Castro donatum; quia hoc casu solum cedit ædificato. Abb. *d. cons. 62. colum. 7. num. 13. & 14. ver. venio ad quartum. lib. 2.*

1 2 3

Abba Ciuitas, & eius statuta, ac consuetudines. Concluſ. 249.

STATVTVM † Albæ, quod nullus possit declinare iurisdictionem Potestatis sub pœna, non comprehendit Clericũ, etiam pro bonis patrimonialibus, alias esset contra libertatem Ecclesiasticam. Signorol. *consil. 80. Factum sic præsupponitur. num. 6. vers. venio ad secundum. & per tot.* † Albæ Ciuitas est Marchionis Montisferrati, & in eius territorio sunt Castra Diani, Rodelli, Rodi, Piani, & Verdini, quæ sunt Marchionis de Busca. Anchar. *cons. 310. Tres Domini, in princip. & per tot.* vbi, quod dicta Castra ab Imperio concessa fuerunt Communi Albæ de anno 1240. † Marchiones de Busca sunt antiqui feudatarii, & possident Castra Diani, & alia, de quibus supra proxime in territorio Albæ, contra quos Marchiones prætendebãt tres Domini, videlicet Comes Sabaudiæ, Marchio Montisferrati, & Episcopus Alben. Anch. *d. cons. 310.* qui dicit esse

1 2 3

cit esse Castra libera; sed tamen si volunt aliquem in Dominum recognoscere, debent potius Marchionem Montisferrati Dominum Ciuitatis, in quo concurrit iuris communis præsumptio, recognoscere.

Alberga, & caualcata quid sint. Concluſ. 250.

1 ALBERGA † est salarium, & solutio, quam faciunt subditi Domino suo, quando vadit ad audiendum querelas subditorum; quia subditi tenentur ad expensas Domino suo. Old. *consil.* 98.
2 *Factum tale, in prin.* † Contrarium videtur velle Castr. *consil.* 407. *Satisfaciendo. num.* 4. *ver. nec obstat. lib.* 1. vbi, quod est quid diuersum à iurisdictione; quia hoc consistit in perceptione, iurisdictio in administratione, & idem repetit etiam in fine, *nu.* 7. *ver. octauo quæritur.* Vide, *Onera personalia multa, & quæ. Concl.* 123. *n.* 2. *& seq.*

Albingana Ciuitas, & eius statuta, priuilegia, & consuetudines. Concl 251.

1 ALBINGANA † Ciuitas est confœderata cum Ciuitate Ia-
2 nuæ. Bald. *consil.* 460. *Ioannes de Albingana. in prin. lib.* 1. † Statutum habet circa successionem, si quis intestatus decesserit non relicto patre, auo, fratre, nepotibus, vel pronepotibus, vel patruo, relicta auia materna, relictoque filio patrui masculi, vel sororis patris defuncti, succedat in totum filius patrui, vel sororis patris, videlicet filius sororis æqualiter cum auia. Bald. *consil.* 460.
3 *per tot. lib.* 1. vbi, qualiter intelligatur. † Item, quod statuta intelligantur ad literam, prout iacent sine aliqua glossatione. Bal. *d. consil.* 460. vbi, quam interpretationem requirant, vel admittant *lib.* 1.
4 † Item, quod forenses non succedant, sed quod Ciuis factus demum habeat priuilegia Ciuium, si non differit incolatum. Bald. *d. consil.* 460. *num.* 3. *vers. tamen hoc non obstante. lib.* 1.

Allegari debet id, quod est fundamentum intentionis. Concl. 252.

1 LICET † error facti excuset multis casibus; tamen id procedit, si allegetur error, alias non, & propterea is, quando est fundamentum intentionis, debet allegari, alias non excusat. Bald. *consil.*
2 179. *Quando sapiens, post med. ver. aduerte in eo. lib.* 3. † Extende, vt procedat etiam in rustico, & muliere; quia licet in multis excusentur à lege; tamen illud procedit, quando allegant errorem; quia lex nunquam allegat errorem pro aliquo, sed requiritur allegatio ho-
3 minis. Bald. *in l. venia. n.* 2. *C. de in ius vocan.* † Amplia; quia licet obligatus tradere si patiatur eum, cui tradere debet, possidere, censeatur ex patientia tradidisse, & ista sit præsumptio iuris; tamen debet allegari; quia licet non requiratur probatio; tamē requiritur propositio talis præsumptionis. Bald. *consil.* 36. *Factū sic se habet, post med.*
4 *ver. nam præsumptio legis. lib.* 2. quod duplicatur *consil.* 455. *lib.* 5. † Et generaliter, quando aliquid præsumitur à lege, illa præsumptio releuat, si allegetur, alias non. Alex. *consil.* 94. *In causa, & lite. n.* 8. *& seq. ver. plus dico. lib.* 2. vbi, quod licet hæres præsumatur adiuisse hæreditatem, si possidet aliqua bona hæreditaria; tamen illud proce-
5 dit, si allegetur. † Idem est in casibus, in quibus quis præsumitur Dominus; quia procedit, si hoc fuit allegatum. Alex. *d. consil.* 94. *In*
6 *causa. n.* 9. *lib.* 2. † Et ideo quando ex possessione quis præsumitur Dominus. *l. quidam in suo. ff. de constit. instit.* debet esse cautus aduocatus, vt hoc allegetur in actis, alias non releuaret. Alexan. plene
7 *consil.* 35. *In causa, & lite, in fin. num.* 7. *lib.* 5. † Item licet conuentus rei vendicatione negans se possidere rem petitam ex dolo, vel ex certa scientia, perdat possessionem, quæ transfertur in actorem. *l. fin. ff. de rei vendic.* tamen si non allegetur certa scientia, & dolus, non
8 potest condemnari conuentus. Alex. *d. consil.* 35. *num.* 6. *ver. confirmo*
9 *prædicta. lib.* 5. † Extende; quia notorium, licet non debeat probari; debet tamen allegari, alias non releuat, Anchar. *consil.* 388. *Titius permutauit. n.* 7. *ver. facit, quod dicimus.* † Declara, nisi notorium cōstet ex actis, vt declarat Fel. *in c. inter cæteras. n.* 9. *ver. quarta declaratio, de rei iudic.* quia non est necesse tunc, quod proponatur, vel al-
10 legetur. † Extende; quia grauis infirmitas, quæ facit præsumi permutationem esse fraudulentam ex parte infirmi grauiter, debet allegari, & probari, & non sufficit, quod sit probata, si non est al-
11 legata, & articulata. Anch. *d. consil.* 388 *n.* 6. † Extende; quia non sufficit, quod aliquid præsumatur, nisi etiam allegetur. *l. si adulterium*
12 *cum incestu. §. iidem Pollioni ff. de adulter.* Anch. *d. consil.* 388. *n.* 7. † Et defunctus, qui aliquando possedit bona invita, præsumitur etiam tempore mortis possedisse, nisi medio tempore alius possederit. Ant. de Butr. Abb. & Imol. *in c. cum ad sedem, de restit. spoliat.* tamen, vt hæres possit iuuari hac præsumptione, necesse est, quod eam alleget, alias non releuat. Bartol. & Doctor. *in l. siue possidetis, in l. detur. in fin. ver. tu tamen dic clarius. C. de probat. & in l. Celsus. colum. pen. ff. de vsucap.* Alex. in apostilla ad Bartol. *in l. certum. ff. de confess.* & est
* communis * opinio, vt per Alciat. *de præsump. reg.* 2. *præsumpt.* 21. & quod debeat allegari, vt releuet. Bart. *in l. cum quid. ver. nam quando ex facto tuo. n.* 15. & ibi etiam alii, *ff si cert. petat.* Vide, *Medium probatur probatis extremis. Concluſ.* 172. 13
† Et bona fides præsumpta ex titulo debet allegari, vt præsumatur. Alex. *consil.* 83. *Viso processu. n.* 9. *lib.* 6. † Et regula, quod is, qui possedit per triginta, vel centum an- 14
nos sine titulo, præsumatur possessor bonæ fidei propter lapsum tanti temporis, procedit, si hoc allegetur, alias secus. Alex *consil.* 94. *num.* 10. *lib.* 2. Iaſ. *in l. à Diuo Pio. §. si super rebus. num.* 8. *in fine. ff. de re iudic* idem Alex. *consil.* 69. *In causa num.* 11. vbi apost. *in ver. allegatur.* dat concor. *liu.* 3. & *consil.* 57. *In causa, & lite. n.* 4. *lib.* 7. *versic. nec dicatur,* & declara, vt infra *num.* 43. & 44. Vide, *Bona fides quando præsumatur. Concl.* 100. *num.* 4. † Declara; quia bona fides debet alle- 15
gari ab eo, qui præscripsit, non autem sufficit, quod successor hoc dicat; quia cum bona fides pendeat ab animo, debet allegari ab eo, qui in animo habuit bonam fidem. Alex. *d. consil.* 57. *num.* 4. & 5. *ver. Nec dicatur, quod testes, lib.* 7. vbi apostill. *in ver. allegari.* † Et vbi 16
ex possessione præsumitur dominium à lege, illud procedit, si allegatur dominium, alias non. Alexand. *consil.* 92. *Viso. num.* 3. *lib* 5. & iterum *consil.* 69. *num.* 12. *versic. accedit, lib.* 3. † Et possessio iunior et- 17
iam cum titulo ab alio dicitur clandestina, & vitiosa respectu antiquioris, quando allegatur, quod sit talis, & ideo vt sit locus præsumptioni, debet hoc allegari, & deduci. Deci. *consil.* 56. & *consil.* 57. & *consil.* 252. *col.* 1. & *consil.* 449. vbi adducit concordant. Afflict. *decis.* 327. *Iuit bene discussum. per tot.* & clarius *num. proxime seqq.* Alex. *consil.* 81. *Lecto. num.* 11. & *seq. ver. Vnde dato. lib.* 3. & infra *num.* 41. Vi-
de, *Spoliatus quæ probare debeat, vt obtineat, Concluſ.* 379. † Et quoda- 18
gens spolio debeat allegare in libello, quod possessio aduersarii, tanquam iunior, est clandestina, & vitiosa, respectu actoris. Alex. *consil.* 44. *num.* 5. *vers. præterea si dictus hæres, lib.* 3. Corne. *consil.* 329. *Ostenso. num.* 23. & *per tot. lib.* 1. Alexand. *consil.* 88. *Quoniam. num.* 12. *versic. sed præmissis,* vbi, quod est notatu dignum, & est Barbatiæ, & *consil.* 89. *num.* 9 *versic. item respondeo lib* 5. & *consil.* 81. *Lecto. num.* 12 *vers. vnde dato. lib.* 3. † Amplia; quia licet is, qui possidet cum titulo, præ- 19
sumatur habere bonam fidem, intelligitur tamen si illam alleget, alias non. Afflict. *decis.* 178. *num.* 14. *vsque in fin.* Alex. plene *consil.* 92. *Viso. num.* 2. *versic. & est allegata. lib.* 5. vbi apostill. citat eundem Alexand. *consil.* 69. *num.* 13. *lib.* 3. † Extende, quia licet Iudex non de- 20
beat pronunciare super non prosequutis, sed solum partes absoluere ab obseruatione iudicii; tamen id procedit, nisi actor per calumniam distulisset prosequi, *l. de rebus, ff. de arbitr.* & calumnia ista debet allegari, alias non releuat. Doctor. * *in l. licet. C. de iudic.* † Ex- * 21
tende; quia agens Publiciana, licet ex titulo, & traditione rei vacuæ præsumatur habere bonam fidem, ita vt non teneatur illam probare. Alexand, *consil.* 45. *lib.* 3. per *l. penult. C. de euictio.* & glosſ. *in l. penult. Institut. de vsucap.* Deci. *consil.* 375. Balb. *tract. de præscript. in* 1. *quæst.* 2. *part.* 3. *quæst. princip.* debet tamen ex necessitate allegari, *l. si adulterium cum incestu. §. iidem Pollioni. ff. de adulter.* vbi Bald. & Ang. dicunt, quod cautus Aduocatus semper debet bonam fidem articulare, & allegare. Ang. *in l. eum qui. §. fin. ff. de p. hæred.* Alexand. *consil.* 200. *col.* 1. *num.* 3. & 4. *versic. & licet lib.* 2. & *consil.* 69. *lib.* 3. incipit, *In causa, & lite. num.* 11 & *sequen. ver. item posito. quod,* vbi apostil. *in ver. allegetur,* dat concord. † Declara; quia quando aliquid præsumi- 22
tur, si allegatur, prout bona fides, poterit allegari etiam post conclusum in causa. Afflict. *d. decis.* 178. *in fine,* vbi plures allegat. Deci. *consil.* 267. *num.* 5. *col. fin. in fin.* Alexand. *consil.* 200. *lib.* 2. idem Deci. *in l. non hoc. C. vnde cognat. col.* 2. plura allegat. † Amplia; quia is, qui 23
prætendit probare aditionem hæreditatis præsumptam ex actu hoc inferente, debet hoc allegare, alias talis actus non releuat; quia habens præsumptionem pro se, nō releuatur, si non alleget. Corne. *consil.* 216. *in fin lib.* 3. plene Afflict. *decis.* 14. *num.* 7. *vers. & licet ex actibus.* † Amplia, quia intentans remedium legis, vel statuti 24
extraordinarium, nisi exprimat, non releuatur. Bart. *in l. absit. C. de priuil. domus Augustæ. lib.* 12. Marsil. *singul.* 158. *Hodie in fine.* Vide, *Ex-*
pressio indiuidua, & specialis, quando requiratur. Concluſ. 652. † Amplia, 25
quia in remedio *can. restituenda.* 3. *quæst.* 1. agens debet nō solum possessionem allegare, sed dominium, quod præsumitur, vel præsumptiue probatur ex possessione, alias succumberet. Castrens. *consil* 105. *In quæstione, in fin. lib.* 1. † Amplia; quia libellans se fuisse 26
dominum abnegat se dominum de præsenti, licet præsumptio sit, quod dominus de præterito sit etiam de præsenti; quia in libello debet allegari; secus in articulis, alias sequi non posset sententia, tanquam super libello inepto. Castrens. *consil.* 250. *Viso puncto, col.* 1. *& sequent. ver. secunda ratio. lib.* 2. † Amplia; quia beneficium com- 27

petens alicui ex lege, vel statuto, intelligi debet, si ille, cuius fauore inducitur, petat. Vide plura *in ver. Petitio remedii legis est necessaria, vt sit locus remedio. Concluſ.* 329. Vide, *Dispositio legis, vel statuti habet locum, si petatur. Concluſ.* 500. † Amplia, quia confessio partis aduersæ, quæ releuat ab onere probandi, ita demum releuat, si fuit in libello, vel articulis deducta, & allegata, alias non. Ita Castrens. *consil.* 155 *In causa, quæ vertitur, in princip. lib.* 2. vbi, quod in libello deducens multum, vel in articulis non releuatur ex probatione facta de confessione. † Amplia, quia is, qui semel possedit, præsumitur continuasse possessionem per decem annos, si ipse hoc alleget in processu, alias non. Alexand. *consil.* 35. *Consideratis. num.* 7. *vers. & sic non iuuat, si diceretur. lib* 7. Vide, *Possessio quando præsumatur continuata, vel non. Concluſ.* 417 *n.* 4. *& seqq.* † Amplia, quia is, qui petit absolutionem à iuramento propter læsionem, vel deceptionem, debet ipsam læsionem, vel deceptionem allegare, quia non resultat præsumptio super non allegato. Castrens. *consil.* 174. *Contra superius consulta. colum. fin. versic. sciendum tamen est. lib.* 1. † Amplia, quia filius in potestate succedens hæres patri, licet non præscribat pro hærede, neque pro suo, nisi doceat de titulo defuncti patris, sufficit tamen, si non potest ostendere titulum, quod illum alleget, & probet per aliquas coniecturas, & se putare illum verum, quia sufficit. Castrens. *consil.* 158. *Visa supradicta. colum.* 2. *prope fi. vers. pro hoc etiam, lib.* 2. † Amplia, quia compensatio, vbi inducitur à iure communi, ipso iure inducitur, si allegetur, alias non. Castren. *consil.* 463. *col.* 3. *ver. præterea suppositio*, vbi apposti *. in ver. quantitatem. lib.* 2. † Declara, quia quando ius concedit aliquid alleganti, & accusanti, vel denuncianti, semper intelligitur, si probet allegatum, accusatum, vel denunciatum, plene Alexand. *consil.* 78. *Viso. num.* 27. *vers. & vbi iura concedunt. lib.* 5. quod est notandum pro iis, quibus datur præmium, qui propalauerint delinquentem, quia intelligitur, si probauerint. † Amplia, quia probans impleuisse in genere principalia capitula, præsumitur etiam min ma impleuisse, de quibus impossibile est habere probationes. Rom. *consil.* 76. *In causa nobilis. numer.* 4. *versic. quoad quartum*, prout in simili de administratore, qui expensas maiores iustificat, quia minores, in quibus non vocatur testes, præsumitur iustificasse. Castrens. *consil.* 302. *Ad bene examinandum. num.* 3. *& seqq. lib.* 1. quæ præsumptio habet locum, si allegatur, alias non. Roman. *consil.* 77. *Pater Reuerendo, in princip.* † Declara omnes ampliationes, quod præsumptio debeat allegari, alias non releuat, procedere, siue expresse, siue tacite allegetur, & dicitur is, qui iurauit super beneficio, tacite beneficium allegasse, quia qui vult consequens, vult etiam necessarium antecedens. Roman. *d. consil.* 77. *in princ.* vbi, quod idem operatur tacitum, quod expressum in hoc, & apostill. ibi *in ver. tacita*, dat concord. † Declara secundo, quia beneficium non debet allegari, quando illud beneficium competit facto alterius, quia tunc non est necessaria allegatio. Ita Rom. *d. consil.* 77. *num.* 2. *ver. secundo respondeo*, vbi dicit esse notabile, & apost. ibi *in ver. alterius*, dat concord. † Amplia generaliter, quia quando aliquod beneficium competit alicui iure speciali contra ius commune, semper illud beneficium debet allegari, & exprimi, alias non releuat, prout exceptio, quod debitor aliud pro alio ex iure speciali soluere possit, *auth. hoc nisi. C. de solutio.* quia debet exprimi. Rom. *consil.* 163. *Constitutio. n.* 3. *ver. sed præmissa oblatio.* † Extende; quia beneficium statuti, vel alterius constitutionis contra ius commune debet allegari, licet nō produci. Abb. *in Cap. pastoralis. num.* 2. *de fid. instrum.* vbi videtur velle, quod beneficium iuris etiam debet allegari. † Extende; quia iura extrauagantia non habent locum, nisi allegentur, etiam si nota sint, sed ea casu non producuntur. Abb. *d. cap. pastoralis. n.* 2. *de fid. instrum.* † Amplia; quia imo, vbicunque dolus, & fraus est causa dandæ actionis, fraus, & dolus debent in libello allegari, & exprimi. Alex. *consil.* 83. *Interrogatus. num.* 3. *in fi. num.* 4. *vers. sed in d. libello. lib.* 5. † Extende in casu notabili; quia licet in interdicto vti possidetis, vel retinendæ, probans solum de antiquiori possessione obtinere debeat contra habentem possessionem iuniorem etiam cum titulo; tamen istud procedit, si in libello antiquior alleget, iuniorem clam possidere respectu suæ possessionis; alias non. Alexand. *consil.* 88. *Quoniam. n.* 12. *lib.* 5. vbi dicit notandum, *supra n.* 17. *& sequen.* † Amplia, quia consuetudo, quæ est contra ius, quod dos data à patre filiæ per mortem eius applicetur filiis, non patri, etiam si esset notoria, debet allegari, vt releuet. Alexand. *conſ.* 67. *In causa & lite. num.* 2. *lib.* 2. Vide, *Notorium quando debeat allegari, & probari. Concl.* 108. † Limita in præsumptione resultante ex lapsu tanti temporis, quod non extet memoria in contrarium; quia procedit, etiam si non deducatur, neque allegetur. Innoc. & Bald. *in c. si diligenti, de præscript.* Socin. *consil.* 127. *Visis capitulis. n.* 8. *lib.* 1. Ias. *in l. si certis annis. col. fi. in* 10. *limit. C. de pact.* post Ang. & Cast. ibi. Vide, *Tempus immemorabile operatur multa, & habet multa priuilegia. Concl.* 40. *n.* 19. *& seq.* vbi declaratur. † Limita, quia licet bona fides debeat allegari per eum, qui agit Publiciana, vel etiam in aliis casibus: sufficit tamen, si allegatio tacita resultat ex expressis; puta, si agens Publiciana docuit de titulo, & traditione rei sibi facta, & dixit se per tantum tempus possedisse, quod præscripsit; quia ex quo præscriptio non processit, sine fide, consequenter tacite allegauit bonam fidem, quod sufficit. Alex. *consil.* 200. *lib.* 2. Dec. *in l. non hoc. C. vnde cognat. col.* 1. Vide, *Titulus quando debeat allegari. Concl.* 319. Vide, *Notorium quando debeat allegari, vel non. Concl.* 108. Vide, *Allegatio sola tituli quandoque sufficit. Concl.* 254. infra proxime.

Allegationes in iure qualiter fieri debeant. Conc. 253.

ALLEGATIONES † debent fieri cum authoritate legis, vel glossæ, aut Doctoris, seu authenticæ scripturæ, plene Ias. *in l. illam. n.* 5. *& multis seq. vers. item in quantum, C. de collatio.* † Amplia, vt etiam sufficiat allegare authoritatem Doctoris, licet non dicatur, in qua lege, dummodo allegetur titulus, ita seruat Lap. *alleg.* 89. *num.* 3. *in fin. & num.* 4. *in princip.* † Amplia; quia imo sufficiat allegare rationem naturalem. Vide, *Ratio naturalis operatur multa. Concluſ.* 33. † Amplia; quia potest Iudex allegationes in iure à vnius partis accommodare alteri; quia supplet in iis, quæ sunt iuris. apostil. ad *decis. Guid. Pap.* 242. *ver. apparet, quod non.* † Amplia; quia erubescimus, cum sine lege loquimur, *auth. de triente & semisse, in §. consideremus.* † Extende; quia ratio non sensata non attenditur. Vide, *Ratio non sensata non attenditur. Concl.* 38. Vide, *Erubescimus, cum sine lege loquimur. Concluſ.* 331.

Allegatio sola tituli quandoque sufficit. Concl. 254.

ALLEGATIO † tituli ab eo, qui per decem annos est in possessione recipiendi præstationem annuam vniformem, inducit præsumptionem tituli allegati; secus si non allegetur. Alexan. *consil.* 142. *Viso processu. num.* 7. *versic. plus dixit. lib.* 6. † Extende; quia sicuti inducitur præsumptio tituli allegati ex præstatione decennali; ita etiam si probetur consuetudo, & obseruantia decem annorum, & allegetur, quod longiori tempore fuerit obseruatum, inducitur præsumptio longioris obseruantiæ necessariæ. Alexan. *d. consil.* 142. *num.* 7. *lib.* 6. vbi reddit rationem; quia sicuti præsumitur titulus; ita debet præsumi longior obseruantia, quatenus sit necessaria. † Contrarium tenet apostill. ad Alexand. *d. consil.* 142. *num.* 7. *lib.* 6. *in verb. præsumeretur*, quæ nihil allegat. Vide plenius de hac materia, quando sola allegatio releuet, *in ver. Seruitus realis aliqua continua, aliqua discontinua. Concluſ.* 224. *num.* 8. *& seq. ver. limita maxime.*

Alexandriæ Ciuitas, eius statuta, priuilegia, & consuetudines. Concl. 255.

ALEXANDRIÆ † Ciuitas est de dominio Ducis Mediolani. Ias. *consil.* 101. *Immunitas, lib.* 4. vbi, quod habet antianos octo, sapientes duodecim, qui vna cum Iudice repræsentant consilium. † Habet literas Ducis de anno 1415. quod nullus Ciuis eximatur à contributione onerum, concessas à Duce Mediolani; quæ tamen non tollunt exemptionem concessam à Communitate, vel quando dictis literis fuit derogatum. Ias. *d. consil.* 101. *num.* 4. *ver. quarto per te. lib.* 4. † Ciuilitatem potest concedere iure suo Communitas Alexandr æ. Sig. *consil.* 229. vbi, quod non potest officialis etiam maior facere legem, nisi respiciat publicam vtilitatem. † Alexandriæ est statutum, quod banniti possint impune offendi, Bald. *consil.* 193. *Statuto Ciuitatis. lib.* 2. vbi, quod comprehendit etiam bannitos in contumaciam. † Item, quod requisitus pro maleficio, si non venerit intra certum terminum, habeatur pro confesso. Bald. *d. consil.* 193. *in princ. ver. alio statuto. lib.* 2. † Item, quod in causa criminali nō admittatur procurator. Bald. *d. consil.* 193. *versic. quæritur, vtrum. lib.* 2. † Item, quod inducens falsos testes perdat causam, quod habet locum, etiam si falsi testes inducantur à procuratore, quia imputandum est domino, qui talem elegit procuratorem. Signor. *consil.* 229. *in fin.* vbi loquitur, quando non est soluendo procurator. † Item statutum, & consuetudo redacta in scriptis est Alexandriæ, quod filia dotata etiam in minori summa, quā sit legitima, sit contenta, & valet statutum tollens legitimam. Signor. *consil.* 232. *num.* 3. *vsque in fin.* † Item, quod maritus nihil possit relinquere vxori in vltima voluntate, quod statutum censetur iustum, & quasi iuri cōmuni consonum, quia sicuti coniuges in vita prohibētur, ne mutuo amore inuicem se spolient, donare; ita etiam in vltimo vitæ spiritu.

spiritu, in quo adhuc durat matrimoniũ, relinquere, Christoph.
10 Castil. *cons.2. P. certos filios, n.3. & seq. ver. de secunda.* † Et tale statutum inhabilitat maritum & vxorem, vt etiam non valeat extra territo-
11 rium tale testamentum. Castill. *d. cons.2. nu.5.* † Statutum, quod de hauere Communis non possit concedi per antianos, & sapientes, sed per consilium generale, non applicatur ad immunitates; quia hauere intelligitur de dominio, & bonis. Ias. *d. cons.101. col.4. num.4. ver. secundo pro parte. lib.2.* vbi, quod tali statuto fuit etiam derogatum per aliud statutum contrarium.

Aliena res alienata, vel legata quando debeatur. Concluſ.256.

1 REGVLAM † facias, quod res aliena potest vendi, & vendens
obligatur de euictione. Vide, *Vendere quilibet potest rem alie-*
2 *nam. Concluſ.53.* † Et donans rem alienam obligatur, & in præiudicium sui valet donatio, licet non in præiudicium domini ipsius rei, *l. si pignori. §.1. ff. de furt. l. Aristo. ff. de donation. l. si alienam. ff. de do-*
natio. cauſ. mort. & not. *in l. rem alienam. ff de contrah. emptio.* Vide, *Do-*
3 *nari non potest. Concluſ.645.* † Et quando donans teneatur de euictione. Ias. *consil.73, in tertio, & vlt. dubio. lib.1.* Vide, *Euictio non habet*
4 *locum multis casibus. Concl.366.* † Et legans potest legare rem alie-
nam, & qualiter res legata debeatur, vel non. Vide, *Legatum rei alie-*
5 *næ quando debeatur. Concluſ.63.* † Et legatum rei propriæ legatarii an
6 valeat. Vide, *Legatum factum de re legatarii. Concluſ.64.* † Declara; quia res aliena si est legata, si legans habet ius in ea, censetur legasse solum ius, quod habet, *l. si domus. §. si fundus. ff. de legat.1.* Oldrad.
7 *consil.270. num.3. versic. quia cum aliquis.* † Et vendens, quando solum ius, quod habet vendere censeatur. Vide, *Ius suum quando quis*
censeatur concedere, & non vltra. Concluſ.632. Vide, *Fideicommiſſum an*
valeat in bonis hæredis. Concl.245. Vide, *Testator qualiter rem alienam, vel hæredis legare posit, vel non. Concluſ.140.* Vide, *Vendens quando ius*
suum tantum, quod habet, vendere dicatur. Concl.52.

Alienatio quid sit, & quæ dicatur alienatio. Conc.257.

1 ALIENATIO † est omnis actus, per quem dominium transfertur. Oldrad. *consil.270. n.2.* Lap. *allegat.41. in prin.* Bald. *cons.*
108. Quæritur, vtrum, in princ. lib.1. Pet. de Anch. *cons.102. Quæstio est*
talis, in princ. Castr. *cons.270. Dubitatur. lib.1. in princ.* & qui dicit alienasse, fatetur omne dominium a se abdicasse. Alex. *cons.108. Viso.*
num.3. lib.6. & cons.29. Clarissime. num.15. ver. constat autem. lib.7. vbi
2 apostil. *in ver. dominii*, dat concord. † Et proprie sumptum vocabulum alienationis debet intelligi de actu, vel contractu, per quem transfertur dominium. Alex. *cons.41. Viso themate, in fin. lib.6.* vbi,
quod in pœnalibus proprie sumitur, & in odiosis. Vide, *Alienatione*
3 *prohibita, quid sit prohibitũ. Concl.261.* † Amplia; quia alienatio dicitur omnis contractus, per quem dominium transfertur; ideo ille, qui potest alienare, etiam vigore statuti potest donare; quia donatio est alienatio, quando fit inter viuos. Cardin. Zabarell. *cons.15.*
4 *Quo ad maritus.* Felin. *in c. fin. num.8. de accusat.* † Et quod sub verbo alienationis comprehendatur donatio. Petr. Ancharan. *consil.102.*
5 *in princip.* † Extende; quia procedit ampliatio, tam in permissiuis, quam in prohibitis; ideo permissa alienatione permittitur donatio, & prohibita alienatione prohibetur donatio. Petr. de An-
6 char. *dict. consil.102. in princip.* † Amplia, quia alienatio large sumpto vocabulo comprehendit etiam legatum per modum institutionis in testamento factum. Calder. *consil.331.* alias *2. de testament.*
7 † Amplia, quia alienatio late sumpto vocabulo comprehendit etiam diuisionem, quia in parte diuisa transfertur dominium. apostil. ad Castrens. *cons.270. lib.1. in versic. alienationis*, allegat Felin. *in*
8 *cap. quæ in Ecclesiarum, num.63. de constit.* † Declara, quia is, qui prouocat ad diuisionem, dicitur ex causa voluntaria facere, qui vero prouocatus est, dicitur ex causa necessaria facere, ideo stante prohibitione, is, qui prouocat, contrauenit, non prouocatus. Angel.
Aret. *consil.28. Ad decisionem. num.21. & sequent. versic. secundo pro hoc.*
9 † Extende, quia etiam continetur permutatio, late sumpto vocabulo. Castrens. *dict. consil 270. Dubitatur nunquid. lib.1. per tot.* vbi restringit, quando fauore loci pii alienatio prohibetur, quia tunc si
10 constat de vtilitate loci pii, potest permutare. Vide infra, *Alienatione prohibita, an impropria alienatio cõprehendatur. Concl.264.* † Amplia, quia alienationis verbum cõtinet etiam successionem ab intestato. Curt. Iun. *cons.4. num.11. & sequen.* vbi, quod dicitur alienatio præsumpta, & non ficta, quæ venit etiam in contractu, & materia stricta, & multo magis in dispositione testamẽti, & sic com-
prehendit hæredis institutionem. Vide, *Alienatio permissa quãdo ve-*
11 *rificetur in institutione hæredis. Concl.260. in prin.* † Amplia; quia decedens ab intestato dicitur tacite alienare in agnatos; & ideo est tacita alienatio, quæ prouenit ex successione ab intestato. Bald.
consil.117. Præmittendum est, in fin. ver. non est enim omittendum. lib.3.
† Restringe, vt non procedat, quando succedunt sui hæredes; 12
quia suitas non patitur, vt dici possit tacita alienatio. Bald. *d. cons.*
117. *in fine. lib.3.* † Amplia; quia concessio in emphyteusim perpe- 13
tuam dicitur alienatio; & ideo si testator prohibuit domum, quam legauit confraternitati, posse alienari sub pœna, non potest concedi in emphyteusim perpetuam, neq; locari ad longum tempus. Angel. Aretin. *cons.25. Locando. in prin.* † Extende, vt pro- 14
cedat, etiam si testator, qui prohibuit posse alienari, dixit; quia vult sub pœna, quod debeat locari in perpetuum, quia non intelligitur illud, *in perpetuum*, de vnica locatione perpetua, sed de pluribus locationibus ad modicum tempus perpetuo faciendis. Angel. Aret. *d. cons.25. n.4. & seq. ver. nec obstat.* † Declara, quia licet alie- 15
natio sit facta contra prohibitionem, tamen non incurritur pœna, quando locatio fuit facta nulliter à non habentibus mandatum speciale. Ang. *d. cons.25. n.7. & seq. ver. ex his posset inferri.* † Am- 16
plia, quia alienatio dicitur concessio in emphyteusim ad vitam in materia alienationis bonorum Ecclesiæ, vt requiratur solemnitas, omissa disputatione, an sint venditi fructus, vel vtile dominium. Gemi. *cons.48. Pro examinatione, in prin.* † Amplia, quod locatio 17
ad longum tempus est alienatio, & dicitur longum, vel magnum tempus spatium decem annorum. Lap. *alleg.31. in princ. & fin.* Bald.
consil.415. Præmittendum est, in princip. lib.1. Dec. *cons.203. In causa Re-*
uerendißimi, per tot. qui loquitur in locatione ad vitam, vt licet sit incerta vita conducentis, vel locantis; tamen est alienatio, & iudicatur de ea, vt de alienatione, & communem * dicit Arias Pinel. *in* *
repet. l.1. C. de bon. mater. in 3. part. n.63. ver. similiter locatio. Ang. Aret.
d cons.25. Locando. in prin. † Contrarium tenet Feder. *cons.210. n.2.* 18
ver. præterea. vbi, quod concessio in emphyteusim propriè non est alienatio; ideo non comprehenditur in dispositione stricte sumenda. † Declara; quia locatio ad longum tempus, puta, decem 19
annorum dicitur, & est alienatio; quia transfertur vtile dominium, * & sic ius in re ipsi conductori acquiritur secundum * com- *
munem; sed tamen non transfertur proprietas, quæ remanet penes locantem; ideo non est alienatio vera, & totalis, & propriè ea non habet omnes effectus, quos habet vera alienatio, quod patet; quia per veram alienationem transfertur propietas, & reuocatur legatum; & multa sunt alia, quæ non habent locum in locatione ad longum tempus. Alex. plene *cons.168. Stantibus. in prin. & per*
tot. lib.6. † Distingue, aut est prohibita alienatio simpliciter pro- 20
pter se, & est prohibita locatio, & concessio cõmoditatis ad longum tempus, aut alienatio est prohibita, ne fiat præiudicium tertio in dominio directo, vel iure suo; & tunc est licita concessio cõmoditatis, & locationis ad lõgum tempus. Bald. Nouel. *in tract. de*
dot. in 6. part. priuil. 56 vbi recitat opiniones, & ita soluit. † Declara, 21
vt per Cald. *cõs.187.* alias *11. de iureiur.* vbi, quod alienatione prohibita, non cẽsetur prohibita alienatio fructuum, & locatio ad longum tempus, & ita videtur tenere Fed. de Sen. *cons.189.* vbi, quod is, qui iurauit non alienare bona Ecclesiæ, nõ efficitur periurus, si alienat fructus, & idem Cald. *cons.269.* alias *7. de reb. Eccles. non alien.*
vbi duplicatur, & tenet, quod licet talis alienatio fructuũ sit prohibita; tamen non efficitur periurus; quia proprie nõ est alienatio, ideo excepta materia alienationis bonorũ Ecclesiæ alienatio fructuũ non venit sub prohibitione alienationis, ita distinguit Cald.
d. cons.269. ex mente Accursii & aliorum. † Extende, vt talis iura- 22
mentum de alienando bona Ecclesiæ non comprehendat alienationẽ licitam. Cald. *d. cons.187. in prin.* alias *11. de iureiur.* † Extende, 23
vt non comprehendat rem paruã, quę potest alienari. Cald. *d. cons.*
187. & Fed. de Sen. *cons.210. n.2.* quem etiam Gemi. ibi *in cons. Cald.*
187. *in fi.* alias *11. de iureiur.* sequitur, quod duplicatur *cons.269.* alias
7. de reb. Eccles. † Restringe in materia bonorum Ecclesiæ; quia ap- 24
pellatione alienationis prohibetur omnis alienatio, & concessio in emphyteusim, & locatio ex forma iuris ad longum tempus, ideo iuramentum intelligitur secundum formam iuris declaratam in hac materia. Cald. *d. cons.187.* quod est Gaspar. Cald. & Gemi. alias *11. de iureiur.* vbi, quod magis late interpretatur alienatio in hac materia, & duplicatur *consil.269.* alias *7. de rebus Eccles. non alien. in.*
† Amplia, quod res alienata dicitur eo ipso, quod est occupata, id- 25
eo lex loquens de re Ecclesiæ male alienata, habet locum in re occupata, seu intrusa; quia eo ipso dicitur alienata. Lap. *alleg.61. nu.2.*
ver. nec obstat, & n.3. † Amplia, vt etiam in materia alienationis bo- 26
norũ Ecclesiæ veniat suppositio bonorũ oneribus laicorum; quia est species alienationis, large sumpto vocabulo; Ideo, qui iurauit non alienare bona Ecclesiæ inconsulto R. Pontifice, est periurus si patitur bona Ecclesiæ describi in æstimo laicorũ, & collectari, etiã

si hoc sit solitum. Calder. *cons.* 269. alias 6. *de rebus Eccles. non alienan.*
27 † Amplia in vnione; quia sapit naturam alienationis, ideo requiritur solemnitas, quæ adhibetur in alienatione. Calde. *cons.* 271. alias 9. *de rebus Ecclesiæ*, vbi, quod vnio licet non possit fieri de Ecclesia exempta per Abbatem exemptum; quia est species alienationis;
28 tamen si est facta, præbet titulum præscribendi. † Amplia; quia alienatione prohibita per statutum, prohibe. ur etiam hypotheca, & pignus; quia per hypothecam peruenitur ad alienationē. Bald. *cons.* 219. *Præsuppositio statuto lib.* 1. & vide apost. ad Fel. *in cap si. num.* 8.
29 *in ver. alienare, de accusat.* † Extēde; quia prohibita alienatione, prohibetur præscriptio, & quæ sint prohibita, vel non, late apostil. ad
30 Felin. vbi supra. † Extende; quia imo vsucapio, & negligentia non petendi, vel non recuperandi rem, aut non vtendi seruitute, per quam negligentiam ius, vel res perditur, dicitur alienatio. Ang.
31 Aret. *cons* 28. *n.* 5. & 6. *ver. capio primum.* † Extende; quia prohibetur pactum de ingrediendo; quia est alienatio. Ang. Aret. *d. cons.* 28. *Ad*
32 *decisionem n.* 5 *& seq. ver. capio primum.* † Quamuis per verba, *& quibus dederit, & c.* censeatur concessa facultas alienandi: proprie tamē non venit alienatio, quæ ex delicto prouenit. Curt. Iun. *consil.* 4. *in*
33 *princip. ver. sed difficultas.* † Extende, quia dicta verba intelliguntur, quatenus faciant alienationem expressam, & sic de expressa. Curt.
34 Iun. *d. cons.* 4. *num.* 2. *ver. secundo principali.* † Contrarium, quod imo comprehendatur alienatio, quæ fit per successionem ab intestato. Curt. Iun. *d. cons.* 4. *n.* 3. *& per tot. vers. Præmissis tamen non obstantibus. & n.* 3. vbi, quod æquiparantur ista duo, *pro se, & hæredibus qui-*
35 *buscunque*, vel, *& quibus dederit*, vbi plura tradit. † Declara; quia verbum alienationis permissiue prolatum comprehendit etiam alienationem, quæ fit in vltima voluntate. Alexand. *cons.* 226. *Ponderatis. num.* 7. *ver. quia verbum. lib.* 6. † Limita, quia locatio ad modicum
36 tempus, seu venditio fructuum ad modicum tempus bonorum Ecclesiæ est permissa; quia non est alienatio, dummodo non fiat in fraudem. Cald. *cons.* 270. alias 8. *de reb. Eccles. non alienan.* Bald. *con-*
37 *sil.* 415. *Præmittendum est, in princip. lib.* 1. † Limita; quia fideiussio indemnitatis non est alienatio; quia non agitur de dominio transferendo. Alex. *consil.* 79. *Clarissime. num.* 15. *versic. constat autem, lib.* 7.
38 † Limita; quia appellatione alienationis non venit proprie bonorum obligatio, sed per quandam interpretationem; ideo ex proprietate verborum non continetur, nec etiam ex maioritate ratio-is. Fel. *in c. ult. n.* 8. *ver. fallit quarto, de accusat.* Corbulus *de iur. emphyt. tit. de caus priuat. ob alienat. q.* 6.

Alienatio est permissa regulariter cuicunque. Conclusio 258.

1 ALienatio † est permissa de iure communi omnibus. Oldrad. *consil.* 159. *num.* 8. *versic. si igitur.* Roland. à Vall. *consil.* 80. *n.*
30. *lib.* 3. Vide, *Rei suæ quilibet est moderator, & arbiter. Conclus.* 112. Vi-
2 de, *Permissa censentur omnia non prohibita. Conclus.* 298. † Amplia, etiam si quis habeat solum vtile dominium, excepto emphyteuta, & curiali, qui sunt casus speciales. Oldrad. *d. consil.* 159. *num.* 8. *ver-*
3 *sic. si igitur*, vbi, quod regula est in contrarium. † Amplia, etiam si ex pacto expresse esset inhibita; quia nihilominus non impeditur translatio dominii, licet ad interesse alienans teneatur. Oldrad. *d.*
27 *conſ.*215.*Ponderatis.n.6.ver.confirmo.lib.6.* †Extende;quia ſtatutum prohibẽs minorem poſſe contrahere,vel diſtrahere vel alienare, aut donare etiam cauſa mortis, non prohibet ipſum poſſe teſtari. Bald.*conſ.*233.*Verba ſtatuti.lib.*2.maxime,quãdo ſtatutum requirit ſolemnitatem curatoris; quæ non conuenit vltimæ voluntati, &
28 *conſ.*37.*in fi.lib.*3.† Amplia, vt procedat,etiam ſi ſit facta prohibitio, ꝙ non poſſit quoquo modo vendere, alienare, permutare, vel pignorare,vel quouis alio titulo in alium transferre,licet plus importent; tamen non impediunt translationem, neq; hæredis inſtitutionem.Alex.*d.conſ.*155.*nu.*3.*ver.ad prædicta.lib.*2.*&* *n.*4. vbi declarat procedere,quando primo dederat licentiam inſtituendi hæredes, vel quando conſtat ex præcedentibus, vel ſequentibus de mente teſtatoris,& eum ſequitur ibi apoſtill.*in ver.quod non.in*
29 *fin.*†Extende;quia vbicunq; quis prohibetur quoquo modo alienare ſine conſenſu alterius, vel vſquequo ſit ætatis annorum 25. non prohibetur hæredẽ inſtituere, neq; extenditur ad teſtamen-
* tum. Alex.*d.conſ.*155.*n.*5.*& ſeq.lib.*2. vbi *nu.*6. dicit * communem, *n.*7. dicit, quod prohibitio ob imbecillitatem facta nũquam tra-
30 hitur ad teſtamentum. † Amplia etiam in ꝓhibito alienare quoquo modo per decretum,vel reſcriptum Principis; quia nõ prohibetur teſtari,& hæredem inſtituere. Bald. *d. conſ.* 37. *Decreto, vel*
☞ *reſcripto.lib.* 3. Vide, *Statutum circa alienationem illam prohibens, vel*
31 *admittens qualificate. Concl.*464. †Extẽde maxime;quia quis nunquam prohibetur inſtituere hæredem filium, vel coniunctum; quia dicitur quaſi neceſſaria alienatio, quæ fit in filio inſtituto
32 hærede.Bald.*d.conſ.*37.*lib.*3.*in pr.*†Amplia;quia ꝓhibitus alienare domos, quas teſtator conſeruari liberis ſuis voluit ꝑpetuo, non prohibetur filiabus fœminis, vel etiam nepotib. ex fœmina per inſtitutionem hæredis dimittere;quia non eſt proprie alienatio; & quia ſui hæredes filii,qui ſunt in poteſtate,non cenſentur prohibiti.Bald.*conſ.*52.*Subſtitutio facta.lib.*2. Alex. *conſ.*56.*nu.*5.*ver.quo autem ad tertium.* qui loquitur, quando teſtator voluit bona perpetuo conſeruari in hæredibus, & ſucceſſoribus, *lib.* 1. vbi dicit
* 33 * communem. † Amplia,quando res prohibita eſt alienari inter extraneos;quia inter non ꝓhibitos poteſt alienari.*l.pater.*§.*quin-*
34 *decim.ff.de legat.*3.†Extende,vt imo res prohibita alienari,ſi ſemel eſt effecta alienabilis inter non prohibitos, poterit etiam inter prohibitos poſtea alienari. Bald. *d.conſ.*52.*circa med.verſic.ſuper hoc.*
35 *lib.*2.†Declara prædicta procedere;quando prohibitio eſt in per-
36 ſonam; ſecus,ſi in rem. Fulgoſ.*conſ.*116.*in principi.* † Amplia; quia alienatione prohibita, ne ex dolo alienantis res tranſeat in potentiorem,non eſt prohibita hæredis inſtitutio. Bald.*conſ.*83.*poſt*
37 *med. verſ.aut alienatio. lib.*2.† Amplia;quia ſi minor prohibetur alienare ſine certa ſolemnitate, alias contractus ſit nullus, ille poterit alienare ſine ſolemnitate, ſi teſtator iuſſit alienationem. Alexand.*conſ.*215.*Ponderatis.in principi.lib.*6. vbi,quod valebit iuſſio,
☞ etiam ſi ſit data à teſtatore minore. Vide, *Minor ſine decreto non po-*
38 *teſt alienare. Concl.*248.*n.*80.*& ſeq.* † Amplia;quia ſi prohibita eſt alienatio propter imbecillitatem prohibiti, tunc ille poteſt hæredem inſtituere; quia qui prohibetur contrahere, non prohibetur teſtari. Bald. *d.conſ.*83.*circa fin.verſic.aut eſt prohibita,vt contra*
39 *alienam imbecillitatem.lib.*2. † Amplia;quia pater,qui inſtituit duas filias, & prohibet eas omnino alienare aliquid in vita ſua; quia vult, quod integra hæreditas perueniat ad hæredes filiarum, & ſi contra fiat, bona ſua deuoluantur ad Eccleſiam, cenſetur prohibuiſſe alienare,quatenus habeant filios,& deſcendentes, alias vltima filia poterit teſtari etiam in extraneos ex mente teſtatoris,& bona non erunt Eccleſiæ. Bald. *conſ.*283. *Verba teſtament. per*
40 *tot.lib.* 2. † Amplia; quia vbicunque prohibitio alienationis eſt reſtricta in vita prohibiti, ea non comprehendit hæredis inſtitutionem,vel legatum,quod ſit poſt vitam,niſi aliud repugnet, puta, quod bona ad alium ſint peruentura omnino ex diſpoſitione
41 prohibentis.Bald.*d.conſ.*283.*per tot.lib.*2. † Extende, vt idem ſit, quando prohibitio alienationis eſt ſine conſenſu certæ perſonæ; quia mortua illa perſona, cuius conſenſus requirebatur, ceſſat
42 prohibitio. Alex. *conſ.*59. *Attentis verbis.nu.*6.*lib.*3.† Amplia; quia prohibitio facta, ne poſſit quis alienare ſine conſenſu certæ perſonæ, non habet locum in inſtitutione hæredis; quia inſtitutio hæredis non poteſt pendere ex alieno arbitrio. Alex. *conſ.*59. *At-*
43 *tentis verbis.n.*6.*verſ.& conſtat.lib.*3. † Amplia; quia quando prohibitio eſt facta à lege ſimpliciter,non cenſetur prohibita hæredis inſtitutio,quæ eſt quaſi neceſſaria. Ang.de Peruſ.*conſ.*7.*In Dei nomine, Amen.Ex dicto themate.n.*3.*& ſeq.* ſequitur Socin.Iun.*conſ.*112.
*nu.*10.*&* 11.*lib.*1. vbi, quod ſecundum conſilium Angeli fuit iudicatum.Alex.*conſ.*55.*Ponderatis.n.*3.*lib.*3.† Extende ampliationem, 44
vt procedat, quando alienatio ſimpliciter eſt prohibita ab homine,ſiue in contractu,ſiue in vltima voluntate; quia non prohibetur hæredis inſtitutio. Angel. *d.conſ.*7.*num.*4.*ver.contrarium credo.*
Alex. *d. conſ.*55. *n.*3. *lib.*4. † Amplia; quia prohibitio alienationis 45
etiam in vltima voluntate facta, quando ſtat in puris terminis conſilii, non impedit hæredis inſtitutionem, & dicitur eſſe conſilium, quando teſtator in caſum contrauentionis non prouidit de pœna,neque de bonorum deuolutione,vel applicatione. Angel.*d.conſil.*7.*num.*6.*ver.reſtat ergo.* † Amplia;quia prohibitus alie- 46
nare extrã familiam, poterit alienare illis de familia, ſecundum
* communem,de qua Ioan.de Anan.*conſil.*47.*num.*5. † Declara; * 47
quia procedit,ſi ſit alienatio neceſſaria, ſecus,ſi voluntaria. Ioan. de Anan.*d.conſ.*47.*n.*6. † Amplia;quia illud,quod dicitur de hæ- 48
redis inſtitutione, quod res prohibita alienari poſſit per hæredis inſtitutionẽ transferri,procedit etiam per ſucceſſionem ab inteſtato. Roman. *conſ.*457.*Circa propoſitam.colum.penult.circa med.ver.*
cæterum.& *nu.*3.vbi apoſtill.*in ver.ſucceßio,* vbi dicit * communem *
ſecundum Alexan.quem citat *conſ.*56.*Conſideratis.col.fin.n.*6.*lib.*2.
vbi etiam citat alios. † Limita, quod prohibitus eſt feudatarius 49
alienare feudum ſine licentia domini, conſequenter etiam eſt prohibitus hæredem inſtituere, vel teſtari, quod intellige ſecundum Oldrad.*conſ.*270. quando inſtitueret non coniunctum, ſecus econtra, vide eum in princip. † Item intellige hanc limita- 50
tionem, quando ex inſtitutione hæredis alteraretur inueſtitura, & natura feudi. Alexand. *conſ.*29.*Perſpectis conſideratiſque.n.*13.*verſ.*
*ſi autem dicta bona.lib.*5. † Limita ; quia ſi ius non eſt tranſmiſſibi- 51
le; quia à morte diſponentis recipit terminum, tunc prohibitus alienare prohibetur etiam hæredem inſtituere. Bald. *conſil.*83.*An prohibita.verſic.ſolutio,diſtingue.lib.*2. † Limita, etiam ſi ius ſit tranſ- 52
miſſibile; quia ſi prohibitio alienationis eſt facta odio perſonæ, quæ fuit hæres inſtituta, tunc licet tranſierit cum vniuerſitate bonorum,tamen reuocatur. Bald. *d.conſil.*83.*ver.aut iſtud ius.lib.*2.
† Limita ; quia res prohibita alienari, vt quia eſt ſuppoſita reſti- 53
tutioni,non poteſt legari etiam per inſtitutionem etiam pio loco.Calder.*conſ.*331.alias 2.*de teſt.am.* † Extende, vt res prohibita a- 54
lienari non poſſit, maxime p[illegible]itutionem hæredis extranei alienari, ideo filius prohibitus alienare non poteſt extraneum hæredem inſtituere, ſed tenetur conſeruare vocatis, imo ſi alienat,poteſt vocatus ex fideicommiſſo propria authoritate capere poſſeſſionem,ſi ita primus teſtator diſpoſuit.Bald. *conſ.*163.*Super eo,quod.in princ.lib.*4.& ita diſtinguit Angel. *conſ.*57.*col.penult.n.*3.
& ſeq.ver.ſecundo videndum. vbi, quod ſi alienatio prohibetur ratione certarum perſonarum, ad quas prohibens voluit rem deuenire; non poteſt alienatio etiam in vltima voluntate fieri per inſtitutionem hæredis extranei; ſecus, ſi prohibitio eſſet ſimplex,& eſt Io.de Ricciis,& Nicolai,& Thomę de Canonibus.Alex.*conſ.*
56.*n.*5.*lib.*1.vbi dicit *omnes ita tenere,quando ratione certarum *
perſonarum eſt facta prohibitio. †Extende;quia ſi fuit facta pro- 55
hibitio alienationis inter fratres per laudum, vel per inſtrumentum conuentionis de non alienando in extraneos,& in caſu contrafactionis cadat alienans,& bona alienata illico ſpectent pleno iure ad alios fratres,ſeu eorum filios,& deſcendentes,ſi inſtituatur hæres locus pius, vel extraneus alias ab inteſtato non ſucceſſurus,tunc inſtituens dicitur contrafeciſſe. Bart. *l.peto.*§.*fratre.ff.*
*de leg.*1. Moder.*in l.ſi quis ita.*§.*ea lege.ff.de verb.oblig.*Dec.*conſ.*23.*col.*
*pen.& conſ.*337.Alex.*conſ.*56.*lib.*1.*& conſ.*43.*lib.*2. †Reſtringe;quia 56
ſi teſtator prohibet alienare extra ſuam familiam,& deueniat res prohibita ad filiam,quæ eſt de familia, poterit res tranſire ad ve- *
nientes ab inteſtato ipſius familiæ, ſecundum *communem, de
qua Alex.*conſ.*56.*n.*6.*lib.*1. ſupr. *concl.prox.præced.n.*25.*&* ſeq. Vide, ☞
*Prohibitus alienare quibus modis & perſonis ſit prohibitus. Concluſ.*898.
†Reſtringe,vt per Iaſ. *d.l.ſi quis ita.*§.*ea lege.n.*18.*ff.de verb.obl.*Bald. 57
*conſ.*83.*An prohibita alienatione.lib.*2. Caſt.*conſ.*324.*Super ſecũdo puncto.ver.quinto loco videndũ eſt.lib.*1. †Limita, quãdo ꝓhibitio oritur 58
ex laudo pœnato, ꝙ bona extra certã familiã non poſſint alienari;quia licet deueniant ad fœminam,quæ eſt de familia; tamen illa non poterit ſuos filios hæredes inſtituere, qui non ſunt de familia. Fulgoſ. late *conſ.*116.*Ioannes q.in princ.* maxime *num.*2.*& ſeq.*
vbi hoc tuetur pleniſſime, maxime, quando prohibitio eſt in
rem, & extra familiam. † Limita;quando alienatio eſt prohibi- 59
ta in certam perſonam nominatam; quia ea non poteſt hæres inſtitui, imo tenetur hæres prohibitus procurare, ne deueniat ad

60 eam aliquo modo. Angel. *consil. 7. num. 5. ver. tertius casus.* † Limita, quando prohibitio est per verba generalia, & verba repetita. Ce-
61 phal. *consil. 153. num. 36.* † Limita, quando prohibitio alienationis est, vt res post mortem prohibiti alteri applicetur; quia tunc prohibitus neque potest hæredem instituere, & non transit dominium; imo res potest vendicari. Bald. *d. cons. 83. post med. vers. aut est*
62 *prohibita, vt res. lib. 2. & cons. 285. lib. 2.* † Extende; quia si testator instituens duas filias prohibeat alienationem; quia vult, quod deueniant omnia ad hæredes filiarum, & in casu alienationis vocat Ecclesiam, si vna altera viuente alienat, per cõtrauentionem bona superuiuenti, non autem Ecclesiæ debentur. Bald. *d. consil. 83.*
63 *in fin. lib. 2.* † Limita; quia si res est prohibita alienari, vt Reipublicæ consulatur, puta, ne bona supposita oneribus alienentur in non suppositos; tunc non suppositus non potest hæres instituí.
☞ Bald. *d. consil. 83. in fin. vers. aut est prohibita. lib. 2.* Vide, *Vniuersalis a-*
64 *lienatio admittit multa. Conclus.* 248. † Limita, quando prohibitio alienationi est facta in certum genus personarum; quia tũc non possunt illæ personæ instituí; quia omnis alienatio censetur prohibita etiam per hæredis institutionem. Angel. de Perus. *consil. 7. num. 4. vers. quando vero prohibetur, & cons. 57. nu. 5.* Alexand. *cons. 56. Consideratis verbis. num. 5. vers. quo autem ad tertium. lib. 1.* vbi sequitur
* Angel. in dictis consiliis, & dicit * communem, & infra. *num. 69.*
65 *& seq.* † Extende, vt procedat, etiam si Ecclesia, vel pius locus hæres instituere tur; quia non valet, nisi esset Monasterium, in quod hæres ingressus esset; quia illud succederet. Angel. *d. consil. 7. num.*
66 *4. vers. quando vero.* † Restringe; quia succederet Monasterium, in quod hæres non esset ingressus, & alius hæres vocatus à lege, ab intestato; quia ad eos ista prohibitio non extenditur. Angel. *d. con.*
67 *7. num. 4. vers. quando vero.* † Declara; quia si certa persona esset nominata prohibita non succedet, etiam si vocetur à lege; quia tenetur hæres facere, quod non succedat aliquo modo. Angel. *dict.*
68 *consil. 7. num. 5. vers. tertius casus.* † Limita, quando prohibitio alienationis est realis; quia nullo modo extraneus potest hæres instituí; secus si prohibitio esset personalis; quia hæredem posset instituere. Ioan. de Anan. *consil. 47. num. 3. cum seq.* plenius Curt. Iun.
69 *consil. 225. per tot.* vbi est casus, maxime *num. 46. & seq.* † Limita; quia si prohibitio fiat, ne alienetur extra masculos descendentes de familia, non poterit grauatus instituere fœminam, neque ali-
* um extra personas vocatas à testatore. Iason *consil. 3. lib. 1. cons. 164.*
70 *lib. 4.* & supra. *num. 64.* vbi de * communi. † Extende idem, quando prohibitio est extra certum genus personarum; quia non potest hæres instituí extra illud genus, *l. peto. §. fratre.* vbi Barto. & cæteri.
* *ff. de legat. 2.* Doctor. * *in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obligat. & in l. filius familias. §. diu. ff. de leg. 1.* late Socin. *cons. 43. Visis testamento. col. 6. vers. sed prædictis non obstantibus. lib. 3.* nam prohibitus extra familiam alienare non potest hæredem facere illum, qui non est de fa-
71 milia. Dec. *cons. 422. Et pro tenui.* supra *nu. 64.* † Extende, maxime, quando constat de mente testatoris, vt quia dixit, quod nolebat aliquo modo dicta bona alienari, nec vllo vnquam tempore extra institutos, & substitutos peruenire; quæ verba important, vt neque verbo, neque facto aliqua alienatio fieri possit contra voluntatem testatoris, neque inter viuos, neque per hæredis institutionem. Socin. *consil. 251. Quoniam in præsenti, colum. 4. vers. confirmantur. lib. 2.* & quando constat de mente, non potest alienatio fieri aliquo modo. Dec. *consil. 23. Et pro tenui. col. 2.* Iason *consil. 21. In præsenti consultatione. col. 3. lib. 3.* & Roman. *consil. 457. Cir-*
72 *cà propositam.* † Declara; quia licet prohibitus alienare non censeatur prohibitus hæredem instituere, & maxime venientem ab intestato; tamen hæc conclusio, licet sit communis, est periculosa, & ab ea receditur, si prohibitio est realis, vel perpetua; & idem dicitur de successione ab intestato eius, qui est prohibitus. plene Curt. Iun. *consil. 225. per tot.* maxime *num. 51. & seq.*

Alienatione prohibita quando impropria alienatio comprehendatur. Concl. 264.

1 PROHIBITVS † alienare an possit permutare, ex quo permutatio est quidem alienatio, sed non proprie. Vide supra, *Alienatio quid sit. Conclus. 256. num. 9. & seq.* vbi quod diuisio, & permuta-
2 tio largo modo dicitur alienatio, sed non proprie. † Amplia; quia prohibitus alienare, non potest alienare in Fiscum ex delicto; quia hæc est alienatio, licet impropria dicatur, & prohibetur ei.
☞ Vide, *Confiscatio bonorum generalis quæ bona comprehendat, vel non.*
3 *Concl. 719.* † Extende; quia etiam legitima, & Trebellianica filii prohibita alienari ad tempus, puta, donec sit ætatis annorum 25. non poterit confiscari intra tempus prohibitum; quia valet prohibitio, vt per Roland. à Vall. *consil. 31. num. 30. lib. 1. & consil. 98. num. 25. lib. 2.* Thobias Non. *consil. 97.* Iul. Clar. *in prax. quæst. 78. vers. item quæro, numquid in confiscatione.* † Amplia; quia alienatione prohibita prohibetur etiam præscriptio rei prohibitæ. Vi-
4 de Socin. *regul. 13. alienari in alium prohibita,* vbi limitat duobus modis.

Alienatio bonorum à quibus prohiberi possit. Conclus. 265.

ALIENATIO † bonorum potest prohiberi per Principem. 1
Alexand. *consil. 103. Visis scriptis. num. 6. vers. sed præmissis. lib. 2.* vbi loquitur in Principe Reipublicæ Ianuensis. † Amplia in Iu- 2
dice; quia potest prohibere alienationem bonorum. Alexand. *dict. consil. 103. num. 7. ver. nec mirum. lib. 2.* quod intellige in prodigo, furioso, minore, & similibus. Calderin. *cons. 3. de pact. in fin.* alias 98. Vide, *Alienatio permissa. Conclus. 258. num. 5.* vbi declaratur.
† Extende; quia etiam potest Iudex ex causa non prodigo prohi- 3
bere alienationem certi fundi. Alexand. *dict. consil. 103. num. 7. vers. vnde videmus lib. 2.* † Amplia; quia quilibet potest prohibere alie- 4
nationem rei suæ in vltima voluntate. Vide, *Fideicommissum non potest alienari, & quando secus. Concl. 283.* Vide, *Fideicommissum ex pro-*
hibitione restricta. Conclus. 263. † Amplia etiam in contractu secun- 5
dum ea, quæ dicam in sequent. proxime Conclusione. Vide, *Fideicommissum quando inter viuos, &c. Conclus. 243.*

Alienatio qualiter prohiberi possit in contractu, vt non transeat dominium. Concl. 266.

PACTVM † inter viuos; quod quis non possit alienare etiam 1
cum iuramento, nõ impedit alienationem, quin si fiat, transeat dominium; sed tamen alienans, qui promisit cum iuramento non alienare, tenetur ad interesse. Bald. *consil. 482. Magnifici viri, in princip. lib. 1.* tradunt communiter * Doct. *in l. filius familias. §. Di-* *
ui. ff. de leg. 1. maxime, quando in instrumento pacti non adest constitutum, neque hypotheca specialis rei prohibitæ alienari, Couarru. *variar. resol. lib. 2. cap. 19.* Neguss. *in tract. de pignor. in 1. membr. 2. part. princip.* vbi *num. 5.* dicit communem, * & magis communem, *
quod specialis impedit translationem dominii, cũ pacto de non alienando; secus si sit generalis hypotheca. † Extende; quia potest 2
peti, & exigi pœna ab eo, qui contra conuentionem, & promissionem de non alienando sub pœna, alienauit: imo etiam expensæ, & damna vltra pœnam, peti, & exigi possunt, quando adest clausula, *rato manente pacto.* * Docto. *in l. qui fidem. ff. de transact.* Are- *
tin. *consil. 137.* Ioann. de Anan. *consil. 31.* & ibi Bolognin. *in additio.* Corn. *consil. 95. Viso processu. colum. 1. lib. 4. & consil. 149. colum. penult. & fin. & cons. 196. Licet. colum. 1. eod. lib. 4.* Cuman. *consil. 189. Testator. colum. fin.* Alexand. *consil. 66. In causa. num. 10. lib. 7.* Ruin. *consil. 180. lib. 1.* † Et quæ verba sint necessaria, vt impediatur translatio do- 3
minii, vide * Dd. in *l. ea lege. C. de cond. ob caus. & in l. si ita quis. §. ea lege.* *
ff. de verb. oblig. † Limita in pacto legis commissoriæ, in quo est 4
speciale, quod dominiũ retrotransfertur ex pacto expresso. Baldus *d. cons. 482. n. 3. ver. in isto autem contractu. lib. 1.* † Limita, quando 5
is, qui imponit legem, ne res possit alienari, sibi retinet possessionem rei prohibitæ alienari in casu alienationis, vel si transferat dominium sub conditione, donec fiat alienatio; quia sequuta alienatione non transfertur dominium. Bald. *d. cons. 482. num. 2. &*
3. vers. 2. proponitur. lib. 1. † Limita; quia si fiat prohibitio alienatio- 6
nis bonorum extra familiã sub pœna in laudo, alienatio fieri non poterit per hæredem prohibiti, & maxime si prohibitio est facta in rem, & non in personam. Fulgos. *cons. 116. Ioannes quondam in princ.* & quando dicatur in rem, vel in personam, plene Capic. *de-*
cis. 108. in princip. Vide, *Prohibitio alienationis. Conclus. 896.* † Limita, 7
quando in contractu prohibẽte alienari adesset etiam hypotheca bonorum; quia tunc dominium non potest transferri. Fulgos. *consil. 116. num. 3. vers. illud porro.* † Extende; quia hypotheca, siue sit 8
generalis, siue specialis, impedit translationem dominii, & contractus alienationis est nullus. *l. creditor. §. fin.* vbi Bartol. *ff. de di-*
stract. pignor. Iason in *l. final. ff. de pactis.* vbi dicit * communem. Ale- *
xand. in *l. absenti. §. 1. ff. de acquir. possess.* Aretin. *cons. 14.* & magis communem, * & veriorem dicit Soc. Iun. *cons. 118. nu. 8. li. 2.* vbi al- *
legat Soc. *cons. 80. In qu. col. 2. lib. 3.* Corn. *cons. 321. In hac consultatione. li. 4.* Nat. *cons. 474. n. 12. & seq. & n. 15.* hoc affirmat, & Crau. *cons.*
485. vbi pro vtraque, & dicit hanc magis receptam. Vide, *Locator & successor quando teneatur stare locationi. Conc. 420.* Vide Ant. Gab.
cons. li. 3. tit. de pignor. Conc. 1. Hypotheca generalis, an sufficiat. † Declara, 9
& vide pro vtraque parte in *vers. dominium an possit prohiberi trans-*
ferri. Conc. 512. nu. 23. & sequen. vbi plenissime. † Limita quando in 10
instru-

instrumento prohibitionis alienationis extat cõstitutum, vt per
11 Neguſ. *de pignor. & hypothec. in 2. part. 1. memb.* † Extende etiam, vt
procedat limitatio, quando de conſuetudine loci; prout Florentiæ, conſtitutum habetur pro appoſito. Vide, *Pactum de non alienando multa operatur. Concluſ. 36.* Vide, *Dominium an poſſit prohiberi transferri. Concluſ. 612.* Vide, *Fideicommiſſum quando inter viuos, &c. Concluſ. 243.* Vide, *Locator & ſucceſſor quando teneantur præciſe ſtare locationi, vel non. Concluſ. 420.*

Alienatio nulla non obſtat alienanti, & quando ſecus. Concluſ. 267.

1 ALIENANS † nulliter poteſt reuocare alienata. Caſtr. *in l. fin. §. ſed quia. n. 2. C. commun. de lega.* Grammat. *deciſ. 93. In cauſa Illuſtriſſ. Ducis. n. 3.* Natta *conſ. 293. per tot. & conſ. 289. nu. 6.* qui loqui-
2 tur in minore. † Extende in omnibus caſibus, in quibus alienatio eſt nulla fauore alterius, prout in re dotali propter vxorem; in re feudali propter dominum, in re ſuppoſita fideicommiſſo propter vocatos. Vide, *Vendere prohibitus quando poſſit venire contra ſuam vendutionem. Concl. 60.* † Amplia; quia alienans nulliter non cadit à iure ſuo; quia alienatio pro non facta habetur. *l. ab emptione.*
3 *in prin. ff. de pact.* late Tiraq. *de retract. §. 1. gl. 2. n. 52.* † Extende; quia poteſt reuocari ad euitandam caducitatem. Iaſ. *in l. ſi. C. de iur. emphyt.* Neguſ. *de pignor. in 2. par. in 3. membr. n. 79.* Bald. *in l. 2. nu. 3. C. de Epiſc. aud.* quem refert & ſequitur Iaſ. *d. l. fin. n. 139. C. de iur. emphyt.*
4 vbi dat alia exempla plura. † Extende; quia ex contractu nullo non debet ſolui gabella, & ſi non ſoluatur, non incurritur pœna.
5 Vide, *Gabellæ contractus. Concluſ. 18.* † Amplia; quia is, qui fecit actum nullum ipſo iure in iudicio, poteſt dicere de nullitate. Alex.
6 *conſ. 123. Diſcuſſis. n. 6. ver. & regulariter. lib. 1.* † Amplia; quia is, qui fecit diuiſionẽ nullam ipſo iure, poteſt illam impugnare, vt nullam; & contrauenire. Alex. *conſ. 137. In cauſa. & lite. num. 24. & 25.*
7 *ver. imo etiam. lib. 2.* † Amplia in alienatione nulla facta de bonis Eccleſiæ non ſeruatis debitis ſolemnitatibus; quia non ſolum Prælatus, qui alienauit, vel ſucceſſor, ſed etiam quilibet Clericus
8 ſine mandato poſſunt repetere bona Eccleſiæ male alienata. Abbas *in c. ſi quis. num. 6. & 8. de reb. Eccleſ.* vbi, quod emens perdit pretium, niſi ſit bonæ fidei, vel Eccleſia ſit effecta locupletior; & eſt ratio; quia fauore publico admittitur ad reuocandam alienationem Eccleſiæ. Franc. Marc. *deciſ. 43. n. 2. & 4.* Abb. *in c. 1. de dolo & contum. n. 13.* Vide ſupra, *Agere pro Eccleſia quando, & qui poſſint. Con-*
9 *cluſ. 243.* † Extende in alienatione facta à Rege in damnum Regni; quia cum reſpiciat præiudicium, non tantum Regis, ſed totius Regni, poteſt ipſemet reuocare alienationem. Caſtr. *conſ. 70.*
10 *Quia fruſtra. n. 7. ver. circa tertium. lib. 1.* † Declara totam iſtam materiam, vt plene per Rom. *conſ. 369. n. 23. & ſeq.* quia ſi alienauit ſine iuramento, poteſt idemmet Prælatus agere contra ſuum contractum, & recuperare; ſi vero cum iuramento alienauit, & ſiquidem præſtitit iuramẽtum de non alienando prius, prout Epiſcopi, & exempti, & eſt idem; ſi vero non præſtitit iuramentum primum de non alienando rem communem cum Capitulo; vel eiuſdem Prælati, & Eccleſiæ, ius ſit inſeparabile, & idem eſt; ſi autem ius eſt ſeparabile, & poteſt per alium conſuli Eccleſiæ; & eſt
11 idem; ſecus, ſi ius ſit ſeparabile, & Eccleſiæ non poteſt conſuli per alium; quia Prælato iuramentum obſtat. † Sed tamen etiam in iſto vltimo caſu poteſt prouidere, vt recuperet idem Prælatus. Aret. *conſ. 114.* quem citat apoſtil. ad *conſil. Roman. 369. in ver. oblig.*
12 † Limita; quia actus prohibitus valet in præiudicium gerentis actum multis caſibus, de quibus ſupra, *Actus nullus, vel prohibitus*
13 *quando valeat contra gerentem actum. Concl. 143.* Vide, *Alienatio bonorum Eccleſiæ eſt prohibita. Concl. 273. n. 82. ver. limita.* Vide, *Impugnatio facti proprij non admittitur ab eodem, & quando ſecus. 58.* † Extende multis caſibus, de quibus ſupra, *Alienatione prohibita, quæ alienatio*
14 *permittatur. Concl. 262. nu. 9. & ſeq.* † Limita; quia alienatio bonorum Eccleſiæ nulliter facta valet in præiudicium Prælati alienantis. Cald. *conſ. 258. in fin.* alias *2. de iis, quæ fiunt à Præla.* & hanc com-
* munem * dicit Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 9. n. 121.* Rom. *conſil. 284. Triplici. n. 4.* vbi apoſtill. *in ver. habeat.* dat concord. & Prob. ad Io. Monach. *in c. 1. de reſtit. in integr. lib. 6. n. 20.* allegat Afflict. *deciſ.*
15 *480. Vincentius. n. 2. & 3.* † Extende; quia licet alienatio feudi ſine licentia domini ſit nulla quoad translationem dominii; tamen valet quoad alienantem, vt actio perſonalis quæratur emptori, & agat de euictione. Dec. *conſ. 184. In cauſa. n. 7.* Alexan. *conſ. 129. Viſo*
16 *proceſſu. lib. 4.* Menoch. *d. tract. de recuper. remed. 9. n. 122.* † Idem eſt in feudo ex delicto Prælati deuoluto, quod delictum licet non noceat Eccleſiæ, nocet tamen delinquenti in vita ſua. *c. ſimiliter. §. item ſi Clericus. de leg.* Conrad. *in vſib. feud.* Rom. *conſ. 369. n. 25. ver. vnde*
17 *Dominus Antonius.* † Extende; quia illud, quod dicitur, neminem

poſſe contra legem diſponere, intelligitur in præiudicium tertij; ſecus eſt in præiudicium diſponentis. Alexand. *conſ. 113. n. 7. lib. 4.*
† Contrarium, quod nec valeat alienatio in præiudicium Prælati, tenet Rip. *in c. ſæpe. n. 95. de reſtit. ſpol.* plene Iaſ. *in l. ſi donationẽ. n.* 18
7. verſic. ſecundo prædictam regulam. C. de collat. vbi citat Bart. Imol. & Alex. quia actus eſt prohibitus à lege. *l. quemadmodum. C. de agri. & cenſ. lib. 11. Iubemus. §. ſane. il 1. C. de Sacroſ. Eccleſ.* plene Prob. ad Io. Monach. *c. 1. n. 21. de reſtit. in integr. lib. 6.* vbi citat plurimos. † Et pro 19
hac opinione contraria faciunt dicta per Rom. *conſ. 369. n. 24. ver. huic tamen diſtinctioni.* vbi allegat iura, per quæ non poteſt Prælatus adminiſtrator Eccleſiæ ſe priuare iuramento, vel alias adminiſtratione ſibi commiſſa ſine ſuperiore, ideo ſi Eccleſia eſt læſa, tanquam adminiſtrator poteſt petere reſtitutionem, agere, & adminiſtrare, non obſtante quocunque iuramento, allegat gl. Hoſtienſ. Bald. & alios. Nam gl. *in c. 1. de in integr. reſtit. in ver. contractus. in ver. nota tamen.* dicit, quod minor aduerſus iuramentum de non veniendo contra non reſtituitur, Eccleſia ſic; quia cum Eccleſiæ Rector iurat non contrauenire, ex quo tenetur ſub iuramento tueri Eccleſiam, ſecundum iuramentum non valet, quaſi contrarium primo, Hoſtienſ. idem dicit *in ſumma, de reſtit. in integr. §. in quibus. ver. ſubuenitur autem minori.* Bald. *in l. generaliter. in 2. not. in fi. C. de reb. credit.* vbi apoſtill. *in ver. Eccleſia.* Ioan. Andr. *in cap. grauis. col. 2. in fin. verſ. alij quidem dicunt. depoſiti.* & hoc clarius tenent Gemin. *in d. c. 1. de in integr. reſtitut. n. 9.* & clarius Franci. *n. 5.* vbi dicit differentiam inter minorem, & Eccleſiam eſſe; quia minor eſt dominus, & per iuramentum efficitur maior, Prælatus eſt adminiſtrator, & hanc partem tenet Bart. *conſ. 63. Factum ſic proponitur. in fin. lib. 1.* vbi non mouetur ex iuramento, ſed quia poteſt venire cõtra, ne Eccleſia lædatur. † Et quod Prælatus poſſit venire con- 20
tra alienationem, quam fecit de bonis Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus requiſitis; quia alienatio eſt nulla. Alex. *conſ 93. Viſis & ponderatis. in prince. lib. 2.* Bart. *d. conſil. 63. in fin. lib. 1.* † Et idem eſt in mi- 21
nore, qui alienauit ſine ſolemnitatibus; quia alienatio eſt nulla. Alexand. *conſil. 103. Viſis ſcriptis. num. 14. verſic. non obſtat. lib. 2.* † De- 22
clara, vt per Alexand. *conſil. 109. num. 4. & ſeq. lib. 4.* quia quando contractus prohibetur, & eſt nullus fauore alterius, & alienatio fit contra prohibitionem, non valet, & alienans poteſt venire contra, licet teneatur ipſe, & de euictione, & actione perſonali; ſi vero lex reſiſtit fauore alienantis, puta, minoris, vel mulieris, & alienatio eſt nulla facta ab ipſo minore; & non tenetur etiam perſonali, neque de euictione, neque valet in ſui præiudicium; quia imputatur emptori. † Declara, vt per Caſtrenſ. *conſil. 70. nu.* 23
7. in fin. verſ. non obſtat. lib. 1. quod ſi alienatio eſt in præiudicium alterius, & inducitur ſcandalum, poteſt etiam viuo alienante, & per alienantem reuocari, vt in Rege, qui in præiudicium Regni alienauit, & imminet ſcandalum. † Declara; quia ſi poteſt ſepa- 24
rari, quod alienatio valeat, vel non, in præiudicium Prælati valet, alias ſecus. Menoch. *dicto tract. de recuper. remed. 9. num. 123.* Roman. *dicto conſil. 369. num. 24. ver. vnde Dominus Antonius.* vbi apoſtilla *in verb. obligat,* dicit * communem, & dat concordantes pro *
vtraque opinione, vide ſupra proxime *num. 8. & ſequent.* † De- 25
clarat Dec. *in l. ſi donationẽ. num. 29. C. de collat.* vbi, quod procedit, quando agitur de ſolo præiudicio Prælati, & ita etiam declarat Ægid. Bellam. *deciſ. 691. in fin. ver. ſeptima fallentia.* Vide, *Actus contra legem factus quando valeat, vel non. Concluſ. 141. num. 15. & ſequent.*
† Extende; quia prohibitus alienare, ſi alienat, licet ſit nulla alie- 26
natio, valet tamen in præiudicium alienantis. Natta *conſil. 144. in fine. num. 13.* † Idem eſt in fideicommiſſario prohibito alienare; 27
quia ſi alienat, vel alienationi conſentit, ille non poteſt contrauenire. Roman. *conſil. 457. Circa propoſitam. colum. penult. ver. tertio non eſt dubium.* vbi apoſtilla *in ver. priuatus eſt.* † Reſtringe; quia 28
hæc nullitas ſolemnitatis omiſſæ, quæ annulliat contractum Eccleſiæ, vel minoris, non poteſt allegari à tertio etiam poſſeſſore. Rimin. Iun. *conſil. 599. num. 8. & ſeq.* Vide, *Ius tertij non iuuat eum, qui non habet cauſam à tertio. Concluſ. 636.* † Idem eſt in alienatione 29
prohibita fauore alterius, prout in emphyteuſi, vel feudo, quæ fauore domini eſt nulla, ſed ſolus dominus volens poteſt annullare, tertius autem, vel alienans non auditur, ſi velit dicere de nullitate. Corn. *conſil. 147. In hac conſultatione. ad fin. lib. 1.* Aretin. *conſil. 77. Et non. colum. 2. circa med.* & quod tertius non poſſit opponere, Alexand. *conſil. 82. In cauſa. & lite. col. 1. lib. 7.* Socin. *conſil.* *178. Viſis aliis. colum. 2. lib. 4.* Corn. *conſil. 115. In hoc. lib. 1.* † Extende, 30
vt idem ſit in tacito conſenſu præſumpto, prout ſi Epiſcopus, qui tenetur inquirere de titulis beneficiatorum, propterea præſumatur ſciuiſſe collationem factam ab inferiore, vt valeat in præiudicium Epiſcopi, ſed non in præiudicium Eccleſiæ. Ægid. Bellam. *conſil. 10. num. 23. & 24. ver. ſed oppones. & num. 25.*

31 †Extende, quia licet alienatio bonorum Ecclesie sit nulla ex causa damni; si tamen velit stare contractui, non potest emptor allegare nullitatem. Ægid.Bellam.*consil.33. num.49.in fin. & num.5.*
32 *versic. præcedentia dubia.* † Extende, vt procedat, siue fuerit præstitum iuramentum de non alienando, siue non, & siue interesse sit diuisibile cum Ecclesia, siue non. Mohedan. *decis.7. & decis.250.*
33 †Contrarium Roman. *consil. 369. num. 23. & seq.* vbi apostilla *in ver.obl gat*, dat concord. & reprobat decisiones Mohed. quia iura,
34 quæ allegat, dicunt cõtrarium. † Declara totam istam materiam; quia licet Prælatus Ecclesiæ non audiatur propter iuramentum aduersus contractum iuratum; tamen intelligitur directo, sed via restitutionis in integrum semper auditur, & restituitur, ple-
35 ne Franch. *in c.1.de restit.in integ.lib.6.num.5.& seq.* † Extende; quia si alienatio prohibetur, prout emphyteusis, quæ est prohibita alienari propter interesse domini directi; facta tamen valet, si dominus non vult, quod sit nulla; quia ipse solus nullam reddit. Vide, *Emphyteuta non potest vendere sine consensu domini.Concl.* 207.*n.6.*
36 *& seq.* † Restringe; quia imo potest Prælatus alienans contrauenire, quia Ecclesia quoad bona alienata, vel quoad præiudicium illatum ex confessione dicitur vacare; ideo tam Prælatus, quam alius nomine Ecclesiæ potest agere; & admittitur. Rota *in nouissimis decis.246.part.2.coram Robusterio.* Vide, *Agere pro Ecclesia quando, & qui possint. Concl.243.num.3.& seq.* † Limita, nisi is, qui non
37 poterat alienare, dolose, & ad decipiendum tacuisset qualitatem, quæ impediebat alienationem, prout mulier, quod esset fundus dotalis, filiusfamilias, quod esset talis; quia si emptor ignorabat, non succurritur alienanti cum dolo. *l.si sine. C. ad Velleian.* plene Alexand. *consil.109.Viso processu.num.10.& seq.ver.Plus dico.* vbi ponit plura exempla, *lib. 4.* Vide, *Dolus & culpa non debet patrocinari dolosо. Conclus.581.* Vide. *Alienatio bonorum Ecclesiæ est prohibita regulariter. Conclus.273.num.82.& seq.* Vide, *Prælatus auditur contra factum proprium pro Ecclesia. Conclus.509.* Vide, *Nullitas causata ad fauorem certæ personæ ab ea sanari potest & quando non. Conclus.141.* Vide, *Vendere prohibitus quando possit venire contra suam alienationem in casu prohibito factam. Conclus.60.*

Alienatio facta in fraudem qualiter reuocetur. Conclus.268.

1 ALienatio † facta in fraudem creditorum reuocatur per actionem in factum Paulianam. *Institut.de act. §.item si quis in fraudem.* sed comperta fraude reuocatur per discussionem bonorum. Bald. *consil.149.Proponitur.quod ex causa. in princip. vers. in contrarium.lib.1.* vbi etiam, qualiter presumatur, vel probetur fraus in
2 hac specie. Vide, *Fraus & dolus ex quibus probetur. Concl.475.* † Amplia; quia stante statuto, prout Bononiæ, quod mulier decedens sine ascendentibus, & sine filiis teneatur relinquere tertiam partem fratri, & agnato, vsque ad certum gradum; si mulier donauit etiam propter merita, potest frater, vel agnatus reuocare donata in fraudem suæ tertiæ ex dicto statuto, alias esset aperta via fraudibus. Alex. *cons.55.Consideratis verbis.in princ.lib.1.* Vide, *Fraudulenter facta qualiter dicantur, & reuocentur. Concl.479.* † Extende idem
3 in arrogato, vel adoptato; quia is reuocabit alienata in præiudicium portionis sibi debitæ à lege, non ex titulo inofficioso; quia non competit, sed ex *l.si.ff.de his quæ in fraud.patron.* Alex. *d.cons.55.*
4 *in princ.lib.1.* † Extende in patrono, cui tertia debet relinqui à liberto, & in omni alio, cui condictione legis, vel statuti aliquid
5 debetur relicti causa. Alex. *d.cons.55.col.2. in princ.lib.1.* † Amplia, etiam si alienatio esset titulo oneroso facta; quia si constat, quod in fraudem alienauit, reuocatur vsque ad mensuram debitam. A-
6 lex. *d.cons.55.n.1.in fin.lib.1.* † Amplia in Fisco, & omnibus, in quorum præiudicium, & fraudem fit alienatio; quia is reuocat. Vide, *Confiscatio comprehendit multa, & quæ. Conclus.719.* Vide, *Fiscus reuocat. Conclus.396.* † Declara; quia agendum est reuocatoria prius, quando agitur personali; si vero agitur reali actione, puta, ad rem legatam; non agitur reuocatoria, sed directe potest agi contra
7 possidentem, & eum, in quem est facta alienatio. Ita Ioan. de Imol. *consil.112.num.3.in fine. versic.item non obstat.* Vide, *Exequutio sententiæ quando contra tertium possessorem fieri possit. Conclus.487.* Vide, *Fraudulenter facta, quando, & qualiter valeant. Conclus.480. &*
8 *Conclus.ibi proxima seq.* 481. † Contra declarationem, quod imo, quãdo agitur reali, & quia debitor in fraudẽ alienauit, necesse sit prius agere reuocatoria contra eum, qui habet rem, tenet Bart.
9 *in l. à Diuo Pio. §.si super rebus.num.7. ff. de re iudic.* † Declara; quia si translatum est dominium in tertium; tunc agendum est reuocatoria, si vero non est translatum dominium, vt quia tertius possidet, sed nomine debitoris; tunc summaria cognitio fit de hoc, quod scilicet ille alienauit in fraudem, quo probato, probatur etiam, quod res est debitoris condemnari, & postea fit exequutio directa, ita Castrens. *consil.143. Visis ponderatis.colum.penult.ver. & notandum.lib.1.*

Alienatio non præsumitur, & quomodo procedat. Conclus.269.

ALienatio † non præsumitur ex actu, qui potest importare alienationem, & non alienationem; ideo soluens longo tempore certos fructus pro certis bonis, præsumitur potius ex causa simplicis locationis, quam ex causa inuestituræ emphyteuticæ, quæ sapit alienationem, soluere. Bald. *consil.116.Columbinus dedit. num.3. ver. in contrarium. lib.1.* † Amplia; quia alienatio, cum sit facti, non præsumitur. Vide, *Facta non præsumuntur, nisi probentur. Conclus.10.*

Alienatio generalis non comprehendit prohibita. Conclus.270.

ALienatio † facta de omnibus bonis in tali loco sitis, non comprehendit feudalia prohibita alienari. Roman. *cons.166. Visa diligenter.num.5. versic. sed vlterius.* Vide, *Obligatio generalis non comprehendit prohibita. Conclus.36.* Vide, *Alienatio bonorum Ecclesiæ non venit in quacunque generali concessione. Conclus.281.* † Extende; quia non comprehendit emphyteusim per argumentum de feudo ad emphyteusim, & quia in generali dispositione non veniunt ea, quæ facerent aliquem incidere in pœnam. Roman. *d.cons.166. num.5.versic.sed vlterius.* vbi apostill. *in ver.alienanti.* Vide, *Mandatum generale ad quæ extendatur, vel non. Conclus.50.* Vide, *Dispositio generalis non comprehendit multa. Conclus.490.* Vide, *Generalis dispositio non extenditur. Conclus.31.num.17.& seq.* Vide, *Liberatio generalis. Conclus.326.*

Alienatio bonorum Ecclesiæ, vt valeat, requirit causam, & formam, & alia, & quid sit causa, & quid forma. Conclus.271.

ALienatio † bonorum Ecclesiæ regulariter est prohibita à iure, sed permissa duobus concurrentibus, veritate causæ, & solemnitate formæ. Federic. de Sen. *consil.142.num.3. versic. super primo.* vbi, quod alterum non sufficit. Socin. *consil. 29. num.8. & seq.lib.1.* Dec. *consil.142.num.6.& consil.173.num.1.& seq.* vbi * de communi. Bero. *consil.84.num.6.& consil.91.num.19.lib.1.* Couar. *variar.resolut.lib.2.cap.17.* Riminald. Iun. *consil.233. num.67. lib.3.* communem * dicit Ferret. *consil. 294. num. 4. lib. 2.* & quod duo principaliter requiruntur in alienatione bonorum Ecclesiæ, videlicet, causa, & forma, *cap.1.de rebus Eccles.non alien.in 6. cap.nulli. eodem titul. clement.1.eod.tit.cap.sine exceptione.12.quæst.2.* Bald. *consil. 40.in princip.lib.1.& consil.17.col.4.in fin.lib.4.* Ruin. *consil.87.n.4. lib.1.* Dec. *consil.38.& consil.142.colum.penult.* Alexand. *consil.34.nu. 5.lib.2.* Socin. *consil.164.colum.1.& sequen.lib.2.* † Adde tertium requisitum, quod illud, quod recipitur in alienatione rei Ecclesiæ, debet probari versum in vtilitatem Ecclesiæ. Ioan. de Imol. *consil. 116.num.3. versic.circa quartum. in fin.* quod tertium, quando sit verum, Abb. *consil.41.lib.1.* † Adde quartum; videlicet, quia causæ cognitio, & decretum debent præcedere alienationem, tam circa causam alienandi, quam etiam circa rem alienandam, & non sufficit, quod circa vnum tantum fuerit adhibita, & probatur nõ adhibita ex lectura instrumenti. Federic. de Sen. *d.consil.142. vers. an vero præsumatur. in princip. & num.3. vers. vnde quamuis.* vbi, quod propterea est nulla alienatio, si ista non apparent. † Contrarium tenet Feder. *consil.249.D.Michaeli.per tot.* maxime *num.1.&* 2. vbi, quod causa, & decretum non est de substantia, & si alienatio ex causa necessitatis fiat, non requiritur alia causa, vt magis expediat vnam rem, vel aliam alienare; sed bene hoc procederet, quando alienatio fieret ex causa vtilitatis; & addit, quod si Ecclesia esset læsa, daretur restitutio, sed nec defectus, nec omissio huius solemnitatis, neque omissio decreti vitiat. Ferret. *consil. 294. num.3.* vbi, quod æquiparantur necessitas, & vtilitas, *& in fine. lib.2.* † Adde tamen, quod si decretum interponatur ex certa causa, quæ non subsit, est ipso iure nullum tale decretum. Oldrad. *consil. 260. in princip.* Calder. *consil. 457.* alias *vnico, de bapt s. vltra med. vers. & ad prædicta.* † Causa alienandi debet subesse, videlicet, necessitatis, & vtilitatis, & alterum non sufficit; quia non sufficit, quod adsit causa iusta, & necessaria alienandi, sed debet etiam adesse causa vtilitatis, vt magis expediat vnum prædium, quam aliud vendere; & ideo debet interuenire causæ cognitio. Feder. de Sen. *dicto consil.142. in princip.* Socin. *consil.52.num.8. lib.4.*

& est

& est ratio; quia Prælatus æquiparatur tutori, qui nedum debet damnum vitare, sed lucrum quærere. *l. quicquid. C. arbitr. tutel.* Feder. de Sen. *consil. 210. in princ.* & quod causa debeat subesse legitima propter vtilitatem, vel necessitatem, & debeat exprimi. Gemin. *consil. 48. ver. secundo præmitto, in princip.* Anchar. *cons. 274. n. 2.* Tiraquell. *de legib. connub. gl. 8. nu. 57.* vbi vtrunque requiritur, videlicet, vtilitas, & necessitas. Contrarium tenet Federic. de Sen. *consil. 249. in princip. ver. non obstat*, vbi, quod maior solemnitas requiritur in alienatione bonorum minoris, quam Ecclesię, & propterea non debet adesse causa, vt magis expediat vnum prędium,
7 quam aliud vendere. † Declara, quod causa alienandi imo videtur esse alternatiua, videlicet, necessitatis, vel vtilitatis. *cap. sine exceptione. 12. quæst. 2. & cap. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6.* Calder. *cons. 153. in fin.* alias *5. de confess.* vbi, quod vera causa requiritur, videlicet, vera necessitas, vel vera vtilitas, & altera sufficiat. Geminian. *consil. 32. num. 4. versic. requiritur enim.* & est textus *in clem. 1. de rebus Eccles.* quæ ponit ista duo alternatiue, & idem Gemin. *consil. 48. in princip. ver. secundo præmitto*, vbi, quod requiritur inquisitio causæ, & quod subsit, si tamen subsit vere, & superior diceret subesse, sed non appareret inquisitio, vt ibi dicit, & quod sola vtilitas sufficiat. Ancharan. *consil. 301. num. 3. & consil. 122. Ex narratis, in princip.* & quod sufficiat necessitas imminentis debiti. Ancharan. *consil. 274. num. 2.* qui tamen etiam requirit tractatum meliora respicientem, & quod alternatiua, vel vtilitatis, vel necessitatis sufficiat. Socin. *consil. 29. lib. 1.* Dec. *consil. 142. num. 6. & consil. 173. num. 1. & sequent.* Bero. *consil. 84. num. 6. & consil. 61. num. 29. lib. 1.* Couarr. *var. resolut. lib. 2. cap. 17.* Alexand. de Næuo *consil. 30. num. 6.* plene Alexand. de Imol. *consil. 88. vol. 2.* plenius *consil. 16. lib. 4.* Rimin. Iun. *cons. 77. n. 7. lib. 1.* Roland. à Vall. *cons. 16. lib. 1.* & dicit tex. *in cap. 1. de reb. Eccles. in 6. in fin.* Ægid. Bellam. *consil. 33. nu. 46. & 47. versic. præterea.* Castrens. *consil. 437. Visis, in princip. lib. 1.* Angel. Aret. *cons. 27. n. 7. & n. 8. vers. ex quo sequitur.* Castrens. *cons. 74. In facto isto, in princ. lib. 1.* Alex. *cons. 17. n. 16. lib. 4.* Vide, *Alienatio bonorum religio-*
8 *nis. Concl. 276. n. 2. & seq.* † Contrarium, quod requiratur copulatiue vtilitas, & necessitas, videtur tenere Vrsil. *in addit. ad Afflict. de*
* 9 *cis. 17. nu. 5.* vbi dicit * communem allegando Dec. & alios. † Declara; quia errauit Vrsil. nam voluit dicere, quod requiritur solemnitas, & causa, & sic sola causa sine decreto nō releuat, & in hoc
* bene Dec. dicit *cons. 173. Pro tenui, in pr.* esse * communem, & *cons.*
10 *281. Viso puncto. n. 6.* † Amplia in tantum causam esse necessariam, vt si fiat alienatio pro soluendis debitis Ecclesię, vel si fiat mutuatio, vel recipiatur depositum, & mutuum per Prælatum, Ecclesia non obligetur, nisi doceatur pretium conuersum esse in vtilitatem Ecclesiæ. Calderin. *cons. 276.* alias *vnico, tit. commod.* vbi, quod vltra numerationem factam præsente collegio requiritur probatio, quod pretium versum sit in vtilitatē Ecclesiæ. Ang. *cons. 245.*
11 *Quemadmodum. n. 4.* † Adde, quod imo quatuor sunt causæ, ex quibus alienatio bonorum Ecclesiæ, & Monasteriorum est permissa, videlicet, causa necessitatis, causa pietatis, causa vtilitatis, & causa incommoditatis. Bald. *consil. 374. Factum tale est, lib. 3.* vbi, quod vendere licet ob sterilitatem, & permutare ob maiorem
* commoditatem, & istas quatuor causas * communiter tenent, & dicit Curt. Iun. *consil. 130. num. 3.* Abb. *in c. nulli. n. 4. de reb. Eccles.* Alex.
consil. 17. num. 16. lib. 4. Vide Mascard. *Conclus. 277. Causa legitima in*
12 *alienatione rei Ecclesiasticæ.* † Quintam causam addas, videlicet, remunerationis, *cap. per tuas, de donation. cap. testatum. il secondo, de testam.* Abbas *in cap. consensus, de rebus Eccles. non alienand.* Bartolus *in l. iusta causa*, per illum textum, *ff. de manumiss. vindict.* Bart. & alii *in l. iubemus. in princip.* per illum text. *C. de sacrosanct. Eccles.* Castrensis
13 *consil. 74. In facto isto, in princ. lib. 1.* † Declara hanc vltimam causam remunerationis procedere, quando duo concurrunt, alias non, videlicet, quando bona mobilia alienantur, secus si stabilia. Bart. & Castrens. *dicta l. iubemus. C. de Sacrosanct. Eccles.* Abbas *in cap. cum in officiis. de testament. & in cap. final. in vltimo not. ab.* per illum text. *de*
14 *pecul. Cleric.* † Item, quod benemerita sint æquialentia remunerationi. Abb. *in c. cum olim, il secondo, in 8. not.* per illum text. & su-
15 per gl. *in ver. restitutionem, de priuil.* † An autem pro melioramentis faciendis in bonis Ecclesiæ causa sit sufficiens ad alienandum.
Vide, *Alienatio bonorum Ecclesiæ an valeat pro melioramentis. Conclus.*
16 *279.* Et sic erit sexta causa. † Vide Bellam. *consil. 33. nu. 45. in fin.* & Rimin. Iun. *cons. 233. num. 33. & sequent. ver. Videamus igitur.* qui dicit, quod excepta alimonia pauperum, & redemptione captiuo-
17 rum, requiritur pro causa vtilitas, vel necessitas Ecclesiæ. † Vtilitas igitur debet adesse in alienatione, vel pmutatione bonorum Ecclesiæ, *cap. sine exceptione, 12. quæst. 2.* & debet constare apparen-
18 ter de vtilitate. Angel. *consil. 245. num. 9.* † Et probatur vtilitas, si non solū non diminuitur sexta pars eius, quod percipitur, sed augetur. Anchar. *cons. 122. Ex narratis, in princ.* † Declara, quod si ser- 19
uata est solemnitas debita, licet nō adsit vtilitas; tamen valet permutatio bonorum Ecclesiæ, si modo Ecclesia non est damnifi-
cata, licet non sit locupletata. Calder. *cons. 297. in princ.* alias *5. de*
permut. † Imo valet mero iure, licet rescindatur ope restitutionis, 20
quando fuit seruata solemnitas. Angel. *d. consil. 245. num. 9.* Vide, 21
Alienatio bonorum Ecclesiæ quando nulla, vel annullanda. Concluſ. 272.
† Adde, quod ad annullandam alienationem sufficit, quod sit damnosa alienatio Ecclesiæ, vel dubia, secundum Bald. *cons. 156. Abbas exemptus. circa med. ver. præterea tres sunt casus, lib. 1.* † Et attendi- 22
tur tempus alienationis, vt consideretur, an damnosa, vel vtilis existat, nō autem attenditur euentus emergens postea. Bald. *cons.*
457. *Quidam Ioannes Abbas, in fin. ver. Item si quæratur, lib. 1.* † Sola 23
confessio Prælati non probat pretii solutionem, & vtilitatem. Anchar. *cons. fin. n. 2. ver. tertio dubitari*, quod declara, vt *ibi, num. 7.*
ver. ad tertium. Vide, *Confessio Prælati, & Administratoris quando præ-*
iudicet Ecclesiæ, vel pupillo. Concluſ. 669. † Damnum Ecclesiæ præ- 24
sumitur, quando fuit celebratus contractus per Prælatum negligentem, & negligentia probatur. Angel. *cons. 245. num. 8. in fin. ver.*
Quinimo gesta per hominem. † Semper vtilitas præsumitur, quando 25
contractus est cum solemnitatibus, si vero sine solemnitatibus, præsumitur damnum Ecclesiæ. Tiraquell. *de legibus connub. gloss. 8.*
num. 89. vbi, quod hoc modo sciri potest, quis teneatur probare.
† E conuerso; quia si contractus alienationis bonorum Ecclesiæ 26
est celebratus vere cum solemnitatibus requisitis, vel etiam est celebratus à Prælato, quod præsumitur solemnitas, tunc etiam præsumitur vtilitas. Alexand. *consil. 79. Circa primum, num. 7. ver.*
fortificatur. lib. 1. Vide, *Alienatio bonorum Ecclesiæ quando præsumatur*
in vtilitatem, vel non. Concl. 280. † Et licet inueniatur, qui offerat 27
Ecclesiæ meliorem conditionem, tamen non aufertur res concessa ab Ecclesia prætextu læsionis. Alex. *d. consil. 79. num. 7. in fin.*
lib. 1. † Et quod vtilitas debeat adesse vera in alienatione bono- 28
rum Ecclesię, & non sufficiat, quod res possit reuerti ad Ecclesiā; quia talis regressus reputatur inutilis. Ægid. Bellam. *cons. 33. n. 48.*
ver. Non enim videtur. † Item, non habetur ratio pro vtilitate, quod 29
res possit cadere in commissum. Ægid. *cons. 33. n. 48. ver. Nec multū*
pondero, & n. 60. in fin. ver. quinto. † Item, homagium, & seruitium 30
non est sufficiens causa vtilitatis Ecclesiæ pro concessione facta in feudum de castro Ecclesiæ, Ægid. Bellam. *dict. consil. 33. num. 48.*
ver. nec pondero. † Item, promissio de adiuuando Papam expen- 31
sis Papæ, non consideratur in alienatione feudi Ecclesiæ. Ægid. Bellam. *d. consil. 33. num. 60. in fin. ver. quarto est ponderandum.* † Item, 32
promissio de non alienando feudum in aliquem inimicum. Ægi. *d. consil. 33. num. 61. ver. septimo pondera.* † Causa igitur est necessaria 33
in alienatione bonorum Ecclesiæ, *cap. 1. de reb. Eccles. non alienand.* qua deficiente, alienatio est nulla. Dec. *consil. 142. num. 4.* vbi dicit * communem, & *consil. 173. num. 1. & consil. 281. num. 6. Viso pun-* *
cto, vbi de * communi. † Et debet esse causa vera, videlicet ne- *34
cessitas vera, vel vtilitas vera. Calder. *consil. 153.* alias *5. de confess. in*
fin. Hippol. Riminal. Iun. *consil. 233. n. 42. lib. 3.* † Et attendendum 35
est, ne sumatur occasio alienandi pro causa. Natta *cons. 352. num. 5.*
† Et debet causa respicere Ecclesiā, non autem personam Benefi- 36
ciati; quia licet sit ære alieno grauatus, tamen non alienat. Redoan. *de reb. Eccles. titul. de caus. num. 101. & seq. fol. 128.* Abb. *in cap. repre-*
hensibilis, n. 10. & seq. de appell. † Et probari debet; quia sola narra- 37
tio, vel assertio, quod pro vtilitate, vel necessitate Ecclesiæ sit facta, non releuat, *Pedemont. decis. 171. num. 9. & sequent. & 172. num.*
in fin. alias 2. *de his, quæ fiunt à Prælat.* prout in simili de iuramento
præstito in præiudicium Ecclesiæ, vt licet non valeat, quoad præ-
iudicium Ecclesiæ, tamen valet quoad præiudicium iurantis, si
præiudicium est separabile à præiudicio Ecclesiæ, alias secus, ita
Gemin. *consi.*60. *nu.*6. *ver. dici tamen posset, & quasi per tot.* simile est
in laico infeudato de decimis; quia licet non possit in aliũ transferre; tamen si renunciat, ipse renuncians excluditur. Petr. de
Anch. *consi.*34. *nu.*13. *ver. præterea.* Et quod licet per Principem, vel
Papam alienatio regalium facta valeat ipso viuente; non tamen
in præiudicium successorum valet. Bald. *in cap. licet.* §. *in generali. si*
*de feud. def. suc. conten. int. domin. & agnat. & in cap.*1. *in vers. possideant.*
de pac. tenend. late Fernand. Loaz. *in cons. edito super oppido Mulæ, in* 1.
*dubitat. colum.*1. *&* 2. Felin. *in cap.*1. *num.*5. *de probat.* Ias. *cons.*10. *n.*4. *lib.*3. Vide, *Actus nullus, vel prohibitus quando valeat contra gerentem a-* ✍
*ctum. Concl.*143. Vide, *Alienatione prohibita, quæ alienatio permittatur.*
*Concl.*262. *num.*9. *& seq.* Vide, *Alienatio nulla non obstat alienanti, &*
*quando secus. Concl.*267. † Simile dicitur *in cap. veniens, & cap. de cæ-* 83
tero, de transact. quia transactio Prælati, vel compromissum sine solemnitatibus, non ligat Ecclesiam mortuo Prælato; quia est personalis. Abb. *cons.*62. *Illud de iure. num.*2. *vers. probatur ratione. lib.*1.
† Declara, vt per eundem Abb. *cons.*62. *col.*1. *versic. sed his non ob-* 84
stantibus, vt non procedat, quando immobilia, vel iura Ecclesiæ
non transferuntur in alium, quia tunc valet efficaciter obligatio
Prælati in iudicio, & extra etiam contra Ecclesiam, item valet,
quando Papa confirmat contractum solius Prælati ex certa scie-
tia expressa, vel tacita, vt ibid. *nu.*4. *versic. secundo principaliter. lib.*1.
vbi dicit casum esse expressum *in cap. veniens, de transact.* † Limita 85
in terrulis ruinosis, & sterilibus; quia solemnitas non requiritur.
Anchar. *consi.*122. *Ex narratis, nu.*2. † Limita in bonis societatis lai- 86
corum, quæ non subsit Episcopo, neq; eius auctoritate fundata;
quia potest alienare, dummodo omnes, vel maior pars consen-
tiat, Ang. *consi.*234. *Paxinus q. per tot.* † Limita in alienatione bo- 87
norum Ecclesiæ obliqua, seu indirecta; quia non requiritur eadẽ
solẽnitas, quæ requiritur in alienatione propria, & directa. Cald.
*consi.*278. alias 2. *de emptio. & vendit. versic. benefacit. circa med. & per*
tot. vbi etiam loquitur in simili de donatione insinuanda, vt insi-
nuatio non sit necessaria in renunciatione, quæ est obliqua, &
non propria donatio. † Limita in bonis, quæ fuerunt Ecclesiæ, & 88
peruenerunt in laicum titulo permutationis; quia non permu-
tatio efficiat, quod bona laici permutata efficiantur Ecclesiæ, &
è contra perfecta permutatione potest laicus libere alienare bo-
na sua, licet fuerint Ecclesiæ. *l.*1. *C. de rerum permut.* Castr. *in l.*1. *C. de*
peric. & commod. rei vendit. Dec. *consi.*285. † Limita in permutatio- 89
ne Cameræ, & horti hinc inde facta per Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ de iuribus suarum præbendarum; quia valet de consensu
Capituli, & Prælati Ecclesiæ Collegiatæ, ex quo agitur de mino-
ribus rebus. Calderin. *consi.*303. alias 11. *rer. diuis.* † Limita; quia 90
fructus, & mobilia potest donare Prælatus, ob merita, & seruitia.
† Extende, tam in vita, quam in morte. Abb. *consi.*10. *num.*3. *lib.*2. 91
† Limita; quia Episcopus potest permutare cũ suo Capitulo Ec- 92
clesiam, & bona; quia inter se magnam habent communionẽ, &
quasi non est alienatio. Zabar. *consi.*131. *Videndum est primo.* vbi est
casus. † Extende, quod etiam potest Episcopus abundans donare 93
Capitulo indigenti, & valet donatio propter magnam communionem. Zabar. *d. consi.*131. *in princ.* alleg. *clem. si vna.* §. *quod si Epi-*
scopus. de reb. Eccles. non alien. † Extende, etiam si Episcopus iurasset 94
non alienare inconsulto Romano Pontifice; quia adhuc non ob-
stat iuramentum, quando alienat suo Capitulo. † Contrarium te- 95
net Zenzel. *in d. clem. si vna.* §. *quod si Episcopus, de rebus Eccles.* & hac
ratione dubiam quæstionem fatetur Zabar. *d. consil.* 131. *in princip.*

quia

quia Episcopus non potest in causa sua, & Capituli sui authorizare. † Declara; quia si administratio Episcopi, & Capituli est diuisa, procedit prima opinio; si vero non est diuisa, secus est; quia in re sua authorizaret Episcopus. & Capitulum Zabarell. *d. consi.* 131. *num.* 1. *vers. Ego vero.* † Declara secundo; quia etiam quod non valeat; tamen dat causam præscribendi. Zabarell. *d. consi.* 131. *num.* 1. *in fin.* † Declara; quia valet concessio iuris visitandi; quia illud potest Episcopus concedere cuicunque inferiori, qui tamquam Vicarius Episcopi visitabit. Zabarell. *dict. consil.* 131. *num.* 2. *vers. ad secundum.* † Limita in permutatione bonorum Ecclesiæ cum Principe supremo; quia sufficit, quod Ecclesia non sit læsa, & non sunt necessariæ solemnitates, vel quod in euidentem vtilitatem cedat. Bero. *in cap. qui res Ecclesiæ. num.* 32. *de rebus Eccles. non alien.* Abb. *in cap.* 1. *num.* 1. 2. *& 3. de rerum permut.* † Limita in bonis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, videlicet, sanctæ Sophiæ, & aliis Ecclesiis subditis. Bologn. *dict. consi. Ioan. de Anan.* 84. *num.* 5. † Limita generaliter, nisi Papa per litteras suas mandaret aliam solemnitatem sufficere, vel nullam; quia potest. Abbas *consi.* 41. *Videndum. colum.* 2. *lib.* 1. Dec. *consi.* 174. *colum.* 1. *versic. secundo quia, & consil.* 341. *Viso puncto. num.* 8. *& seq.* & Ioan. de Imol. *consil.* 116. *num.* 8. *versic. circa quartum.* Abb. *consi.* 34. *Super quæstionis materia. colum.* 2. *num.* 4. *vers. venio nunc, iuncto fine. lib.* 2. Vide supra, *num.* 45. *& sequent.* † Contrarium, quod imo etiam si Papa mandat fieri contractum Ecclesiæ; tamen oportet, quod constet de causa, & quod sit in vtilitatem Ecclesiæ, alias non valeat. Ferret. *consi.* 294. *in fin.* vbi reprobat Abb. *dict. consil.* 41. *libr.* 1. & vide pro hac parte supra *num.* 45. *& sequent.* vbi latius *fol.* 265. † Declara; quia si PP. informatus ex certa scientia confirmat, seu conualidat contractum nullum de alienatione bonorum Ecclesiæ supplendo omnes defectus, tunc alienatio valet; si vero per subreptionem, vel obreptionem obtinuit confirmari, vel conualidari; tunc alienatio non valet; & idem est, si confirmauit cum clausula; *si ita est*: quia si ita non est, nihil confirmauit. Abb. *d. consi.* 34. *colum.* 2. *num.* 4. *vers. venio nunc. vsque in fin. lib.* 2. † Et quod sufficiat, quod Papa supplenerit, vel mandauerit fieri alienationem bonorum Ecclesiæ sine solemnitate; quia si facit ex certa scientia, alienatio valet non seruata solemnitate, prout Papa mandauit, Ioan. de Imol. *consi.* 116. *num.* 8. *versic. circa quartum.* Abb. *d. consi.* 34. *colum.* 2. *vers. venio nunc, iuncto fine. lib.* 2. † Et quod si interuenit licentia Papæ ex causa vtilitatis, vel necessitatis, non requiratur alia forma, vel solemnitas. Surd. *consil.* 245. *per tot. lib.* 1. Abb. *d. consi.* 41. *colum.* 2. *vers. ex quibus clare. lib.* 1. † Et quod Papa possit vendere bona quarumcunque Ecclesiarum tamquam propria, & alienatio valeat sine alia solemnitate. Bald. *consi.* 175. *Papa, siue Ecclesia. li.* 2. & maxime pro necessitate Ecclesiæ Romanæ. Castrens. *consi.* 415. *In facto præsenti. per tot. lib.* 1. † Extende; quia imo consensus Commissarii dati à Legato habente ad hoc potestatem sufficit, vt alienatio dicatur valida sine tractatu, & consensu Prælati superioris, quando adest consensus immediati Prælati. Roman. *consil.* 36. *Visa disceptation. num.* 3. *versic. cum ergo.* † Extende, quando Papa confirmauit alienationem factam per Ecclesiam laico ex certa scientia; quia ea valet, etiam si Papa reuocaret confirmationem, seu in genere alienationes à se, & de suo mandato factas; quia non posset in præiudicium laicorum non subiectorum reuocare. ita Abb. *d. consil.* 41. *in fin. vers. item posset non immerito. num.* 4. *& sequen. lib.* 1. † Declara; quia si alienatio non est iuste facta, cum Papa sit administrator, non dominus, non potuisset confirmando Ecclesiæ præiudicare. Abbas *dict. consil.* 41. *colum.* 1. *in fin. libro primo.* sed vult Abbas, quod debeat probari contrarium; quia interim pro confirmatione, & validitate præsumitur. † Extende; quia imo Abbas *d. consilio* 34. *Super quæstionis materia. colum.* 2. *numer.* 4. *vers. venio nunc. iuncto fine. versic. non obstat contrarium. lib.* 2. vbi, quod Papa ex certa scientia potest contractum factum in præiudicium Ecclesiæ validum facere etiam inuitis partibus. † Limita pro redemptione captiuorum. *authent. de alienat. & emphyt.* § *sanctissimus.* † Limita pro soluendis decimis Papalibus auctoritate Commissarii Apostolici; quia alienatio valet secundum Breue Summi Pontificis, quando totum pretium fuit conuersum in solutionem decimarum, sed si solum pars, debet alienatio reuocari, tamquam nulla. *authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. Eccles.* cum glos. quam ibi approbant Castrens. Bald. & Salycet. Alexand. *consilio* 4. *lib.* 3. Abbas *in cap. quod quibusdam, de fideiuss.* licet Bartol. *in dict. authent.* sensérit contrarium, & Hostiens. *in cap.* 1. *de solutio.* † Extende, quia vbicumque interuenit licentia Papæ, quod pro soluendis decimis impositis à Papa, liceat vendere bona Ecclesiæ, valet alienatio. Paris. *consilio* 24. *lib.* 4. cum Pontifex sit dominus beneficiorum & Ecclesiarum. *cap.* 2. *de præbend. in* 6. *clement.* 1. *in fin. vt lit. penden.* Ias. *in l. quoties. num.* 13. C. *de rei vendic.* Socin. *consilio* 166. *col.* 2. *lib.* 2. Dec. *consilio* 341. *nu.* 8. † Extende; quia hæredes Rectoris vendentis non sunt obligati de euictione, sed ipsa Ecclesia. *cap.* 1. & ibi Abbas per illum text. *de solutio.* & regulare est, quod Clericus potest obligare, & hypothecare bona Ecclesiæ pro contractibus per eum celebratis, tamquam Rector, & nomine Ecclesiæ, vt late per Alex. *consilio* 118. *col. penult. vers. insuper. libr.* 5. qui dicit hanc esse * communem opinionem. † Extende; quia quando alienatio est facta authoritate Papæ pro soluendis decimis Ecclesiasticis, valet, nec potest tanquam nulla reuocari. Ias. *consi.* 55. *lib.* 1. qui hoc non dicit, sed loquitur in aliis terminis, quam solutionis decimarum. † Limita in bonis mobilibus, actionibus, & pecunia; quia non requiritur solemnitas. Alexand. *consilio* 92. *nu.* 2. *& sequen. lib.* 6. Tiraquell. *de retract. lignag.* § 1. *gloss.* 7. *in princ. p. num.* 15. † Extende, vt procedat quoad bona mobilia, item fructus, siue illi extent, siue sint consumpti, pro quibus pecunia debetur; quia possunt alienari sine solemnitatibus, & actio remitti; quia actio subrogata loco mobilium eandem habet naturam, quam mobilia. Alexand. plene *dict. consi.* 92. *Perspectis, in princip. libro* 6.

† Restringe, nisi sint pecuniæ inuestitæ in locis montium, quæ reddunt annuum redditum; quia inter immobilia computantur, ne possint alienari sine solemnitate. Roman. *consilio* 159. *Super eo. n.* 3. *vers. Quod autem alienari.* & apostil. ibi *in verb. redditus,* citat eundem Roman. *consilio* 188. *In hac causa, in fin.* Vide, *Annui redditus inter immobilia computantur, & quando. Concl.* 342. † Limita; quia Episcopus cum Capitulo potest sine solemnitate, ex causa transferre iura vnius Ecclesiæ in aliam; quia non censetur alienatio, ex quo vna Ecclesia censetur soror alterius, & quod prima tenebatur, secunda remanet in eadem obligatione. Ferret. *consil.* 249. *num. decimo quarto,* vbi late. † Extende; quia valet transactio de decimis inter duas Ecclesias eadem ratione. Ferret. *dict. consil.* 249. *num.* 5. *ver. tertio confirmo.* † Declara omnes limitationes, in quibus bona Ecclesiæ possunt alienari, vt non procedant, quoad bona Ecclesiæ legata pro dote cum prohibitione, quod nullo modo possint alienari; quia etiam ex causa permissa à lege non poterunt alienari; quia concurrit prohibitio legis, & hominis. Abbas *consilio* 45. *Videtur primo, num.* 4. *vers. quia imo. lib.* 2. † Contrarium tenent aliqui secundum Abb. *dict. consi.* 43. *num.* 4. *libro* 2. † Declara, quod nullo modo poterunt bona alienari, nisi cum auctoritate Papæ, quæ semper est excepta. Abb. *dict. consi.* 45. *numero* 4. *libro* 2. † Limita sex modis, de quibus Socin. *in reg.* 1. *Ecclesiæ res absque solemnitate regulariter alienari non possunt,* vbi limitat sex modis.

Alienatio bonorum Ecclesię prohibita consanguineis Prælati, & quando.

Conclus 274.

ALIENATIO † bonorum Ecclesiæ, etiam si regulariter sit permissa; tamen interdicitur Oeconomo Ecclesiæ, qui non potest alienare consanguineis suis. *authent. quibuscunque, Cod. de sacrosanct. Eccles. cap. decenter.* 89. *distinct.* Castrens. *consilio ducentesimo decimo tertio. Viso puncto, in prin. vers. secundo videndum est,* qui loquitur in Abbate, & gloss. facit *in cap. peruenit.* 1. *quæst.* 3. quæ dicit, quod Episcopi sunt cœci circa nepotes, & consanguineos. † Contrarium tenet gloss. *in dict. cap. decenter.* 89. *distinct.* allegat text. *in cap. non satis.* 86. *distinctio.* & dicit, quod solis consanguineis malæ vitæ est facta prohibitio. Vide infra in prima limitatione, *numero decimo.* † Declarat Castrens. quod contrarium loquitur in eleemosynis, quæ magis debentur consanguineis pauperibus, quam extraneis; ideo quoad bona remanet prohibitio simplex, alias membranas occuparent iura prohibentia; quia etiam extranei malæ vitæ prohibentur, sed ratio, quare consanguinei prohibeantur, est propter timorem fraudis. Castrens. *consilio ducentesimo decimo tertio, in princip. libro secundo.* † Declara, vt per Abbatem, *dict. consilio quadragesimo primo. Videndum est. numero tertio. versic. pro hoc etiam tollitur. libro primo.* vbi, quod illa *authent.* loquitur in œconomo, qui prohibetur alienare bona Ecclesiæ consanguineis, & non habet locum in Prælato, qui habet maius ius in beneficio, quam œconomus: secundo, quod habet locum, quando alienatio fieret in damnum Ecclesiæ, alias secus, tertio dicit, quod imo de iure Canonico

potest

potest Prælatus dare bona Ecclesiæ si tantundem confert Ecclesiæ de suo patrimonio, ita quod non est necessaria euidens vtilitas, quando alienatio fit consanguineo, allegat text. quem dicit *not. in c. si quis qualibet, cum §. præcedenti. 12. qu. 2.* quarto dicit ius ciuile non potuisse in hoc statuere, & non esse curandum de eo, ex quo ius Canonicum dat certam formam; extra quam nihil pro-
5 hibet. † Amplia; quia consul habens administrationem pii loci, non potest alienare in sui fauorem. Alexand. *consil. 4. Viso processu.*
6 *num. 6. versic. nec etiam obstaret. lib. 3.* † Amplia; quia alienatio bonorum Ecclesiæ facta consanguineis Prælati in magna quantitate dicitur suspecta, & præsumitur fraudulenta. Gemin. *consi. 48.*
7 *in fin. versic. est aduertendum.* † Amplia; quia etiam confessio de recepto, & quod sit conuersum in vtilitatem Ecclesiæ, facta per Prælatum sine Capitulo, dicitur fraudulenta, & simulata, quando ad fauorem consanguinei est facta. Castrens. *consil. 338. Primo quæritur, num. 4.* vbi ponit multas fraudis suspiciones, *libro primo.*
8 † Extende, vt procedat, etiam si super tali confessione, & conuersione sit lata sententia, non vocata Ecclesia, sed inter Prælatum, & mutuantem. Castrens. *d. consi. 338. num. 5. lib. 1.* † Amplia,
9 vt quod dicitur de consanguineo, multo magis procedat in filio; quia pater exequutor ad distribuendū bona inter pauperes, non potest inter filios distribuere, etiā si sint pauperes propter fraudem, & suspicionem. Calderin. *consilio 360.* alias *31. de testamen.*
10 † Limita in aliis Prælatis, quando alienatio fit in casu permisso & sine fraude; quia valet alienatio facta consanguineo Episcopi, multo magis, quam extraneo, quando ab alio plus non erat perceptus. Federic. de Sen. *consi. 210. In Christi nomine. circa fin. versic. restat videre.* vbi, quod solemnitas illius *authen.* de iure Canonico non seruatur. Calderin. *consi. 270.* alias *8. de rebus Eccles. non alien. in fin.* Abb. *consi. 41. Videndum. num. 3. vers. per hoc etiam tollitur. lib. 1.*
apostil. ad Alexand. *dict. consi. 4. num. 6. lib. 3. in vers. administratio. v-*
11 bi citat plurimos concordantes. † Extende; quia imo principalis Prælatus pro se ipso bona fide emit, & contrahit, vt per apost. ad Alexand. *d. consi. 4. in ver. administratio. lib. 3.* quæ allegat Abbas *consi. 41. num. 3. ver. quinimo. colum. 2. lib. 1.* Cardin. Zabarel. *consil. 34.*
12 *in fin.* & alios, quos videas. † Limita quoad fructus Ecclesiæ; quia si sunt beneficia Ecclesiastica simplicia, quorum fructus lucratur beneficiatus in morte, & in vita; tunc valet donatio facta
* consanguineis secundum * communem, de qua Corn. *consi. 314. Videtur in præsenti. num. 2. ver. quinimo lib. 3.* vbi plene idem dicit esse de acquisitis ex officiis etiam intuitu Clericatus, prout sunt legationes, gubernia, & similia; quia valet donatio, & hæredis in-
13 stitutio, & ita seruari dicit. † Extende; quia etiam de aliis fructibus, & bonis Ecclesiasticis moderate possunt donare consanguineis, seruitoribus, & benemerentibus, & statur arbitrio Iudicis in hoc. Corn. *consi. 314. nu. 2. & per tot. lib. 3.*

Alienatio bonorum Ecclesiæ an auctoritate Episcopi fieri possit, & quibus, & quando permissa. Conclusio 275.

1 EPISCOPVS † cum suo Capitulo sine auctoritate sui superioris potest alienare bona Ecclesiæ. Federic. de Sen. *consi. 34.*
2 *Quæritur ad quem de iure, in fin. num. 4. ver. nam Episcopus.* † Et si non adest Capitulum, vt quia Canonicinon sint præsentes, debet Episcopus requirere consensus honestorum Clericorum. Alexan.
3 *consi. 79. num. 3. lib. 1.* † Declara, quod licet possit Episcopus cum consensu sui Capituli alienare bona Ecclesiæ; non tamen potest cum consensu Legati, licet is sit maior Capitulo. Feder. de Sen.
4 *consi. 195. circa fin. vers. & si obiceretur.* † Adde, quod Episcopus debeat habere licentiam Archiepiscopi, Archiepiscopus vero debeat habere licentiam duorum Episcoporum, vel supplet licentia PP. Alexand. *d. consi. 79. num. 3. vers. vtrum autem. lib. 1.* qui loqui-
5 tur in infeudatione. † Contrarium, quod consensus Papæ, vel Archiepiscopi nō est necessarius, sed sufficit consensus Episcopi, nisi ipse Episcopus alienaret, & iurasset non alienare inconsulto Papa, vel Archiepiscopo. Guid. Pap. *decis. 149. per totam*, vbi circa fin. quod tutius est adhibere consensum Papæ, vel Archiepiscopi, quando Episcopus alienat, ad opiniones euadendas, & ibi a-
6 postil. † Declara; quia Episcopus cum consensu Capituli, & tractatu potest alienare sine alia licentia Papæ, quando non iurauit de non alienando; si vero iurauit, semper requiritur licentia Papæ, qua habita inseruit perpetuo pro primo, & secundo contra-
7 ctu. Alexand. *d. consi. 79. num. 10. ver. circa decimum. lib. 1.* † Hodie extat extrauagans Pauli Papæ II. *de rebus Eccles. non alien.* quę seruari debet, & omnes Episcopi hodie iurant non alienare inconsulto Romano Pontifice, ideo est necessaria omnino licentia Papę, quæ non præsumitur. Alexand. *consil. 9. Viso themate. num. 8. libro 3.*
† Amplia in Prælatis religiosis, qui alienare possunt cum con- 8
sensu sui Capituli, & aliis solemnitatibus adhibitis, vt per Feder. de Sen. *consi. 29. num. 2. ver. præsuppositо, quod illa vnio,* vbi elicitur à contrario sensu; quia hoc non probat clare ibi, & tenet Lap. *alleg. 62. num. 4.* Vide, *Alienatio bonorum religionis quæ requirat, vt sit valida. Concluſ. proxima sequen. num. 13.* † Contrarium tenet Feder. de 9
Sen. *consi. 143. in princ.* quod imo requiritur licentia Papæ, & non sufficit auctoritas ordinarii, & inferiorum, & *versic. non sufficit, circa fin.* vbi loquitur in Monasterio exempto. † Restringe in Ple- 10
banis, & aliis Prælatis, qui non alienant cum consensu sui Capituli, sed requiritur auctoritas Episcopi ordinarii. Federic. *d. consi. 34. in fin. num. 4.* vbi ampliat hoc etiam procedere in alienatione temporali, quam non possunt facere sine auctoritate Episcopi, & quod alienatio bonorum Ecclesiæ, & concessio in emphyteusin non valeat sine auctoritate superioris. Federic. de Sen. *consilio 179. in princ.* † Amplia; quia alienatio fieri potest, quando non 11
est perpetua. Gemin. *consi. 10. Abbas immediate,* vbi loquitur etiam in Abbate immediato Sedi Apostolicæ, qui iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice. † Perpetua an dicatur alienatio 12
ad vitam, vide Federic. de Sen. *d. consi. 143. in princ.* qui videtur velle, quod non. Sed contrarium supra, *Alienatio quid sit. Concluſ. 257.* 𝔄
num. 16. & sequen. † Amplia; quia minimæ, & modicæ res Eccle- 13
siæ possunt alienari; quia in modicis non est solemnitas requisita. Federic. de Sen. *consi. 123. Quæritur, in princ. & per tot.* vbi, quod locationes, quæ fiunt partiariis colonis per Ecclesiam, sunt permissæ. † Extende; quia res infructuosæ possunt alienari etiam in 14
perpetuum ad emphyteusin, non obstante iuramento de non alienando, quando tractatus interuenerunt. Bald. *consi. 156. Abbas exemptus. lib. 1. per tot.* Angel. Aretin. *consi. 27. Videtur primo, per tot.*
maxime *num. 8. & sequen.* † Amplia, vt idem sit in iis, in quibus 15
mora posset afferre damnum; quia licita est alienatio, sine solemnitate. *l. lex quæ, in fin. C. de administrat. tutor.* Federic. *d. consi. 123. in fi.*
† Amplia in fratribus mendicantibus, qui sunt bonorum inca- 16
paces; quia si eis legatur, possunt alienare sine solemnitate, vt pretium habeant; quia ex necessitate faciunt. Marsil. *sing. 132. in alienatione.* vbi est idem, quando ex iussu testatoris tenentur alienare. † Amplia in tranſactione temporali; quia est licita sine so- 17
lemnitate, iuxta not. *in cap. veniens, de transact.* Feder. de Sen. *dict. consi. 123. num. 2. vers. hinc est.* † Extende; quia valet transactio fa- 18
cta per Moniales bona fide, & de re litigiosa etiā sine auctoritate superioris. Anchar. *consi. 136. Ex consiliis, per totum,* vbi, quod ex longa obseruantia triginta annorum præsumitur solemnitas, & non datur restitutio in integrum, & Concluſ. proxima sequent. *num. 37. & seq.* Vide, *Tranſactio an valeat in spiritualibus, & qualiter.* 𝔄
Concluſ. 348. † Amplia; quia fructus Ecclesiarum possunt locari 19
sine solemnitatibus, dummodo non ad longum tempus locentur. Gemin. *consi. 10. per tot.*

Alienatio bonorum Religionis quæ requirat, vt sit valida. Concl. 276.

ALIENATIO † bonorum Monasterii facta sine causa non va- 1
let; ideo requiritur necessaria causa. Feder. de Sen. *consi. 29. nu.*
2. ver. præsuppositо, quod. † Causa est, quod adsit necessitas, vel vtili- 2
tas. Castrens. *consi. 437. in princ. lib. 1.* vbi, quæ alia requirantur vltra causam. Vide *in ver. seq.* quia etiam pietas, commoditas, & incommoditas sunt causæ legitimæ. Alexand. *consi. 17. num. 6. lib. 4.* Vide 𝔄
supra, *Alienatio bonorum Ecclesiæ, vt valeat, requirit causam, & formam. Concl. 271. nu. 6. & seq.* † Requisita in alienatione bonorum Mo- 3
nasterii sunt, quod præcedat tractatus, qui fieri debet cū magna maturitate, & deliberatione, quod Prælatus consentiat cū consensu Capituli, & quod interueniat authoritas Episcopi, si Monasterium, & Abbas non est exemptus; si vero est exemptus, requiritur authoritas Papæ propter iuramentum de non alienando inconsulto Romano Pontifice. Bald. *consi. 374. Factum tale est, per tot. lib. 3.* vbi, quod requiritur etiam causa, & sunt quatuor, necessitas, pietas, vtilitas, & commoditas. Anch. *consi. 301. Viso diligenter, numer. 3. & per tot.* plene Abb. *consil. 56. Videtur primo, per totum, libro 1.* vbi est casus, & idem tenet Alexand. *consilio 17. Viso instrumento locationis. num. 4. & sequen. ver. hoc præsuppositо lib. 4.* vbi apostill. *in verb. immediate,* dat plurimos concordantes. † Amplia; 4
quia ad validitatem alienationis bonorum Monasterii requiritur tractatus, & consensus superioris, & quod monachi fuerint congregati de mandato superioris, & quod nomina eorum,

qui

qui interfuerunt, sint specificata. Fulgos. *consi.* 230. *In quæstione ver-*
5 *tente. num.* 4. † Et non sufficit, quod Notarius dicat de mandato
Papæ factam esse obligationem Monasterii; quia ipsi non credi-
6 tur. Ancharan. *consi.* 301. *in princip.* † Vide Castrens. *consi.* 437. *Visis omnibus, lib.* 1. vbi requirit causam, videlicet necessitatem, vel
vtilitatem Ecclesiæ. Secundo consensum Conuentus cum tra-
ctatu. Tertio consensum Prælati illius Conuentus. Quarto au-
7 ctoritatem superioris illius Conuentus. † Item requirit tracta-
tum, qui si omittatur, alienatio est nulla. *cap. sine.* 12. *quæst.* 2. *& ca.*
1. *de rebus Eccles. non alien. lib.* 6. Feder. de Sen. *consil.* 29. *num.* 2. *versic.*
item quia non præcessit, & consi. 100. *Factum tale est. num.* 3. *versic. non*
obstat. vbi, quod requiritur tractatus, causæ cognitio, & delibe-
ratio. Alexand. *dict. consil.* 17. *Viso instrumento. num.* 5. *lib.* 4. Vide su-
pra, *Alienatio bonorum Ecclesiæ, vt valeat, &c. Conclus.* 271. *numero* 63.
8 *& sequent.* † Et tractatus debet fieri ab eo Monasterio, de cuius
bonis alienandis tractatur, etiam si sint in aliena diœcesi, & au-
ctoritas Episcopi, vbi est Monasterium, debet interuenire, non
autem Episcopi, vbi sita sunt bona, Feder. de Sen. *consi.* 151. *colum.*
penult. in fin. vers. & ideo si Monasterium. & Calderin. *consi.* 272. alias
9 10. *de rebus Eccles. non alienand.* † Et iste tractatus debet fieri in in-
strumento separato ab alienatione, alias ea non valet. Alexand.
dict. consi. 17. *num.* 5. *& 6. lib.* 4. vbi Apostill. *in ver. Monasterium*, dat
10 concordant. † Item requiritur auctoritas superioris ordinarii,
non autem sufficit auctoritas alterius superioris etiam maioris
deputati ad corrigendum, visitandum, & reformandum, qui non
potest interponere auctoritatem alienationi. Federi. de Sen. *dict.*
consil. 29. *numer.* 2. *vers. item quia visitator*, & intellige de ordinario
Prælato Religionis, videlicet Abbate, vel Priore immediato.
Lap. *alleg.* 62. *num.* 4. Alexand. *consi.* 17. *num.* 4. *lib.* 4. vbi Apostill. *in*
ver. immediate, dat concordantes, quod habeat iurisdictionem
quasi Episcopalem. Felin. *in cap. sicut. num.* 33. *de re iudic.* Chassan.
super consuetud. Burgund. rubric. 9. §. 9. *num.* 26. Vide, *Auctoritas Supe-*
11 *rioris quando, & quomodo interponenda. Conclus.* 566. † Imo, quod
sufficiat consensus, & licentia magistri Prouincialis; quia habe-
tur loco Prælati ordinarii, & quod ita seruatur de consuetudine.
12 Zabarell. *consi.* 39. *in princip.* † Contrarium, quod imo sufficiat
auctoritas Generalis totius ordinis in alienatione omnium bo-
norum membrorum, & Monasteriorum sibi subiectorum. Ge-
min. *consi.* 32. *num.* 5. *ver. isti autem Prælati*, & idem tenet Bald. *consil.*
496. *num.* 3. *vers. dicet aliquis, lib.* 5. vbi, quod in permutatione suf-
ficit auctoritas Generalis, si Monasterium est exemptum, alias
requiritur auctoritas Episcopi, & quod requiritur in actu, & non
* post, alias permutatio non valet, & dicit ibi circa fin. hanc* com-
13 munem. † Declara; quia si agatur de alienatione bonorum Mo-
nasterii principalis requiritur consensus Ordinarii, si non est ex-
emptum Monasterium, si est exemptum, requiritur consensus
Papæ propter iuramentum de non alienando; si vero aliena-
tio fiet de bonis membri, puta, Prioratus sub Monasterio ex-
empto, sufficit auctoritas Abbatis superioris etiam exempti,
loco ordinarii, & Episcopi; quia iuramentum de non alienan-
do non se extendit ad bona, quæ nõ sunt de mensa iurantis. Bald.
14 *consi.* 374. *in fin. vers. si tamen sub aliquo, lib.* 3. † Et quod requiratur
auctoritas Papæ, si Monasterium est exemptum, est text. *in cap.*
dudum, de rebus Eccles. non alienan. in 6. *& in clement.* 1. *eodem titul. &*
in cap. vt super, eodem tit. in antiq. vbi Innocent. & alii. Bald. *in auth.*
15 *hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. Eccles.* † Dicas, quod si Prælatus
Religionis habet Conuentum, requiritur tractatus, & consen-
sus Capituli, seu Conuentus, & etiam Episcopi, si non habet
Conuentum, sufficit consensus Episcopi, & si Episcopus abest,
sufficit consensus alterius Superioris, si adest necessitas. Roman.
consil. 36. *Visa disceptatione. num.* 3. *versic. quinimo.* vbi allegat casum
in clement. 1. *de rebus Eccles. non alienand.* & dicit ibi Roman. quod si
interuenit consensus Commissarii Apostolici, videlicet Legati
habentis facultatem, sufficit pro tractatu, & omni solemnitate.
16 † Quod requiratur vltra consensum Abbatis, & Conuentus, et-
iam auctoritas Episcopi, & quod sufficiat. Federic. *consilio* 259. *in*
princip. & quod Abbas exemptus sine Episcopo non possit vnire
Ecclesiam sibi suppositam, & exemptam. Calderin. *consilio* 271.
alias 9. *de rebus Eccl. non alienand.* & quando Monasterium est sup-
positum Episcopo, quod requiratur decretum Episcopi. Bald.
consi. 475. *Quidam Ioannes, num.* 1. 2. *& 3. lib.* 1. vbi, quod est solem-
17 nitas substantialis. † Intellige tamen, quod dicitur, auctoritatem
Episcopi requiri in alienatione bonorum Monasterii, procede-
re, & interponi debeat consulte, & deliberate, non autem per-
functorie, & ex abrupto. Bald. *dict. consil.* 475. *num.* 8. *ver. & per hoc*
18 *determinatur. lib.* 1. † Contrarium, quod requiratur auctoritas
Papæ, & Superioris vltra auctoritatem Abbatis, cum consensu
Conuentus. Federic. *consil.* 143. *in princip.* † Declara alio modo; 19
quia si Monasterium non subest Episcopo, sufficit consensus, &
auctoritas Superioris, prout Prouincialis, seu Generalis, non
autem Episcopi. Castrens. *consilio* 437. *circa med. vers. item ex eodem*
instrumento. libro primo. † Declara; quia in Monasteriis immedia- 20
te subiectis Sedi Apostolicæ requiritur licentia Papæ. *cap. ego N.*
de iureiurand. Gemin. *consilio* 10. *in princip.* in non exemptis sufficit
auctoritas Episcopi, ita Bald. plene *consilio* 374. *Factum tale est, lib.*
3. † Amplia, vt prædicta procedant, etiam si alienatio fiat per 21
modum compromissi, transactionis, vel alterius modi, per
quem deuenitur ad alienationem; quia requiruntur solemnia,
prout in alienatione, quæ prohibetur directe, & per indirectum
fieri. Federic. de Sen. *consilio* 94. *Casus talis est.* vbi, quod non va-
let transactio, per quam inducitur alienatio facta per Prælatum
cum consensu Capituli, si non interuenit auctoritas Ordinarii
loci. Gemin. *consilio* 10. incipit, *Abbas immediate.* Abb. *consilio* 56.
Videtur primo. lib. 1. *per tot.* † Restringe, nisi fieret alienatio, vel 22
compromissum super fructibus, vel ad tempus non longum;
quia tunc valet. Gemin. *dict. consil.* 10. *per tot.* vbi loquitur, etiam
si Monasterium sit subiectum immediate Sedi Apostolicæ. † Et 23
obligatio iurata per Abbatem circa fructus, licet non sit solem-
nis, nec transeat ad successorem; tamen ipsum obligat, quando
iurauit; quia efficitur periurus. Ancharan. *consilio* 301. *numero* 4.
† Declara; quia etiam si sit circa fructus, non transit ad succesſo- 24
rem, quando à solo Abbate est facta, vel quando est limitata ad
fructus certi temporis; quia lapso tempore successor nihil de-
bet. Ancharan. *dict. consil.* 301. *circa fin.* † Amplia; quia non po- 25
test Abbas etiam cum consensu sui Capituli constituere procu-
ratorem ad alienandum bona Monasterii, nisi præcedat tracta-
tus, causæ cognitio, & deliberatio; quia non potest præstari
consilium à monachis per procuratorem; & quia decretum non
potest interponi per Superiorem, nisi super certo. Feder. de Sen.
d. consilio 100. *num.* 3. *vers. non obstat.* † Amplia, vt procedat etiam 26
in mutatione status Monasterii; quia potest Capitulum regula-
rium Canonicorum sancti Augustini dato defensore per Epi-
scopum, & præuio tractatu, & aliis solemnitatibus præmissis de
consensu Episcopi mutare statum, & profiteri Religionem san-
cti Benedicti, & valet talis mutatio. Calderin. *consilio* 255. alias 1.
ne Sed. vacan. † Amplia, quod dicitur de Monasterio monacho- 27
rum, idem in Monasterio mo[illegible]ium; quia non possunt donare
moniales bona ingressuræ sine tractatu, & solemnitatibus, & a-
lias facta donatio non valet. Alexand. *consilio* 78. *In causa, & lite.*
num. 2. *vers. nec obstat. lib.* 7. † Amplia etiam in vnione Ecclesiæ 28
exemptæ, quæ non potest fieri per Abbatem exemptum, sine so-
lemnitatibus, & auctoritate Episcopi; quia est alienatio. Calde-
rin. *consil.* 271. alias 9. *de rebus Eccles. non alienand.* † Declara, quod 29
licet vnire non possit Abbas sine Episcopo, & solemnitatibus;
tamen talis vnio facta de Ecclesia exempta præbet titulum præ-
scribendi, ita vt præscriptio habeat locum. Calderin. *dict. con-*
silio 271. alias 9. *de rebus Eccles. non alienan.* † Amplia; quia, vt va- 30
leat alienatio bonorum Monasterii exempti, requiritur causa iu-
sta, & licentia Superioris. *cap. Monasterium, de rebus Eccles. in* 6.
† Amplia; quia non potest Prior, neque Abbas alienare bona 31
delata suo Monasterio immobilia ex successione professi. Angel.
consilio 133. *Super primo, in fin. vers. ad septimum.* † Restringe; quia 32
potest alienare seruatis debitis solemnitatibus, de quibus *in cap.*
sine exemptione 12. *quæst.* 2. quando alienatio fieret pro reparatio-
ne Ecclesiæ, vel pro victu, aut vestitu Monachorum, vel pro a-
lia causa necessaria. Angel. *consilio* 133. *in fin.*. † Declara; quia si iu- 33
rasset non alienare inconsulto Romano Pontifice, neque pos-
set eo casu pro causa necessaria, & seruatis solemnitatibus aliena-
re immobilia sine licentia Papæ, sed posset accipere pecunias
mutuo, & si ex redditibus Monasterii non possunt satisfieri; tunc
iurans posset vendere pro soluendis debitis. Angel. *dict. consilio*
133. *in fin.* † Amplia, vt procedat etiam in locatione bonorum 34
Monasterii ad annos decem; quia dicitur alienatio, & non valet
sine tractatu, & solemnitatibus. Alexand. *consilio* 17. *Viso instru-*
mento, per tot. maxime *in princip. libro* 4. † Extende maxime in pa- 35
cto de affrancando; quia est alienatio. Alexand. *dict. consilio* 17.
nu. 6. *vers. Confirmantur, cum sequen. libro* 4. † Extende; quia loca- 36
tio ad decennium facta non substinetur in tempore permisso. A-
lexand. *dict. consil.* 17. *num.* 10. *vers. nec etiam obstat, lib.* 4. Vide, *Loca-*
tio bonorum Ecclesiæ vltra tempus concessum, an in totum, vel in parte nul-
la. Conclus. 405. † Amplia; quia non valet transactio, per quam 37
bona Religionis in alium perpetuo transferuntur; secus, si reti-
neantur bona, vel sola possessio transfertur, plene Natt. qui exa-
minat *consilio* 441. *in prin. & per totum.* Sequitur etiam Roland.

38 *consil.15. per totum libro 1.* † Restringe, quando fit bona fide, & super alienatione, vel repudiatione hæreditatis, vel legati acquirendi. Natta *dict. consil.441. numer.9. & sequen.* vide infra Roland. plene *consil.15. per totum, libr.1. & Conclusionem proximam præcedentem, in fin.* † Limita in alienatione competentium Religiosis ex
39 priuilegio; nam possunt pacisci cum Ecclesia particulari super iure sepeliendi, & renunciare iuri sibi competenti ex priuilegio, & valet perpetuo talis renunciatio, & alienatio etiam sine licentia Superioris, & Papæ. Federic. de Sen. *consil.94. in fine.*
40 Bald. *consil.261. Optimæ allegationes. libro quarto.* † Declara, dummodo fiat inter Ecclesiasticos; secus si ad fauorem laici, vel si priuilegium tenderet in beneficium, & fauorem Superioris; quia non possunt eo casu renunciare. Franc. *in cap. fin. in sexto, numero*
41 *secundo, vers. & procedit sine dubio.* † Extende, vt imo sit speciale in mendicantibus, vt possint transigere eorum Capitula, & Priores sine Superiore, dummodo bona fide transigant. Bald. *dict.*
42 *consil.261. Optimæ allegationes, libro quarto.* † Limita; quia potest Abbas exemptus cum suo Capitulo facere statutum, per quod sibi, & Capitulo præiudicet, & facultatem suam restringat; in
43 is tamen, quæ non sunt contraria iuri communi. Federic. de Sen. *consil.100. Factum tale est, per totum.* † Declara, vt non procedat in præiudicium successoris, quando Abbas non est exemptus, nisi fecerit cum auctoritate Episcopi. Federic. *consil.259. in*
44 *princip. vers. quæritur. nunquid.* † Limita; quia non requiritur aliqua solemnitas, quando testator, qui dotauit Capellam, mandauit, quod bona possint vendi ex certa causa, quæ interuenit.
☞ Castrens. *dict consil.437. post med. versic. præterea satis. lib.1.* Vide, *Alienatio bonorum Ecclesiæ est prohibita regulariter. Concluſ. 273. nume-*
45 *ro 53.* † Extende, etiam si dos iam fuerit assignata, & incorporata Capellæ. Castrens. *dict consil.437. post med. vers. præterea satis. li-*
46 *bro 1.* † Extende in casu contrario; quia si est legata dos Ecclesiæ in stabilibus cum conditione, quod non possit alienari, ea non poterit alienari etiam in casu permisso; quia concurrit prohibitio legis & hominis. Abb. *consi.45. Videtur primo. num.4. lib.2.*
47 † Limita; quia potest Conuentus cum Prælato nolle acquirere legatum; quia differunt non acquirere, & alienare. Zabarell. *cons.*
48 *89. per tot.* † Extende; quia potest procuratorem cum libera constituere ad obligandum Monasterium, & ad liberandum. Zaba-
49 rel. *dict. consi.89. per tot.* † Limita; quia potest fieri alienatio, vel locatio fructuum sine licentia Superioris per Abbatem, & Conuentum etiam suppositum immediatæ Sedi Apostolicæ, & qui iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice, quando talis locatio non est ad longum tempus. Gemin. *consi.10. per totum.*
50 † Limita; quia potest Abbas exemptus cum suo Conuentu præmissis tractatibus concedere in emphyteusim perpetuam petium terræ inundatum aquis, & infructuosum sine alia solemnitate, non obstante iuramento de non alienando, inconsulto Romano Pontifice. Bald. *consil.156. Abbas exemptus. per totum, libro 1.*
51 † Limita; quia in his, quæ Monasterium, maxime Mendicantiũ, nunquam possedit, valet transactio; quia non dicitur alienatum, quod bona fide in transactionem est deductum; si illud Monaste-
52 rium nunquam possedit. Bald. *consi.261. lib.4.* † Extende in legatis; quia sicuti possunt repudiari, ita super eis transigi. Rom. *consi.*
184. *Visis, per tot.* vbi plene apostill. *in ver. consi.9.* dat concordan-
* 53 tes plurimos, & dicit * communem. † Limita in liberatione necessaria; quia potest Abbas, & Conuentus simul sine alia solemnitate, & auctoritate Superioris recipere solutionem eius, quod sibi debetur, & soluens liberatur; quia liberatio est neces-
54 saria. Castrens. *consi.34. Ego Paulus de Castro, in princ. lib.1.* † Extende, vt idem sit, si pupillus solutionem recipiat, & liberet cum
55 auctoritate tutoris. Castrens. *dict. consi.34. in princip. lib.1.* † Extende, vt procedat, etiam si solutio ex sola confessione probetur; quia distinguitur, an sit gratuita, & voluntaria, an vero necessaria. Castrens. *dict. consi. 34. num.2. versic. Quæritur ergo. lib.1.* quia si necessaria est, in iis, quæ in facto Prælati consistunt, valet, & præ-
56 iudicat, alias non. † Extende; quia præsumitur versum in vtilitatem Monasterii in dubio. Castrens. *dict. consilio 34. numero tertio,*
57 *libro primo.* † Declara; quia si non probatur, neque præsumitur versum in vtilitatem; tunc Ecclesia debet restitui in integrum.
58 Castrens. *dict. consi.34. in princip. versic. dicit tamen. lib.1.* † Restringe in liberatione voluntaria; quia non valeret. Castrens. *dict. con-*
☞ *silio 34. in princip. libro 1.* Vide, *Liberatio facta per Prælatum quando va-*
59 *leat, vel non. Concluſ. 331.* † Limita; quia potest Abbas, & Conuentus cum auctoritate proximi sui superioris concedere ad vitam vsumfructum alicuius rei pro benemeritis erga Monasterium, & valet concessio. Castrens. *consil.229. Et ponderatis, in princ.*
60 *vers. super primo. lib.1.* † Extende; quia multo magis valet, si est confirmata à Papa. *cap.1. in fin. de pact.* vbi, quod concessio nulla confirmata à Papa conualescit. Castrens. *d. consil 229. in princip. lib.1.* † Limita; quia extensio, seu prorogatio gratiæ, seu 61
concessionis vsusfructus bonorum Religionis potest fieri, & facta valet per Abbatem, & Conuentum cum consensu sui immediati Superioris. Castrens. *d. consil. 229. in princip. lib.1.* multo magis, si est confirmata per Papam. † Extende; quia talis exten- 62
sio non potest reuocari etiam per Papam, quando à Papa fuit concessa etiam de plenitudine potestatis; quia cum sit acquisitum dominium de iure naturali, & concessio facta laicis ex contractu, Papa tenetur obseruare. Castrens. *d. consil. 229. Vi-*
sis. num.2. & per tot. vers. venio ergo. lib.1. † Extende; quia valet ex- 63
tensio facta per Papam concessionis bonorum Ecclesiæ, etiam non vocato Abbate, vel Rectore Ecclesiæ. Castrens. *dict. consil.229. colum.2. versic. an autem. lib.1.* vbi dicit, quod ita consuluit alias.

Alienatio bonorum Ecclesiæ solitorum locari quando valeat sine solemnitate. Concluſ. 277.

BONA † Ecclesiæ consueta concedi in emphyteusin possunt 1
sine solemnitatibus valide concedi aliis personis cum eisdem pactis, vel melioribus, quando sunt reuersa ad Ecclesiam ob canonem non solutum. Federic. de Sen. *consi.179. Quidam Prælatus. in princip. vers. sed dubium est.* vbi allegat rationem; quia Ecclesiæ conditio non fit deterior. Bald. *consi.457. Reuerendus Pater, in princ. lib.1.* vbi, quod transit contractus ad successorem; & idem, quando bona emphyteutica, vel feudum sunt quouis modo reuersa ad Ecclesiam; quia possunt secundum consuetudinem Ecclesiæ alienari sine solemnitate. Bald. *consi.475. Quidam Ioannes Abbas. n.5. ver. sequitur videre. lib.1. & consi.494. Quædam domus, in fin. lib.2.* quod est Gasparis Calderin. Anchar. *consi.443. nu.7. vers. non obstat, quod.* vbi est subscriptio sex Doctorum. Bolognin. in *addit. ad consi. Ioan. de Anania 84. num.5.* plene Gabriel. *consi.82. num.18. & seq. lib.2.* Ang. Aretin. *consi.73. Quia eleganter. num.76. vers. quod plura.* † Declara; quia 2
res solita locari potest sine solemnitatibus locari, dummodo cum eisdem pactis, & conditionb. & eodem modo, alias secus; ideo non valeret concessio in feudum de re solita locari; quia mutatur & alteratur forma. Alexand. *consil.9. Viso themate, in princip. lib.3.* vbi plena apostill. in *verb. mutando*, dat concordant. quod non potest mutari forma, vel qualitas primæ inuestituræ in damnum Ecclesiæ; secus est, si mutaretur in fauorem Ecclesiæ, vel si mutatio etiam damnosa fieret per modum diuisibilem: nam emphyteusis concessa, & concedi solita ad tertiam generationem, si concedatur sine solemnitatibus, iterum ad quartam generationem, non valet, sed si concedatur ad tertiam, item ad quartam generationem, valebit ad tertiam, vt prius; quia in diuiduis, & separabilibus vtile per inutile non vitiatur. Vide in *ver. Emphyteusis concessio ex* ✍
multis nulla. Concluſ. 185. † Et quæ bona dicantur solita locari, & 3
quæ requirantur. Vide infra *Conclusionem proximam sequentem.* Item † declara; quia non valet concessio in emphyteusim facta ✍ 4
de bonis solitis locari, nisi fiat locatio cum eisdemmet pactis, & conditionibus, de quibus in antiquis inuestituris, & nullus est, qui dubitet de hoc, vt dicit Clarus *d. §. emphyteusis. quæst.6. num.2. vers. scias tamen*, & repetit *quæst.28. nu.6. ver. aut vero.* † Extende, vt 5
etiam bona solita in feudari possint infeudari sine solemnitatibus, & talis infeudatio obliget successorem. Bald. *d. consi.457. in pr n. li.1. cap.1. qui successor. teneat. colum.9.* & idem Bald. *consi.475. nu.5. lib.1.* dummodo infeudatio fiat iuxta consuetudinem Ecclesiæ, & non alias. Bologn. in *addit. ad consi. Ioan. de Anan. 84. nu.5. c.2. extra, de feud.* Curt. Iun. *in tract. feudo. part.1. partis 2. quæst.1.4. & 9.* plene Clar. in §. *feudum. quæst.13. num.2.* Alexand. *consil.92. Perspectis. num.6. & seq. li.6.* † Restringe; quia si antiqua inuestitura fit pro heredibus extra- 6
neis, & reuersa ad Ecclesiam non poterit renouari pro extraneis, nisi cum solemnitatibus. Clar. *dict. qu.28. nu.6. vers. aut vero.* Difficultas † tota consistit in hoc, an si facta est concessio diuersa, puta, 7
prima erat ad tertiam generationẽ, postea fuit renouata ad quartam, an valeat quoad tertiam, an sit in totum nulla; quod non vitietur in totum, tenet Clar. *dict. §. emphyteusis, quæst.6. nu.2. vers. scias tamen.* vbi dicit * communem. † Contrarium, quod vitietur * 8
in totum, item Clar. *d. quæst.6. num.2.* vbi pariter dicit * commu- *
nem. † Declarat idem Clar. *d. §. emphyteusis. quæst.6. nu.2. in fin. ver.* 9
ego tamen credo, quod vitietur in totum, si nõ potest diuidi, alias secus; quia vtile per inutile non vitiatur, & remittit se ad ea, quæ dixit in §. *feudum. q.13. in fi.* vbi dicit * communem, quod vitiatur in * *
eo, quod est vltra, & dicit * cõmunem, quod valet in eo, in quo est *

con-

conformis antiquæ inuestituræ. Vide plenius, *Vtile per inutile quando vitietur, vel non. Conclus. 367. num. 38. & seq.* † Declara; quia res dicitur solita locari, dummodo lapsi sint quadraginta anni; quia tanto tempore præsumitur solemnitas interuenisse. Alex. *d. consi. 92. n. 7. & 8. lib. 6.* † Imo apostill. ibi ad Alexan. *in verb. quadraginta*, dicit, quod sufficiunt triginta, licet non in Ecclesiæ alienatione; quia sunt necessarii quadraginta anni, & supra proxime & plenius *Conclus. proxima seq. in princ.* † Amplia, vt procedat, etiam si bona sint reuersa ad Ecclesiam; quia contractus esset finitus. Federic. de Sen. *d. consi. 179. circa med. versic. eodem modo.* Guido Pap. *decis. 100. Priores.* † Declara; quia si sunt effecta bona de mensa Ecclesiæ, vt quia sunt Ecclesiæ incorporata, ea non possunt amplius dici solita locari. Alex. *cons. 79. Circa primum. num. 2. in fin. ver. quoad secundum. lib. 1.* vbi requiruntur solemnitates requisitæ, quando sunt effecta de mensa. Alex. *consi. 9. lib. 3.* Guid. Pap. *decis. 100.* Castrens. *consi. 260. Notandum, in fin. lib. 2.* † Quando dicatur res reuersa ad Ecclesiam effecta de mensa Ecclesiæ: dic secundum aliquos, quod si per annum fuit penes Ecclesiam, dicitur effecta de mensa, plene Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst. 3. tit. de alienatione non obstante iuramento de non alien. ver. facit ad materiam. n. 24. & seq.* † Contrarium; quod hoc non reperiatur iure cautũ, dicit Anch. *consi. 156. num. 5.* † Declara, vt res per annum efficiatur de mensa, quando Prælatus pacifice possedit, alias secus. Anchar. *consi. 34. num. 3. & seq. & consi. 156. num. 4. ver. vnum tamen, & num. 5.* Vide, & declara, vt infra *num. 40. & seq.* † Amplia; quia solus Episcopus sine consensu sui Capituli potest concedere de nouo res consuetas dari in emphyteusim. Calderin. *consi. 257.* alias *1. de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens.* Bald. *consil. 221. Primo quæritur, in princ. lib. 1.* vbi, quod non requiritur tractatus. † Extende, vt idem sit in quocunque alio Prælato, seu beneficiato. Castrens. *consilio 189. Viso instrumento. colum. 2. lib. 2. vers. secundo quia.* † Extende, vt idem sit in infeudatione rei solitæ infeudari; quia solus Episcopus sine consensu sui Capituli potest hoc facere. Calderin. *consi. 257.* alias *1. de his, quæ fiunt à Prælat.* allegat Ioan. de Anch. *in sua summa de feud. & consi. 314.* alias *11. de feud.* Castrens. *d. consi. 189. colum. 2. ver. secundo quia. lib. 2.* Vide, *Feudum Ecclesiasticam solitum infeudari. Conclus. 114.* † Extende, etiam si Prælatus iurasset non alienare inconsulto Romano Pontifice; quia id non intelligitur de bonis solitis antiquitus infeudari. Calderin. *d. consi. 314. in princ.* alias *11. de feud.* Bald. *consi. 457. in princ. vers. & si talis Prælatus. lib. 1.* vbi, quod consuetudo rebus dat hanc naturam. Castrens. *d. consi. 189. colum. 2. ver. secundo quia, lib. 2.* & infra *num. 25.* † Amplia, vt in tantum sit verum; quia etiam si bona sint solita locari ad longum tempus pro vnico nummo; tamen poterunt pro eodem vnico nummo relocari, & nedum Christiano, sed etiam Iudæo, & valet talis relocatio etiam in præiudicium successoris. Calderi. *consi. 281.* alias *3. de locato. in princ.* † Contrarium tenuit Rota in causa Bononien. coram Domido de Grassis, vt in decisione; quia debet pro eo canone, qui reperitur tempore nouæ locationis, &c. & vide decisionem; quia singularis est, & pulcherrima, & fuit impressa, & est *num. 135.* alias *4. de rebus Eccles. non alienand.* vbi, quod si plus reperitur ab alio, vel si cessat causa prima, requiritur solemnitas, vt per Abb. *cap. vt super. num. 11. de rebus Eccles. non alienand.* & fuit canonizata pluries per Rotam coram Lancellotto. & Braco, vt est *decisio plena in nouissimis. part. prima 582. proposita causa.* Vide, & declara, vt infra *num. 30. & 31.* † Declara; quia licet res solita locari, si reuertatur ad Ecclesiam, possit per Prælatum sine alia solemnitate concedi; tamen id intelligitur semper cum eisdem pactis, & eisdem modis, ita quod non potest alterari prima inuestitura, item dummodo cum euidenti vtilitate tempore nouæ inuestituræ concedatur. Cæsar de Grassis *d. decis. 135. per totam*, alias *4. de rebus Ecclesiæ non alienand.* Alexand. *consil. 5. Si vera sunt. num. 18. ver. septimo quia. lib. 5.* vbi apostill. *in ver. non valet*, citat eundem Alex. *consi. 9. num. 2. lib. 3.* † Declara; quia procedit, quando Ecclesia reperiret alium, qui faceret meliorem conditionem, secus si alium non reperiret; quia tunc valet pro canone antiquo, ita Cæsar de Grass. *decis. 4. de rebus Eccles. non alien. num. 13.* & quia in dubio non præsumitur, quod alias sit repertus, qui plus offerat. Ruin. *consil. 157. num. 17. lib. 1.* Alexan. *consi. 79. num. 6. ad fin. ver. & quamuis. lib. 1.* Mohed. *decis. 8. in princ. tit. de locat.* & ita fuit resolutũ in causa Albanen. Turricellæ corã D. Orano 1592. die 22. Martii. † Item declara, seu restringe, vt ista vtilitas requiratur in renouatione, quando bona ad Ecclesiam sunt iam reuersa; secus si adhuc durante linea fieret renouatio, sic videtur velle *extrauag. ambitiosæ. de rebus Eccles. non alien.* dum loquitur de translatione dominii, & ita quando dominium non transfertur, non habet locum extrauagans, vt dicit Ioann. de Arnono *singul. 72.* incipit: *Quia supra.*

† Item declara, seu restringe, vt non procedat stante consuetudine renouationis faciendi, quando vnus vendit alteri. Crauett. *consi. 201. num. 11.* Rot. *decis. 119. nu. 17. p. 2.* & maxime quando consuetudo est immemorabilis, vt fuit resolutum coram Illustrissimo Mantica in causa Nonantulan. 22. Martii 1592. † Amplia in feudis; quia licet Ciuitas non possit infeudari, nisi consentiant Ciues; tamen si est solita infeudari, poterit infeudari sine consensu Ciuium. Bald. *consil. 324. Quæritur, vtrum Papa. circa fin. versic. & si habeo. lib. 1.* † Amplia in tantum bona solita locari, & ad Ecclesiam reuersa, posse locari de nouo sine solemnitate, vt conductor bonorum, & iurium Ecclesiæ possit in vim conductionis dicta bona concedere alteri secundum tenorem primæ inuestituræ. Bald. *consi. 494. Quædam domus. lib. 2.* quod est Gasparis Calderini. † Contrarium, quod imo conductor non possit dicta bona concedere alteri, nisi durante sua locatione. Bald. *cons. 495. In causa mihi concessa. lib. 2.* vbi multa adducit. † Amplia; quia iuramentum Prælati de non alienando de nouo inconsulto Romano Pontifice non habet locum in re solita infeudari, vel alienari. Alexand. *consi. 80. num. 11. in fin. ver. nec obstat. lib. 1.* Castrens. *consilio 189. colum. 2. ver. secundo quia, lib. 2.* Abb. *in cap. 2. num. 3. de feud.* vbi late supra *num. 15.* † Amplia, vt procedat in alienatione facta valide, & cum solemnitatibus; quia si augeatur, vel suppleatur Canon, non requiritur alia solemnitas, neque censetur recessum à prima alienatione, prout de re solita locari. Alexan. *consi. 79. Circa primum, num. 8. ver. circa septimum. lib. 1.* † Extende, etiam si alienatio sit Ecclesiæ, & Abbatiæ, & de Castro concesso in emphyteusim. Acharan. *consi. 443. num. 7. ver. non obstat*, quod est subscriptum à sex Doctoribus. † Amplia; quia vbicumque bona Ecclesiæ semel fuerunt concessa in emphyteusim cum solemnitatibus requisitis, possunt ea postea iterum concedi sine solennitatibus. Roman. *consi. 70.* Alexand. *consi. 9. lib. 3. & consi. 135. colum. 3. lib. 4. & consi. 5. lib. 5.* Corn. *consil. 181. libr. 2.* Dec. *consi. 329. colum. 2.* Calderin. *consi. 11. de feud.* Guid Pap. *dec. 100.* vbi declarant prædicta procedere, quando bona post reuersionem non fuerunt incorporata Ecclesiæ per retentionem per annum, plene Castrens. *consi. 189. Viso instrumento. colum. 2. ver. secundo quia. lib. 2.* † Amplia; quia imo bona solita concedi in emphyteusim ab Ecclesia, poterunt, si deuoluantur, concedi in feudum; quia feudum est magis vtile Ecclesiæ, quam emphyteusis. Castrens. *consil. 139. Dubium facit. lib. 2. per tot.* † Limita, seu declara; quia licet res solita locari sine solemnitatibus possit locari, & valeat locatio; tamen si tempore vltimæ locationis Ecclesia esset læsa, vt quia plus potuisset percipere, tunc competit restitutio, si est petita in termino. Calderin. *consilio 314. in fin. ver. sed ex isto facto.* alias *11. de feud.* & idem tenet Gabriel. *consi. 82. num. 28. lib. 2.* † Contrarium tenet Castrens. *consilio 360. Notandum est, in fin. libr. 2.* quando bona sunt solita locari de antiquo inculta; quia possunt sine solennitatib. & pro antiquo canone locari, & læsio sit, vel ne, debet attendi de tempore primæ locationis, non autem renouationis vltimæ, allegat *cap. 2. de feud.* & dicit, quod iura feudorum allegari possunt ad decisionem emphyteusis. Vide, & declara multis modis supra, *num. 16. & multis sequentibus.* † Extende, vt procedat, etiam si in vltima locatione sit dictum, accedente consensu Papæ, vel reseruato beneplacito Sedis Apostolicæ; quia intelligitur, si est necessarius; & talia verba ponuntur ad cautelam. Gabriel. *dict. consilio 82. nu. 19. & sequen. ver. neque obstat, lib. 2.* † Limita in decimis solitis infeudari laico; quia si reuertuntur ad Ecclesiam, non possunt amplius infeudari, vel alienari. Calderin. *consil. 317.* alias *14. de feud.* quod duplicatur *consi. 384.* alias *1. de decimis.* vbi, quod est speciale in decimis. † Contrarium Clar. *§. feudum. quæst. 13. nu. 3.* Castrens. *consilio 139. per tot. lib. 2.* vbi, quod præsumitur concessio antiqua facta ante Concilium, si non apparet de contrario. † Declarat Petr. de Anchar. *consi. 34. num. 3. ver. non obstat.* vt procedat limitatio, quando decimæ reuersæ sunt, & diu steterunt incorporatæ, qui licet loquatur in decimis laico infeudatis; tamen credo declarationem procedere in omnibus aliis reuersis ad Ecclesiam, & non videtur negare, quin in concessione noua decimarum requirantur solemnitates; & idem de decimis loquitur *consilio 156. Propter tria. num. 4. & sequen.* vbi, quod res non dicitur effecta de mensa, licet steterit reuersa ad Ecclesiam per annum, & vltra, quando pacifice non possedit. † Limita; quia si fiat alienatio, & concessio in emphyteusim per Ecclesiam cum debitis solemnitatibus, vsque ad secundam, vel tertiam generationem, & non finita prima concessione fiat secunda concessio in perpetuum sine solemnitatibus, ea non valet, etiam prout potuisset valere ad aliam secundam generationem, finita prima, sed est in totum nulla. Afflict. *dec. 107.* vbi late examinat, & ita

42 concludit, ex quo fuit facta vltra solitum lege prohibente. † Limita; vt non procedat, quando emphyteusis, vel feudum non esset apertum tempore nouæ concessionis; quia si non viuit Prælatus concedens tempore, quo aperitur per mortem emphyteutæ, vel vasalli, non valet talis concessio in præiudicium successoris. Bald. *consil.* 475. *num.* 5. *vers. sequitur videre. libro* 1.

☞ Vide, *Feudum apertum, & deuolutum quando alteri conceda possit. Conclus.* 111.

43 † Limita, quando concessio fieret contra, vel præter consuetudinem Ecclesiæ; quia non valet sine solemnitatibus. Bald. *d. consil.* 475. *num.* 5. *vers. sequitur videre. lib.* 1. Alexand. *consil.* 9.

44 *lib.* 3. vbi declarat, quando dicatur alterata concessio. † Restringe hanc limitationem, vt non procedat, quando Ecclesia teneretur reficere melioramenta ex contractu cum emphyteuta celebrato, & ea est impotens ad satisfaciendum; quia potest locare de nouo sine solemnitatibus vsque ad viginti nouem annos, etiam si prima locatio fuisset solum ad nouem annos. Bald. *d. consil.*

45 475. *num.* 9. *versic. Notandum tamen est. lib.* 1. † Limita, quando bona essent longo tempore post finitam emphyteusim possessa per Ecclesiam; quia effecta iterum de mensa non possunt alienari. Clar. §. *feudum. quæst.* 13. *num.* 4. vbi, quod sufficit, si Prælatus fecit colligi fructus pro Ecclesia per multum tempus, vel si ea descripsi fecit inter bona mensæ, & Ecclesiæ, & vide supra *num.* 8. *& seq.*

46 † Declara, nisi Ecclesia possedisset etiam per quadraginta annos absque eo, quod essent de mensa, sed potius; quia non reperiebatur, qui vellet conducere; quia de mensa non essent effecta. Corn. *consil.* 181. *num.* 29. *lib.* 2. vbi hanc opinionem, ad sustinendam renouationem, vel relocationem factam non vocatis absentibus, tuetur.

47 † Limita; quia res solita concedi in emphyteusim, non poterit concedi in feudum propter diuersitatem contractus, & alterationem, Alexand. *consil.* 9. *Viso themate, in princip. lib.* 3. vbi *num.* 2. *& sequen.* tollit contraria, quod feudum non dicitur magis vtile Ecclesiæ propter eandem solutionem, & fidelitatem, quæ abundat in feudo; quia feudatarius soluens non ca-

*48 dit, prout emphyteuta, secundum * communem. † Extende; quia si erat solita concedi priuatæ personæ, non poterit concedi Vniuersitati, vel Ecclesiæ; quia priuatur Ecclesia concedens, ne possit reuerti; quia isti non moriuntur. Alexand. *dict. consilio* 9. *numer.* 5. *ver. præterea, vt in facto narratur, lib.* 3. Card. *consilio* 39. *nu-*

49 *mero.* †. Extende; quia si est solita concedi priuato, non poterit concedi potentiori. Alexand. *d. consil.* 9. *num.* 5. *vers. & ideo dicit Bald. lib.* 3. vbi apostil. *in ver. potentiori*, citat Ias. *in l. si ita quis. §. eo. num.* 10. *ff. de verbor. obligat.*

Alienari solita bona Ecclesiæ quando dicantur, vel non. Conclus. 278.

1 BONA † Ecclesiæ vt dicantur solita alienari, ad hoc, vt sine solemnitate valeat alienatio, requiritur, quod saltem duæ alienationes factæ sint, & quod lapsi sint quadraginta anni, alias non dicitur res solita alienari. Ioan. de Imol. *consi.* 116. *In causa spectabilis. num.* 3. *vers. cum requireretur*, vbi loquitur in Castro Liuarii, quod est Ecclesiæ Sarsinaten. vide plenissime Ancharan. Iun. Regiens. *quæst.* 13. *lib.* 3. *pertot.* vbi enumerat omnia necessaria, *numero* 14. & quod necesse est, quod fuerit facta prima inuestitura cum solemnitatibus, & quod adsint duæ inuestituræ, & quod lapsi

* sint quadraginta anni, & dicit * communem ex Ias. *consi.* 155. *col.* 3.

* *ver. quarto facit. libr.* 2. prout etiam * communem dicit Clar. *in* §. *feudum. quæst.* 13. *num.* 4. *vers. nunc pro intelligentia*, & hanc partem, quod sufficiant duæ alienationes. Alexand. plene *consi.* 9. *Viso themate. numer.* 6. *vers. præterea. libr.* 3. vbi plena apostill. *in ver. quadraginta annorum*, citat plurimos concordantes. Alexand. *consil.* 5. *Si*

2 *vera sunt. num.* 10. *& sequen. vers. fortificantur. lib.* 5. † Contrarium quod imo sufficiat, quod vnica locatio præcedat legitime facta, & cum solemnitatibus, etiam si non interceßit tempus quadraginta annorum, tenent Ruin. *consi.* 30. *num.* 30. *lib.* 1. Curt. Iun. *de*

* *feud. in* 1. *part. secundæ partis princip. quæst.* 4. vbi dicit * communem, & Castrens. *consi.* 189. *Viso instrumento. colum.* 2. *vers. secundo quia po-*

3 *sito. lib.* 3. † Declarat Clar. *in* §. *feudum. quæst.* 13. *num.* 4. quod verior sit prima opinio, quod duæ requirantur inuestituræ, & lapsus quadraginta annorum, vt faueatur Ecclesiæ, ne ita de facili introducatur alienatio bonorum Ecclesiæ. † Declarat alio modo

4 Clar. *in* §. *emphyteusis. quæst.* 28. *num.* 6. *vers. aut vero.* quia si non interuenerunt debitæ solemnitates, licet constet de duabus locationibus pro se, & extraneis, & res sit reuersa ad Ecclesiam; non tamen poterit amplius Prælatus locare extraneis, sed solum de-

5 scendentibus. † Declarat Castrens. *consi.* 189. *colum.* 2. *vers. secundo quia.* quod si constat de vnica alienatione valida facta per Papam, illa sufficit; si non constat de validitate; tunc duæ requiruntur. *lib.*

2. † Contrarium, quod vnica alienatio non sufficiat; quia ex vni- 6
co actu non inducitur consuetudo. Angel. Aretin. *consi.* 73. *Quia*
eleganter. num. 75. *& 76. vers. nec obstat, quod dicitur.* † Extende, vt 7
procedat, etiam si alia Castra, & bona Ecclesiæ Sarsinaten. essent
solita concedi; quia non concluditur de re particulari, si non
constat. Ioan. de Imol. *d. consi.* 116. *num.* 4. *vers. & licet dicatur.* † Et 8
quod Prælatus possit alienare in emphyteusim bona Ecclesiæ si-
ne solemnitatibus, quando sunt solita locari, omnes * Doctores *
consentire dicit Clar. *in* §. *emphyteusis. quæst.* 28. *num.* 7. *ver. præterea*
posset. † Amplia; quia non dicitur res solita alienari, etiam si con- 9
stet de duab. inuestituris, & lapsu quadraginta annorum, quan-
do vltimus inuestitus non habuit vnquam possessionem, Ioan.
de Imol. *d. consi.* 116. *num.* 3. *vers. nec potest postea dici.* † Extende, et- 10
iam si non stetit per inuestitum vltimo loco, quin caperet pos-
sessionem. Ioan. de Imol. *d. consi.* 116. *num.* 5. *vers. nec obstare videtur.*
† Extende; quia non sufficit, quod bona sint solita locari ex dua- 11
bus locationibus, quando prima locatio fuit nulla sine solemni-
tatibus; quia ea tunc non attenditur, neque potest hoc operari.
Alexand. *consi.* 9. *num.* 5. *vers. nec prædictis obstat. lib.* 3. *& consi.* 189. *nu.*
16. *in fin. lib.* 2. Ruin. *consi.* 41. *num.* 29. *lib.* 1. † Et non sufficit, quod 12
per lapsum decem annorum præsumatur consensus Capituli, &
sic solemnitas; quia non procedit, quando Capitulum contradi-
cit; secus si non contradiceret. Alexand. *d. consil.* 9. *num.* 6. *ver. non*
obstat, lib. 3. † Amplia; quia non probantur bona solita alienari, 13
licet Papa in bulla alienationis hoc dicat, quando Papa non sup-
plet defectus, vel si mandat suppleri, non constat, quod defectus
suppleti fuerint. Ioann. de Imol. *d. consil.* 116. *num.* 3. *vers. circa quar-*
tum. † Amplia, vt idem sit in feudo Ecclesiæ alienari solito; quia 14
requiruntur duæ infeudationes, & lapsus 40. annorum. Alexan.
d. consi. 5. *Si vera sunt. num.* 10. *& seq. vers. fortificantur. lib.* 5. Vide plene per Anton. Gabr. *lib.* 3. *tit. de locatione. Conclus.* 1. *Res an dicatur locari solita ex vnica locatione.*

Alienatio bonorum Ecclesiæ an valeat pro melioramentis faciendis. Concl. 279.

ALIENARI † an possint bona Episcopatus, vel alterius Ec- 1
clesiæ pro meliorandis bonis Ecclesiæ; puta, pro reficiendis molendinis; vel aliis, ex quibus longe maior vtilitas perciperetur, quam ex bonis alienatis? Dic, quod non potest dari certa regula; quia si Prælatus potest facere ex se melioramenta; tenetur de suo facere; an vero possit, relinquitur arbitrio boni viri, considerando, an Ecclesia sit onere grauata, vtpote ære alieno, an Prælatus habeat, vnde possit viuere secundum statum condecentem, secundum consuetudinem regionis, & alia, de quibus per Federic. de Sen. *consi.* 210. *In Christi nomine, in princ.* vt si possit à seipso, non valeat alienatio; secus è contra. Vide supra, *Alienatio* ✠
bonorum Ecclesiæ, vt valeat. Concl. 271. *num.* 15. *& seq.* vbi aliæ causæ enumerantur, per quas alienatio bonorum Ecclesiæ fieri potest. † Extende; quia potest res solita locari etiã diuerso modo, quan- 2
do rector tenetur reficere melioramenta, & non habet modum aliunde soluendi. Vide Concl. prox. præced. *nu.* 39.

Alienatio bonorum Ecclesiæ quando præsumatur in vtilitatem, vel non. Concl. 280.

ALIENATIO † bonorum Ecclesiæ facta cum solemnitati- 1
bus ex sententia, vel decreto superioris præsumitur vtilis
Ecclesiæ. Bero. *consi.* 88. *num.* 25. *lib.* 1. communem * dicit Menoch. *
consi. 114. *num.* 10. *& 15. lib.* 2. plene Alex. *consi.* 79. *nu.* 6. *ver. fortifica-*
tur. libr. 1. Ias. *consi.* 54. *num.* 3. *vers. primo moueor. libr.* 1. Paris. *consil.* 24.
num. 5. *libr.* 4. Socin. *consi.* 15. *numer.* 27. *lib.* 1. Abb. *consi.* 41. *num.* 2. *&*
consi. 55. *lib.* 1. Bald. *in cap.* 1. *colum.* 3. *in princ. qui feud. dar. poss.* Redoan.
de rebus Eccles. fol. 126. *num.* 74. *& multis sequentib.* Vide, *Alienatio bo-* ✠
norum Ecclesiæ vt valeat. Conclus. 271 *num.* 18. *& seq. & num.* 25. *& seq.*
† Extende; quia sufficit, quod vtilitas sit putatiua, licet non vera, 2
ad hoc, vt valeat contractus alienationis bonorum Ecclesiæ, qui
tamen rescinditur, si constat de læsione. Natt. *consi.* 441. *numer.* 25.
Menoch. *consi.* 114. *num.* 10. *& seq.* vbi dicit * communem, & Abb. *
d. consi. 41. *Videndum est. colum.* 2. *vers. ex quibus. lib.* 1. dicit, quod si ex-
tat commissio Papæ, sufficit extraiudicialis informatio Commis-
sarii, & quod asserat causæ cognitionem adhibuisse. † Extende; 3
quia statur in hoc attestationibus testium, & visioni Iudicum, si
constat de eis, & statur præsumptiue illis. Bero. *dict. consi.* 88. *num.*
25 *lib.* 1. Menoch. *dict. consi.* 114. *num.* 10. *& sequen. lib.* 2. † Extende; 4

quia

quia non est necesse, quod testes iudicialiter deponant. Rebuff. *de alien. bon. Eccles. num.* 14. allegat Abb. *consi.* 41. *colum.* 2. *lib.* 1. *vers. ex quibus verbis.* sequitur Capic. *decis.* 16. *nu.* 4. *& seq.* sequitur Redoan.
5 *de rebus Eccles. tit. de caus. cognit. num.* 74. *& seq.* † Contrarium dicit Ferret. *consi.* 294. *in fin.* vbi, quod per Constitutionem Pauli IV. inducitur hæc necessitas, quod constet per testes legitime exa-
6 minatos in iudicio de causa vera. † Et pro contrario, quod imo causa vera vtilitatis, vel necessitatis Ecclesiæ debeat probari vere, & non credatur partibus, neque Iudici, maxime quando constat, quod decretum fuit sine causæ cognitione interpositum. Ferret. *d. consi.* 294. *num.* 13. *&* 14. *vsque in fin. & consi.* 248. *num.* 9. *& seq. vers. incipiamus à causa*, vbi *num.* 11. *& seq.* quod debet constare de causa, & solemnitate per aliud instrumentum, vt constet de cognitione causæ adhibita. Dec. *consi.* 173. *Pro tenui, in princ.* sequitur Rol. à Vall. *consil.* 15. *num.* 17. *& seq. lib.* 1. Ruin. *consi.* 157. *num.* 8. *lib.* 1. qui loquuntur, quando licentia Papæ erat subreptitia, & Ruin. dicit, quod propter clausulam illam tacitam, si causa sit legitima, vel iusta, si de ea non constat, est nulla alienatio, & est
* communis * opinio. Mascard. *conclus.* 75. *num.* 15. *& seq.* maxime *num.* 18. Castrens. *consil.* 74. *In facto isto. vers. secundo videndum, cum*
7 *seq. lib.* 1. † Et est regulare, quod si actus permittitur ex certa, necessaria, vel iusta causa, debet adesse, & probari, alias actus est
8 nullus. Crauett. *consi.* 488. *num.* 11. *& consi.* 573. *num.* 4. † Declara; quia si non est probata causa asserta clare, non statur Iudici, neq; dubię probationi; quia sumus in prohibitis, in tantum, quod nec alia causa iustificans admittatur, diuersa ab expressa; si tamen vellet iustificare causam expressam ex nouis probationibus, posset, ita Castrens. *cons.* 74. *v. quarto videndum. lib.* 1. licet ibi apostill. alleget, quod etiam ex ea possit iustificari, & Bald. *consilio* 304. *libr.* 2.
9 † Declara; quia non sufficit inquisitio facta super vtilitate à partibus, licet hoc enuncient partes; quia eis non creditur. Ægid. Bellam. *cons.* 33. *nu.* 49. *versic. nec obstat.* vbi etiam, quod non sufficit de-
10 cretum Iudicis, sine causæ cognitione. † Restringe, vt non procedat, si probaretur, non adfuisse vtilitatem, late Redoan. *de rebus*
11 *Eccles. fol.* 131. *nu.* 154. *& seq.* † Restringe, vt non procedat, quando authoritas Papæ, vel Superioris interposita est in forma communi sine causæ cognitione; quia tale decretum, vel talis authoritas nullum ius tribuit, nisi fit cum causæ cognitione, *cap. quia di-*
12 *uersitatem, de conces. præben.* Deci. *consi.* 142. *col. fin.* † Et ideo, quando Papa delegat causæ cognitionẽ cum clausula, *si in euidentem vtilitatem, &c.* nihil supplet quoad causam, quin debeat probari, imo non sufficeret, si adesset vtilitas, nisi sit euidens. Redoan. *tract. at.*
13 *de reb. Eccl. fol.* 129. *nu.* 126. *& multis seqq.* † Amplia; quia licet Ecclesia nullam vtilitatem consequatur: tamen satis est, quod conditio non sit deterior facta. Felin. *consi.* 42. *nu.* 4. *&* 5. Ias. *d. consi.* 54. *nu.*
14 5. *lib.* 1. † Contrarium, quod si est æquipollens res data Ecclesiæ in recompensam, nedum non est in euidentem vtilitatem, sed in euidens damnum. Dec. *cons.* 142. *col. pen. vers. hoc etiam petat.* sequitur Riminal. *cons.* 233. *nu.* 50. *& seq.* Rol. à Val. *consi.* 15. *n.* 16. *lib.* 1. vbi, quod non sufficit vtilitas, sed requiritur euidens vtilitas, & dicit
* communem. Redoan. *tit. de caus. vtilit. n.* 126. *& seq. &* 169. *& seq.*
15 maxime *n.* 172. Abb. *d. consi.* 41. *n.* 3. *vers. quinimo. lib.* 1. † Declara; quia si alienatio fit ex causa necessitatis, vel commoditatis, non est necessaria vtilitas, sed sufficit non adesse damnum; secus si ex causa
16 vtilitatis, ita Redoan. *de reb. Eccl. tit. de caus. nu.* 46. *fol.* 125. † Limita, quando supplicatio est subreptitia; quia licentia Papæ non sanat alienationem, & quando licentia est valida, ea supplet solemnitatem, non autem causam, de qua debet constare. Dec. *consi.* 142. *n.*
17 5. *vers. secundo quia.* † Limita; quia ita demum præsumitur pro alienatione, si omnes solemnitates interuenerint, prout est causæ cognitio, nedum circa causam, sed etiam circa rem, & an potius vnam rem, quam aliam alienari expediat. Feder. de Sen. *cons.* 142. sequitur Rebuff. *de alien. bon. Eccl. vers. prospiciat. nu.* 34. plene Ma-
18 scard. *concl.* 75. *n.* 12. *& seq.* † Extende, vt nec stetur assertioni Iudicis, vel instrumenti, nec Papæ. Mascard. *d. concl.* 75. *nu.* 15. *& seq.* vbi *num.* 18. quod aliunde ex instrumento publico, & separato debet
19 constare. † Item, quod non stetur decreto Iudicis sine causæ cognitione, neque inquisitioni partium, neque assertioni. Ægid.
20 Bellam. *cons.* 33. *nu.* 49. † Extende maxime, quando alienatio dicitur facta vigore rescripti Papæ, propter clausulam, *si prædicta vera esse reperierit, & in euidentem cedat vtilitatem*, quæ importat conditionem, & nihil ponit in esse, nisi verificetur. Mascar. *d. concl.* 75.
21 *num.* 19. *& seq.* † Restringe, quando solemnitas enunciatur, quia statur instrumento, quando longissimum tempus interfuit. Mascar. *d. concl.* 75. *num.* 14.

Alienatio bonorum Ecclesiæ non venit in quacunque generali concessione. Concl. 281.

ALienatio † Cathedratici, seu procurationis Episcopo 1
debitæ non comprehenditur sub quacunque exemptione concessa Ecclesiæ soluere debenti, nisi fit expresse dictum. Rot. *decis. 2. de cens. in antiq.* alias 334. incipit, *not. gloss.* Vide, *Procurationem* 2
ratione visitationis qui soluere teneantur. Conclus. 808. † Et licentia concessa per Superiorem, vel Rectorem parochiæ suo Parochiano audiendi Missas in alia Ecclesia non includit, vt liberetur a oblatione, quam tenentur facere Parochiani audientes Missas in parochia, nisi fit expresse dictum. Lap. *alleg.* 58 *n.* 6. *versic. & licet concederet.* † Amplia in tantũ, vt nec valeat exemptio concessa per 3
Episcopum cum cõsensu Capituli expresso quoad visitationem, correctionem, & procurationem exigendam. *cap. pastoralis, de donat.* Feder. de Sen. *consi.* 111. *num.* 3. *vers. item quantumcunque.* Vide, 4
Episcopus an possit eximere. Conclus. 267. † Amplia, vt nec valeat exemptio concessa loco pio, vel Ecclesię construendę quoad ius visitationis, & quartam debitam Episcopo; quia licet ius quærendum magis de facili remittatur; tamen quoad ista non valet remissio. Federic. de Sen. *consi.* 247. *Casus talis est, quidam Episcopus*, vbi est casus. † Contrarium, quod imo quarta debita Episcopo 5
possit Ecclesiæ inferiori perpetuo donari, tenet Calder. *cons.* 258. alias 2. *De his, quæ fiunt à Prælat.* † Declara; quia Calderin. admit- 6
tit, quod possit remitti Ecclesiæ inferiori, sed non pio loco, & sic concordat, sed bene in hoc distinguit, quod licet non valeat, valebit tamen ad vitam Episcopi concedentis, licet non in præiudicium Ecclesiæ, & successoris. Calderin. *d. consi.* 258. *in fin.* alias 2. *De his, quæ fiunt à Prælat.* vnde forte vtroque casu concordat, quod non valeat, nisi ad vitam concedentis. † Amplia; quia non valet 7
alienatio pii loci, in quo hospitalitas exercebatur, vel diuina ministrabantur, etiam si adsit licentia Papæ alienandi bona; quia non intelligitur de bonis deputatis ad vsum cultus diuini, vel hospitalitatis, si non est dictum. Fulgos. *consi.* 241. *Visis Bulla, per tot.* Vide, *Alienatio generalis non comprehendit prohibita. Conclus.* 270. 8
Vide, *Nota speciali digna non comprehenduntur, si non exprimuntur. Conclus.* 68. Vide, *Expressio indiuidua, & specialis quando requiratur, vel non. Conclus.* 652.

Alimentorum appellatione quid veniat, siue sint legata, siue debita ex dispositione iuris. Concl. 282.

LEgatis † alimentis veniunt cibaria pro victu; item habita- 1
tio, vestitus, medicinæ, salarium medici, lectus, & omnia necessaria pro victu. Ita Ias. post alios *in l. cum ii. §. qui transigit. ff. de transact.* vbi dicit hoc procedere in fauorabili dispositione, vt in legato; secus in obligatione odiosa, & quod veniant victus, vestitus, habitatio, & ea, sine quibus quis viuere non potest. Bolog. *in addit. ad consil. Ioan. de Anan. 37 num. 7.* & quid veniat appellatione alimentorum. Abb. *consi. 63. Quædam Domina. col. 3. lib.* 2. Roma. *consi.* 440. *Non est dubium.* plene Dec. *in l. de alimentis. colum. 1. C. de transact.* Corn. *consi.* 286. *num.* 9. *vol.* 3. Ias. *in l. cum antiquitas. num.* 7. *C. de testament.* Alexand. *consi.* 178. *num.* 7. *lib.* 6. Roland. à Vall. *cons.* 22. *num.* 1. *lib.* 2. Socin. *consi.* 161. *colum. fin. lib.* 2. Abb. *consi.* 63. *Vt veritas, num.* 2. *vers. moueor primo. lib.* 2. † Extende, vt idem sit in legato 2
victus. Ias. vbi supra. Abbas *d. consi.* 63. *num.* 2. *lib.* 2. Roman. *consilio* 440. *Non est dubium, num.* 4. vbi apostill. *in ver. comprehenduntur*, citat concord. † Et idem est, si legantur alimenta victus, *l. verbo* 3
victus. ff. de verbor. significat. cum ll. sequentibus. † Habitatio quoq; ve- 4
nit appellatione alimentorum, *l. legatis. §. fin. ff. de aliment. & cibar. leg.* Calderin. *consi.* 332. *in fin.* alias 3. *de testament.* Riminal. Iun. *consil.* 132. *nu.* 9. *lib.* 2. Bologn. *in addit. ad d. consi. Ioan. de Anan.* 37. *num.* 7. Abb. *d. consi.* 63. *num.* 2. *lib.* 2. † Stratum, siue lectus, & culcitra ve- 5
niunt appellatione alimentorum. Riminald. *d. consil.* 132. *num.* 14. *libr.* 2. Aretin. *in suo testamento, in gloss. in vers. Item reliquit Titiæ.* † Expensæ studii Grammaticalis, non autem legalis veniunt pa- 6
riter. Angel. Aretin. *in d. suo testam. vers. item reliquit Titiæ mulieri.* † Vestitus venit appellatione alimentorum in materia fauorabi- 7
li. Ias. *d. l. cum ii §. qui transegit, ff. de transactio.* Bologn. *in addit. ad Io. de Anan. d. consi.* 37. *num.* 7. † Declara; quia legatis alimentis, & ne- 8
cessariis pro pauperibus Hospitalis, licet veniant necessaria, & vestitus; tamen attendi debet consuetudo aliorum Hospitalium, si potest constare, si non constat; quia Hospitalia fiunt communiter pro infirmis, non debetur vestitus, prout neque debetur, quando est pro Peregrinis, & percipientibus alimenta diaria. Castrens. *consilio* 437. *Super dictis quæsitis. num.* 2. *ver. circa secundum, lib.* 2. † Calciarium venit appellatione alimentorum. 9

10 Rimin. Iun. *d. consi.132. num.13. lib.2.* † Cibaria, & potus veniunt appellatione alimentorum. Riminal. Iun. *d. consi.132. num.9. & 10. lib.2.* vbi reddit rationem, dicens *num.* 15. quod etiam aqua vena-
11 lis venit, prout Venetiis. † Non tamen è conuerso; quia minus continent cibaria, quam victus, vel alimenta, *l. diariis, ff. de aliment.*
12 *& cibar. legat.* † Medicinæ quoq; alimentorum appellatione veniunt. Riminald. Iun. *d. consi.13. num.11. lib.2.* Bartol. *in l. si cum dotem, §. sin autem in sauissimo, num.9. ff. solut. matrim. & in l. si alimentis, nu. 2. ff. de alimen. & cibar. legat.* Alber. de Rosate *d. l. si cum dotem, §. si*
13 *pater, num.8.* Corn. *consi.145. lib.2.* † Declara, vt quod dicitur venire salarium Medici, & medicinas, debere intelligi, nisi essent magnæ impensæ. Bartol. in *d. l. si alimentis. ff. de aliment. & cibar. legat.*
* quem sequuntur * communiter *in l. verbo victus, ff. de verbor. significe.* & quod medicinæ veniant, si paucæ sunt. Angel. Aretin. in suo
14 *testamento, in gloss. in ver. Item reliquit Titiæ.* † Medici salarium et-
15 iam venit. Riminal. *d. consi.132. num.12. lib.2.* † Differunt autem legatum alimentorum, & legatum vsus fructus; ideo si eidem personæ legetur vtrumque, puta, vxori, quando extraneus instituitur hæres, vtrumque debetur. Bald. *cons.237. Titius in testamento,*
16 *in princ. lib.2.* † Prima differentia est inter legatum vsus fructus, & alimentorum; quia vsus fructus est genus, alimentum est species. Bald. *cons.408. circa fin. ver. Item non obstat, si dicatur.* ideo plus con-
17 tinet vsus fructus, quam alimenta. Bald. *cons.221. nu.2. lib.4.* † An-
18 gel. verò *cons.357. num.8.* dicit, quod sunt species separatæ. † Item differunt natura, & substantia; quia alimenta non perduntur per capitis diminutionem, vsus fructus secus. Angel. *cons.357. num.7.*
19 *in fin. & num.* 8. † Item ius accrescendi non habet locum in alimentis, sed secus est in vsufructu. Angel. *d. cons.357. num.7. in fin.*
20 † Item alimenta de manu hæredis debent percipi, vsus fructus
21 vero propria auctoritate percipitur. Angel. *d. cons.357. num.8.* † Si vero sola alimenta relinquuntur, tunc licet differant ab vsufructu; tamen includuntur in vsufructu; quia vsum fructū non possunt excedere. Cuman. *cons.30. Statuto cauetur, num.8. vers. nam le-*
22 *gatum.* † Cibaria differunt à victu, vel alimentis; quia appellatione cibariorum veniunt solum cibaria; *l. diariis, ff. de aliment. & cibar. legat.* & Oldrad. dixit, quod appellatione cibariorum non venit
23 potus, *cons.29. Duo specialia.* † Sed tamen, quod etiam veniat potus, declarat Dec. *in l.2. in 1. conclus. Bart. ad fin. ff. de iurisdict. omn. iud.*
24 † Alimenta verò debita filiis comprehendunt nedum victum, sed vestitum, & cætera omnia, quæ sunt necessaria ad vitam hominis, sine quibus corpus viuere non potest; imo etiam expensæ magistri continentur. Socin. *cons.161. Pro decisione, in fin. vers. sed po-*
stremo. lib.2. & de hoc vltimo idem tenet Ias. *d. l. cum ii, §. qui transigit, in fi. ff. de transactio.* vbi, quod procedit ratione affectionis san-
25 guinis. † Et quando legantur ab ascendente descendentibus, veniunt etiam expensæ instruendorum filiorum. Bart. *in d. l. legatis. ff. de aliment. & cibar. legat.* Socin. *d. cons.161. Pro decisione, ad fin. lib.2.*
26 prout magistri, *l. qui filium, ff. vbi pup. educari deb.* † Extende; quia etiam debentur pro persona, quæ inseruiat. Bart. *in l.2. quæst.1. ff.*
27 *de aliment. legat.* † Restringe; quia expensæ studii, prout libri, & cætera, non veniunt in legato victus, seu alimentorum. Abb. *cons.63. col.2. in princ. num.2. lib.2.* vbi allegat Feder. de Sen. *cons.12.* quod propterea fratres Minores non prohibentur habere legatum pro libris studii; quia mendicitas respicit victum, & necessa-
28 ria ad victum tantum. † Declara totam istam materiam; quia si legantur alimenta, victus, vel educatio, veniunt omnia necessaria ad victum, prout cibaria, vestiaria, medicinæ, lectus, & similia; quoad magistrum vero pro disciplina, salarium debetur, quando iure sanguinis alimenta debentur; alias secus; si vero debetur diarium vel cibarium, solus cibus debetur. Bart. *tractat. de aliment.*
29 *in princ.* † Alimentis legatis nunquam debentur duplicia ratione duplicis officii in eadem persona; quia hoc est de natura alimentorum. Bald. *consi.344. vers. & pro ista opinione. li.5.* vbi secus esse dicit in distributionibus quotidianis, quæ licet sint loco alimen-
30 torum; tamen non sunt propria alimenta. † Arbitrio Iudicis debentur alimenta. Vide, *Alimenta qualiter taxanda. Concl.283.* † Re-
31 stringe; quia cessat arbitrium, si legauit testator, prout ipse præstabat; quia eodem modo sunt præstanda. Natta *cons.387. nu.10.*
32 *& seq.* † Restringe, quando testator reliquit alimenta declaranda per certam personam; quia debet declarare citata parte, etiam si testator voluerit stari conscientiæ declarare debentis. Anchar. *cons.383. Primo, & ante omnia, in princip.* vbi, quod requiritur discussio; ergo causæ cognitio, & citatio est necessaria, alias declaratio est nulla.

Alimenta debentur ex fructibus, & qualiter taxentur. Concl. 283.

LEGANS † alicui alimenta censetur illa legare ex fructibus 1
bonorum suorum, & hæreditatis; ideo non debent eos excedere, nec tenetur hæres vendere proprietatem. Alexand. *consi.3. Super processu. lib.4.* & plenius *consi.100. Super primo, in fin. lib.* 1. vbi apostill. *in ver. non potest*, dat concordan. & iterum *consil.72. Viso processu. num.2. lib.5.* vbi apostill. *in ver. proprietas*, dat concord. Bald. *consi.221. Considerandum, lib.4.* quod est decisiuum plurium consulentium, repetitum per Alexan. *consi.70. lib.4.* † Extende, 2
vt procedat, etiam si bona hæreditaria essent pretiosa, & parum fructuosa; quia adhuc alimenta debent ex fructibus regulari, ita vt non debeat vendi proprietas. Alexand. *d. consil.72. Viso processu. num.7. lib.5.* † Extende, vt procedat maxime, quando alimenta 3
fuerunt relicta à filiis hæredibus nouercæ, prout loquitur *consi. Bald. 221. Considerandum. libr.4.* quod est inter consilia Alexand. *lib.4. consi.70.* vbi, quod alimenta non debentur pinguiora, qualia maritus solebat præstare, quando non suppetunt redditus, etiam si hæredes non fecerint inuentarium. † Declara; quia bona 4
emphyteutica Ecclesiastica, & illorum fructus non veniunt in legato alimentorum. Alexand. *d. consi.100. in fin. lib.1.* † Extende 5
in tantum, vt licet hæres non confecerit inuentarium; non tamen tenetur vltra fructus hæreditatis de suo. Bald. *consi.221. Considerandum est, lib.4.* quod est inter consilia Alexand. *consi.70. libr.*
4. num.2. † Contrarium tenet Natt. *consi.357.* Vide, *Alimenta de-* 6
bentur inspectis facultatibus. Conclus. proxim. sequen. num.7. & sequen.
† Extende multo magis in alimentis debitis à lege, vel ex æqui- 7
tate naturali; quia non debet is, qui tenetur ad huiusmodi alimenta, compelli vendere sortem principalem, sed tenetur solum, in quantum facere potest, salua proprietate. Alexand. *dict. consi.100. Super primo casu. lib.1.* † Restringe; quia alimentandus 8
habens legatum certæ quantitatis pro alimentis in grano, vino, & aliis speciebus, habet intentionem fundatam, donec hæres contrarium probet. Alexand. *dict. consi.70. lib.4. in princip.* † Re- 9
stringe; quia non possunt diminui legata alimenta prætextu, quod onera, & decimæ prius sint deducenda; quia huiusmodi onera spectant ad hæredem, non legatarium alimentorum. Afflict. *decis.252. Dominus Antonius, per tot.* facit *l. Lucius, iunctis not. ibi per gloss. ff. de aliment. legat.* & text. *in l. qui concubinam. §. qui hæres. ff. de legat.3. & in l. ex eo. §. viri. ff. de annu. legat.* † Et procedit restrictio, 10
quando alimenta sunt legata in pecunia nulla facta mentione fructuum. gloss. *in l. Firmio.* vbi Bart. *in princip. ff. quando dies legat. cedat.* licet secus sit in vsufructuario regulariter. *l. quæro. & ibi glossa. ff. de vsufr. legat.* † Amplia; quia alimenta debita ex æquitate, prout 11
per patrem filio, & è contra, debentur pro modo fructuum, & reddituum, non autem tenetur debens alimenta vendere bona, & substantiam. *l. Imperator*, vbi Bart. *in 1. not.* & alii. *ff. ad Trebellian.*
Vide, *Alimenta qualiter taxanda per Iudicem. Conclus.285.* † Limita
in alimentis debitis ex titulo oneroso; quia tunc debitor tenetur 12
vendere proprietatem, vt alat alimentandum; quia conclusio, quod ex fructibus tantum alimenta sint præstanda, procedit; quando debentur titulo lucratiuo. Alexand. *in l. maritum. ff. solut. matrim.* Dec. *in l. diuus, circa fin. ff. de reg. iur.* Vide, *Alimenta debentur*
inspectis facultatibus, & aliis. Conclus. prox. seq.

Alimenta debentur inspectis facultatibus, & aliis. Conclus. 284.

ALIMENTA † regulariter debentur inspectis facultatibus 1
legantis. *l. ius alimentorum*, & ibi Bartol. *ff. vbi pupill. educ. deb.* Doctor. *in l. Imperatores. ff. ad Trebellian.* Cuman. *consilio* 30. Ioann. de Anan. *consilio* 46. Alexand. *consilio* 100. *libro primo, & consilio* 178. *libro sexto.* Vide conclusionem proximam sequentem, ma-
xime, *numero* 7. & conclusionem proximam præcedentem, in principio. † Et ideo legatum alimentorum non dicitur continere 2
aliquam certitudinem, sed debet certificari secundum quantitatem bonorum, & facultates testatoris, ex mente tam legis, quam testatoris, & hoc æstimabitur ex facultatibus, dignitate, & numero liberorum. Bald. *consilio 221. Considerandum est, num. 2. ver. quædam sunt. libro 4.* vbi loquitur in legato facto vxori de alimentis. Angel. *consilio 357. Dominus Gregorius. numero quinto. vers. de alimentis autem*, vbi, quod totum consistit in arbitrio iudicantis, & consideratis præmissis. Anchar. *consil.383. Primo, & ante omnia*, & Alexan. *consi.70. Considerandum. lib.4.* vbi consilium Baldi est ad literam. † Amplia; quia legatum alimentorum factum 3
vxori debet regulari, vt salua sit substantia, prout in vsufructu;
quia

quia minus est legare alimenta, quam legare vsumfructum. Bald. *d.consil. 221. num. 2. lib. 4. vsque in fin.* quod consilium est plurium Doctorum, vbi in fin. quod sunt alimenta pinguia & macra secundum patrimonii vsumfructum. Cuma. *cons.30. num.4. ver. nam legatum.* Alex. *d.cons.70. lib.4.* Vide, *Alimenta debentur ex fructibus. Concluſ. præced.* † Extende; quia debent alimenta regulari, ita vt vniuersum vsumfructum non contineant. Angel. *d.cons.357. nu.5. vers. ita autem sunt.* quia maius est legatum vsusfructus, quam legatum alimentorum; & tamen si legatur matri vsusfructus, ille restringitur ad alimenta, ita Bald. *d.consil. 221. num.3. circa fin. lib.4.* Alexand. *cons.70. n.4. li.4.* † Restringe, quando hæres non confecit inuentarium; quia debentur omnino alimenta legata. Ias. *in l. fin. §. & si præfat. in C. de iur. deliber.* Natta *cons.357. li.2.* Castrens. *cons.323. lib.1.* Bertrand. *cons.268. lib.2.* † Contrarium Bald. *in l. voluntatis. C. de fideicom.* refert Rom. *in rub. ff. de acquir. hæred. in 7. limit.* Alex. *cons.70. lib.4.* † Declara; quia alimenta debita officio Iudicis, sicuti non debentur ab obligato, nisi in quantum facere potest; ita neque debentur ab hærede, siue fecerit inuentarium, siue non; quia hoc casu, sicuti inuentarium obesse non potest; ita neque prodesse; secus in legato facto de alimentis; quia tunc si fiat vltra id, quod debetur, hæres non conficiens inuentarium obligatur. Castrens. *consil. 323. Viso puncto, num.3. ver. præterea ante ius. lib.1.* vbi pro vtraque opinione allegat, & ita distinguit, & infra *nu.12. & 13.* † Amplia; quia alimenta quæ debentur ab hærede, non debentur ex bonis emphyteuticis hæredis, * secundum magis * communem. Alexand. *consil.100. colum. fin. numer.6. lib.1.* † Amplia; quia alimenta restringenda sunt ex causa; nam si miserationis causa debentur, debentur tenuiora secundum causam; quia causa regulat, ampliat, & distinguit dispositionem. Angel. *d.consil.357. nu.5. ver. sed vbi præstari.* † Amplia; quia alimenta legata non debentur, si hæres non habet ipse, vnde se alere possit; quia primo debent deduci alimenta hæredis, quam debeantur alimenta legatarii. Natt. *consil.387. In quæstione alimentorum. num.7. & 8.* † Et non conuenit, quod nouerca legataria alimentorum increpetur, & filius fame pereat. Bal. *d.cons.221. Considerandum, in fin. lib.4.* † Amplia; quia legatum alimentorum adeo debet regulari secundum facultates, vt licet hæres inuentarium non confecerit; tamen non teneatur. Bald. *in l. voluntatis. colum. 2. verſic. nunquid ergo. C. de fideicomm. & consil. 221. in princip. num.2. lib.4.* quod est decisiuum plurium Iureconsultorum, quod etiam repetit Angel. *consil.70. lib.4. per tot.* supra *num.7.* Alexand. *consil.70. num.2. lib.4.* † Contrarium Natta *d. consil.387. num.9.*

Alimenta qualiter taxanda per Iudicem. Concluſio 285.

TAXANTVR † alimenta arbitrio Iudicis consideratis redditibus debentis, & qualitate personarum *l. Imperator. ff. ad Trebell.* & semper salua rerum substantia. Bald. *in l. voluntas. C. de fideico. & cons.221. lib.4.* Cuman. *cons.30. num.4.* Io. de Anan. *cons.46. in fin.* Bald. *in l. penult. ff. de alim. & cibar. legat.* plene Deci. qui alios allegat *in l. diuus. in fin. ff. de reg. iur.* Vide; quia cessat taxatio Iudicis, & arbitrium, si sunt certa, *in ver. Alimentorum appellatione. Concluſ. 282. num.36. & seq.* † Et taxatio alimentorum fit per Iudicem secundum depositiones testium. *l. alimenta, & l. cum alimenta. ff. de aliment. & cibar. legat.* Bartol. *tractat. de aliment. colum.3. vers. quæro, legata sunt alicui alimenta*, quia in eis versatur arbitrium boni viri, *l.2. C. de aliment. pupill. præstand.* vbi Bald. † Et debet haberi ratio ætatis eorum, qui aluntur, quantitatis patrimonii, conditionis personarum, locorum, & temporum, & aliarum circumstantiarum. *l. officio. §. ius alimentorum. ff. vbi pup. educ. deb. d.l. cum alimenta. ff. de aliment. & cibar. legat.* Anchar. *consil.383. in princ.* Angel. *consil.357. colum. penult.* Rom. *consil.189.* & Crauett. *consil.189.* & infra *num. 6. & seq.* † Et minus taxantur pro eo, qui est aptus ad operandum; quia ex quo non debet esse tanquam corpus mortuum, operæ compensantur. Corne. *cons.184. Super hoc. colum. fi. lib.3.* Cuman. *consil.87. in fin.* † Item habetur ratio consuetudinis loci. Ancharan. *consil.383. circa fin.* Roman. *consil.189.* Crauert. *d. consil.189. num.10.* Menoch. *de arbitr. cas.169.* † Et quod quantitas alimentorum debeatur considerata primo persona, & ætate alimentandi, & facultatibus, & consuetudine debentis alimenta. Roman. *d. consil.189. in princ.* vbi apostill. *in ver. probantur.* allegat Angel. *consil.357. Dominus Gregorius. num.5.* Ancharan. *cons.383. Primo ante omnia. circa fi.* Crauett. *d. cons.189. prope fin.* Bald. Nouel. *de dot. in 6. parte principali, in 15. speciali.* Crauett. *consil.199. num.10. & consil.219.* † Et quod debeat considerari conditio personarum, & quantitas reddituum, & bonorum, secundum quas regulari debet arbitrium Iudicis, ita quod salua remaneat proprietas Bald. *in l. fin. §. qui sunt. C. de bon. quæ liber.* Ias. *in §. item si dotem* super gloss. *in ver. facultates. Insti. de act.* Alexand. *consil.100. Super primo casu. colum. fin. lib.1.* vbi, quod alimenta moderata debentur, ne omnes redditus absorbeantur, si fieri potest. Aretin. *in l. alimenta. C. de neg. gest.* Alexand. *cons.3. Super processu causæ. lib.4.* Barbat. *cons.63.* vbi, quod obligatus ad alimenta, intelligitur de fructibus. Alexan. *cons.70. li.4.* nec tenetur vendere bona. Aretin. *Cons.17. Considerat. col. pe.* Vide conclusionem proximam præcedentem, *in princip.* Vide, *Alimentare qui teneantur de iure. Concluſ. 287. nu.16. & seq.* † Ratio est; quia legatum alimentorum, & legatum vsusfructus intelligitur salua rerum substantia. Bald. *cons.221. Considerandum est. lib.4.* quod est insertum inter cons. Alexand. *cons.70. lib.4.* Angel. *in l. Imperator. ff. ad Trebell.* vbi dicit ita consuluisse apud Ariminum cum Bart. *in l. nus alimentorum. ff. vbi pupill. educar. deb.* faciunt tradita per Aretin. *consil.87. Considerat. is. colum penult.* † Nobilitas etiam, & conditio personarum est consideranda per Iudicem, cuius arbitrio quantitas taxanda committitur. Angel. *d. cons.357. nu.5.* quia alia sunt debita Ciuibus, alia Rusticis. *l. seruis vrbanis, cum gloss. ff. de legat. 3. l. cum ii. §. modus. ff. de transact.* late Tiraquell. *de nobilit. cap.20. numer. 142.* † Extende, vt idem sit in alimentis debitis spurio vel naturali; quia considerantur prædicta omnia. Ang. *d. cons.357. col. penult.* & attenditur in omnibus mos regionis. Crauett. *consil.189. num.10.* † Diminuuntur tamen, & augentur secundum diminutionem, & augmentum patrimonii. *l. us alimentorum. §. fin. ff. vbi pupill. educ. deb. l. si quis a liberis. §. fin. ff. de liber. agnosc.* † Et diminuuntur alimenta ex operibus, & seruitiis alimentati; quia tanto minus repetit is, qui præstitit alimenta. Cuman. *cons.87. Casus talis, in fin..* † Item si is, qui præstitit alimenta, habitasset domum alimentati; quia compensat pensionem. *l. in summa. §. frumento.* vbi Bartol. & Ias. *ff. de condict. indebit.* † Restringe; quia alimenta debentur etiam ex proprietate distrahenda, quando sunt debita titulo oneroso; quia prædicta procedunt in titulo lucratiuo. Alexand. *in l. maritum, in fin. ff. solut. matrim.* Deci. *in l. Diuus. circa fin. ff. de regul. iuris.* Idem etiam, quando debentur alimenta relicta, & vsusfructus. Vide infra, *Alimenta debita vxori. Concluſ. 295. num.9.* † Extende idem in casu contrario; quia descendens debet alimenta, si illius redditus non suppetunt salua rerum substantia, vt supplcatur per ascendentem in eo, quod desunt redditus descendentis. Deci. *in d.l. Diuus. ff. de reg. iur. in fi.* Bald. *in l. fi. §. filius. C. de bon. quæ liber.* † In filia dotanda in bonis patris, vel in fideicommisso habetur ratio alimentorum ad quantitatem dotis constitutæ. *l. cum vnus. §. fin. ff. de aliment.* Bald. *cons.58. in 4. dubio. li.3.* Ang. *consil.369. An mulieri.* & in puncto Crauett. *consil.189. num.9.* vbi extendit, etiam si dos non sit soluta filiæ. † Et taxatio debet fieri cum causæ cognitione, & citata parte, alias non valeret, etiam si declaratio esset commissa à testatore. Vide, *Alimenta relicta ad declarationem. Concluſ. 298. in princ.*

Alimenta habent multa ſpecialia, & priuilegia. Concluſ. 286.

FAVORABILIA † sunt alimenta. Bald. *cons.50. lib.5.* Anchar. *cons.150. In quæstione, quæ vertitur. col.1. & 2.* † Et causa alimentorum dicitur causa pia. Afflict. *decis.251. num.8.* † Et legatum alimentorum est multum fauorabile. Alexand. *cons 171. Viso processu. num.4. versic. superest. lib.2.* allegat *l.1. C. de fideicomm.* † Et denegare alimenta est necare. *l. necare. ff. de liber. agnoscen.* † Legatum alimentorum etiam incertum valet, & debetur. *Alimenta. ff. de adimen. legat.* Cald. *cōs.250. circa med. ver. modo ad propositum*, alias 21. *de testam. l. si cui annuum. ff. de annu. lega.* apostill. ad Bartol. *in l. Mela. ff. de alimen. legat.* † Præstari debet legatum alimentorum in principio anni, non in fine; quando debentur ex vltima voluntate. *l. nec semel, in princ. ff. quan. dies legat. cedat. l.1. C. eodem. l. eum. qui. & qui ita. ff. de verb. oblig.* Bartol. & * Doctor. *in l. qui hoc anno. ff. eodem.* † quandoque tamen ex causa præstari debent in principio cuiuslibet mensis. Vide, *Soluere obligatus singulo anno quo tempore soluere teneatur. Conc.335.* † Derogatio generalis non comprehendit causam alimentorum, nisi fiat mentio specialis. Roman. *cons.436. num.19. in fi. ver. octaua.* † Amplia; quia transigi non potest super alimētis legatis, nisi coram Prætore, & causa cognita, & ex certa scientia, de quibus omnibus cōstet per specialia verba, & non per generalia, alias transactio non valet. Bal. *cons.318. Practica Ciuitatis. n.3. v. præterea si essent. lib.1.* Cum. *cons.30. Statuto cauet. n.2. v. ad hoc etiam facit.* Fulg. *cons.38. in pr.* Alex. *cons.178. Videtur forsan, in pr. li.6.* Vide infra *in ver. Alimēta an pos-*

10 *an possint remitti. Conclus.*308. † Extende maxime; quia pater non potest remittere alimenta filiis legata, neq; super eis transigere, & maxime, quando non sunt nati filii; quia pater non est eorum administrator. Alexand. *consil.*171. *Viso processu.num.*8. *& seq.versic.*
11 *nec obstat, quod Io. lib.*2. † Extende, vt vxor, cui debentur alimenta pro dote, quam retinent hæredes mariti, non censeatur illis renuntiare, licet stipuletur promissionē dotis ab alio. Bald. *d.cons.*
12 318. *num.*3. *vers. item dubitatur. lib.*1. † Extende; quia si alimenta sunt relicta Titio, & familiæ eius, non potest vllo modo quoad familiam, videl. vxorem, & filios Titius transigere. Alex. *consil.*178. *in prin.* Vide, *Familiæ appellatione quid veniat. Concl.*75. † Alimenta ma-
13 ius priuilegium habent, quam legitima, & dos; quia licet statutum possit tollere legitimam filiabus, & dotem; non tamen alimenta, quæ iure naturali sunt debita. Abb. *consil.*92. *Item, num.*3.
14 *lib.*2. † Amplia; quia alimenta, quando legantur sub nomine appellatiuo, puta vxori, & filiis Titii, ea debentur vxori, & filiis futuris Titii, si nullam vxorem habebat tempore legati ex necessitate. Alex. *cons.*171. *Viso processu.n.*2. *& seq. vers. hoc igitur præsupposito.*
15 *lib.*2. † Extende; quia habebit locum tam in prima vxore, quam in secunda, & deinceps; quia propter fauorem non finitur dispositio in prima vxore. Alexand. *d.consil.*171. *num.*4. *& sequent. ver. superest. lib.*2. vbi dicit idem in institutione posthumorum; quia
16 comprehendit ex quacunque vxore natos. † Amplia; quia alimenta circa faciliorem exactionē habent multa priuilegia; quia causa est summaria, & breuiores dilationes dantur. Alexand. *cons.*
17 214. *num.*11. *lib.*6. † Amplia; quia incapax quilibet legati est capax legati alimentorum; quia nunquam censetur facta exclusio legati alimentorum in quacunq; prohibitione, quod non possit legari. Cum *cons.*30. *Statuto cautum circa prin. ver. in contrarium.* Bart. *in*
18 *l. Mela. ff. de alim. & cib. leg.* Vide, *Spurij non succedunt ab intestato, & an ex testamento. Conclus.*417. *num.*76. *& sequent.* † Extende, vt procedat ampliatio, nedum quando lex loquitur indistincte, sed etiam si loquatur distincte de certa persona, cui legari non possit, prout in statuto, quod maritus non possit legare aliquid vxori; quia potest legare alimenta. Cuman. *d.cons.*30. *nu.*2. *ver. nec ad rem*
19 *pertinet.* & infra *num.*21. *& num.*24. *&* 27. Vide, & declara, nisi spurius, vel incapax haberet, vnde posset alimentari. *Conclus. proxima*
20 *sed num.*14. † Amplia; quia compensatio non habet locum in alimentis. Pract. Papiens. *in tit. si rmæ hbelli super legato rei singul. gloss.*1.
21 Alex. *d.cons.*214. *Ponderatis. nu* *ver. & quamuis. lib.*6. † Amplia; quia donatio alimentorum non indiget insinuatione. Ioan. Bapt.
22 Pontan. *tract. de alim. rubr. de alim. debit. ex contractu.* † Amplia; quia legatum alimentorum quasi pium reputatur; ideo lex laicorum non prohibet alimenta legari, etiam quod indistincte prohibeat aliquid legari. Cuman. *d.consil.*30. *num.*2. *ver. ad hoc etiam.* vbi, quod dicitur legatum ad pias causas; & ideo statutum Regii prohibens
23 legari vxori vltra decem florenos, si legatur vsus fructus, restringitur ad alimenta. Angel. Aret. *cons.*90. *In prima.n.*12. *& seq. ver. capio secundam.* maxime *num.*13. *&* 14. licet non reddat hanc ratio-
24 nem. Declara, vt infra *num.*69. *& seq.* † Amplia; quia debetur annuum legatum per tres annos ex solemni voluntate. Bart. *in l. Me-*
25 *la. ff. de aliment. & cibar. legat.* vbi ponit alia specialia. † Amplia; quia si legatum alimentorum non valet; tamen officio Iudicis potest
26 compelli hæres ad illud præstandum. Cuman. *d.consil.*30. *num.*2. *vers. ad hoc etiam.* † Extende; quia nullus dicitur incapax respectu alimentorum; ideo si prohibetur persona acquirere, non prohibetur alimēta habere in loco prohibito. Zabar. *cons.*66. *in fin.* quia nulla incapacitas tollit legatum alimentorum, supra *num.*18.
27 † Amplia; quia legatum alimētorum capitis diminutione non perditur. Cuman. *d. cons.*30. *num.*2. *versic. ad hoc etiam facit.* † Amplia; quia procedunt alimenta à pari cum dote, vt pro illis præstandis descendentibus rumpatur fideicommissum ascendentium, etiam si fit factum pro construenda Capella, & pro causa pia.
* Roman. *consil.*267. *Circa id.* vbi de * communi, & apostill. *in ver. in*
* *contrarium*, quæ citat multos, & de * communi attestatur. † Am-
28 plia; quia legatum alimētorum dicitur naturalem præstationem habere; ideo iure ciuili infringi non potest. Cuman. *dict. consil.*30.
29 *num.*2. *versic. accedat etiam. &* supra *num.*18. † Amplia; quia reuocatio, & ademptio omnium legatorum facta per testatorem non includit legatum alimentorum. Cuman. *d.consil.*30. *n.*4. *vers. vltimo.* Bart. *in l. libertis. §. posthumis. ff. de aliment. & cibar. legat.* Afflict. *decis.*111. *num.*10. vbi extendit ad dotem, & piam causam. Bart.
30 *tract. aliment. num.*31. *vers. quæro, testator.* † Extende; quia procedit etiam in reductione, & moderatione; quia si testator in codicillis dixit, quod omnia legata reducebat ad tertiam partem, id non habet locum in legatis alimentorum, nisi dicatur in specie, ita Bart. *in d.l. libertis. §. posthumis. ff. de aliment. & cib. legat. & in tract. ali-*
*ment. colum.*2. *in fine.* Aretin. *in tract. de testam. in dec. Item reliquit Titiæ. ver. quid si testator.* † Extende idem, si alia legata fecit eidem le- 30
gatario; quia nunquam censetur ademptum legatum alimentorum. Castrens. *consil.*31. *lib.*2. *in princip.* vbi tamen declarat, vt ibi
in ver. breuiter. † Amplia; quia speciale est fauore alimentorum, 31
quod debeant præstari in loco, vbi degit is, qui alimentari debet. Bald. *consil.*224. *Factum tale est.* & latius *consil.*225. *in princip. Ad euidentiam. lib.*3. plene Bart. *tract. aliment. num.*24. *vers. quæro, in quo*
loco. † Amplia; quia bona designata pro alimentis coniunctæ 32
personæ præstandis alienari non possunt, & dominium non transfertur, etiam si obligans reseruauerit sibi facultatem disponendi. Bald. *in l. ea lege. colum.*3. *ver.*8. *idem num.*5. *C. de condict. ob cau.* per text. *in l.*1. *C. de donat. quæ sub mod.* † Amplia; quia debens ali- 33
mentari à fratribus, prout bastardus frater, fauore alimentorum potest vnum hæredem conuenire in solidum, licet plures sint, qui teneantur, hæredes. Bald. *consil.*232. *Fœmina regulariter. in fin. lib.*3. Dubito, quod Bald. hoc non dicat; quia loquitur sub verbo forte, & dicit hæres vnius, inferendo ad not. *in l. controuersia. ff. de transaction.* vt forte illo casu tantum, quando essent legata, &
non repetita ab intestato, vt gloss. magna, ibi declarat, & dubito
propter *consil. Roman.*189. *in princ. num.*2. vbi, quod quilibet hæres pro rata tenetur, nisi haberet alimentandus bona hypothecata; quia conueniret vnum ex pluribus. Signorol. *consil.*42. *num.*1. *&*
*num.*5. † Tu declara; quia plures, qui tenentur alere, non tenen- 34
tur diuidere alimenta sua per minutas; ideo Iudex compellit vnum ipsorum ad præstandum alimenta, qui deinde releuari debet ab aliis, ita Ancharan. *consil.*254. *in fin.* Ruin. *consil.*80. *in princ. lib.*2. & sic verum dicit Bald. † Contrarium dicit Castrens. *consil.* 35
423. *Viso puncto. num.*4. *versic. sed his præsuppositis. lib.*1. & clarius *in fin. vers. restat.* vbi, quod licet alimenta sint indiuisibilia respectu recipientis; quia non potest ali medius; tamen sunt diuisibilia respectu dantis, vt vnus det medietatem, alter aliam medietatem,
sed vide, quia Castrensis loquitur, quando non extant bona testatoris decocti, sed hæredis tantum, & concurrunt creditores.
† Declarat Roman, *cons.*189. *num.*2. Signor. *cons.*42. *num.*1. *& num.* 36
5. quod si legatarius habet hypothecam, potest eligere vnum hæredem, alias secus. Declara etiam melius infra, *Alimenta relicta à*
*pluribus. Concl.*293. *in prin.* † Amplia; quia tacita hypotheca com- 37
petit in bonis designatis pro alimentis legatis, *l.*2. *ff. de aliment. & cibar. legat.* apostill. ad Bart. *in cons.*211. *num.*4. *lib.*1. *in vers. circa hypothecam.* quæ concordant. allegat, plene Rip. *in l.*1. *§. si hæres. num.*14.
ff. ad Trebell. vbi, quod exercetur contra tertium possessorem rei. Roman. *cons.*388. *in prin.* vbi apostil. *in ver. manifestant.* Gigas *de pen-*
*sionibus. quæst.*51. † Extende; quia dos filiæ dicitur obligata pro a- 38
limentis matris, & auiæ inopum. Neguſan. *de pignor. in* 2. *part. in* 4.
*membr. num.*47. & idem pro alimentis debitis marito; & licet in puncto iuris videatur verior opinio contraria; tamen ista æquior
est. † Extende, vt procedat etiam, si designatio alimentorum 39
fiat super bonis alienis domino præsente; quia videtur consentire dictæ hypothecæ. Bart. *cons.*211. *Quidam sibi filios. num.*4. *ver. circa*
hypothecam. vbi apostill. *in ver. circa hypothecam. lib.*1. Vide, Dictio,
*super. Concl.*383. Vide, *Pensionarius an habeat fructus hypothecatos. Concl.*264. † Imo, sicut pro aliis legatis bona testatoris sunt 40
obligata legatario, multo magis pro legato alimentorum. Io. de Anan. *cons.*54. *num.*2. *ver. illud autem certum.* † Et quod sit speciale in 41
alimentis, vt res, ex qua debēt præstari, sit pro eis tacite obligata. Castrens. *cons.*332. *num.*4. *lib.*1. per text. *in l.*2. *ff. de alim. & cib. legat.*
† Declara, vt plane per Neguſ. *de pignor. part.*2. *memb.*4. *nu.*164. *ver.* 42
vigesimus tertius casus. vbi, quod ex designatione oritur hypotheca in omni dispositione, & non est speciale in alimentis; quia alimenta non habent hoc priuilegium hypothecæ; quia non reperitur iure cautum. † Amplia; quia alimenta relicta ex bonis sol- 43
uenda per certas personas non sunt personalia, sed transeunt ad successores. *l. liberis.* quæ est 4. *§. Lucius. ff. de aliment. legat.* vbi gloss.
Bald. & alii. Roma. *cons.*388. *In casu. num.*5. vbi apostil. *in ver. soluendum*, dat concord. † Amplia; quia licet legatum factum vxori, 44
donec steterit cum filiis, extinguatur mortuis filiis, quorū contemplatione est factum legatum; tamen secus est, si sunt legata alimenta; quia debētur etiam post. Bald. *cons.*140. *Casus talis. lib.*5.
in fin. Bart. *in l. illis libertis. ff. de cond. & demonst.* Castrens. *cons.*31. *col.*2.
*prope fin. ver. item facit ratio. lib.*2. Abb. *cons.*78. *col.*2. *in fin. lib.*2. Vide,
*Legatum quando censeatur factum ad vtilitatem legatarij. Conclus.*95.
† Contrarium, quando sunt legata alimenta fauore filiorum, vi- 45
delicet, donec, &c. quia mortuis filiis, non debentur, licet non stet per legatariam; secus, si fauore legatariæ. Ancharan. *cons.*237.
in princip. † Declara, vt plene per Benintend. *decis.*98. † Amplia; 46
quia appellatio non datur in causa alimentorum futurorum. Ias. 47

in

* *in l. de alimentis, num. 7. C. de transactio.* & est* communis opinio, secundum Contard. *in l. 11. C. si de mom. possess. in l. limit. num. 5. fol. 279.* Bart. *in l. Mela. ff. de aliment. & cibar. legat.* vbi plura specialia ponit.

48 Alex. *cons. 214. Ponderatis, num. 11. lib. 6.* † Extende, vt procedat, siue debeantur iure actionis, siue officio Iudicis, Idem Contard.

* *d. l. 1. num. 54.* vbi quod est* communis. Bart. *tract. aliment. num. 47.*

49 *ver. quæro an sententia.* † Extende; quia si datur appellatio, id erit

50 sine retardatione quoad futura. Bart. *d. tract. aliment. num. 47.* † Restringe quoad præterita; quia bene datur appellatio, Contard. vbi supra.

51 † Declara, vt id, quod dicitur non dari appellationem, intelligendum sit, quoad effectum suspensiuum. Areti. *consil. 97.*

52 Contard. vbi supra † Amplia; quia potest sperni sequestrum alimentorum, quando alimentandus non habet aliunde, vnde se alat. *l. fin. §. 1. vers. nam si tales. C. de ordin. cognit.* vbi Bald. *in 4. not.* Guido Pap. *decis. 81. ad fin.* † Amplia; quia non debentur, nisi semel; ideo si duobus coniunctim legantur alimenta, vno mortuo non habet locum ius accrescendi, quod haberet locum in alia materia; quia semel alimentatus non recipit duplicata alimenta. Abb.

☞ *cons. 78. in fin. lib. 2.* allegat text. *in l. dominus, ff. de vsufruct.* Vide, *Alimenta non debentur. Conclusio. 289.* † Amplia; quia legatum alimentorum, & legatum dotis, tanquam legata pia debentur; ideo vtrumque peti potest, licet dos succedat loco alimentorum.

55 Io. de Anan. *consil. 42. in princip.* vbi Bologn. *in Apostill.* † Amplia; quia clausula in fine posita, quæ restringit, & potest referri ad omnia præcedentia, non refertur ad legatum alimentorum tanquam pium, vt minuatur, *l. libertis, §. posthumis.* & ibi glos. & Bart.

56 *ff. de aliment. & cibar. legat. & in l. Mela, ff. eod.* † Amplia; quia censetur repetitum à substituto, quando est factum ab instituto. Ias.

57 *consil. 95. lib. 1.* † Amplia; quia triennio præscribuntur legata alimentorum soluta per triennium, licet legatum, & testamentum nullum sit, *l. 1. C. de fideicomm.* Bartol. *quæst. 7. Mulier habens, ver.*

58 *solutio, colum penult. in fin. ver. nec obstat.* † Amplia; quia is, qui donauit domum loco pio, vt recipiat in vita sua alimenta à loco pio, si domus destruatur per milites, vel alio casu fortuito, non cessant alimenta. Deci. *consil. 312. Licet hactenus, colum. 1. ver. & ex ista*

59 *ratione infertur.* † Extende etiam in legato alimentorum facto duobus fratribus, vel monachis; quia licet testator designauerit fundum, ex quo alimenta debeantur, si propter bella fundus non sit sufficiens; tamen tenetur hæres ex aliis bonis ad alimenta. Bartol. *in l. Lucius Titius. ff. de aliment. & cibar. legat.* Guido

60 Pap. *decis. 8.* † Amplia; quia exceptio, & reseruatio alimentorum pro se, extenditur etiam pro vxore, filiis, & familia sua, argum. *ca. admonere. 33. quæst. 2.* Vide, *Maritus & vxor sunt vnum corpus, & vna*

61 *caro. Conclus. 88.* † Extende; quia alimenta legata vsque ad pubertatem debentur vsque ad 18. annos fauore alimentorum; quia intelligitur de plena pubertate. *d. l. Mela. ff. de alim. & cibar. legat.* licet alias pubertas intelligatur solum in fœmina, vsque ad 12. annum

62 completum, & in masculo vsque ad 14. & infra *num. 64.* † Extende; quia alimenta relicta vxori, licet intelligantur relicta vxori tempore testamenti; tamen fauore alimentorum, si illa est mortua, intelligunter cuicunq; vxori posteriori legata, ita Alex. *con-*

63 *sil. 171. Viso processu inter Dominam. lib. 2. num. 4.* † Extende; quia licet promissio decem ad vitam alicuius intelligatur, quod vnica vice sint soluenda decem; tamen si pro alimentis fit promissio, ea intelligitur singulo anno propter fauorem alimentorum. Bart. *in*

l. eum. qui §. qui ita, vbi Ias. *n. 11. ver. secundo quærit.* Bart. *ff. de verb. ob-*

* *lig.* vbi dicit communem *. † Amplia; quia in masculo pubertas

64 est vsque ad decem & octo annos, in fœmina vsque ad quatuordecim annos fauore alimentorum. Bartol. *in d. l. Mela. ff. de aliment.*

65 *& cibar. legat.* supra *num. 61.* † Amplia; quia fauore alimentorum exequutori competit actio. Item non obstant feriæ, & breuior dilatio datur. Bartol. qui alia specialia ponit *d. l. Mela. num. 5. ff. de*

66 *aliment. & cibar. legat.* † Amplia; quia obligationem, & hypothecam anteriorem habet ille, qui præstitit alimenta animalibus, vel ministris apothecæ, aut seruientibus, sine quibus res fuisset

67 perempta. Bart. *in l. interdum. ff. qui potio. in pignor.* † Extende; quia imo filii, qui debent à patre alimentari, si pater emat granũ tempore caristiæ, & det alimenta vxori, & filiis, qui sunt soluendo, vel habent dotes maternas, si pater non est soluẽdo, certe tenentur, qui cum grano, & cibariis creditoris sunt conseruati, & alias periissent. Bartol. *in l. his solis. ff. de cond. indebit.* non audet decidere, sed Ias. ibi plures citat pro hac conclusione: extende, & intellige etiam mortuo patre, licet hæreditatem patris repudiauerint. Cremen. *singul. 37. tu mutuasti.* vbi apostill. concordan-

68 tes dat: apostill. ad Bartol. *in d. l. his solis. ff. de cond. indebit.* † Amplia; quia probatio alimentorum præstitorum dicitur difficilis; ideo sufficit probatio præsumptiua, & testes plene probant, si dixerunt vidisse pluries alimentatum comedere ad eandem mensam; quia non est necesse, quod continuo viderint. Corn. *consilio*

110. *in fin. n. 10. lib. 1.* † Limita, seu declara; quia licet testamentum 69
ad piam causam valeat coram duobus testibus; non tamen valet legatum alimentorum, nisi in testamento solemni. *l. 1. C. de fideicom.* Angel. Aretin. *consi. 91. num. 17. ver. sexto. & num. 40. in fin. ver. nec obstat sextum.* † Limita; quia alimenta facta, seu legata mulieri, vel personæ locupleti, nõ habent priuilegium alimentorum. 70
Bald. *consi. 225. num. 2. ver. videndum ergo. lib. 3.* † Limita; quia alimentorum legatum non recipit augmentum, vt debeatur vltra facultates, licet hæres non confecerit inuentarium, vide Nattam, qui disputat hoc *cons. 387. num. 8. & seq.* † Limita; quia ali- 71
menta relicta alicui, taxanda arbitrio certæ personæ, quæ taxauit absentibus hæredibus, & ignorantibus, non debentur, si legatarius stetit per decem, vel quindecim annos, & illa nõ petiit; quia sibi debet imputare. Ancharan. *consi. 383. Primo & ante.* facit *consil. Bald. 207. lib. 3.* † Limita; quia alimenta pluries legata non de- 72
bentur, nisi semel, etiam si diuersis modis ab eadem persona sint relicta; quia semel alimentatus non indiget alimentis vlterioribus; secus, quando essent relicta à diuersis personis. Bald. *consilio*

349. *Filiæ an stare. nu. 2. post med. vers. non obstat. lib. 4.* & est text. & ibi Bart. *in l. alimenta. §. basilicæ. ff. de aliment. & cibar. legat.* & tex. *in l. Stichus nutricis.* vbi Bart. & alii *ff. eod.* Rimin. Iun. *cons. 492. num. 39.* vbi, quod non est reiterabile. † Extende; quia vxor, cui reliquitur v- 74
sus fructus, & deinde alimenta, debet computare legatum prædictum cum aliis legatis victus, & vsus fructus. Vrsil. *in addit. ad Afflict. decis. 44. num. 16.* allegat Crauet. *consi. 32. Testator reliquit. n. 6.*
† Limita; quia legata alimentorum alicui in domo alimentare 75
debentis, quamdiu cum eo steterit, vel stare voluerit cum eo, nõ debentur, si non venit. Bertrand. *consi. 193. num. 5. & 8. lib. 3.* † Li- 76
mita; quia legatum alimentorum à causa restringitur de facili, vt de solis alimentis necessariis cantet dispositio. Anch. *cons. 254. nu. 4. ver. & præcipue hoc verum.*

Alimentare qui teneantur de iure, & quomodo, & quando. Concl. 287.

REGVLA † est, quod pater teneatur alimenta filiis præstare, 1
ex text. *in l. si quis à liberis. §. 1. ff. de liber. agnoscen. & l. 1. & per tot. C. de alen. liber.* & liberorum educatio etiam brutis conuenit. *l. 1. §. ius naturale. ff. de iustit. & iur. [illegible] de iur. natural. gent. & ciuil. §. 1.* & debentur ex æquitate scripta. Bald. *cap. conquerente, de offic. ordin.*
† Extende; quia nedum tenetur alere filium non habentem, vn- 2
de se alat, sed etiam illius vxorem, & filios. glos. *in l. si quis à liberis. §. non tantum. ff. de liber. agnoscen.* Ruin. *consi. 144. lib. 5. l. si filia. §. hoc amplius. ff. famil. hercis.* † Extende; quia tenetur pater alimentare etiam nurum, videlicet, vxorem filii, quando filius est in po- 3
testate, siue receperit pater dotem, siue non. Bartol. *in tract. de aliment. colum. 2.* Bald. Nouell. *de dot. in 7. quæst. princip. priuil. 34.* Bartol. *tractat. de aliment. num. 16.* † Extende, etiam si filius seorsum à 4
patre sine culpa habitet, puta, ex defectu nouercæ, vel alia causa. Bald. *in l. vbi adhuc. colum. 10. Cod. de iur. dot.* † Extende in tan- 5
tum, quod pater denegans alimenta filio perdit patriam potestatem. glos. *in l. nec filium. C. de patr. potest.* sicuti si filius denegat alimenta patri, potest exhæredari, infra *nu. 85.* † Extende; quia imo 6
compellitur pater pro alimentis assignare aliquam partem bonorum filio, ex quorum redditibus viuere possit, maxime quando pater male versatur, ne filius fame pereat, & tristem sentiat exitum. *l. fin. §. filius. C. de bon. quæ liber.* † Extende in tantum, vt non 7
valeat pactum factum per filium de non petendo alimenta à patre. Specul. *in tit. qui fil. fin. legit. vers. sed pone, quidam.* quem sequitur Federic. de Sen. *consilio 60. in fin.* Bartol. *in l. si quis à liberis. §. parens, in fin. de liber. agnoscen.* † Restringe de iure ciuili. *l. pactum. Cod. de* 8
collatio. Feder. *dict. consi. 60. in fin.* vbi, quod pactum valet de non petendis alimentis à patre, sed dicit hoc esse verum de iure ciuili, & forte male, & saltem est controuersum. † Amplia; quia pater 9
tenetur alimentare filios, & filias, nec non nepotes, & neptes ex filiis masculis. Socin. *cons. 161. Pro decisione, in princip. lib. 2.* † Et de fi- 10
liis, & filiabus, quod teneatur alimentare. Fulgos. *cons. 228. num. 3.*
† Extende in tantum, quod si quis habet patrem, & auum pater- 11
num diuites, debet is alimentari à patre potius, quam ab auo; sed si pater esset pauper, tenetur auus alimentare nepotem ex filio. Socin. *d. cons. 161. vers. ego præmitto. lib. 2.* Ant. de Butr. *cons. 56.* vbi idem dicit, & extendit in dote, etiamsi neptis sit in potestate aui; quia ista non procedunt à patria potestate, sed à proximitate. † Extende; quia non valet prohibitio patris, quod filius ex- 12
hæredatus, & malemeritus de patre, non alimentetur ab aliis fratribus

tribus filiis hæredibus institutis. Bald. *cons.*103. *Præmissis verbis li.*5.
13 † Restringe; quia pater non tenetur alimentare filium etiam legitimum & naturalem nolentem morari, & operari cum patre. Bald. *cons.*304. *Quidam de Insula. lib.*4. *per tot.* maxime in fin. & infra *num.*164. *& multis seqq.* Vide, *Alimenta legata in domo. Concluſ.*297. *num.*9. Vide, *Alimentandus quando teneatur operari. Concl. proxima seq.*
14 † Declara tamen, nisi esset dedecus filio operari, vt quia esset nobilis, vt per Bartol. *d. l. si quis à liberis. §. sed si filius ff. de lib. agnosc. & in l.*1. *C. de mendicant. valid. lib.*11. Socin. *consil.*161. *lib.*2. *& cons.*30. *colum. fin. lib.*4. Aretin. *consil.*17. *colum.*3. Ruin. *cons.*144. *li.*5. Curt. Iun. *consil.*184. *num.*5. † Restringe, nisi spurius haberet, vnde posset alij;
15 quia non valeret legatum patris. Ias. *consil.*26. *Omissis. colum. penult. ver. circa secundum. lib.*1. Vide plenius, *Spurii non possunt hæredes instituti Concluſ.*418. *num.*103. *& seqq.* vbi, quod procedit, tam in terris Ecclesiæ, quam Imperii, vt valeat legatum vsque ad alimenta, ibi
16 *num.*93. *& seq.* & infra *num.*47. *cum seq.* † Restringe; quia pater non tenetur alere filium naturalem, quando est beneficiatus, & de suo potest viuere, & si pater alimentauit, præsumitur de bonis fil. naturalis tantum, etiam si pater esset administrator, Castr. *consil.*415. *Viso, in princ. & col.*2. vbi late. *lib.*2. & infra *num.*20. *& sequent.* † Restringe, quod obligatus ad alimenta ex charitate te-
17 netur alere ex fructibus, & introitibus, & habito respectu, ne debens alimenta egeat pro se ipso, & filiis suis; quia Charitas ordinata incipit à seipso. Vide, *Alimenta qualiter taxanda. Concluſio.*283.
18 *num.*7. *& seq.* † Et quod non teneatur pater alere filium, si non potest, & non habet pro seipso, est gloss. *in l. si quis à liberis, §. fin. in ver. liberto. ff. de liber. agnoscen.* quia magis sibi tenetur, quam filiis. *l. præses. ff. de seruit.* etiam salua dignitate alimentare debentis. *l. Nepos Proculo. ff. de verbor. signif.* Vital. *tract. de aliment. num.*110. Ias. *Instit. de actio. & item si in dotem.* Decian. *conſ.*111. *in fin. li.*3. & infra *num.*110.
19 *& seq.* † Restringe; quia alimenta, quæ debentur, sunt miserationis causa; ideo non debentur habentibus modum alimentandi de suo proprio. Ang. *cons.*369. *Riccius Stellæ. num.*2. Capell. Tholos. *decis.*77. vbi apostill. & plene Dec. *cons.*176. *in princ.* vbi, quod non
20 debentur, nisi filius vel alendus sit in necessitate. † Dicuntur autem habere de suo proprio, & aliunde, si ex redditibus salua proprietate possunt ali, alias non. Bald. *cons.*30. *Sicut dixit lib.*2 vbi
21 declarat. † Restringe in filio beneficiato; quia pater non tenetur eum alere, ex quo habet aliunde. Castrens. *cons.*415. *Viso, & examinato, num.*2. *ver. super secundo. lib.*2. vbi, quod si pater exegit fructus beneficii, & præstitit filio alime[illegible], censetur de fructibus beneficii alimentasse, &
22 *num.*15. supra. † Restringe; quia generaliter pater nō tenetur alere filium, si filius habet aliunde, vnde ali possit. Bart. *in auth. res quæ. C. commun. de legat. & in l. libertis. la* 2. *§.*1. *nu.*3. *ff. de alim. & cib. ar. legat. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de liber agnoscend.* Capell. Tholos. *decis.*77. vbi apostill. Bart. *in l. fin. C. de mendic. valid.*
23 *lib.*11. Socin. *cons.*121. *num.*47. *lib.*4. † Et ideo si filius est in Monasterio professus, ille debet ali à Monasterio, non à patre naturali; si tamen eiiciatur de Monasterio, reuiuiscit obligatio naturalis
24 patris. Ita Castrens. *consil. 76. Ad confirmationem. lib.*1. † Idem est, quando filius ex sua industria, & artificio viuere potest. *d. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de liber. agn.* Capel. Tholos. *decis.*77. vbi apostil. Gabriel. *cons.*25. *num.*17. *lib.*1. Aug. Aretin. *cons.*95. *In casu prædicto, nu.*12. *& seq. per tot.* & iterum *consil.*140. *In casu præmisso, in princ.* Re-
25 stringe; † quia pater non tenetur alere filium, nisi vsque ad tempus, quo potest ex artificio, vel professione sibi prouidere; ideo filius doctoratus non debet ali à patre. Ang. Areti. *consil.*95. *in casu*
26 *supradicto. num.*12. *& seq. per tot.* † Et procedit restrictio, etiam si pater esset ex laudo condemnatus ad præstandum omni anno filio alimenta, etiam si dicat laudum in perpetuum; quia laudum habet passiuam interpretationem de iure communi, etiam si non possit contraueniri laudo, plene Ang. Aret. *d. consil.*95. *num.*14. *& seq. vsque in fin.* vbi in fin. quod si filius nō vult operari, ex quo red-
27 dit se reprehensibilem, non auditur. † Contrarium videtur tenere Ang. Aret. *consil.*140. *In casu præmisso, per tot.* vbi, quod imo si pater se obligauit filio ad alimenta, quæ petebat, quod illa perpetuo præstabit, mortuo patre si est hæres cū beneficio legis, & inuentarii, potest petere alimenta præterita, tāquam creditor; quia licet vixerit ex artificio; quo casu non deberentur alimenta debita officio Iudicis; tamen secus est, si debentur ex obligatione, & sic iure actionis; quia inter patrem & filium cadit obligatio circa alimenta; allegat simile de expensis debitis officio Iudicis, vel iure actionis; ergo videtur contrarium eius, quod dixit *consil.*95. *numer.*14. quia ibi etiam pater tenebatur ex laudo iure actionis. Re-
28 stringe, † quando filius esset ingratus, & commisisset vnā ex causis, pro quibus posset exhæredari; quia pater non tenetur illum alere. Capel. Tholos. *decis.*77. vbi apostil. declarat, vt supra, *nu.*12.

†Restringe; quia non tenetur alere filium prodigum, apostill. ad
29 Bartol. *tract. de aliment. nu.*17. *ver. in filium naturalem,* vbi idem est, si
30 non vult operari. † Restringe; quia pater non tenetur alere filiam dotatam, & nuptam, sed onus spectat ad maritum. Gabriel.
31 *cons.*25. *num.*16. *lib.*1. † Et restrictio in tantum procedit, vt si pater præstitit alimenta filiæ nuptæ, repetat à marito, quando maritus
32 tenebatur. Cyn. & Bald. *in l. alimenta. C. de nego. gest.* † Contrarium; quia si pater dedit alimenta filiæ maritatæ, in dubio præsumitur causa pietatis, & non animo repetendi. Castren. *in l. si patrono, C. de*
33 *neg. gest.* † Imo in fortioribus terminis, alimenta etiam præstita affini, & consanguineę mulieri præsumuntur ex charitate in dubio
34 præstita, non autem animo repetendi. Alex. *cons.*110. *Videtur prima facie. per tot. vol.*7. Ias. *in l.*1. *num.*4. *C. de legat.* † Restringe; quia pro tempore præterito non tenetur pater alere filium, *l. si quis à liberis, §. vel si parens,* & ibi Bartol. *ff. de liber. agnoscend.* Socin. *consil.*57. *In causa colum.*7. *lib.*4. *nu.*36. *& sequent.* Bartol. *in l.*1. *C. de mendic. valid. lib.*11. & est ratio; quia debentur officio Iudicis intuitu pietatis,
35 quæ cessat in præteritis. Bartol. *in l. libertis, quos, §. manumissis. ff. de aliment. & cibar. legat.* Ias. & Deci. & alii *in l. de alimentis, C. de transactio.* Ioan. de Anan. *consil.*54. *per tot.* vbi Bologni. *in addit. num.*4. Alexand. *consil.*7. *Visis, colum. penult. nu.*10. *ver. non obstant allegata li.*2. idem Alex. *cons.*72. *num.*9. *lib.*5. † Declara, nisi filius pro se alendo
36 contraxisset debita; quia pater tenetur etiam ad ea soluenda. Ias. *in d. l. de alimentis. C. de transact.* Bartol. *in l.*1. *C. de indict. viduit. toll.* Bologn. *in addit. ad cons. Io. de Anan.*54. *num.*54. quia intelligunt, nisi essent debita iure actionis; quia tunc bene pro præterito debentur. Alexand. *cons.*72. *Viso processu, num.*9. *& seq. lib.*5. & Socin. *d. consil.*57. *num.*37. *lib.*4. † Restringe, nisi is, qui præstitit alimenta de-
37 bita officio Iudicis, prout vnus filius patri, repeteret ab aliis filiis pro rata; quia licet patri debeantur officio Iudicis, & pater non petat præterita; tamen filius petit præterita; quia quoad eum debentur iure actionis, *l. de alimentis. C. de transact.* plene Alexand. *consil.*72. *num.*10. *lib.*5. † Amplia; quia tenetur pater naturalis a-
38 limentare filios naturales. Socin. *consil.*161. *Pro decisione. in princip. ver. tertio præmitto. li.*2. *c. per venerabilem, qui fil. sint legit. c. cum haberet,* vbi gloss. fin. Abb. & alii, *de eo, qui duxit in matrim. quam polluit,* latissime Bartol. *tract. de alim. num.*17. vbi plena apostill. † Extende;
39 quia tenetur pater alere, & alimenta relinquere filio naturali, etiam extantibus filiis legitimis. Dyn. *consil.*9. *Quæstio talis est, quidam nomine, per tot.* vbi, quod ex tali legato tanquam debito à lege deducitur omne grauamen, & vide apostill. *in ver. imposita,* quæ adducit multos concordantes. † Amplia; quia pater tenetur etiam
40 alimentare filios natos ex damnato coitu, & sic spurios de iure Canonico etiam inter laicos. Socin. *consil.*161. *Pro decisione, in princ. ver. quinimo,* vbi dicit * communem, *lib.*2. Gabriel. *cons.*25. *num.*13. * *& 18. lib.*1. Alex. *cons.*158. *Viso instrumento, nu.*3. *& 4.* vbi dicit * communem, *lib.*7. plenissime Mathesila. *singul.*146. *Nota singulare dictum,* vbi plena apostill. † Extende in matre; quia præsumitur ali-
41 mentasse filium spurium animo donandi, quando sunt ad breue tempus. Chassan. *cons.*40. *col. fi. Sylua Nuptial. fo.*95. *vel. Item intellige.* Calcan. *cons.*60. *col.*3. & alii, quos citat Gabriel. *tit de alim. Concluſ.*1. *num.*33. † Extende multo magis, quia tenetur alere filios, & de-
42 scendentes legitimos & naturales ex spurio filio. Alex. *d. cons.*158. *num.*4. *& seq. lib.*7. † Extende, vt multo magis teneatur pater alere filios, & filias spurias, neptes natas ex filio legitimo Soc. *d. con-*
43 *sil.*161. *circa princ. ver. & vltimo. lib.*2. † Extende; quia debentur alimenta spuriis, & descendentibus ex eis. Gabriel. *cons.*25. *num.*13. *&*
44 *18. lib.*1. Vide, *Spurii an possint hæredes instituu. Concl.*418. vbi plenius. † Contrarium & male videtur velle Abb. *cons.*115. *in fin. lib.*2. vbi, quod mortua filia spuria, vt dos transeat ad filios spuriæ, pater debet expresse hoc dicere, alias finitur causa dotis, prout causa alimentorum. † Declara, dummodo filii aliunde non habeant, &
45 petant principaliter. Gabriel. *d. cons.*25. *n.*17. *& seq. lib.*1. † Et quod
46 valeat legatum alimentorum filio spurio vbique, & est communis * opinio, de qua Deci. *in cap. Clerici, in* 1. *not. de iudic. & in cap. Ec-* *
*clesia S. Mariæ. num.*112. *de constit.* vbi plena apostil. dat concor. † In-
47 tellige, nisi aliunde haberet etiam ex exercitio. Vide Crauet. *cons.*199. *num.*10. Dec. *cons.*576. *in pr.* & infra *num.*54. *& 91. cum multis*
48 *seq.* & supra *nu.*15. † Extende, vt imo etiam spurios filios teneatur pater alimētare etiam ex quocunque damnato coitu de æquitate Canonica *d. ca. cum haberet, in fin.* vbi gloss. & * Doct. *de eo, qui du-* *
xit in matrim. quam pollut per adult. qui text. etiam de iure ciuili, & vbique procedit; quia fundatur super æquitate naturali, secundum Abb. ibi Bart. *in auth. ex complexu. C. de incest. nup.* & quod procedat etiā in terris Imperii. Dec. *in d. c. Clerici. in* 1. *not. de iud.* vbi dicit * communem, vbi apostil. & *in cons.*576. *in princip.* vbi apostill. *
49 Socin. *consil.*161. *Pro decisione. lib.*2. † Extende; quia in dubio præ-

sumitur

sumitur in causam alimentorum pater legasse filio spurio, per Crauett.*cons.*219.*nu.*8.vbi plene,allegat Castrens.*cons.*5. *Quicquid dicatur.col.*2.*lib.*1.Caccialup.inter cons.Cornei *con.*212.*li.*3.†Contrarium, & male, quod imo requiratur, quod expresse relinquatur pro alimentis,alias non valeat legatum. Calcan. *consil.*59. *Requisitus,num.* 9. † Extende; quia pater, & in subsidium auus paternus tenetur alere filios naturales,& etiam spurios, vel neptes spurias,aut filias spurias, ita quod si pater potest, prius ipse obligetur,quam auus,qui tenetur in subsidium. Socin. *d.cons.*161.*Pro decis.lib.*2.Barbat.plenius.*cons.*81.*num.*15.*& seq.lib.*3. † Extende in tantum, vt non valeat contraria dispositio patris priuans filium spurium alimentis.Ias.*consil.*26.*num.*4.*lib.*1.sequitur Crauett.*consil.*219.*num.*7.qui alios allegat. † Extende; quia auus paternus tenetur in subsidium alimentare nepotes, & neptes spurios ex filio etiam emancipato;quia emancipatio parum prodest.Io.And. *in addit.ad Specul.qui fil.sint legit.cap.*1.*num.*12. *vers.sed pone,quidam emancipauit filium,* & infra *num.*82.*& seq.* † Declara; quia alimenta,quæ debentur spurio, non debentur, quando aliunde habet, etiam considerato artificio, & eo casu neque valeret legatum. Crauett.*consil.*199.*num.*10.vbi alios allegat, late Deci.*consil.*576. vbi apostill.allegat Crauet.*d.cons.*199.&alios, quod pater, si velit,potest relinquere, quando esset dedecus laborare,&lucrari,& quia non semper quis lucratur. † Extende; quia nedum pater tenetur alere, sed etiam dotare filiam spuriam, quæ habet hypothecata bona patris, tam de iure communi, quam ex forma statutorum Florentiæ.Mathesila.*d.singul.*146.*Nota singulare dictum.* vbi plena apostilla. † Extende; quia nedum pater, sed etiam hæres patris debet alere, & seu dotare filiam spuriam, & quando se nominauit hæredem, pater dicitur fecisse hæreditatio nomine patris,quo obligabatur,licet non expresserit.Abb.*consil.*115.*Videtur primo,colum.*2.*lib.*2. Vide plenius, *Spurii non possunt hæredes instituì à patre,vel auo.Concluſ.*418.*num.*89.*& multis sequentib.* Vide Anton Gabriel.*lib.*6.*tit.de Alimentis.Concluſ.*1.*Spurius an de æquitate canonica sit alimentandus.* † Amplia; quia nedum pater, sed etiam filii legitimi post mortem patris tenentur alere de bonis paternis fratrem bastardum.Bald.*cons.*232. *Fœmina regulariter, circa fin.lib.*3. Fulgos.*consil.* 228. *num.* 3. † Extende in tantum, quod pro alimentis bastardus potest conuenire vnum hæredem de pluribus. Bald. *d.cons.*232.*circa fin.lib.* 3. vide ipsum; quia dubito, quod hoc non dicat.

† Contrarium tenet Roman. *consil.* 189. *Stante primo quæsito, num.*2.vbi,quod hæredes pro hæreditariis portionibus conueniuntur, non autem legatarii, nisi in subsidium. † Declara; quia si pro alimētis competit hypotheca contra defunctum, potest alimentandus conuenire vnum ex pluribus hæredibus ad suam electionem. Signorol. *cons.*42.*Amplius non repeto,num.* 1. *& num.* 5. Vide Conclusionem proximam præcedentem,*num.*33.*& seq.* Extende;† quia etiam in foro sæculari seruatur ius Canonicum hoc casu,in quo agitur de naturali æquitate,& de peccato. Deci.*in ca. Ecclesia S. Mariæ,num.*112.*& seq.de constit.* Areti.*Institit.de iur.natural. gent.& ciuil.num.*5.*& seq.*& est* communis opinio,vt dicit Dec.*in c.Clerici.n.*4.*de iudi.*vbi apostill.&*communem dicit Ias.*con.*26.*n.*4.*li.*1.&totum mundum ita seruare,Hiero.Gabriel.*cons.*25.*nu.*13. *lib.*1.Vide plenius per Anton. Gabriel.*lib.*6.*tit.de Aliment. Concluſ.* 1.*Spurius an de æquitate canonica, num.*2.*ver.contrarium.* † Extende; quia habet locum etiam in spuriis nefariis,&incestuosis.Crauet. *cons.*219.*in fin.* vbi pro vtraque parte allegat, & dicit veriorem. †Contrarium apostill.ad Deci.*d.c.Ecclesia S. Mariæ, num.*112.*in ver. feculari, de constit.*& male. † Amplia;quia pater tenetur alere filium adoptiuum,& licet sit controuersa opinio;tamen Rota Florentina tenet affirmatiuam 27.Maii.1570.est verum,quod etiam mouetur ex promissione facta, sed tamen dicit, quod ista est tutior; quia in dubio pro pia causa, & pro alimentis, quæ sunt favorabilia, est pronunciandum. † Contrarium; quia pater non tenetur alere filium adoptiuum. Menoch. *tract. de præsumpt. lib.*1. *quæstio.*25.*num.* 26. vbi alios allegat. † Amplia; quia mater tenetur alere filium inopem, si potest alere, & potest compelli officio Iudicis, & tenetur necessitate præcisa; quia compellitur, & necessitate causatiua;quia alias priuatur successione filii Castren. *consil.*436.*Ad confirmationem.num.*3.*lib.* 1. vbi *num.* 4. idem dicit in fratre, † qui tenetur alimentare fratrem, & sororem ex eodē patre,&è conuerso. Vide infra, *Alimenta præstita ab obligato quando repetantur,vel non.Concluſ.*302. † Extende etiam stante patre inope, ad quem spectat ius alendi; quia si mater est diues, ipsa tenetur alere filios.*l.penult.ff.de liber.agnoscend.*text.*in* §. *illud, auth. vt liceat matri & auæ.*Bartol.*in l.alimenta.C.de negoc.gest.* † Extende;quia in casibus, in quibus mater diues tenetur alere ob inopiam mariti (licet protestetur)nihil repetit,quia in iis, quæ sunt ex necessitate legis,protestatio non releuat.Bald.*in l.negocia. C.de neg.gest.* Extende, † vt procedat, etiamsi sit cōtrouersia inter matrem & fratrem puellæ inopem; quia magis spectat ad matrem, quam fratrem onus alimentandi.*l.si quis à liberis. vers.ergo & matrem.ff.de lib. agnosc.* Alexand.*in l.*1.*col.*5.*ff.solut.matrim.*Bart.*d.l.si quis à liberis.*§.*item rescriptum,*sequitur Alexand.*in l. Alimenta.C.de negoc.gest.*Ioan. Andr.*in addit.ad Specul.rubr.de stat.Monach.in fin.rub.*vbi, quod filia prius à parentibus, si extant,ali deberet,quam à fratre. Bartol.*in l.non quemadmodum.ff.de liber.agnosc.*Soc.*cons.*161. *Pro decisione.col.*1. *vol.* 2. & hæc est communis * opinio. † Extende, vt nedum mater, sed auia materna, & ascendentes, magis obligentur ad alimenta descendentium, quam fratres transuersales. Socin. *d.consil.*161.*col.*1.*lib.*2.Bart.*in l.penult.ff.de liber.agnosc.*infra *num.*83. † Extende; quia in casibus, in quibus mater obligatur ad alimenta filii,tenetur nedum alere eum circa cibaria, & vestiaria, & habitationem,sed etiam eius vxorem.gl.& Bart.*in l.si quis à liberis.* §.*si vel parens.ff.de liber.agnoscend.* & iuxta facultates matris Iudex illa decernere,& declarare debet. † Extende; quia nedum tenetur mater alere filium legitimum,sed etiam spurium,&præstita alimenta non repetit, maxime, quando ad modicum tempus præstitit. Chassan.*cons.*40.*colum.fin.* Calcan.*cons.*60.*colum.*3. Gabriel. *tit.de aliment.concluſ.*1.*num.*33.†Extende etiam,quod mater potest alienare dotem pro educatione, & alimentatione filiorum.Castren. *consil.* 436. *in princip. lib.*1. † Extende; quia mater tenetur alere filium, vel filios, maxime durante triennio; quia educatio est lactatio. Bart.& Bald.*l.alimenta.C.de negot.gest.* Abb.*in c.ex litteris, de conuers. infidel.* † Restringe, quando mater non haberet lac, vel mammillæ essent sine capizolis,& lac suggeri non posset.Bald.*d. l.alimenta.C.de neg.gest.* Abb.*d.c.ex litteris.de conuers.infid.* Ang.*in l.si competenti.C.de alen.liber.& parent.*† Restringe;quia potest non teneri etiam intra triennium ex causa à Iudice approbata. Innoc.& alii *d.c.ex litteris,de conuers.infidel.* † Restringe, quando mater & auia non haberent sufficientes redditus ad alimenta; quia non compelluntur,si non possunt. *l.competens.C.de alen.liber.d.l.si quis à liberis.in fin.*& Bart.*ibi in* §.*si mater.ff.de liber.agnoscend.* Bald.*in l.præses.C.de seruit.& aqua.*vbi Salycet.Barbat.*consil.*53.*colum.*3. *volum.*2. † Restringe; quia mater nobilis, quam non decet lactare filium, non obligatur etiam intra triennium,sed pater.Bald.*in l.penult.C. de patr.potest.& in l.alimenta.C.de negot.gest.* Ang.*in l.si competens. C. de alend.lib.& parent.* Corne.*cons.*165.*Viso.in fin.lib.*4. vbi extendit, siue viuo,siue mortuo marito, & vide Signorol. *consil.*43.*In quæstionibus missis.num.*2.*vers.item vtrum.* vbi, quod non tenetur in triennio,quando pater est diues, & soluendo, sed solum mater tenetur in subsidium. † Amplia in auo; quia tenetur alere nepotem inopem. Socin.*consil.*161.*Pro decisione.in princip.lib.*2. quod intellige,nisi adsit pater diues,vt supra *num.*51.*& seq.*& infr.*num.*82. *& seq.*Bart.*in l.penult.ff.de lib.agnoscend.* † Extende,vt procedat,etiam si nepos habeat, vnde possit ali, ex venditione proprietatis; quia licet exoneretur pater, & auus, in quantum de suo filius, & nepos potest ali ex redditibus; tamen abinde supra secus est;quia tenetur pater,& auus diues. Decius *in l. diuus. ff. de reg.iur.* Bald. *in l.fin.*§.*filius.ff.de bon.quæ liber.* † Restringe,quando extat pater & auus; quia potius onus spectat ad patrem, quam ad auum. Socin. *consil.*161.*num.*1.*lib.*2. † Amplia nedum in auo, sed etiam in auia, nedum paternis, sed etiam maternis. Socin. *dicto consil.* 161. *Pro decisione. in princip. lib.* 2. vbi, quod auus tenetur in subsidium, quando pater non habet modum, & idem dicit Barbat. *consil.* 81. *num.*15.*lib.* 3. vbi, quod valet argumentum de alimentis ad dotem, & è conuerso. Socin. *in l.*1.*ff. solut. matrimon. num.*42.*&* 46. & late Bartol. *in l. penultim. ff. de liber. agnoscend.* vbi, quod omnes ascendentes iure naturali obligantur ad alimenta descendentium in subsidium. † Amplia; quia filius tenetur alere patrem. Bartol. *in tractat. de aliment. num.* 8. *versic. item filius.* quando filius est diues, & pater inops. Oldrad. *consil.* 27. *Thema tale est, vacante.* vbi, quod etiam vice versa pater tenetur alere filium, & procedit etiam in monasterio; quia tenetur alere Abbatem à se postulatum. † Extende in tantum, quod filius etiam emancipatus denegans alimenta patri, reuocatur in patriam potestatem. Bartol. *in tractat. de aliment. num.* 9. *versic. quæro circa hoc.* vbi, quod denegatio alimentorum facta patri dicitur atrox iniuria, per quam posset exhæredari, sicuti, si pater denegat filio, amittit patriam potestatem, supra *num.*5. † Extende; quia quod dicitur de filio circa patrem, procedit in nepote circa auum. Bartol. *tract.de aliment.n.*8.*& seq.* † Extende; quia filius tenetur alere patrem; si tamen plures sunt filii,omnes tenentur,si possunt,& qui præstitit alimenta patri, repetit ratam à fratribus, etiam si non

sit

sit protestatus; quia pro rata ab aliis debita cessat officium Cha-
88 ritatis. Bart. Castrens. & alii *in l. Nesennius. ff. de negoc. gest.* † Extende; quia filius tenetur alere matrem inopem præstantem operas obsequiales, argum. *d. l. si quis à liberis. ff. de liber. agnoscend.* Bartol.
89 *in l. Scia. §. Gaio. ff. de alimen. & cibar. legat.* † Extende; quia filia tenetur alere matrem, & auiam inopes etiam ex bonis datis viro pro dote. *l. filiæ. C. de adoption.* vbi Bald. qui dicit id esse ex ratione naturali debitum; quia alimenta sunt fauorabilia. Bald. *cons. 50. Viso testamento. num. 6. lib. 5.* qui licet loquatur in matre; tamen idem erit in filia; quia correlatiui sunt ex identitate rationis; aliquid Anchar. *cons. 150. In quæstione, quæ vertitur. 1. & 2. col.* & quia
90 dos transit cum sua causa, & competit hypotheca. † Extende etiam in filio pupillo; quia si tutor præstitit alimenta illius matri inopi, ad quæ tenetur pupillus, excusatur, & debent fieri bo-
☞ na. Vide, *Alimenta quando debeantur vxori defuncti, vel non. Con-*
91 *clusio. 296.* † Declara, dummodo mater non sit dives; vel si posset se alere. *l. 1. §. præterea. ff. de tutel. & ratio. distrahen.* vbi tutor debet sibi imputare expensas præstitas pro alimentanda matre pupilli, si pupillus non tenetur, nisi sit inops, & probatur declaratio à sufficienti partium enumeratione; quia officio Iudicis nō debentur, nisi quando non habet, vnde se alat. *d. l. si quis à liberis. §. 1. ff. de liber. agnoscend.* Dec. *auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* aut tanquam hæres mariti, qui tenetur alere vxorem, & si habet, vnde se alat, non tenetur. *l. 1. §. præterea. ff. de tutel. & ratio. distrahend.* aut post dotis restitutionem, & non tenetur. *l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio.* & ibi per Salycet. aut antequam fiat restitutio, & debentur alimenta; tamen tenetur operari ad commodum hæredis, non habita æstimatione ad mercedem, prout si extraneo sit operata, sed in quantum pupillus effectus est locupletior. Cuman. *cons. 87.* & supra *num. 47.* & ideo possunt distingui infra-
92 scripti casus. † Primus casus est; quia pupillus non tenetur ad alimenta matris, si ea habet, vnde se possit alere. *l. si quis à liberis. §.*
93 *1. ff. de liber. agnoscen.* & ibi Bartol. † Secundus; quia idem est; si dicamus teneri pupillum tanquam se hæredem patris, & mariti re-
94 spectiue. *l. 1. §. præterea. ff. de tutel. & rationib. distrahen.* † Tertius casus est, an pupillus teneatur ad alimenta matris, & pro eo tutor ante restitutionem dotis, vel post, an intra annum, vel post, &
* distinguitur per Doctor. * *in l. 1. §. exactio. C. de rei vxor. actio.* & ibi
95 Salycet. † Quartus casus est, si mater alimenta petit, vt tutrix, & non debetur ei salarium, neque alimenta, nisi à Iudice decernantur. *l. à tutoribus. ff. de administ. tutor.* vel nisi non posset aliun-
96 de ali. *l. 1. §. si pupillus. ff. de tutel. & ration. distrahen.* † Quintus casus est, si petit alimenta, & debentur, ipsa tenetur præstare pupillo operas obsequiales, prout tenebatur marito. Alexand. *consil. 123. Vere crudelis.* quod est *antepenult. lib. 4.* vbi, quod intelligitur, quod mulier debet operas obsequiales præstare, prout facere lectum, & similia, non autem operas fabriles; quia mu-
97 lier ex istis acquirit sibi. † Sextus casus est, quando operæ sunt præstitæ tutori per pupillos, vel matrem, & ipse tutor petit alimenta præstita; tunc operæ seruiles, & artificiales cum alimentis compensantur. Cuman. *consil. 84. In casu præmisso, in fin.* & concordat Fulgos. *consil. 211.* Corn. *consil. 265. Circa primum, num. 18. ver. restat, vt ad quintum, lib. 1.* vbi extendit ad omnem personam repetentem alimenta præstita, vt compensetur operas præstitas.
98 † Restringe; quia filii ex primo matrimonio non tenentur alere matrem in secundo matrimonio penes maritum secundum existentem; quia maritus, qui operas obsequiales recipit ab vxore, tenetur eam alere, non filii. Bartol. *cons. 128. Franciscus habuit, in*
99 *princ. lib. 1.* quod duplicatur *lib. 2. cons. 84.* † Restringe, vt procedat, etiam si mater petat alimenta, & vsuras suæ dotis, quæ est penes filios primi matrimonij; quia *c. salubriter, de vsu.* non habet locum, quando mulier petit vsuras, tanquam pro dote, sed solum, quando petuntur à marito, tanquam onera matrimonii ab eo, qui promisit dotem; vnde cum filii non promiserint, non tenentur, & licet sit opinio controuersa inter Legistas & Canonistas; tamen in materia vsurarum standum est Canonistis. Bart. *d. cons. 128. Franciscus habuit, circa med. ver. aut petuntur, vsque in fin. li. 1.* vbi apostill. *in ver. vsura*, dat concord. & duplicatur cons. Bartol. *lib. 2. cons. 84.* vbi apostill. *in ver. tanquam vsura*, dat concordantes.
☞ Vide, *Dotis fructus quando debeantur, & quando alimenta. Concl. 741.*
100 † Contrarium, quod imo marito propter onera debeatur interesse ob cessatam solutionem dotis, & quod licet aliqui intelligant *cap. salubriter, de vsur.* in fructibus, qui percipiuntur iudicio Dei; tamen Io. Calder. tenet contrarium, quod fructus dotis debeantur propter onera, ita Dionysius de Perusio inter consilia
101 Bartol. *lib. 2. cons. 85. Ad primum dico.* † Amplia; quia frater dives data inopia parentum tenetur alere sororem inopem nedum ex v-troque parente, sed etiam ex altero tantum. Fulgos. *cons. 228. Antonius de Morando, colum. 2. ver. & dato sine præiudicio veritatis,* vbi dicit * communem. Castrens. *consil. 436. Ad confirmationem. num. 4.* *
lib. 1. qui hoc admittit, si ex eodem patre. † Extende; quia te- 102
netur ex persona sua alere fratrem inopem etiam male merentem versus patrem. Bald. *consil. 103. Præmissis verbis, li. 5.* vbi dat cautelam, quod licet filius sit prohibitus sub pœna aliquid dare alteri filio exhæredato; tamen poterit via iuris compelli ad dandum alimenta sine pœna; quia prohibitio in hoc non valet. † Ex- 103
tende; quia frater dives tenetur dotare sororem inopem, non habentem aliunde, vnde se dotet; quia fauorabilior est causa dotis, quam alimentorum. Fulgos. *d. consil. 228. num. 4.* sequitur Ias. *in lib. 1. num. 29. & seqq. ff. solut. matrimon.* vbi, quod nullus discrepat ab hac opinione, quam etiam plene tenet Bald. Nouell. *de dote, in princip. in 6. parte priuil. 16. verfic. in fratre autem.* † Extende; 104
quia frater tenetur alere sororem inopem. *l. qui filium, ff. vbi pupill. educ. deb.* † Et idem est in fratre pupillo; quia tutor illius te- 105
netur alere sororem pupilli, & potest excipere, & compensare cum pupillo, vel habente causam ab eo. Alex. *cons. 54. Circa id n. 6. & seq. ver. secundo principaliter. lib. 2.* † Extende; quia etiam tenetur 106
dotare, si est frater ex parte patris; secus si ex alio patre, licet ex eadem matre. *l. cum plures. §. cum tutor,* & ibi gloss. *ff. de administ. tut.* † Extende; quia fratres diuites ex eodem patre tenentur ale- 107
re sorores inopes ex eodem patre natas, secundum dignitatem personarum, & facultates patrimonii. Fulgos. *d. consil. 228. Antonius de Morando. col. penult. vers. illud receptum est.* vbi, quod est communis * opinio. †* Extende in tantum fratrem diuitem teneri a- *
lere sororem, vt non dicatur exercere liberalitatem alimentan- 108
do, sed debitum soluere. gloss. *in l. 1. §. nonnul. ff. de tut. & ration. distrahen.* † Extende, vt id, quod dicitur de fratre, habeat locum in 109
sorore diuite, quæ obligatur alimentare fratrem, vel sororem inopes. Castrens. *cons. 436. num. 3. lib. 1.* † Restringe; quia si pater, vel 110
frater laborant inopia, non tenentur alere filium, vel fratrem, aut sororem; quia prima charitas incipit à seipso. Decian. *cons. 111. in fi. lib. 3.* & supra *num. 17. & 18.* † Restringe; quia frater non tenetur 111
alere fratres, si facultates non suppetunt. Corn. *cons. 128. Circa hāc consultationem, in fin. lib. 3.* quia tenetur in subsidium. *l. complures. §. cum tutor. & l. tutor secundum dignitatem. §. si. ff. de administ. tutor.* Bald. *cons. 103. Præmissis verbis. lib. 5.* † Restringe, nisi essent proximiores, 112
puta, pater, auus, mater, auia, & similes volentes alimentare, apostill. ad Bart. *tract. de aliment. num. 15. vers. an frater.* vbi limitat multis modis. † Amplia; quia frater hæres patris ex persona patris tene- 113
tur alere sororem ex eodem patre, aliunde non habentem. Fulg. *d. cons. 228. n. 3. ver. præterea non hæsitandum.* Abb. *cons. 12. in 5. & 7. dubio. lib. 1.* & infra *num. 11.* † Extende; quia imo quando tenetur do- 114
tare ex bonis paternis, prout Florentiæ ex statuto, tenetur etiam alere, habito respectu ad dotem. Crauet. *cons. 189. num. 9.* † Ex- 115
tende in tantum, vt non possit filius hæres repudiare hereditatem, & velle habere feuda, ne teneatur ad alimenta. Fulgos. *d. cons. 228. num. 3. ver. filius porro non potest.* † Extendit Abb. *consil. 12.* 116
Vt clare. col. pen. ver. septimum dubium. lib. 1. vbi, quod filius primogenitus, qui habet feuda dignitatis ex primogenitura, tenetur alere fratres, & sororem, & dotare tanquam primogenitus, successor patris, & tanquam frater dives. † Extende, quia frater hæres pa- 117
tris tenetur alere fratrem naturalem ex eodē patre, prout teneretur pater. Fulgos. *d. cons. 228. n. 3. ver. quinimo fratres.* † Idem est in 118
fratre bastardo, quem frater hæres patris tenetur alere. Bald. *cons. 232. circa fin. lib. 3.* † Extende; quia hæres tenetur alere etiam filios 119
naturales, vel bastardos etiam spurios, quos defunctus alere tenebatur. *l. si quis à liber. §. item rescriptum,* & ibi Bart. *ff. de liber. agnosc.* Rom. *cons. 189. Stante primo quæsito, in princip.* Fulgos. *d. cons. 228. numer. 3.* plene Mathes. *singul. 147.* vbi apostill. † Extende; quia fiscus 120
succedens tenetur alere filium eius, cuius bona cōfiscauit, etiam spurium, plene apostill. ad Mathesil. *d. singul. 147. Nota, quod istud onus.* † Amplia, etiam si extet statutum, quod filii masculi suc- 121
cedant exclusis fœminis. Fulgos. *d. consil. 228. in fin.* vbi, quod tenentur masculi ad dotem, & alimenta. Bald. Nouell. *de dot. in 6. par. priuil. 16. vers. fœminas exclusas.* † Idem est, quando succedunt 122
frater, vel patruus ex statuto exclusa filia; quia tenentur alere filiam magis, quam pater; quia filiæ competit actio ex statuto. Neguss. *de pignor. in 4. membr. 2. parte. num. 47. & num. 53.* post Bartol. *in l. si cum dotem. §. sin autem. ff. solut. matrimon.* † Idem est in a- 123
lio agnato remotiori vocato à statuto, exclusis filiabus; quia tenetur illas dotare, & alimentare. Fulgos. *d. consil. 228. num. 5.* Bald. *d. priuil. 6. in 6. par. de dot. vers. in fratre autem.* † Extende gene- 124
raliter; quia hæres quicunque tenetur ad alimenta, ad quæ tenebatur defunctus. Roman. *consil. 189. Stante primo quæsito, in princip.*

† Am-

125 † Amplia; quia vasallus tenetur alere Dominum. Bart. *tract. de alim.* 126 *ment. num. 45. versi. quæro, an vasallus.* † Amplia; quia tutor tenetur alere pupillum, alias esset legitima causa remouendi eum. Bar-
127 tol. *d. tract. de aliment. num. 46. vers. quæro, tutor.* † Extende; quia tutor tenetur alere pupilli matrem, & sororem egentes. Bald. *d. tra-*
128 *ctat. de aliment. num. 5.* † Extende in casu conuerso; quia tutor pauper si non habet, vnde se alat, debet ali ex bonis pupilli. Bar. *d tra-*
129 *ctat. alim. in fin. num. 51.* † Amplia in marito; quia tenetur alere vxorem, & appellatione alimentorum veniunt indumenta. Bald. *con-*
sil. 464. Quædam sunt, in fine, lib. 5. l. pro oneribus. C. de iur. dot. cap. salu-
130 *briter, de vsur.* † Extende; quia maritus tenetur etiam ad alimenta præterita, si vxor contraxisset debita pro se alenda in absentia viri.
131 Alexand. & Ias. *in l. de alimentis. C. de transact.* † Extende, quia etiam hæres mariti tenetur alere vxorem, quæ non petiit dotes suas, tam de iure, quam de generali consuetudine Orbis. Abb. & alii *in cap. Salubriter, de vsur.* Alexand. *consil. 63. Stantibus. colum. 3. ver. in-*
super. lib. 4. Grat. *consil. 29. lib. 1.* Franc. Curt. *in cap. fin. de consuetud. in*
* 6. vbi attestatur de communi * consuetudine, & obseruantia, su-
132 pra *num. 113.* † Extende, quia maritus tenetur alere vxorem, etiam si nullam dotem dederit. Alexand. *consil. 7. num. 2. lib. 2. l. quod si nulla. ff. de religios. & sump. funer.* & ibi Bart. post Cyn. *l. si constante, §. si vir. ff. solut. matrim. authen. quib. mod. nat. effic. legit. §. quoniam au-*
tem. cum adductis per Roman. *consil. 517. In casu propositæ consultationis, in princip.* & ibi apostill. *in ver. cogitur*, quæ dat plures concord. & loquitur, quando non est promissa dos aliqua; quia tunc cogitur alere, & non potest expellere, quia non dotibus, sed affectu matrimonia contrahuntur. Guido Pap. *decis. 439. an vir.* vbi dicit ita vidisse iudicatum in contradictorio iudicio; quia maritus tenetur alere vxorem, non propter dotem; sed quia ipsa stat in seruitio viri, & inseruit oneribus matrimonii, vt dicit Abb. *consil. 39. Videtur, num. 4. lib. 2.* sequitur Alexand. *in l. si cum dotem. §. sin au-*
tem in sæuissimo. num. 8. solut. matrim. & in l. si donaturus. §. si quis, in
princip. ff. de condit. caus. dat. vbi Ias. *numer. 3.* qui hoc dicit maxime, si est inops vxor, & quod teneatur alere indotatam vxorem. Ale-
133 xand. *consil. 48. Viso. num. 2. lib. 3.* † Extende; quia maritus tenetur alere vxorem etiam sine dote, quando operatur viro. Bartol. *in tract. de aliment. num. 48. ver. quæro, an maritus*, vbi apostill. *in ver.*
34 *nullam.* † Extende; quia imo vxor nupta sine dote debet ali ab hæredibus mariti, licet non fuerit traducta, neque cognita, adinstar filiæ. Roman. *dict. consil. 517. num 2.* allegat text. quem dicit optimum *in l. penult. ff. vt in possess. legat.* vbi apostill. *in verb. optimus,*
135 dat concordantes. Ferret. *consil. 34. In præsenti, num. 17.* † Extende; quia etiam tenetur maritus ad expensas funeris vxoris defunctæ, licet nullam dotem habeat. *l. quod si nulla. ff. de religios. & sumpt. fun.*
136 Roman. *dict. consil. 517. num. 2. versic. ad idem.* † Extende; quia siue vxor dotem non promiserit, siue etiam promiserit, & soluit, sed non sufficit pro alimentis; tamen maritus eam tenetur alimentare. Roman. *dict. consil. 517. num. 2. colum. 2. in princip. versic. sin*
autem non repellit; quia si ea in seruitio stat propter obsequia, quæ
137 præstat, debet ali. † Extende, vt idem sit, si non stat in seruitio mariti sine culpa sua, sed culpa mariti, puta, propter sæuitiam, vel alias; quia adhuc tenetur illam alere, sicut si esset in seruitio mariti. Roman. *d. consil. 517. colum. 2. vers. & idem est, si non sit*, vbi apostill. *in verb. culpa*, dat plures concordantes, maxime Guido Pap. *de-*
cis. 439. An vir teneatur. num. 6. Ferret. *consil. 34. num. 18.* Bartol. *tra-*
138 *ctat. de aliment. num. 48.* † Extende in tantum, maritum teneri alimentare vxorem sine dote, vt non repetat alimenta præstita vllo prætextu. Alexand. *consil. 48. Viso statuto, num. 3. ver. nec mari-*
139 *tus. lib. 3.* † Extende in casu conuerso; quia vxor tenetur alere maritum inopem. Bartol. *d. tractat. aliment. quæst. 49. ver. quæro, quid è*
140 *contra.* † Extende in casu contrario; quia vxor dues tenetur alere maritum, maxime, si est in necessitate; quia sunt socii diuinæ,
141 & humanæ domus, & vna caro. Bald. *consil. 464. per tot. lib. 5.* † Declara; quia si maritus culpa sua inciderit in necessitatem, puta, ob maleficium; quia vxor non tenetur eum alere, Bald. sub *ver. for-*
142 *te. consil. 464. num. 2. lib. 5.* † Extende; quia in tantum maritus tenetur alere vxorem, vt licet fuerit alimentata à patre vxoris; tamen pater repetat à marito. Bald. *in l. quod in vxore. C. de neg.*
gest. versic. quæro, si pater. Corne. *consil. 145. In hac consultatione, lib. 2.*
143 † Declara; quia exceptio mariti, vt teneatur inquantum facere potest; & ne ipse egeat, intelligitur, nisi haberet exercitium; quia tunc de exercitio viuere debet. Angel. Aretin. *consil. 95. In casu,*
num. 15. ver. & eodem modo. vbi in fin. quod si non vult operari, ei-
144 dem imputatur. † Extende; quia id, quod dicitur de marito, procedit etiam in socero patre mariti, quia si ipse recepit dotem, tenetur ad alimenta nurus principaliter, & maritus secundario. *l. si*
cum dotem, §. transgrediamur. ff. solut. matrimon. vbi Angel. qui dicit,
quod semper spectanda est persona, cui dos fuit soluta. *l. si is, qui*
Stichum. §. ibi dos, ff. de iur. dot. vbi dicitur, quod vbi est dos, ibi onera matrimonii esse debent, & ita Bald. Nouell. *de dot. in 7. part.*
in secundo princ. † Contrarium in socero nobili, qui præstitit ali- 145
menta genero, vt non repetat, gloss. *in l. vxori suæ, §. fin. in gloss. fin.*
ff. de legat. 3. quia nobilis præsumitur donare alimenta. † Declara; 146
quia si filius est in potestate patris, semper pater tenetur alere filium, & vxorem filii, & sic nurum. Bartol. *in tract. de aliment. colum.*
2. Bald. Nouell. *de dot. in 7. quæstio. princip. priuil. 34.* secus si filius est emancipatus; quia tunc non tenetur pater alere nurum, nisi ipse habeat dotem, vt supra. † Extende etiam, si vxor seorsum à ma- 147
rito habitet culpa mariti; quia potest etiam repetere dotem. Cuman. *consil. 175. Domina Andreola.* Vide, *Vxor qualiter ali debeat extra* ☞
domum mariti. Conclus. 397. † Declara; quia vxor, vbicunque ma- 148
ritus acriter eam verberat, licite aufugere potest, & debet alimentari extra domum à marito, sumptibus mariti; si vero mulier recederet, sua culpa, secus est; in dubio autem, quando non constat, cuius culpa recesserit, debet alere maritus secundum quantitatem dotis, Guido Pap. *decis. 439. & consil. 127.* Socin. *consil. 186.*
Visa protestatione, lib. 2. vbi, quod pater non repetit à marito alimenta præstita filiæ, dum stetit seorsum à marito sine culpa, & quid si fuit infirma, ibi late. & *consil. 64. In præsenti consultatione, co-*
lum. 1. lib. 4. & infra *num. 153. & sequen.* † Extende, vt hæres 149
mariti teneatur, quando non habet aliunde vxor, vnde se alere possit. Vide, *Alimenta quando debeantur vxori defuncti. Conclus. 296.* ☞
† Restringe, si dos fuit promissa, & non soluta; quia non tenetur 150
alere. Cyn. & Bartol. *in l. quod in vxore. C. de negoc. gest. in fin.* Guido Pap. *decis. 439.* vbi, quod ita vidit iudicari, & extat *decis. 77.* Capel. Tholos. vbi apostil. † Declara, quando non esset soluta propter 151
inopiam. Alexand. *in l. si donaturus. §. 1. ff. de condict. ob caus.* Guido Pap. *consil. 127.* † Restringe, quando maritus est inops, & fructus 152
dotis non sufficiunt ad alendam vxorem, si vxor est dives, ipsa tunc tenetur alere maritum inopem. Specul. *in tit. qui fil. sint legiti.*
§. 1. ver. quid si mulier dives. Bartol. *in l. si cum dotem, §. si autem. ff. solut.*
matrim. & in tract. de aliment. Bald. *in l. quod in vxorem, & in l. si stipu-*
lata, ff. de donat. inter vir. & vxor. † Restringe, quando vxor abs- 153
que culpa viri habitat seorsum à viro, vel contemplatione patris abest à marito, nedum non tenetur maritus ad alimenta, sed neque ad præstita à quocunque habita. Socin. *consil. 286. Visa pro-*
testatione, lib. 2. in princip. Specul. *in tit. qui fil. sin. legit. versic. quid*
si viro absente, allegat *l. si cum dotem. §. si vero dotem, ff. solut. matrimon.*
vbi patet, quod vxor cum viro, & eius familia debet permanere, etiam si vir esset peruersus; quia cum minori incommodo alitur in domo viri, quam extra. Castrens. *consil. 76. Ad confirmationem, lib. 1.* vbi idem dicit in professo expulso ex monasterio tanquam inutili; nam ali debet à patre, non à monasterio, quia causa naturalis in patre præfertur accidentali, quæ cessat, & clarius Socin. *consil. 64. lib. 4. per tot.* † Restringe, quando commisit 154
vxor adulterium, de quo Vide *in ver. Adultera mulier, supra Con-* ☞
clusio. 227. † Restringe, quando fuisset alimentata à genero, vel 155
aliis consanguineis, cum esset pauper, & maritus absens, quia non tenetur maritus; quia censentur alimenta donata intuitu pietatis. Alexand. *consil. 110 Videtur. lib. 7.* Dec. *consil. 628. In casu. num.*
6. Cravet. *consil. 86. num. 2.* maxime quando operata est in domo alimentantis; quia fit compensatio, gloss. *in l. in rebus. §. possunt. ff.*
commodat. quod credo verum stantibus operibus præstitis, alias non. † Restringe lapso anno, & quando ab alio fuisset alimen- 156
tata. Castrens. *in l. diuortio, num. 6. ff. solut. matrim.* vbi dicit menti tenendum; quia quotidie occurrit, sequitur Alexand. *consil. 72.*
num. 12. lib. 5. † Restringe, quando dotem promissam non sol- 157
uit, quia potest compelli per maritum. Vide, *Maritus ex quibus cau-*
sis possit expellere vxorem. Conclus. 100. † Restringe, quando vxor non 158
stetit cum marito culpa vxoris, puta, quia non soluit dotem promissam, & maritus eam non voluit penes se habere. Roman. *dict.*
consil. 517. colum. 2. circa med. vers. aut non est in seruitio, vbi apostill.
in ver. non vult, extendit, vt idem sit, quando culpa vxoris, & dicit * communem, allegat Gratum *consil. 57. Visa. in fin. lib. 1.* *
sequitur Riminald. Iun. *consil. 224. in fin.* vbi dicit * communem, *
reprobando Clar. *in §. adulterium, num. 17.* dum dixit * commu- *
nem esse in contrarium. † Declara, quia si mulier non stat in ser- 159
uitio mariti sine culpa sua, & mariti, tunc maritus tenetur alimentare pro modo, & quantitate dotis, non vltra, quia dos debet inseruire pro oneribus, & hoc, si mulier potest aliunde se alere, si vero non potest aliunde se alere, officium mariti est sup-
plere. Roman. *dict. consil. 517. colum. 2. post med. vers. aut neutrius.* Vi- ☞
de, *Maritus tenetur ad expensas. Conclus. 94. num. 7. & sequen.* Vide, *Vxor qualiter ali debeat extra domum mariti. Conclus. 397.* † Amplia, 160

quia cuilibet nobis inseruienti, & præstanti operas obsequiales tenemur ad alimenta; quia omnis labor optat præmium. gloss. *in cap. Charitatem 12. quæst. 2.* & gloss. *in cap. omnis Christianus. de consecr. distinct. 1.* quæ voluit presbyterum posse denegare parochianis diuina officia, nisi sibi dentur oblationes. Dec. *in cap. cum inter, extra de exceptio.* gloss. *in l. si paterno. C. de negoc. gest.* vbi Bart. ibi, in seruitio stabunt, & quando operæ sunt coæquales alimentis, fit compensatio. Corne. *consil. 165. in fin. lib. 1.* Ruin. *consil. 94. num. 7. lib. 1.* plenissime Roman. *consil. 440. Non est dubium, in princip.* vbi
161 prima apostilla, dat concord. † Declara; quia omnis, qui promittit operas suas alteri ex curialitate, debet ab eo, cui promittit, habere alimenta, seu expensas; si vero promittit operas in compensationem alterius obligationis, debet operari sumptibus suis. Roman. *consil. 346. In hac causa. num. 15. vers. quoad septimum,* vbi dicit * communem. † Extende in Hospitalario, qui inierit Ho-
162 spitali; quia debet habere alimenta ab Hospitali. Roman. *consil. 440. Non est dubium,* vbi, quod venit vestitus appellatione alimen-
163 torum. † Extende in eo, qui Ecclesiæ, & altari seruit; quia debet ab Ecclesia, & altari habere alimenta. Roman. *d. consil. 440. n. 3. ver. secundo quia.* vbi apostill. *in ver. viuere,* vbi idem dicit in eo, qui Euangelium enunciat; quia debet ali ex Euangelio, allegat Marsil. *singul. 682. Scribitur.* Vide infra, *Alimenta præstita ab obligato. Con-*
164 *clus. 302. num 27. & seq.* vbi declaratur. † Extende è conuerso, quod omnis, qui recipit alimenta beneficio legis, tenetur præstare operas obsequiales, secundum qualitatem personæ suæ, ei qui præstat alimenta. Barbat. *consil. 63. colum. 4. lib. 3.* quia non debet stare tanquam corpus mortuum. Corne. *consil 184. Super hoc, colum. fin. lib. 3.* secus si alimenta debentur ex legato. Bartol. *in l. le-*
gato. §. Imperator. ff. de alim. & cibar. legat. Vide, *Alimentandus. Conclus. proxima sequen.* Intelligas, nisi esset dedecus operari, supra *num. 13.*
165 *& 14. ver. Declara.* † Extende, vt multo magis procedat in muliere recepta in domum consanguineorum; quia si fuit alimentata & ipsa operas præstitit, fit hinc inde compensatio; quia vbi quis seruit, ibi gratis ali debet. *l. in rebus. §. possunt.* vbi gloss. *ff. com. mod. l. item si serui, in fin. ff. de ædil. edict.* Bald. *in l. fin. num. 8. C. de indict. viduit.*
166 *tollen.* † Et idem est in sorore, quæ præstitit operas fratri; quia vel censentur donata alimenta à fratre, vel saltem pro operibus præstitis. Bartol. & Bald. *in l. si paterno affectu. C. de negoc. gest.* Corne. *con-*
167 *sil. 265 in fin. lib. 1.* Ruin. *consil. 94. num. 7. lib. 5.* † Amplia in magno amico, vel consanguineo; quia modicæ impensæ alimentorum præsumuntur donatæ, secus si magnæ essent. *l. is, qui amicitia. & l. ex duobus. §. fin. ff. de negoc. gest.* quia amicus non leui amicitia æquiparatur consanguineo. Ias. *in l. quæ dotis. num. 75. ff. solut. matrim.* Al-
168 ciat. *reg. 1. præsumpt. 38.* † Extende, etiam si alimenta sint præstita filio amici; quia non repetuntur. Alexand. *consil. 110. Videtur lib. 7.* Dec. *consil. 268. In casu. num. 6.* Crauett. *consil. 86. Magister. num. 2.*
☞ Vide, *Amicitia æquiparatur consanguinitati. Conclus. 316. num. 2. &*
169 *sequen.* † Amplia; quia nedum alimenta prædicta, & in casibus prædictis debentur, sed etiam tertius, qui præstitit alimenta ad credentiam filiis, vel nepotibus, legitimis, vel naturalibus, aut etiam spuriis, potest repetere dicta alimenta à patre, vel auo alimentati. Socin. *d. consil. 161. num. 2. versic. ex qua conclusione, lib. 2.*
170 † Extende, vt imo hæredes eius, qui præstitit alimenta, possint illa repetere ab obligato illa præstare. Socin. *consil. 161. num. 3. circa*
171 *fin. ver. ex quibus. lib. 2.* † Declara; quia id, quod dicitur de alimentis, intelligitur de omnibus necessariis ad vitam hominis, & comprehendi debent expensæ magistri. Socin. *dict. consil. 161. in fin. lib. 2.*
172 † Amplia; quia obligati alimentare, ad id tenentur de iure naturali, & gentium, & ideo sicut pro exsoluendis debitis ciuilibus licita est alienatio; ita magis pro soluendis alimentis, quia alimentandi dicuntur iure naturæ creditores. Castrens. *d. consil. 436.*
173 *num. 3. & per tot. lib. 1.* † Amplia, quia omnes qui tenentur alimentare, tenentur dotare, & redimere à captiuitate eadem necessitate præcisa, & caulatiua, vt possint compelli officio Iudicis, & vt priuentur successione alimentandorum, quia eadem pietas est in redemptione, quæ in alimentatione. Castrens. *dict. consil. 436. num.*
174 *3. vsque in fin. lib. 1.* † Et quod valeat argumentum de alimentis ad dotem, tenet Socin. *in l. 1. num. 42. ff. solut. matrimon.* Barbat. *cons 81.*
num. 15. lib. 3 licet idem Socin. *d. l. 1. num. 49.* restringat, vt procedat argumentum de alimentis ad dotem, quando non sumus in pa-
175 rentibus, quia in eis non procedit argumentum. † Limita, quia patruus, & alii vltra fratres, neque ad alimenta, neque ad dotem tenentur, quando non succedunt ex statuto exclusa nepte, vel consanguineo. Bald. Nouell. *d. tract. de dot. in 6 par. priuil. 16. vers. in*
176 *fratre autem.* † Limita, quia legatarii non tenentur ad alimenta, neque possunt molestari pro alimentis debitis. Roman. *consil. 189.*
177 *in princip.* † Restringe, nisi sit legatarius vniuersitatis. Roman. *dict.*
consil. 189. num. 5. ver. primo nisi. † Restringe, nisi testator onerasset 178
legatarium. Roman. *d. consil. 189. num. 6. vers. secundo nisi.* † Restrin- 179
ge, nisi hæreditas remaneret inanis, & non soluendo. Roman. *d.*
consil. 189. num. 7. ver. tertio nisi. † Restringe, nisi tractetur de sup- 180
plemento legitimæ. Roman. *dict. consil. 189. num. 8. ver. quarto, nisi*
tractetur. † Restringe, nisi res ipsa obligata esset legatario legata; 181
quia facta diuisione tenebitur. Roman. *dict. consil. 189. num. 9.*
ver. quinto nisi. † Declara hanc vltimam restrictionem de diuisi- 182
sione procedere, nisi adesset precarium pro eo, qui prætendit alimenta; quia donec durat, vel si durat post mortem non requiritur diuisio, alias secus. Rom. *d. consil. 189 in fin.* vbi sunt duæ apostillæ. Vide, *Precarium, & constitutum in quo differant. Conclus. 476.*
† Limita; quia in casibus, in quibus pater, & alii tenentur ad ali- 183
menta, tenentur in domo, non extra domum. Socin. Iun. *consil. 15.*
Visa contingentia. num. 3. lib. 2. Rimin. Iun. *consil. 132. per tot.* maxime
num. 22. & sequen. vers. sed esto. Bald. *consil. 304. Quidam de Insula lib. 4.*
per tot. maxime *in fin.* Alexand. *consil. 178. in fin. vers. quintimo, lib. 6.*
† Restringe, quando is, qui tenetur alere, consentiret, quod ex- 184
tra domum; quia per proprium consensum quisque potest sibi præiudicare. † Item, si culpa sua; quia forte denegasset alimenta 185
in domo, vel eiecisset de domo. Rimin. Iun. *dict. consil. 132. in fi. vers.*
non obstant. Alexand. *consil. 178. in fin. num. 7.* † Declara; quia restri- 186
ctiones procedunt, quando alimentandus probasset causam iustam. Alexand. *consil. 100. lib. 1. per tot.* maxime *num. 2. & sequen.* vbi, quod requiritur specifica probatio. Vide, *Alimenta legata in domo*
testatoris qualiter debeantur, & an extra domum. Conclus. 297. † Limi- 187
ta; quia pater, & mater, & frater, & alii obligati alere filios, filias, fratres, vel sorores, ita demum obligantur, si possunt, alias si sunt inopes, & laborant inopia, non tenentur; quia prima charitas incipit à seipso. Decia. *consil. 111. in fin. lib 3.* † Limita; quia alimenta 188
in casibus, in quibus ea debentur officio Iudicis, non debentur pro tempore præterito, si vero debentur iure actionis, debentur etiam pro præterito. Alexand. *consil. 7. Visis, & diligenter, num. 10. lib. 2.* Ruin. *consil. 80. Pro clara intellig. num. 5. lib. 2.* Bald. *in l. 1. C. de indict. viduit. tollen. & in l. si quis à liberis, §. sed si filius. ff. de liber. agnoscen.*
† Restringe, nisi alimentandus pro præteritis alimentis pecu- 189
nias mutuo accepisset, vel alias debita contraxisset. Alexand. & alii *in l. de alimentis. C. de transact.* † Limita; quia quando alimenta 190
debentur officio Iudicis, vel à lege, distinguitur, an alimentandus habeat aliunde, vnde se alere possit, & ea non debentur. Si vero iure actionis, vel ab homine; tunc debentur, licet habeat aliunde. Ruin. *dict. consil. 80. num 5. lib. 2.* † Limita; quia conclusio in omni- 191
bus casibus, in quibus alimenta præstita præsumuntur ex charitate, non procedit, quando præstans alimenta est administrator bonorum alimentati; quia censetur animo repetendi, & de bonis administratis alimenta præstitisse. Bart. & Bald. *in l. Nesennius, colum. 2. ff. de negoc. gest. ver. nota tertius casus.* vbi etiam Castrens. Ruin. *consil. 171. Consideratis, num. 3. cum seq. lib. 1.* Anchar. *consil. 435. Præmittendum est. per tot.* vbi, quod nulla æquitas suadet, quod voluerit donare, quando est adminstrator. Bologn. *consil. 27. num. 16. & sequen.* Ioan. de Amicis *consil. 37. colum. fin. versic. in causa vero reconuentionis.* Bero. *quæst. 11. num. 2. ver. tertius casus est.* Ruin. *consil. 102.*
lib. 4 & consil. 92. versic. circa aliud lib. 5. † Extende, etiam si alimen- 192
tatus sit consanguineus. Castrens. *in l. si negocia.* per illum text. *C. de*
negoc. gest. vbi, quod præsumptio administrationis tollit omnes alias præsumptiones, sequitur Ruin. *dict. consil. 171 post num. 4. lib. 1.*
† Et procedit limitatio in matre, vt loquitur Bero. *quæst. famil. 11.* 193
num. 2. ver. tertius casus. † In fratre loquitur Ruin. *consil. 102. lib. 4.* 194
† In auo materno loquitur idem Ruin. *consil. 92. num. 9. ver. circa* 195
aliud lib. 5. † In patruo loquitur Anchar. *consil. 435.* Bologn. *consil.* 196
27. num. 16. Ioan. de Ami. *consil 37. colum. fin.* † Extende in patre, 197
qui præstitit alimenta filio legitimato beneficiato, & exegit fructus beneficiorum eiusdem; quia censetur eum alimentasse de fructibus beneficiorum ipsius, ex quo non tenebatur alimentare filium, qui poterat alere se ipsum. Castrens. *consil. 415. Viso. num.*
2. lib. 2. † Et in pr. uigno alimentato à vitrico loquitur Roman. 198
consil. 255. Quoad primum, num. 2. vers. quoad secundum. vbi apost.
allegat Roman. *cons. 8. Viso facto. in secundo dubio.* Vide,

Alimenta præstita ab obligato, vel pietatis causa
quando repetantur, vel non.
Conclus. 302.

Alimen-

Alimentandus quando teneatur operari, vel non, præstanti alimenta. Concl.288.

1 ALIMENTANDVS † ex dispositione legis tenetur operari, & præstare seruitia secundum qualitatem personæ suæ illi, à quo alimenta percipit. Bart. *in l. Gaio. §. fin. ff. de alimen. & cibar. legat. & l. diuortio, in princip. ff. solut. matrim.* text. est *in l. sicut. ff. de oper. liber.* Barbat. *consil. 63. Illud referam, colum. 4.* Angel. Aretin. *in tract. de testa. versicul. item reliquit Titiæ mulieri concubinæ.* Vide, *Operas obsequiales qui præstare teneantur. Concl. 146.* † Extende in vxore, quæ debet alimentari in domo mariti primo anno viduitatis; quia tenetur operari in domo mariti, si in ea honeste viuere potest; si vero honeste non potest morari, habebit alimenta extra domum diminuta, habito respectu ad operas; quas non præstat. plene Castillion. *cons. 33. num. 3. & seq.* Vide, *Dotis fructus quando debeantur, & quando alimenta. Concluſ. 741. num. 7.* Vide, *Alimenta debita vxori, vel legata à marito. Concl. 295. num. 4. & num. 10.* † Declara, vt plene per Iaſ. *in l. 1. C. de legat.* † Limita; quia vxor vidua nobilis non ſolita operari, non tenetur operari; quia hoc procedit ſolum in mulieribus ſolitis operari. Caſtillio. *d. conſil. 33. num. 4.* & ſupra *Concluſ. prox. præced. num. 14.* † Amplia in tantum, quod ſi iis, qui præſtit operas, peterer etiam ſeruitiales, non audiretur; quia fit hinc inde compenſatio. Bald. *in l. penult. num. 8. C. de indict. viduit. tollen.* Corn. *conſ. 165. in fin. lib. 1.* Ruin. *conſil. 94. num. 7. lib. 5.* † Amplia etiam in legatis alimentorum factis ex diſpoſitione hominis, quando ſunt legata in domo teſtatoris. Bald. *conſil. 211. Quidam ſibi filios, ver. ſuper ſecundo, lib. 1.* vbi adducit rationem, quod alimenta ſunt minus onerosa in domo, quam extra domum; quia in domo præſtabit operas conuiuales in habendo curam, & ſollicitudinem domus, & idem dicit Alexand. *conſil 100. Super primo, lib. 1. in princ.* † Extende etiam in legato alimentorum facto filiis, & deſcendentibus teſtatoris, & ſpurio ipſi filio; quia valet legatum, & ſi in domo reſtringitur, tenentur operari, & ſi obtulerunt operari, & ſtare in domo, & hæres deneget, obligatur etiam pro tempore præterito, & extra domum. Alexand. *conſil. 158. Viſo teſtamento in princip. lib. 7.* † Extende in legato alimentorum facto viduæ in domo teſtatoris, quia tenetur operari ſaltem illud, quod ſine dedecore iuxta qualitatem perſonæ fieri poteſt quoad operas obſequiales, non autem quoad artificiales, quas facere ſciret, gloſſ. *in l. ſicut. ff. de oper. libert.* Caſtrenſ. *in l. diuortio. num. 10. ff. ſolut. matr.* non enim debet ſtare in domo vt corpus mortuum. Bald. *in l. 1. C. de legat.* vbi, quod eo modo, quo in domo mariti operari ſolebant, debet operari. 9 † Declara; quia quando alimenta debentur officio Iudicis, alimentandus debet operari, ſi poteſt ſine dedecore, ſi vero debentur iure actionis, non tenetur operari. Caſtillio. *d. conſil. 33. num. 4.* Io. de Anan. *conſil. 54. num. 2. verſic. nec obſtat.* Vide, *Alimenta legata in domo teſtatoris qualiter debeantur. Concluſ. 297. in princip. & num. 9. & num. 20.* Vide, *Alimentare qui teneantur de iure, & quomodo, & quando. Concluſ. 287. num. 13. & ſeq.* & iterum *num. 160. & ſeq.* Vide, *Maritus tenetur ad expenſas neceſſarias. Concluſ. 94. num. 7. & ſeq.* Vide plenius *in verb. Vxor qualiter ali debeat extra domum. Concluſ. 397.*

Alimentorum legatum non debetur, niſi ſemel, & quando ſecus. Concl.289.

1 ALIMENTA † legata duobus coniunctis re, & verbis, ſi alter moriatur, non habet locum ius accreſcendi, quod haberet 2 locum in alia materia. Bald. *conſil. 174. ver. in contrarium, lib. 1.* † Extende, vt procedat, etiam ſi vſusfructus alicuius prædii eſſet relictus duobus coniunctis re, & verbis pro alimentis, *l. Dominus. ff. de* 3 *vſufruct.* Abb. *conſ. 78. Circa primum, in fin. lib. 2.* † Amplia; quia imo ſi maritus legauit alimenta vxori, & voluit eam eſſe Dominam, & Madonnam, ea non debet habere ſola alimenta in tantum, quod licet veniat habitatio appellatione alimentorum, ſi maritus legauit alimenta, & in alio legato habitationem; tamen non debet duplicari habitatio, ſed minuitur ex alimentis, poſtquam habet. Bar. 4 *conſ. 9 Super eo, quod. in fin. verſic. dicimus etiam, lib. 1.* † Limita, quando ſunt plura legata expreſſe facta à marito vxori; quia debentur, prout ſunt copulatiue facta, ideo ſi maritus legat vxori ſuæ dotes ſuas; item ſi alias libras 50. vltra dotes, item ſi legat dominam, & vſufructuariam, vt in domo teſtatoris habeat annuatim ſalmas decem grani, & ſalmas 40. vini pro victu, debet copulatiue omnia habere. Bartol. *conſil. 216. Adelandus. in princip. lib. 1.* vbi *num. 4. verſic. ex quibus concluditur*, tollit contraria, & dicit, quod alimenta debita à iure, vel officio Iudicis ceſſarent reſtituta dote, ſecus, quando vtrunque eſt expreſſe legatum. † Extende; quia ſi legantur vxori, 5 vel alteri vſusfructus, & alimenta, ea habebit vtrunque legatum. Bald. *conſil. 237. Tutius in teſtamento, in princip. lib. 1.* † Limita; quia 6 alimentorum legatum factum Titio, cum vxore, & filiis, debetur nedum Titio, ſed etiam vxori; quia legatum factum illi cum illo, perinde eſt, ac ſi eſſet expreſſum illi, & illi, *l. illi cum illo. ff. de vſufruct. legat.* Alex. *conſil. 171. Viſo proceſſu, num. 2. verſic. hoc igitur præſuppoſito, lib. 2.* † Extende; quia quando legatarius non habebat vxorem, neque filios tempore legati, neceſſario debetur futuris filiis, & futuræ vxori. Alexand. *d. conſil. 171. num. 2. & 3. verſic. hoc igitur præſuppoſito, lib. 2.* vbi ſecus eſſe inquit, ſi habuiſſet vxorem, & filios tempore legati; quia ad eos reſtringeretur. † Extende; quia 8 huiuſmodi legatum futuræ vxori, & futuris filiis, nedum intelligitur de prima vxore futura, ſed de omni vxore futura; & ideo mortua prima debetur ſecundæ & tertiæ, & deinceps, & omnibus filiis, tam ex prima, quam ex poſterioribus; quia eſt fauorabile; & licet multa contraria adducat: tamen tollit ea, vel quia non agitur de alimentis, vel quatenus agatur de eis, dicit non eſſe vera. Alex. plene *d. conſil. 171. num. 4. & ſeq. per tot. lib. 2.* Vide Concluſionem proximam ſeq.

Alimenta legata perſonam non egrediuntur. Concluſio 290.

1 LEGATVM † alimentorum alicui factum dicitur perſonale, & perſonam non egreditur, *l. cum hic. §. modus quoq. ff. de tranſactio. l. 4. ff. de aliment. & cibar. legat.* Bald. *conſ. 95. Conſiderandum eſt, num. 1. verſic. de legato alimentorum, lib. 5.* † Et ideo alimenta mortuo 2 legatario vel eo, cui ea præſtanda ſunt, amplius præſtari non debent; quia cohærent perſonæ, & non tranſeunt de perſona ad perſonam. *l. cum Titio.* & ibi Bart. *ff. ad leg. Falcid.* † Amplia in tantum, 3 vt legata alimenta Petro non debeantur Petro, & vxori illius; quia perſonam Petri non egrediuntur. Calderin. *conſil. 332. circa ſi. verſic. ex eo, quod duxit*, alias *3. de teſtam.* Secus, ſi eſſet facta reſeruatio alimentorum per maritum; quia intelligitur pro ſe & vxore. *c. admonere, 33. q. 2.* † Amplia, quia alimenta non ſunt tranſmiſſibilia, 4 quia perſonam non egrediuntur. Bald. *in auth. cui relictum, colum. fi. verſic. quid enim. C. de indict. viduit. tollen. & in l. fin. n. 6. opposit. C. de hæred. inſtit.* & ideo non ſunt ceſſibilia, quia quæ tranſmitti non poſſunt, cedi non poſſunt. Alex. *in l. ſi ſtipulatus fuerim illud, aut illud, ff. de verb. oblig.* Vide, *Alimenta an poſſint remitti, & qualiter. Concluſ. 308.* † Limita; quia legatum alimentorum factum Rectori Eccleſiæ, cenſetur perpetuum, tanquam dignitati, vel officio factum, 5 ideo debetur ſucceſſoribus. Bald. *conſil. 128. Factum ſic proponitur, lib. 5.* Vide, *Alimenta legata quando debeantur ſucceſſori in beneficio. Concluſ. 305.* Vide, *Dignitati, vel officio. quando aliquid cenſeatur conceſſum, vel potius perſonæ. Concluſ. 434. num. 11. & ſeq.* † Reſtringe, niſi pro- 6 baretur relictum contemplatione perſonæ, quod præſumeretur, ſi Rector, qui erat tempore legati, fuiſſet conſanguineus teſtatoris. Bald. *conſ. 116. lib. 5.* Vide, *Alimentorum legatum non debetur, niſi ſemel, & quando ſecus. Concluſ. proxima præced.*

Alimenta in quibus debeantur, an in ſpecie, vel pecunia. Concl.291.

ALIMENTA † regulariter debentur in ſpeciebus neceſſariis, 1 prout grano, vino, oleo, lignis, & ſimilibus, non autem in æſtimatione. Bartol. *in l. 1. ff. de alim. legat. & in conſ. 211. Quidam ſibi filios ad ſi.* Alex. *conſil. 72. Viſo proceſſu, colum. 2. num. 5. lib. 5. & conſ. 178. Videtur forſan. colum. 2. ad med. lib. 6.* Anchar. plene *conſ. 383. Primo, & ante omnia, num 2.* Alex. *d. conſ. 72. num. 6. lib. 5.* vbi aliter peti non poſſunt. † Extende in tantum, quod ſi petita ſunt alimenta præ- 2 terita in ſpeciebus grani, vini, &c. & Iudex condemnet in pretio tanto, ſententia, tanquam non conformis libello, eſt nulla. Alexand. *d. conſ. 72. Viſo proceſſu. n. 5. & ſeq. ver. ſecundo principali. lib. 5.* † Extende; quia propter varietatem pretii, & valoris non poſſet compelli alimentandus ad recipiendum pretium, ſicut nec è contra. Anch. *d. conſ. 383. num. 2.* vbi, quod habens facultatem declarandi, non poſſet legata in ſpecie declarare in pecunia. Vide, *Alimenta relicta ad declarationem. Concl. 298.* † Extende, quia petitio, tam pro 4 tempore præterito, quam pro futuro fieri debet de ſpecie debita, vel legata, prout de vino, grano, oleo, carne, lignis, & lecto, cum ſimilibus. Vide, & declara, *Alimenta legata in domo. Concluſ. 297. n. 24. & ſeq.* vbi allegatur Bart. *d. conſ. 211. lib 1.* Alexand. *conſ. 178 lib. 6.* † Reſtringe in iis, quæ pereunt tempore, prout vſus domus præ- 5 teritus, quando non ſtetit per alimentandum, & idem in medicinis, quia petitur æſtimatio. Alexand. *d. conſ. 178. lib. 6.* † Limita, 6

quia ad sedandas lites, quæ oriuntur de altercatione super specie bona, vel mala, Iudex potest immutare in pecunia certis temporibus soluenda. Corne. *cons.*10. *lib.*2. *in fin.* & incipit: *Quod dictum secundum laudum.* Vide, & declara, *Alimenta qualiter petantur, vel repetantur. Conclus.*300.

Alimenta quando, & ex quibus censeantur legata. Concluſ.292.

1 ALIMENTA † legata censentur, quando per verba clara fit
2 legatum alimentorum. † Amplia; quia testator legans certæ Capellæ vnum casale pro vita Rectoris censetur Rectori relinquere sola alimenta, & si quid supereſt de redditibus casalis legati, spectat ad Ecclesiam. Bald. *consil.*250. *Viso isto processu, num.*5. *ver. ponderamus. lib.*4. † Amplia; quia si fiat legatum spurio ex mente
3 substinetur pro alimentis; quia aliter non valeret legatum. Vide,
4 *Spurii succedunt ex testamento, & an ab intestato. Concluſ.*417. † Amplia; quia si legatur castagnetum vxori pro substentatione sua
5 dicitur legatum alimentorum. Rub. Alexandrin. *consil.*172. † Amplia; quia promissio facta alicui quoad vixerit, si est pauper, cen-
6 setur pro alimentis; secus si diues. Cephal. *cons.*518. *num.*17. † Amplia; quia legatum annuum certæ summæ factum pauperi, vel religioso censetur pro alimentis factum. Roman. *consil.*458. *Proposita, in princip.* † Vide alios casus *in ver. Alimenta legata quando debean-*
7 8 *tur pro præterito. Concluſ.*299. *in princip.* † Amplia, quia legatum annuum factum pauperi dicitur factum pro alimentis. *l. cum hi.* § *si in annos. ff. de transact.* vbi Bartol. & alii, qui dicit legatum alimentorum communiter fieri in annuo legato. & est text. *in l. si cui an-*
9 *nuum. ff. de annu. legat.* † Declara; quia legatum annuum dicitur habere aliquid proprietatis, quod non est in legato alimentorum; ideo fratres minores incapaces proprietatum possunt habere legatum alimentorum, sed non legatum annuum. Bart. *in l. legatum, in fin. ff. de capit. minut.* quod declara, vt per Zabar. *in clem. exiui.* §. *cumque annui, de verb. signif.*

Alimenta legata à pluribus, & pluribus legatariis qualiter debeantur. Concl.293.

1 ALIMENTA † relicta à pluribus hæredibus simpliciter, si non est dictum, in domo testatoris, debetur pro rata à quolibet, & possunt etiam diuidi per tempora. *l.*3. *ff. de alim. & cibar. legat.* vbi Bartol. & alii. Ruin. *consil.*80. *in princ. lib.*2. vbi, quod potest legatarius compellere omnes, vt vnus solus ministret alimenta, & ipse releuetur ab aliis, & idem tenet Ancharan. *consil.*
☞ 254. *Statuto cauetur, in fin.* Bald. *consil.*232. *in fin. lib.*3. Vide supra
2 *Alimenta habent multa specialia. Concluſ.*286. *num.*33. *& sequen.* † Extende, vt procedat, quando legata sunt alimenta in domo à pluribus hæredibus diuisis; quia tunc ab omnibus pro rata deben-
3 tur, vt supra Ruin. *d. consil.*80. *Pro clara. num.*3. *& sequen. lib.*2. † Restringe, quando alimenta essent legata à pluribus hæredibus in communione existentibus, & in domo testatoris; quia si fiat diuisio inter eos; tunc fit diuisio alimentorum. Ruin. *d. consil.*80. *num.*
4 4. *lib.*2. † Idem multo magis, quando sunt legata à pluribus simul; quia non fit diuisio. Ruin. *d. consil.*80 *num.*4. *versic. quando au-*
5 *tem, lib.*2. † Amplia, vt idem sit, quando talia alimenta deberentur ex statuto à pluribus hæredibus; quia debent omnes pro rata, & si sunt plures, ita quod esset dispendium alimentando, Iudex compellit vnum pro omnibus, qui releuetur ab aliis. An-
6 char. *d. consil.*254. *in fin.* † Limita; quia si alimenta sunt legata per testatorem à duobus hæredibus, & vnus solus adiuit, alter repudiauit extantibus creditoribus in concursu, non tenentur creditores, nisi ad medietatem alimentorum; quia licet tota hæreditas per ius accrescendi eis obuenerit, tamen cum sit damnosa hæreditas, possunt illam repudiare: plene Castr. *consil.*223. *Viso puncto supradicto. num.*4. *vsque in fin. lib.*1. allegat circa repudiationem partis accrescentis Bartol. *in l. cum hæreditas. ff. de acqu. hæred.*
7 † Si vero legata sint relicta pluribus, puta, Titio vna cum eius familia, tale legatum factum censetur tam Titio, quam familiæ illius, cuius appellatione veniunt vxor, & filii, ideo renunciatio facta per Titium non nocet familiæ. Alexand. *consil.*178. *Videtur for-*
8 *san. lib.*6. vbi alia similia adducit. † Et legata, quæ sunt relicta tribus filiabus, vel taxata in totum ad tantam summam, intelliguntur pro rata singularum, vt quælibet habeat suam ratam, & partem. Alexand. *consil.*72. *Viso processu. num.*8. *lib.*5. vbi apostilla *in ver. Rata*, vbi, quod importat idem, quod pro virili, & non insolidum.

Alimentorum legatum an purum, vel conditionale. Concluſ.294.

LEGATVM † alimentorum ad vitam legatarii dicitur purum 1
pro primo anno, pro aliis annis dicitur conditionale. Bald. *consil.*481. *Infrascripta. colum. fin. num.* 1. *lib.*4. Oldrad. *consil.*232. *ver. tertia ratio.* Vide, *Alimenta legata quando debeantur pro præterito. Con-* ☞
*cluſ.*299. *num.*2. *& sequen.* Vide, *Legatum annuum habet certum tempus à lege. Concluſ.*129. *num.*4. *& sequen.* vbi late. † Limita; quia le- 2
gatum alimentorum ex certis prædiis, si aliquo anno nulli fructus percipiuntur, illis annis non debetur. Castrens. *in l. Imperator. ff. ad Trebell.* † Contrarium tenere videtur Bartol. *in l. Lucius Titius.* 3
ff. de aliment. & cibar. legat. Guido Pap. *decis.*8. vbi, quod si legantur alimenta, licet legans designet fundum, ex quo legatarius debet ali, si propter bella ille fundus non sufficit; tamen ea debentur ex aliis bonis.

Alimenta debita vxori, vel legata à marito, quando, & qualiter debeantur. Concl.295.

ALIMENTA † debentur vxori per hæredes mariti intra 1
annum ante restitutam dotem; quia sicut lex habilitat hæredes, ne compellantur restituere dotem receptam in pecunia, nisi intra annum; ita gratiat hæredes ad alimentandum vxorem. Bald. *consil.*58. *In restitutione dotis, in princip. lib.*2. Angel. *consil.*142. *Tutor pupilli, in princip.* vbi dicit hoc verum, si non habet mulier aliunde, vnde se alat; imo *cons.*369. *Ritius Stella. in princip.* recitat opiniones, & tenet, quod alimenta pro primo anno debentur simpliciter, prout si staret in matrimonio. † Extende, vt de- 2
beantur vestes viduales; quia veniunt appellatione alimentorum; tenetur tamen mulier, cum deponit ipsas vestes, illas restituere hæredibus mariti. Bald. *consil.*464. *Quædam sunt, in fin. lib.*5. † Et debentur eo modo, quo præstabantur per maritum non ha- 3
bito respectu ad quantitatem dotis, quando vxor remanet in domo mariti. Bald. *d. consil.*58. *circa fin. num.*7. *ver. super quarto, lib.*2. quia vxor operatur hæredibus viri. † Declara; quia ista alimenta 4
non debentur extra domum mariti vxori, quæ tenetur operari hæredibus, quando potest morari honeste, sicuti nec filio non operanti debentur à patre. Bald. *consil.*304. *Quidam de Insula. lib.*4. & idem tenet Angel. *d. consil.*142. *in princip.* vbi, quod posse non dicimus id, quod honeste non possumus. Vide, *Alimenta legata in do-* ☞
*mo. Concluſ.*297. *num.*1. *& sequen.* Vide, *Alimentandus quando teneatur operari. Concluſ.*288. *num.*2. *& sequen.* † Si vero sunt præstanda 5
alimenta extra domum viri; vel quia non possit honeste viuere vxor cum hæredibus, vel quia adsit consuetudo, quod se recipiunt mulieres mortuo viro ad domum patris sui, vel fratrum suorum, vt per Bald. *dict. consil.*58. *num.*5. *vers. super tertio.* tunc debet habere alimenta secundum quantitatem dotis. Bald. *dict. consil. in fin. vers. super quarto. lib.*2. † Declara; quia ista alimenta debentur vxori in- 6
tra annum, si non habet aliunde, vnde se alat, ideo si intra annum non petiit, & fuit alita, non debentur, & ideo debet mulier illa petere, & quatenus non præstentur, debet recipere pecunias pro se alenda, quia tunc potest ratione moræ hæredum illa habere, alias secus. Alexand. *consil.*72. *Viso processu. num.*9. *& sequen. ver. quarto principali. lib.*5 vbi dicit notandum, quia quotidianum est. Vide, ☞
*Alimenta legata annua an pro præterito debeantur. Concluſ.*298. † Am- 7
plia; quia ista alimenta debita vxori ex forma statuti, vel alias debentur etiam pro præterito tempore, pro quo fuit alita in domo fratrum, quia non propterea censentur liberati hæredes mariti. Bald. *d consil.*58. *in fin ver. & licet mulier. lib.*2. † Declara, quia le- 8
gatum alimentorum factum vxori debetur secundum qualitatem personæ ex fructibus, non autem vt proprietas vendatur, ideo licet differat à legato vsusfructus, tamen potest legatum alimentorum continere minus, quam vsusfructus, plus autem non potest. Cuman. *consil.*30. *Statuto cauetur. num.*4. *ver. nam legatum alimentorum.* Vide, *Vsusfructus relictus vxori qualiter interpretan-* ☞
*dus. Concluſ.*315. † Restringe declarationem, vt non procedat, 9
quando testator legasset eidem vxori vsumfructum, & etiam alimenta, quia vtrunque habebit eo casu, sicut haberet alius, cui legasset alimenta, & vxori legasset vsumfructum. Bald. *consil.*237. *Titius in testamento, in princip. lib.*1. † Amplia, quia debentur ali- 10
menta miserationis causa vxori viduæ, quæ non habet, vnde se alat, sed illa tenetur operari in domo hæredum, si ibi honeste morari potest, alias si non operatur, tanto minus consequi debet, quantum est pretium operarum. Angel. *consil.*142. *circa med. ver.*

an

11 *an autem tenetur.* † Amplia; quia quando maritus reliquit alimenta, & habitationem vxori suæ, tenentur hæredes alimenta præstare vxori se recipienti in domum patris sui; non tamen debet habere legatum habitationis, nisi vxor compelleretur stare extra domum hæredis; quia cum honestate cum eis non posset morari. Bald. *consil.* 267. *Questo lo testamento, in fin. lib.* 4. & concord. Angel. *dict. consil.* 142. *per tot.* vbi, quod non possumus id, quod hone-
12 ste non possumus. † Extende; quia vxor, si sunt legata eidem alimenta, non tenetur compensare fructus dotis cum alimentis, sed habebit suos fructus præcipuos vltra alimenta, pro quibus tamen tenetur operari in domo hæredis, si commode potest cum hærede stare. Angel. *d. consil* 142. *ante med. versic. sed quid si*
13 *vidua.* † Restringe, nisi testator legasset alimenta vxori ipsa viuente honeste cum hærede; quia non consequitur ea extra domum, nisi staret per hæredem, qui negligenter se haberet cum hærede defuncti. Signorol. *consil.* 43. *in fin.* vbi, quod ita obtinuit
14 de facto. † Amplia; quia alimenta debentur vxori, quando maritus reliquit vxorem vsufructuariam instituta filia hærede, cui decedenti sine filiis substituit matrem, & pauperes æquis portionibus; quia nihilominus vxori debentur alimenta prælegata, non autem vsusfructus. Bald. *consil.* 247. *Andreas reliquit. lib.* 4.
15 † Amplia; quia vxor prægnans, quæ debet habere alimenta ventris nomine, non tenetur compensare suos fructus dotales. An-
16 gel. *consil.* 142. *ante med. vers. & hoc verum. lib.* 4. † Amplia; quia etiam post annum mulier debet habere alimenta, si petiit dotem suam, & hæredes fuerunt in mora. Angel. *d. consil.* 142. *circa med.*
17 *vers. post annum etiam*, qui loquitur in hærede pupillo. † Extende, etiamsi non petierit dotem, quando hæredes præstiterunt alimenta; quia fiet compensatio alimentorum, & fructuum dota-
18 lium. Angel. *d. consil.* 142. *ante med. versic. sed quid si vidua.* † Restringe post annum; quia si non exegit, vel non petiit dotem, sibi de-
19 bet imputare. Angel. *d. consil.* 142. *circa med. ver. post annum vero.* † Limita; quia post annum regulariter non debentur alimenta vxori, si habuit aliunde, vnde se aleret. Angel. *consil.* 369. *Ritus Stellæ, in*
20 *princ.* vbi loquitur in muliere dotata in pecunia. † Extende, etiamsi hæredes sint filii; quia neque tenentur ad alimentandam matrem, quæ habet aliunde, vnde se alat. Angel. *consil.* 369. *num.* 2.
☞ Vide plenius *in ver. Alimenta quando debeantur vxori defuncti, vel non. Concl. prox. seq.*

Alimenta quando debeantur vxori defuncti, vel non. Concl. 296.

1 ALIMENTA non tenetur filius pupillus præstare matri habenti aliunde, vnde se possit alimentare, siue sit tutrix, siue non, & siue præstet operas obsequiales, siue non, nisi esset inops & aliunde non haberet. *l.* 1. §. *præterea. ff. de tutel. & ratio distrahen.*
2 † Et dicuntur alimenta dotis, quando debentur ob dotem constitutam, siue constante matrimonio, siue eo soluto, ad differentiam aliorum alimentorum, quæ debentur ante dotem constitutam, quæ sunt diuersa, adeo, quod taxatio alimentorum dotalium non habeat locum in aliis alimentis. Alex. *consil.* 48. *Viso statuto,*
3 *num.* 3. *& seq. ver. nunc restat. lib.* 3. † Contrarium apostill. ad Alex. *d. consil.* 48. *num.* 3. *lib.* 3. *in ver. possint.* quia dos est loco portionis hæ-
4 reditatis. † Extende; quia non tenetur etiam vti hæres, quando ☞ habuit dotes suas, etiamsi operas obsequiales præstet. Vide supra, *Alimentare qui teneantur de iure. Concl.* 287. *num.* 89. *& multis sequen-*
5 *tibus.* † Extende; quia non debentur alimenta dotis mortuo marito, quando dos consistit in bonis stabilibus, etiam in primo anno, quando hæres mariti non est in mora, alias secus: intra annum vero hæres tenetur, quando dos consistit in mobilibus; secus lapso anno, quando non est in mora. Alex. *d. consil.* 48. *num.* 5.
6 *ver. alimenta. lib.* 3. † Extende; quia etiamsi dos non sit restituta, alimenta præstita per filium matri, quæ stetit in domo, & ad seruitia filii, licet censeantur donata in recompensationem seruitiorum; tamen mulier non lucratur quinque pro centenario ratione tenutæ factæ in bonis viri sibi hypothecatis; quia simplex tenuta vigore statuti non confert beneficium quinque pro centenario, nisi sint seruata seruanda à statuto disposita; imo si sunt seruata omnia, & possessio translata in mulierem, non lucratur fructus, nisi actualiter habuisset tenutam, & percepisset fructus. Bal. *in l. consentaneum. col. penul. vers. idem forte si statutum. C. quomod. & quan. iud. & in l. acceptam. quæst.* 18. *C. de vsur.* Dec. *consil.* 400. *num.* 8. & si habuisset actualiter tenutam, & fructus percepisset, & consumpsisset in vsus communes, id præsumitur iure familiaritatis. Socin. *consil.* 60. *col.* 2. *& 3. lib.* 3. Capic. *decis.* 46. *num.* 4. & qui dicit eam voluisse mutare sibi causam possidendi, probare debet. Soc. *consil.* 131. *col.* 3. *in princ. lib.* 1. vbi, quod in dubio mulier non censetur mutare causam possidendi. † Extende; quia filius non tenetur 7
alere matrem, quæ transiuit ad secundas nuptias; quia maritus secundus, qui operas obsequiales habet, tenetur alere, non filius. Bartol. *consil.* 128. *Franciscus habuit. in princip. lib.* 1. quod duplicatur *lib.* 2. *consil.* 84. † Amplia; quia hæres non tenetur ad ali- 8
menta vxori mortuo marito post annum luctus, quando dos est in pecunia, etiam data mora hæredis. Bartol. *in l. in insulam*, §. *Vsuras, ff. solut. matrimon. & in l. atqui natura*, §. *tantum. ff. de negoc. gest.* Bald. *in l. fin. C. de bon. matern.* Ioan. And. & Cardin. *in c. salubriter, de vsur.* vbi plene Laur. de Rodulph. *in tract. de vsur. quæst.* 52. & est
magis * communis opinio, quicquid dixerint Bald. & alii *in l. di-* *
uortio, in princip. ff. solut. matrim. & vide Socin. *consil.* 180. *per tot.* maxime *num.* 26. *ver. quibus præmissis, lib.* 2. vbi citat omnes supra citatos.
† Contrarium, quod imo alimenta debeantur à moroso mulie- 9
ri viduæ etiam absque tenuta, probato, quod mulier non habeat, vnde se alat, & quod alias esset solita dare dictas pecunias ad honestum lucrum; vnde pro damno emergenti tenetur debitor morosus adidem interesse honestissimum quinque pro centenario pro tempore, quo distulit satisfacere, tenent Angel. Bald. Ioan. de Imol. Roman. & alii *in l. diuortio, in princip. ff. solut. matrim.* quos citat, & sequitur in suo casu, Socin. *dict. consil.* 180. *nu.* 6. *vers. secundo opponi, lib.* 2. & longam quæstionem dicit Roman. *consil.* 454. *In re præsenti, in fi.* vbi pro vtraque opinione citat, & non decidit. † Declara; quia si mulier non habet, vnde se alat, etiamsi 10
non probet, quod sit solita ponere pecunias ad honestum lucrum, ea debet habere omnino alimenta; si vero habet, vnde se alat, & probet se esse solitam ponere pecunias ad honestum lucrum, habebit tunc, vt lucrum cessans ex mora debitoris, & ne mota sit vtilis morosо, ita distinguit, & melius Afflict. *decis.* 284. *An soluto matrimonio*, & pro hoc facit; quia quando non habet, vnde se alat, fructus debentur miserationis causa ipsa operante, vt dicit Angel. *consil.* 14. *Tutor pupilli, per tot.* maxime *ante med.* Bald. *consil.* 86. *Punctus, circa med. lib.* 2. *& consil.* 369. *num.* 2. *lib.* 4. Fulgos. *consil.* 196. *colum. fin.* quando vero habet aliunde, si est solita pecunias dare ad lucrum, eos habebit, vt lucrum cessans, communem * dicit, & magis * communem Fulgos. *consil.* 201. *Domina* * *
Gualdrada. † Amplia; quia etiam, quod alimenta deberentur vxo- 11
ri per hæredes mariti; non tamen habet vxor pro alimentis hypothecata bona mariti, prout habet pro dote. Roman. *consil.* 454. *In re præsenti, ad fi.* vbi, quod nulla lege hoc cauetur, vbi dicit * com- *
munem. Abb. *consil.* 43. *Ex omnibus, in fin. ver. ad vltimum. lib.* 2. vbi consuluit in eodem casu cum Romano. † Contrarium tenet Ne- 12
gusan. *de pignor. in* 2. *part. in* 4. *membr. num.* 47. *& sequen.* vbi plene, quod competit tacita hypotheca mulieri, siue constante, siue soluto matrimonio; quia iudicium respectu mulieris est vniuersale, & veniunt accessiones, vbi etiam, quid in viro. Socin. *consil.* 41. *lib.* 4. & Castrens. *consil.* 428. *Viso casu, num.* 3. *ver. & in hoc credo, lib.* 2. reddit rationem; quia melioris conditionis esset morosus post annum, quam non morosus intra annum. † Declara; quia si dos 13
est in pecunia, procedit ampliatio; si vero in bonis, procedit contrarium, ita Bald. Nouell. *de dot. in* 6. *part. in priuil.* 7. *circa fin.* † Li- 14
mita; quia bene debentur alimenta vxori cessantis vigore legis editæ Florentiæ, 9. Martii, 1477. † Extende; quia debentur 15
alimenta vxori cessantis à die decoctionis viri, tam de iure, vt per Bart. *in l. si constante. in* 5. *quæstio. in* 7. *part. part. princ. ff. solut. matrimon.* & est communis, * vt per Campeg. *tract. de dot. in* 3. *part. quæst.* * 48. quam etiam attenta lege municipali prædicta. † Extende; 16
quia etiam præterita alimenta debentur vxori cessantis, licet aliunde vixerit, *l. de alimentis*, & ibi Alexand. Iaf. & Decius. *C. de transact.* † Limita; quia Clericus etiam priuatus beneficio debet 17
ali ex fructibus beneficii, si aliunde non habet. Clar. § *fi. qu. st.* 73. *num.* 7. † Declara, nisi esset excommunicatus, quia durante ex- 18
communicatione non debet ali. Clar. vbi supra. Vide *in ver. Dotis* ☞
fructus quando debeantur, & quando alimenta. Concluſ. 741. Vide supra, *Alimenta debita vxori. Conclusio.* 295. *in princip. num.* 16. *& sequen.* Vide, *Vxor soluto matrimonio consequitur alimenta, & quando. Concluſ.* 398.

Alimenta legata in domo testatoris qualiter debeantur, & an extra domum. Concl. 297.

LEGATVM † factum per patrem filiabus in casu viduitatis, 1
quod possint reuerti in domum testatoris, & in ea habere victum, & vestitum, non debent consequi legatariæ extra domum testatoris, si in domo testatoris possunt commode morari; secus si impedirentur ob sæuitiam, vel factum hæredis. Bald. *consil.* 384.

Casus talis est. lib. 4. vbi inserit consilium Bart. ad literam, 211. *Quidam sibi filios, ver. super secundo, lib.* 1. vbi Bald. adducit rationem; quia in domo præstabunt operas conuiuales in habendo curam, & solicitudinem domus. Alexand. *consil.* 100. *Super primo, lib.* 1. *in princip.* vbi, quod non debet ibi alimentandus stare tanquam corpus mortuum, sed operas obsequiales præstare. Alexand. *consil.* 178.

☞ *Videtur forsan, lib.* 6. Vide, *Legatum, quod filia vidua possit redire in do-*
2 *mum. & concluſ.* 103. † Ratio est; quia minus dispendiosa sunt alimenta, quæ præstantur in domo, quam extra domum; ideo dispositio, quæ mandat alimentari in domo, dicitur fauorabilis ei, qui præstat alimenta, non ei, cui præstantur. Ancharan. *consil.* 254. *num.* 4. *& seq. versic. præterea aduertendum.* Bart. *dict. consil.* 211. *num.* 5. *lib.* 1. Bald. *consil.* 484. *num.* 1. *lib.* 4. Castr. *consil.* 167. *in princip. lib.* 1. &
3 infra *num.* 14. *& num.* 18. *& sequentibus.* † Si vero alimenta legantur simpliciter, & habitatio, non censentur legata in domo, sed extra domum, Io. de Anan. *consil.* 54. *Visis iis, ver. facit etiam.* vbi, quod si
4 non est dictum, in domo, non intelligitur. † Declara, quod non teneatur operari alimentandus ex legato, & sic iure actionis; secus, quando debentur alimenta officio Iudicis, prout per patrem filio, dicit Ioan. de Anan. *consil.* 54. *num.* 2. *ver. nec obstat*, vbi, quod si debentur ex iuris dispositione, operatur, alias non, & ante eum
5 Castillio. *consil.* 33. *num.* 4. † Extende, vt idem sit in legato facto nepoti masculo de alimentis in domo testatoris, quod non debetur extra domum, si potest commode morari, vt supra. Bartol. *dict. consil.* 211. *Quidam sibi filios, num.* 5. *ver. super secundo, lib.* 1. quem sequitur Bald. *dict. consil.* 484. *lib.* 4. & apostil. ad Bart. sub *num.* 5. *ver. super secundo*, quæ allegat concord. Alex. *cons.* 100. *in princip. lib.* 1.
6 † Extende idem in legato facto Titio vna cum familia in domo testatoris; quia censetur factum Titio, & vxori, & filiis, & famil æ, ideo non debetur extra domum. Alexand. *cons.* 178. *Videretur for-*
7 *san. lib.* 6. † Extende, vt idem sit in legato facto vxori, vel in alimentis debitis vxori in primo anno; quia non debentur, nisi in domo mariti, quando ibi commode morari potest, vt supra. Bald. *cons.* 304. *Quidam de Insula, lib.* 4 Alex. *consil.* 178. *in fin. ver. quinimo,*
☞ *lib.* 6. Vide, *Alimenta quando debeantur vxori. Concluſ.* 296. *num* 5. *&*
8 *seq.* † Extende idem, si debentur à statuto alimenta in domo, & etiam extra domum, si non posset morari alimentandus; quia debet hoc probare, quod non possit morari, alias non debentur ex-
9 tra domum. Anchar. *consil.* 254. *Statuto cauetur, in princip.* † Extende in alimentis debitis per patrem filio; quia debentur in domo, non extra domum; quia pater debet consequi obsequialia seruitia à filio, & filius tenetur patri ad operas. Bald. *cons.* 304. *lib.* 4. *per tot.* ma-
☞ *xime in fin.* Vide, *Alimentandus quando teneatur operari. Concluſ.* 288.
10 † Declara; quia illa verba, *in domo testatoris*, intelliguntur etiam de domo hæredis, si hæres habitat in domo propria; quia intelligitur de domo habitationis. Ruin. *consil.* 80. *Pro clara, num.* 3. *lib.* 2.
11 † Amplia, quod dicitur de alimentis legatis in domo, vt idem sit, quando esset dictum, quod habeat victum, & vestitum cum hæredibus; quia dictio, *cum*, idem importat, quod in domo hæredis.
12 Bald. *d. cons.* 484. *per tot.* maxime *in fin. lib.* 4. † Extende, vt idem sit, si testator legasset vxori alimenta ipsa viuente cum hærede; quia non potest illa habere extra domum, nisi staret per hæredem; & dicitur stare per hæredem, si negligenter se habet cum vxore defuncti. Signor. Homod. *cons.* 43. *In quæstionibus missus, in fi.* vbi, quod
13 ita obtinuit de facto. † Amplia; quia per legatum factum per testatorem sorori consobrinæ, vt habeat regressum ad habitandum in domo testatoris, & alimenta, debent intelligi legata alimenta in domo, & non extra domum. Ang. de Perus. *cons.* 28. *Testator reliquit, per tot.* vbi, quod non potest excusari, vt illa habeat extra domum, prætextu, quod habeat filium, à quo separari non potest.
14 † Amplia; quia alimenta relicta in domo ab eo, qui habet filios, prout maritus vxori, censentur relicta contemplatione filiorum; quia facilius in domo præstantur. Bartol. *in l. Gaio*, §. *Imperator, in fine, ff. de adimen. legat.* Castrens. *cons.* 167. *Considerandum, in princ. lib.*
15 1. supra *num.* 2. † Amplia; quia causa debet probari ab eo, qui in domo debet habere alimenta, & quod sit sufficiens; ideo sola altercatio verbalis non est sufficiens causa, vt possint peti extra domum, maxime, quando non concludunt testes de tempore altercationis, vel non deponunt fuisse talem, quæ sit iusta causa. Alex. *cons.* 100. *in princip. lib.* 1. & quod requiratur probatio ex parte petentis alimenta extra domum, quando sunt legata in domo. Ale-
16 xand. *cons.* 178. *num.* 5. *in fin. lib.* 6. † Extende, vt idem sit in alimentis debitis in domo ex statuti dispositione; quia si statutum mandat illa dari etiam extra domum, si alimentandus nō potest commode morari, debet hoc probare, licet sit negatiua. Anchar. *con-*
17 *sil.* 254. *Statuto cauetur, in princip.* † Extende; quia imo dicta per patrem filio calore iracundiæ non præbent causam, vt extra domum debeat ali, maxime si pater postea reuocauit, & idem est in nuru. Rimin. *cons.* 132. *num.* 28. *& sequent. lib.* 2. † Amplia; quia legatum 18
alimentorum in domo hæredis præsumitur factum ratione maioris commoditatis hæredis. Alexand. *cons.* 178. *num.* 5. *lib.* 6. vbi, quod alimenta minori incommodo, & minori impensa præstantur in domo, quam extra, vt docet experientia. Castrens. *cons.* 167. *Considerandum, in princ. lib.* 1. † Et illa restrictio, in domo, præsu- 19
mitur ad fauorem hæredis grauati apposita. Ideo extra domum non tenetur alere. Alexand. plene *cons.* 178. *Videtur forsan. lib.* 1. & idem dicit Bart. *cons.* 211. *Quidam sibi. lib.* 1. † Item; quia tenetur a- 20
limentandus præstare seruitia secundum qualitatem personæ; quia qui non laborat, non manducat. Alexand. *d. consil.* 178. *num.* 6. *versic. pro hoc facit, lib.* 6. vbi, quod alias non debet habere alimenta. † Amplia; quia si alimentandus in domo non petiit alimenta 21
per plures annos, non potest debitor condemnari, nisi à die litis contestatæ, non autem de tempore præterito, si non constat, quod stetit per debitorem, Bartol. *cons.* 211. *Quidam sibi.* Alexand. *cons.* 100. *colum.* 1. *lib.* 1. *& consil.* 3. *colum.* 4. *lib.* 4. † Amplia; quia le- 22
gatum factū vxori, si steterit cum filiis, & auctum idem legatum, si non potuerit vel noluerit stare cum filiis, si stetit cum vno ex filiis, non habebit vtrunque legatum; quia aut debuit non stare cum aliquo, vt habeat vtrunque; aut stando cum vno debet habere illud legatum factum, si stetterit, ita Cuman. *consil.* 38. *Maritus, per tot.* vbi pro vtraque opinione allegat, & hanc veriorem dicit.
Vide, *Legatum quando censeatur factum ad vtilitatem legatarii, vel vti* ☞
ministro. Concluſ. 95. † Et ista alimenta debentur, vt sint alimenta 23
condigna secundum qualitatem personarum, & quantitatem bonorum. Castrens. *d. cons.* 167. *in fine. lib.* 1. † Qualiter autem peti 24
debeant alimenta præterita, vide plene Alex. *consil.* 178. *Videretur forsan. num.* 7. *ver. quoad tertium. lib.* 6. Bartol. *cons.* 211. *in* 3. *dubio, lib.* 1. vbi, quod ea, quæ præterierunt, & pereunt tempore, prout habitatio, debent peti, & debetur æstimatio; quia impossibile est pro præterito tempore deberi habitationem. Vide, *Alimenta in quibus* ☞
debeantur. Concluſ. 291. maxime *num.* 4. & plenius, *Alimenta legata annua. Concl.* 299. *num.* 10. *& sequent.* Vide, *Alimenta qualiter petantur, vel repetantur. Concluſ.* 300. † Declara, nisi domus fuisset para- 25
ta; quia non potest peti æstimatio, quando non fuerit per hæredem. Alexand. *dict. consil.* 178. *num* 8. *lib.* 6. † Idem est in iis, quæ non 26
percunt, sed non expedit habere de præsenti, prout medicinæ. Alex. *dict. consil.* 178. *num.* 7. *versic. quædam sunt, lib.* 6. † Secus in iis, 27
quæ semper expediuit, prout vino, grano, oleo, lecto, & similibus; quia debentur, & petuntur in specie, non in æstimatione, nisi debitor fuisset in mora; quia fuit interpellatus. Alexand. *d. consil.* 178. *num.* 7. *ver. quædam sunt. lib.* 6. † Declara; quia tanto minus sibi de- 28
betur, quantum operæ obsequiales æstimarentur non præstitæ. Alexand. *d. consil.* 178. *num.* 7. *lib.* 6. † Et de qua domo intelligatur? 29
dic, quod de domo hæredum, qui si venderent domum testatoris, & aliam haberent commodam, sufficit, quando cum filiis fuit iniuncta habitatio; si vero loqueretur de propria domo testatoris, in ea debet alimentari. Castrens. *d consil.* 167. *in fin. lib.* 1. † Am- 30
plia; quia alimenta relicta vxori, donec habitauerit cum matre testatoris hærede non debentur, si stat per legatariam, quæ non stetit cum hærede. Anchar. *consil.* 237. *Quia in primo, in princ.* † Am- 31
plia, quia alimenta relicta alicui præstanda in domo hæredis non cogitur hæres præstare extra domum. Bartol. & alii *in l.* 1. C. *de legat. & consil.* 211 *Quidam sibi, num.* 5. *lib.* 1. sequitur Alex. *cons.* 100. *Super primo, in princip. lib.* 1. *& cons.* 178. *Videtur forsan. num.* 5. *lib.* 6. Bald. *cons.* 484. *Casus talis, volum.* 4. Ruin. *cons.* 45. *Ad euidentiam dicendorum. num.* 4. *& cons.* 81. *In quæstione alimentorum, num.* 3. *lib.* 2. Socin. Iun. *cons.* 134. *Circa præsentem, num.* 12. *lib.* 1. † Restringe, nisi staret 32
per hæredem interpellatum, maxime, quando alimentandus obtulit stare in domo, & operari ad commodum hæredis; quia non excusatur, & est obligatus illa præstare à die oblationis. Alexand. *cons.* 158. *Viso testamento, num.* 2. *lib.* 7. vbi apostil. *in ver. stare*, citat Alexand. *cons.* 178. *lib.* 6. † Limita, quando legatarius non posset 33
commode ob seruitium hæredis, vel factum hæredis morari in domo, vel cum eo; quia tunc alimenta extra domum debentur. Bald. *consil.* 484. *lib.* 4. Bartol. *dict. consil.* 211. *num.* 6. *versic. & concludendo. lib.* 1. sequitur Ioan. de Anan. *consil.* 54. *versic. præterea illud.* vbi Bolognin. in apostil. Castillio. *consil.* 33. *num.* 3. † Idem est, si mu- 34
lier, cui relicta sunt alimenta in domo, habet iustam causam petendi extra domum; quia in domo non potest habitare honeste. Ioan. de Anan. *d. consil.* 54. *versic. præterea illud est verum*, vbi, quod causa morandi cum filiis est iusta causa. † Idem est, si propter ho- 35
nestatem non posset alimentandus honeste morari cum hærede; quia tunc non tenetur morari, neque operari. Bald. *consil.* 304. *Quidam de Insula, lib.* 4. Angel. *cons.* 142. *Tutor pupilli in princip.* vbi,

quod,

quod non possumus, quod honeste non possumus. † Idem est, si alimentandus in domo habet filios, sorores, parentes, maritum; quia ab istis non est facilis separatio, ideo dicitur iusta causa extra domum alimenta habendi. Ioan. de Anan. *dict. consil.* 54. *ver. præterea illud*, vbi late Bologn. in apostill. *ver. dum vero allegatur text. l. possessionum. C. commun. vtriusque iudic.* † Extende; quia legatum alimentorum factum in domo debetur extra domum, quando subest iusta causa, quod alimenta extra domum præstentur. Castrens. *cons.* 167. *in princip. lib.* 1. vbi, quod alimenta extra domum non debentur, cessante iusta causa, & ibi apostill. dat concord. † Extende; quia legatum alimentorum debetur legatario extra domum, quando culpa, vel facto filiorum seu hæredum, sine culpa, & facto proprio, legatarius non staret in domo, *l. Mœuia, in princip. ff. de annu. legat.* Castrens. *d. consil.* 167. *in princip. lib.* 1. † Extende, vt procedat, etiam si staret per legatarium; quia propter casum fortuitum non expediret, aut ex alia iusta causa. Castrens. *dict. consil.* 167. *in princip. lib.* 1. † Restringe, quando staret per legatarium nulla subsistente causa; quia non debet illa habere. Castrens. *dict. consil.* 167. *in princip. versic. aut interuenien-te, lib.* 1. † Causæ autem iustæ non habitandi resident in discretione Iudicis. Castrens. *d. cons.* 167. *colum. fin. versic. & ista pars lib.* 1. vbi, quando sunt personæ rixosæ, malæ tractationis, item si legataria non posset commode viuere in pace, in fine *versic. quid enim.* † Limita idem esse de legato facto dupliciter, puta, de alimentis in domo, & si non posset stare cum filiis hæredibus, de alio legato pinguiori; quia si primum debetur ex eo; quia non stat per legatarium, sed per hæredes, ille habebit secundum pinguius subrogatum, & loco pœnæ primi, non autem primum; si vero staret per legatarium, non habebit primum, neque secundum Castren. *d. consil.* 167. *num.* 2. *versic. sed hic est aliud, lib.* 1. † Declara; quia si staret non per omnes hæredes, sed per aliquos eorum; tunc tenentur ipsi contrauenientes ad damna, & interesse versus alios, & sic committitur pœna in totum, licet vnus solus contraueniat. Castrens. *dict. consil.* 167. *num.* 2. *ver. dico autem, lib.* 1. † Limita; quia legatum alimentorum simpliciter factum debetur extra domum. Castrens. *dict. consil.* 167. *Considerandum, in princip. lib.* 1. † Limita in casu contrario; quia legatum simpliciter factum vxori, si non habitauerit cum filiis, debetur, si non habitat, siue quia non possit, siue quia non velit. Castrens. *dict. consil.* 167. *colum.* 1. *in fine, vers. sed quid si legatum, lib.* 1. † Restringe, vt non procedat limitatio, quando esset factum legatum negatiuum, si non potuerit habitare cum filiis; quia non extenditur ad casum, si non voluerit, nisi esset ex iusta, & rationabili causa proueniente ab hæredibus, vt quia haberent vxores rixosas, vel ex casu fortuito, vt quia essent mortui; quia nolle dicitur non posse. Castrens. *d. cons.* 167. *colum.* 1. *in fin. ver. sed quid, & colum.* 2. *lib.* 1. † Extende, vt procedat, si testator fecit primum legatum alimentorum in domo habitationis, & si non potuerit habitare, tunc reliquit legatum pinguius; quia si non potest habitare etiam sine culpa hæredum, sed casu fortuito, quia mortui sunt, tamen legatum debetur, vide Castrens. *dict. consil.* 167. *colum.* 2. *vers. sed si petat, per tot. lib.* 1. vbi pro vtraque parte allegat, & hanc tuetur, quia satis dicitur non posse habitare, si non potest cum pace, & commode habitare. † Limita, quia legatum alimentorum relictum in domo testatoris potest peti extra domum, quando hæres fuit interpellatus, & negauit velle præstare. Natt. *cons.* 387. *In quæstione alimentorum, num.* 4. *& sequent.* Bart. *consil.* 4. *& 5. lib.* 2. † Extende, vbicunque stetit per præstare debentem, non autem per legatarium; quia si fuit paratus illa recipere in domo, & non stetit per eum, condemnatur hæres extra domum, alias secus. Bartol. *in cons.* 211. *Quidam si-bi.* Alexand. *cons.* 100. *colum.* 1. *volum.* 1. *& consil.* 3. *in* 4. *colum.* † Extende; quia debentur alimenta præterita etiam hæredi ipsius alimentandi, quando fuerunt denegata ipsi viuenti. Natt. *dict. consil.* 387. *in princip.* † Extende; quia alimenta legata in domo, debentur extra domum ex causa; puta, si esset lis, vel controuersia inter alimentandum, & debitorem alimentorum. Ias. *cons.* 44. *in secundo dubio, lib.* 1. Roland. à Vall. *cons.* 22. *num.* 14. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 170. *num.* 16. Picus *consil.* 3. *num.* 9. † Extende; quia debentur extra domum, vbicunque non stat per alimentandum, sed per hæredem. Natt. *dict. consil.* 387. *num.* 5. Alexand. *consil.* 178. *num.* 5. *ver. circa secundum.* † Imo etiamsi staret per alimentandum per casum fortuitum, vel ex alia iusta causa. Natt. *dict. cons.* 387. *num.* 5. † Extende; quia si hæres negat de præsenti, censetur etiam de præterito negasse. Natta *dict. consil.* 387. *num.* 6. † Extende, quia imo eo ipso, quod obligatus ad alimenta illa non obtulit in domo, cum teneatur iure actionis, debet præterita, & extra domum. Ioan. de Anan. *consil.* 54. *versic. præterea illud.* † Limita; quia alimenta relicta per testatorem filio naturali in domo, hoc modo, *lego victum, & vestitum, & habitationem*, possunt peti extra domum; quia illa verba, *in domo*, referuntur ad habitationem, non ad victum, & vestitum, vt in domo sumat alimenta. Bartol. *consilio quinto, Super declaratione, libro secundo*, vbi, quod intelligitur, quod ibi præstet hæres in domo, videlicet, ne teneatur portare extra domum, non autem, quod alimentandus ibi debeat comedere. † Contrarium videtur tenere Bartol. *consilio.* 211. *in* 2. *dubio, libro primo*, vbi legatum victus, & vestitus in domo, debetur in domo; quia censetur factum fauore legatarii, & hæredis; sed ibi dicit, victum in domo, in casu præcedenti dixit, habitationem in domo, vt infra proxime. † Restringe, nisi per modum conditionis apparent alimenta in certo loco, prout in domo relicta. Bartol. *dicto consilio quinto, circa fin. libro secundo.* † Limita; quia legatum alimentorum relictum vni à pluribus hæredibus, absque eo, quod dixerit, in domo, debet solui ab vno hærede petenti legatario, cui hæredi soluenti alii contribuere tenentur. Ruin. *consil.* 80. *Pro clara, in principio libro secundo*, per text. *in l.* 3. *ff. de alim. & cibar. leg.* † Extende, vt procedat limitatio, etiamsi alimenta sint relicta à pluribus hæredibus in domo testatoris; quia si hæredes deuenerunt ad diuisionem inter se, alimenta possunt peti extra domum; secus, si starent in communione; quia debentur in domo. Ruin. *consilio* 80. *numero secundo, versicul. secundus casus, libro secundo.* Vide, *Alimentare qui teneantur. Conclusione* 287. *numero* 183. *& sequen.*

Alimenta relicta ad declarationem alterius qualiter debeantur. Concl. 298.

TESTATOR † legans vxori, vel alteri personæ alimenta declaranda per certam personam, non possunt declarari non citato hærede debitore, nec è contra; quia cum debeantur secundum vires patrimonii, & qualitatem personarum, requiritur discussio, & causæ cognitio, & consequenter citatio, alias est nulla. Ancharan. *consil.* 383. *Primo, & ante omnia, in princ.* & idem Ancharan. *cons.* 21. *inter cons. Calder. de testam.* alias 350. vbi aliquid in simili, prout in eodem casu consuluit Bald. *cons.* 235. *Bartholomæus, lib.* 1. & aliquid in simili idem Bald. *cons.* 207. *lio.* 3. Facit decisio Guiliel. de Cun. *in l. neminem. C. de Sacros. Eccles.* † Et ideo si fiat declaratio absente legataria, & hærede, de præteritis alimentis per 20. annos, & non petitis, non valet declaratio per supervius allegata. Bartol. *in l. fortissimi, C. de erogat. milit. annonæ. lib.* 12. in simili Bertrand. *consil.* 193. *num.* 5. *& num.* 8. *lib.* 3. † Extende, vt procedat, etiam si testator voluerit stari declarationi, & conscientiæ declarare debentis; quia intelligitur, si modo conscientia fuerit regulata secundum iura, & æquitatem. Ancharan. *dict. consil.* 383. *in princip.* † Contrarium videtur velle Bald. *in l. acceptam. num.* 27. *versic. & est consuetudo, quod Doctores. C. de vsur.* vbi, quod imo valet declaratio pro alimentis præteritis etiam absentibus facta, & Baldum citat ibi Bologn. *in auth. habita, colum.* 20. *C. ne filius pro patre*, pro hac opinione. † Declara; quia contrarium procedit, quando alimenta deberentur ex causa reciproca obligationis, prout rei, vel seruitii præstiti, ne alias hæres lucretur cum aliena iactura, sed præcedens conclusio procedit, quando sunt alimenta debita gratuito, vel tenetur solum ad patientiam. Vide, *Legatum factum pauperi, si petierit. Conclus.* 133. † Amplia; quia alimenta sunt soluenda in speciebus, videlicet, grano, vino, oleo, & similibus, ideo declaratio non censetur commissa in pecunia, si testator non dixit, ideo facta in pecunia non valet. Ancharan. *d. consil.* 383. *num.* 2. *versic. præterea alimenta.* Vide, *Alimenta in quibus debeantur, an in specie, vel pecunia. Conclus.* 291. † Extende, quia quatenus haberet facultatem declarandi, non posset appretiare de præsenti pro futuris annis, quia pretia variantur. Anchar. *d. cons.* 383. *num.* 2. *ver. item taxare pecuniam.*

Alimenta legata annua an pro præterito tempore debeantur, & quando. Conclus. 299.

LEGATVM † annuum factum pauperi pro necessitatibus suis, dicitur alimentorum causa factum, & censetur conditionale, donec vixerit, ideo debetur etiam pro tempore præterito, si legatarius illud ignorauit. Calderin. *consil.* 350. alias *c. vigesimo primo, de testament.* & quod debeatur pro tempore præterito, donec vixit legatarius, & transmittatur ad hæredes pro præterito,

terito, est text. *in l. vti frui, §. fin. ff. si vsus fruct. pet. l. qui vsumfructum, §. sin. in fin. ff. de vsufruct.* facit text. *in l. defuncta in prin. ff. eod.* Alexan. *cons.* 40. *Perspectis, in fin. lib.* 3. plene Rom. *cons.* 458. *Proposita, per tot.* Vide sup. a, *Alimenta quando, & ex quibus censeantur legata. Concl.* 292.

2 † Imo tale legatum annuum pro primo anno dicitur purum, pro sequentibus dicitur conditionale. Bald. *cons.* 481. *Infrascripta. colum. fi. n.* 1. *ver. in legato alimentorum. lib.* 4. Vide, *Alimentorum legatum an purum, vel conditionale. Concl.* 294. Vide, *Legatum annuum habet*

3 *certum tempus à lege. Conclus.* 129. *num.* 4. *& seq.* † Declara; quia legatum annuum debetur in principio cuiuslibet anni, & pro primo anno dicitur purum, adeo, quod licet decedat legatarius; tamen transmittit ad hæredes, *l. in singulos annos. ff. de ann. legat.* sed secus est in legato alimentorum; quia solum debetur pro rata temporis, quo vixit alimentandus. Abb. *consil.* 115. *Videtur, lib.* 2. Bald. *in l. eam quam, num.* 43. *C. de fideicom.* facit text. *in l. si operas. & l. adhuc. §. si operas, ff. de vsufruct.* Bart. *in l. si seruus communis Mœuii, §. fin. versic. quæro, quid si vsusfructus. ff. de instrip. seruo l. solent. §. pen. ver. debebit autem. ff. de*

4 *alimen. & cibar. legat. l. Seio. in princip. ff. de annu. legat.* † Amplia, vt procedat, etiam, si legatarius sciuerit legatum annuum, & non petierit pro aliquibus annis; quia nihilominus alimenta debentur, quando manifeste constat ipsum pauperem. Calder. *d. consil.* 350. alias 21. qui loquitur etiam, quando erat factum pro necessitatibus suis; quia illa verba, *pro necessitatibus suis*, stant demonstrati-

5 ue, & non pro causa finali. Roman. *dict. consil.* 458. *per tot.* † Extende, maxime, quando pauperi, & religioso aliquid relinquitur annuatim, prout ipse indigebit; qu a censetur remissum conscientiæ suæ, & censetur pro alimentis; vnde si declarat pro tempore præterito indiguisse, statur illius declarationi, & debetur etiam pro præterito. Roman. *d. cons.* 458. *per tot.* maxime *in ver. Secundo idem.*

6 † Amplia; quia debentur alimenta vxori pro tempore dotis non restituitæ, quando statutum hoc mandat, etiamsi vxor à fratribus fuerit per duos annos alimentata, quia propterea hæredes mariti non sunt liberati. Bald. *cons.* 58. *In restitutione, in fin. ver. & licet mu-*

7 *lier, lib.* 2. † Amplia, quia vxor relicta vsufructuaria omnium bonorum (quæ sola alimenta consequi debet stantibus filiis communibus) si non habuit alimenta pro præterito, potest ea petere, nisi probentur remissa. Bald. *cons.* 55. *Mannes Pandulfi. in fin. lib.* 4.

8 † Amplia, quia alimenta debita filiis, siue legitimis, siue non, debentur etiam pro tempore præterito, quatenus alius præstiterit eadem alimenta animo consequendi; quia illa consequi poterit.

9 Socin. *cons.* 161. *Pro decisione, num.* 2. *ver. ex qua conclusione, lib.* 2. † Extende; quia si sunt legata filiis, & descendentibus spurii, & ipsi spurio debentur pro tempore præterito, quando fuerunt petita, & obtulerunt stare in domo, & operari pro hærede obligato; quia alias hæres lucraretur ex nequitia sua. Alexand. *consil.* 158. *Vi-*

10 *so testamento, in princ. lib.* 7. † Amplia, quia debitor alimentorum legatorum non liberatur pro præteritis alimentis, licet legatarius fuerit aliunde alimentatus, *l. liberis, quos. §.* 1. *ff. de alim. legat.* Bald. *cons.* 481. *in fin. num.* 5. *ver. sequitur videre, lib.* 1. Rom. *cons.* 458. *per tot.*

11 † Declara, nisi alimenta deberentur in domo, vel cum certa conditione, & steterit per legatarium. Bartol. *consil.* 211. *Quidam sibi filios. num.* 7. *ver. super tertio. lib.* 1. vbi apostil. *in ver. non remansit.* Bald.

12 *consil.* 484. *num.* 1. *in fin. versic. hoc igitur consilio, lib.* 4. † Restringe, vt non procedat, quod debeantur alimenta præterita legata in domo, quando non sunt petita, & legatarius non stetit in domo; quia licet alleget ignorantiam testamenti patris, in quo sunt legata, tamen non debentur, quia crassa est ignorantia. Bald. *d. cons.*

13 484. *in fin. versic. modo restat. lib.* 4. † Declara, vt latissime per Natt. *cons.* 387. *In quæstione alimentorum.* quia debentur extra domum & pro tempore præterito, quando non stetit per legatarium, vel ha-

14 buit iustam causam propter casum fortuitum. † Declara, quia alimenta præteriti temporis peti possunt, quando debentur iure actionis ex legato, vel contractu, secus si officio Iudicis, quia pro præterito non debentur, apostill. ad Rom. *d. cons.* 458. *in ver. in præ-*

15 *senti.* † Amplia, quia alimenta legata vxori, vel alteri simpliciter, videlicet, extra domum, vel alias, debentur, & peti possunt, tam pro præterito, quam pro futuro tempore. Ioan. de Anan. *consil.* 54. *Visis his, per totum.* vbi Bologn. in apostil. Bald. *d. cons.* 481. *col. fin. lib.* 1.

16 Anchar. *cons.* 54. Rom. *cons.* 458. *per tot.* † Extende, quia vbicunque alimenta debentur iure actionis, peti possunt etiam pro tempore præterito. Ias. *in l. de alimentis, ad fin. C. de transact.* post Bald. ibi

17 & alios. Alexand. *consil.* 26. *lib.* 6. & Ruin. *consil.* 36. *num.* 13. *lib.* 3. † Et dicuntur debita iure actionis, si debeantur ex testamento, vel à

18 statuto. Ruin. *cons.* 36. *num.* 13. *lib.* 3. † Restringe, quando debentur officio Iudicis, & à lege, quia tunc præterita non possunt peti pro tempore, quo fuit alimentatus ab alio. Bologn. *in addit. ad cons.* Io. *de Anan.* 54. *num.* 4. Socin. *cons.* 57. *In causa, lib.* 4. *num.* 36. *& sequent.* & apostill. ad Rom. *d. cons.* 458. *in versic. in præsenti.* sic in filio, Alexand. *consil.* 72. *num.* 9. *versic. quarto principali, lib.* 5. † Idem est in Mo-

19 nacho, qui petit ab Abbate, vel Monasterio pro tempore præterito. Rota *in nouis dec.* 10. *de iudic.* alias 305. sequitur Alexand. *d. cons.* 72. *num.* 10. *lib.* 5. † Idem est in alimentis debitis vxori intra

20 annum ab hæredibus mariti, quia si ab alio fuit alimentata, non consequitur illa. Bologn. d. apostil. ad *cons.* 54. *Io. de Anan.* vbi late, quia debentur à lege, idem Alex. *d. consil.* 72. *num.* 10. *lib.* 5. † Decla-

21 ra restrictiones, nisi alimentandus officio Iudicis interpellasset obligatum, & accepisset pecunias mutuo pro se alimentando; quia consequi debet alimenta præterita, licet debita officio Iudicis. Bolognet. *in apostill. ad consil. Ioan de Anan.* 54. *num.* 4. Alex. *consil.*

22 72. *Viso processu, num.* 10. *lib.* 5. † Declara restrictiones, quia licet alimenta præterita debita officio Iudicis peti non possint ab alimentato, tamen peti possunt ab alio, qui alimentauit, ideo pater inops qui debet alimentari à filiis, si ab vno fuit alimentatus, ipse pater non potest petere ab aliis, sed filius, qui alimentauit solus patrem, repetit à fratribus actione negociorum gestorum, quia ex quo fecit, quod alius debuit facere, dicitur gessisse vtiliter, ideo alimenta non debentur officio Iudicis, sed iure actionis, & præterita repetuntur, *l. alimenta, C. de neg. gest. l. libertis, quos. §. manumissis. ff. de alim. & cibar legat. l. de alimentis.* vbi* omnes. *C. de transact.* Rom. *cons.* 458. *

23 † Vide Alexand. *consil.* 72. *Viso processu, num.* 10. *ver. nec obstat, si diceretur, lib.* 5. vbi, quod is, qui alimentauit, non potest repetere ab alimentato, nec etiam potest petere ab obligato, si procuratorio nomine alimentari petereret, ideo succumberet, quia debet petere nomine suo, & actione negociorum gestorum, & probare, quod

24 eo nomine præstitit. † Limita, quia alimenta præterita peti non possunt, quando per hæredem non stetit, vel quando non est possibile, prout habitatio præterita. Alex. *cons.* 178. *Videretur forsan, n.* 7. *vers. quoad tertium, lib.* 6. vbi ponit alia similia. Vide, *Alimenta qualiter petantur. Concl. prox. sequen.*

Alimenta qualiter petantur, vel repetantur. Conclusio 300.

PETITIO † alimentorum præteritorum debet hoc modo re- 1
gulari, quia quoad ea, quæ tempore pereunt, prout habitatio, quæ non potest præstari pro tempore præterito, debet peti æstimatio, non autem ipsa habitatio, neque alimenta, sub quibus continetur habitatio. Bart. *cons.* 211. *in fin. versic. super quarto, lib.* 1. sequitur relatiue Io. de Anan. *cons.* 54. *in princ.* plene Alexand. *consil.* 178. *Videtur forsan. lib.* 6. † Extende, vt idem sit in iis, quæ pereunt, 2
sed non expedit, quod præstentur, prout medicinæ, quia anno præterito infirmus indigebam, nunc autem sanus non indigeo, & debet peti æstimatio. Bart. *d cons.* 211. *in fin. ver. quadam sunt, quæ non pereunt. lib.* 1. sequitur Io. de Anan. *in princ. cons.* 54. Alexand. *dict. consil.* 178. *lib.* 6. *per tot.* † Restringe quoad ea, quæ non pereunt, & 3
omni tempore expediunt, prout vinum, granum, cibaria, vestitus, & similia, & ista debent peti, non autem æstimatio. Bart. *dict. cons.* 211. *in fin. lib.* 1. sequitur Io. de Anan. *d. cons.* 54. *in princ.* † Am- 4
plia, quia debent peti in specie debita, vel legata regulariter. Bart. *d cons.* 211. *lib.* 1. Alexand. *d. cons.* 178. *lib.* 6. Vide, *Alimenta in quibus debeantur. Concl.* 291. † Et qualiter debeantur, vel peti debeant 5
tam debita à parentibus, filiis, & è contra. Vide Specul. *tit. de offic. iudic. circa princip. versic. item si pater, vel mater.* plenius *Pract. Papiens. tit. for. libell. super legato rei singul. gloss.* 1. vbi multas quæstiones circa hoc ponit.

Alimenta præstita consanguineo quibus coniecturis censeantur donata, vel non. Concl. 301.

CONIECTVRALIS † est materia, an alimenta censeantur 1
donata, an potius præstita animo repetendi: nam coniecturæ, quod sint donata, est consanguinitas, vel affinitas, item nobilitas, & diuitiæ personæ alimentantis, item lapsus multi temporis, item nulla protestatio, nulla declaratio animi, item nulla descriptio in libris, item modica summa, item mutua receptio hospitii ad domum alimentati, item seruitia præstita per alimentatum, plene per Dominos Tres Rotæ Florentiæ die 12. Ianuarii 1570.
† Prima coniectura est consanguinitas, vt sup. † Secunda, no- 2,3
bilitas alimentantis, & diuitiæ, vt supra. † Tertia, lapsus tempo- 4
ris, vt supra. † Quarta, nulla protestatio, vel descriptio, vt supra. 5
† Quinta, mutua hospitatio, vt supra. † Sexta, seruitia præstita 6,7
alimentanti inducunt compensationem, & non fit repetitio, text. *in l. sed si vir, §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.* glos. *in l. si paterno,*

in

in ver. repetitur. quam notabilem dicunt ibi Bart. & Bald. *C. de negoc.*
8 *gest.* † Septima, quando quis alimentauit mulierem, & dicebat, quod filiali affectione faciebat; quia tunc non potest repetere ab hærede mulieris. Alexand. *consil.* 110. *Videretur, lib.* 7. *per tot.* sequitur Deci. *consil.* 628. † Extende, vt idem sit, quando alimenta præstita fuerunt ex amicitia. Alexand. *consil.* 110. *in princip. lib.* 7. vbi
10 idem est, quando ex charitate sunt præstita. † Contrarium tenet apostilla ad Alexand. *dict. consil.* 110. *lib.* 7. *in ver. tamen.* quæ dicit, quod ex quo supplantauit alimentantem instituendo alium hæredem, potest repetere, sed nihil est; quia non sub est supplantatio, nisi promisisset alimentanti aliquid, in quo supplantasset,
11 & sic male loquitur apostilla in illo casu. † Coniecturæ vero, quod alimenta sint præstita animo repetendi, sunt plures. Prima est, si præstita sunt ei, qui ab alio illa debuit consequi; quia tunc repetuntur; quia cessat pietatis causa. Crauett. *consil.* 86. *num.* 3. Nat. *consil.* 108. *num.* 7. Fran. Aret. *consil.* 159. *num.* 6. Castrens. *con-*
12 *sil.* 415. *in fin. lib.* 2. Socin. *consil.* 5. *colum. penult. lib.* 4. † Secunda, si alimentans gerebat negocia alimentati administrando illius bona, & hanc præsumptionem esse fortiorem omnibus aliis, dicit Castrens. *in l. si negotia, C. de neg. gest.* Ruin. *consil.* 171. *num.* 4. *& seq. lib.* 1. Rom. *consil.* 255. *Quoad primum, num.* 2. *versic. quoad secundum.*
13 † Tertia, si alimentatus non operatus est ad seruitium præ-
14 stantis alimenta, sed ad commodum proprium. † Quarta, si alimentans fecit descriptionem in libro, vel protestationem, quod
15 præstabat animo repetendi. † Quinta, si omnino extraneus est.
16 † Sexta, si magnæ sunt impensæ alimentorum; quia in dubio præsumitur, quod animo repetendi alimenta præstiterit. Alexand. *consil.* 110. *Videretur, in princ. num* 2. *ver. sed vbi essemus, lib.* 7. vbi declarat, nisi constaret, quod ex particulari affectione præstitit.
17 † Septima, si is, qui se alimentauit ex fructibus bonorum maternorum, non recepit iure familiaritatis, sed vigore mandati dati ad exigendum procuratorio nomine. Barto. *in l. si cum post,* §. 1. *ff. de administ. tutor. & in l. Nesennius, num.* 5. *ff. de negoc. gest.* quia qui aliena negocia gerit, & aliena administrat, debet scire, se teneri ad redditionem rationis, & reliquorum restitutionem, *l. si autem,* §. 1. *ff. de negoc. gest. l. apparitores. Cod. de exact. tribut. lib.* 10. Vide Conclusionem proximam sequentem. Vide Mascardum *Concluſ.* 76. *An posit præsumi,* vbi, quando mater præstitit filio alimenta, an censeatur donasse, vel non, & è contra. Vide eundem Mascardum. *Concluſ.* 77. vbi, quid in marito alente vxorem, an pietatis causa, vel animo repetendi, & de aliis.

Alimenta præstita ab obligato, vel pietatis causa, quando repetantur, vel non. Concluſ. 302.

1 MATER † præbens alimenta filio de necessitate præcisa, puta intra triennium, non repetit; quia tenetur. Bartol. *in l. ali-*
2 *menta. C. de negoc. gest. ver. ideo pro declaratione.* Vide plene supra, *Alimentare qui teneantur. Concluſ.* 287. *num.* 191. *& seq.* † Extende, vt idem sit, quando filius fuit alimentatus à matre in quacunque ætate; quia non habebat, vnde viueret; quia præsumitur donasse, nec repetit. Bartol. *d. l. alimenta. num.* 1. *C. de negoc. gest.* Bald. *consil.* 50.
3 *Viso testamento, num.* 6. *lib.* 5. † Extende in quolibet ascendente, qui
4 præstitit alimenta descendenti. Vide, *Alimentare qui teneantur de iure. Concluſ.* 287. *num.* 37. *& seq. & num.* 71. *& seq.* † Extende, vt procedat etiam in omni casu, in quo mater præcise tenetur de suo; quia istis omnibus casibus, etiamsi fuerit protestata, non repetit. Bart. *d. l. alimenta, C. de neg. gest.* Bald. *in l. negocia, in fin. C. d. tit.* quia
5 protestatio nihil releuat in iis, quæ sunt ex legis necessitate. † Amplia; quia nobilis præstans alimenta alicui non repetit; quia censetur donare. gloss. *in l. vxori sua,* §. *fin. in gloss. fin. ff. de legat.* 3. Bald. *in*
6 *l. si paterno. C. de negoc. gest.* † Amplia in fratre, qui alimentauit fratrem; quia nisi eum descripserit debitorem, vel protestatus fuerit, præsumitur intuitu pietatis alimentasse, ideo non repetit, *l. Nesennius. ff. de negoc. gest.* facit Bald. *in l. certum, num.* 10. *C. famil. hercis. l. ex duobus, ff. de negoc. gest.* Alexand. *consil.* 110. *lib.* 7. Dec. *consil.* 21. *n.* 7. Abb. *in c.* 1. *de infant. expos.* Grat. *consil.* 9. *num.* 69. *lib.* 1. *& consil.* 86.
7 *num.* 12. *lib.* 2. Socin. Iun. *consil.* 134. *num.* 77. *lib.* 3. & infra *num.* 19. *&*
8 *sequent.* † Extende in filio, qui viuente patre alimentauit familiam, quia mortuo patre non repetit. Bald. *d. l. certum. num.* 10. *C. famil.*
9 *hercis.* † Extende in fratre, qui de propriis lucris alimentauit totam familiam, & alios fratres; quia non repetit; quia in dubio expensæ factæ censentur intuitu pietatis. Dec. *consil.* 628. *In casu, in vltim. colum. versic. tertio quæritur.* Bald. *in d. l. certum, colum. fi. C. famil.*
9 *hercis.* † Contrarium, quando sunt magnæ expensæ. Dec. *consil.*
442. *In causa, num.* 37. † Extende in quocunque coniuncto, quando vltra quod non scripsit, non est protestatus, apparet etiam, quod pluries calcularunt inter se, & nihil de alimentis est dictum, iuncta diuturnitate temporis. Corn. *consil.* 265 *num.* 4. *lib.* 1. Calcan. *cons.* 23. *num.* 5. Socin. *consil.* 61. *num.* 14. *lib.* 4. Afflict. *in tract. de iure prothom. in princip. num.* 23. Grat. *consil.* 94. *num.* 19. *lib.* 1. † Re- 11
stringe, quando frater descripsit fratres debitores, vel aliter constat, quod animo repetendi præstitit. Deci. *d. cons.* 442. *In causa. numer.* 36. † Restringe, etiamsi non constet, quod animo repetendi 12
præstiterit extra expensas pietatis, & alimentorum, vel quando sunt magnæ. Deci. *dict. consil.* 442. *num.* 36. *& consil.* 628. *In casu, in vlt. colum.* † Amplia; quia non repetuntur alimenta præstita ei, 13
qui aptus ad operandum præstitit operas æquialentes; quia fit compensatio. gloss. & * Doctor. *in l. si paterno, C. de negoc. gest.* Petr. de Vbald. *tract. de duob. fratr. in* 4. *part. quæst.* 10. Aretin. *consil.* 48. *in fin.* Cuman. *consil.* 87. *Casus talis, in fin.* loquens in operis præstitis per neptem in domo patrui, & est gloss. *in l. in rebus,* §. *possunt. ff. commod.* Bartol. & alii *in l. diuortio.* §. *fin. ff solut. matrimon.* † Amplia 14
generaliter, quia nunquam repetuntur alimenta etiam in casu repetitionis, puta, si spectarent ad alium, & possent repeti, quando alimentatus præstitit operas seruiales, vel obsequiales pro rata operarum præstitarum, gloss. *in d. l. in rebus,* §. *possunt, ff. commod.* & *num.* 13. supra. Vide infra, *num.* 27. *& seq.* & pleniùs *in ver. Alimentare qui teneantur. Concluſ.* 287. *num.* 160. *& multis sequent.*
† Amplia, quia mulier missa in possessionem ventris nomine, 15
quæ habuit alimenta (licet non sit prægnans, & non pariat) non restituit alimenta, nisi per calumniam fuisset missa, text. *in l.* 1. §. *interesse. ff. simul. vent. nomi. in possess. mitt.* † Extende idem in filio, 16
cuius quæstio est, an sit filius, quia sibi pendente lite præstantur alimenta, & præstita non repetuntur. Spec. *titul. de primo, & secundo decreto,* §. *videndum restat. versic. idem quoque.* † Amplia, quia 17
quilibet præstans alimenta Affini, vel Consanguineæ censetur donare. Alexand. *consil.* 110. *Videtur prima facie, per tot. lib.* 7. Ias. *l.* 1. *num.* 4. *C. de leg.* 1. † Extende, quia præstita coniunctæ personæ censentur in dubio causa pietatis, & animo donandi. Alexand. *dict. consil.* 110. *lib.* 2. Deci. *cons.* 628. *num.* 6. Crauett. *consil.* 86. *Magister, num.* 2. † Extende in fratre, qui præstitit alimenta sorori, & 19
nepti ex sorore, quia in dubio præsumitur animo donandi, maxime inter personas nobiles, & diuites. Facit *consil. Anchar.* 435. concurrente maxime consanguinitate, & seruitiis præstitis in domo, & illius gubernio. *l. sed & Iulianus.* §. 1. *ff. ad Maced.* † Extende, 20
quia fratres satis diuites, qui præstiterunt alimenta sorori inopi habenti familiam inopem, & eam, & familiam aluerunt, & receperunt fructus dotales sorori assignatos ob inopiam mariti, licet alimenta præstita longe excedant fructus, tamen censentur ex pietate præstitisse, & non possunt repetere, maxime quando soror in domo fratrum operas obsequiales præstitit fratribus, gloss. fin. vbi omnes *in l. Nesennius, ff. de negoc. gest.* Bald. *in l. certum. C. famil. hercis.* Dec. *cons.* 628. *num.* 6. † Extende imo in quolibet extraneo, 21
quia non repetit expensas, & alimenta præstita intuitu pietatis, *l.* 1. *in fin. l. si paterno. C. de neg. gest. l. his, qui amicitia, ff. eod. tit.* Alexand. plures alios casus enumerans *consil.* 110. *lib.* 7. & quod is, qui præstitit seruitia alimentanti, non teneatur, est text. *in l. sed si vir,* §. *fin. ff. de donat. int. vir. & vxor.* gloss. *in l. si paterno, in ver. reperitur,* quam ibi dicunt notabilem. Bart. & Bald. *C. de negoc. gest.* † Extende in vi- 22
trico, qui præstitit alimenta priuigno, quia censetur præstitisse animo donandi, nisi administrator esset bonorum priuigni, quia tunc non præsumitur de suo voluisse alimentare, sed de bonis alimentati administratis. Roman. *cons.* 255. *Quoad primum, num.* 2. *versic. quoad secundum,* infra *num.* 23. *& seq.* † Limita, quia licet non 23
præsumatur donare alimenta priuignus, vel alius extraneus, qui administrauit bona pupilli, tamen non repetit, quia præsumitur alimentasse de bonis pupilli. Roman. *consil.* 8. *Viso facto. num.* 2. *versic. quantum ad secundum. & consil.* 255. *Quoad primum. num.* 2. & supra, *numero vigesimo secundo.* † Extende, quia censetur vitri- 24
cus præstitisse alimenta priuigno animo repetendi, non animo donandi, gloss. & communiter Doctor. * *in l. si paterno, C. de negoc. gest.* † Restringe, quando essent modicæ expensæ, & non esset 25
protestatus vitricus, neque feciſſet illum debitorem, & esset diues, alias secus. Castrens. *dict. l. si paterno, C. de negoc. gest.* Socin. *consil.* 191. *libro primo.* Corn. *consil.* 28. *libro quarto,* vbi, quod in dubio vitricus censetur alimentasse animo repetendi, secus in matre.
† Restringe, quando priuignus operas æquialentes præstitisset 26
vitrico. Doctor. *d. l. si paterno. C. de negoc. gest.* & supra *num.* 13. Ruin. *cons.* 94. *num.* 7. *in* 3. *dubio, lib.* 5. † Limita, quando mater expendit 27
ex voluntate in alimentis filii, ad quæ pater, vel alius obligabatur, quia tunc ea repetit ab obligato marito. Bart. *d. l. alimenta. C. de neg.*

gest.

gest. ver. quandoque expendit ex voluntate. & in l. Nesennius circa fin. ff. eod. Socin. *cons. 5. num. 14. & cons. 64. num. 2. lib. 4.* Curt. Iun. *cons. 328. num. 12. & 13. & 20. & 21* Aym. Crauett. *cons. 86. num. 3.* vbi reddit rationem; quia tunc cessat ratio, quod contemplatione pupilli præstiterit, si onus spectat ad alium. Rimin. Iun. *cons. 132. in princ. lib. 2.* Corn. *cons. 124. Viso puncto num. 6. & 7. lib. 1.* Bald. & Alex. *in l. si paterno. C. de negoc. gest.* Socin. *cons. 161. Pro decisione præsentis consultationis num. 2. lib. 2.* supra *num. 14.* † Extende in tantum limitationem procedere, vt etiam debeat extrahere talia alimenta ex fideicommisso bonorum mariti obligati. Bald. *consil. 50. num. 7. lib. 5.* † Extende; quia repetuntur à quocunque obligato. Socin. *cons. 161. Pro decisione, lib. 2. & consil. 64. lib. 4.* & est ratio; quia si feci id, ad quod alius tenebatur, vtiliter gessit pro eo. † Extende; quia præstans alimenta alicui, ad quæ alius tenetur, semper repetit; quia charitas & pietas cessat, nisi vel expresse donauerit, vel tacite, & in tacita requiritur, quod donans sit dives, donatarius pauper, & quod res donata sit modica. Bart. Rom. & alii *in l. quæ dotis. ff. solut. matrimon.* Salycet. *d. l. si paterno, & d. l. alimenta. C. de negoc. gest.* † Restringe; quia non repetit mater hoc casu à filio, etiam si esset protestata, ex quo filius ab alio debuit alimentari. Bartol. *d. l. alimenta, C. de neg. gest. ante fin.* quia debet repetere ab obligato eo modo, quo pupillus repeteret. † Restringe; quia non repetit præstans alimenta alicui ab obligato, nisi intimauerit eidem obligato, etiam si sciret secundum Riminald. *d. consil. 132. num. 33. versicul. quinimo, lib. 2.* vbi dicit * communem. † Restringe, quia non repetit à patre, vel alio obligato, quando non est in culpa, neque per eum stetit. Rimin. Iun. *d. cons. 132. num. 24. & seq. lib. 2.* vbi secus esse dicit in foro conscientiæ. † Limita; quia pater, frater, & quicunque, qui præstitit alimenta filiæ, vel sorori nuptæ, ad quæ tenebatur maritus, illa repetit à marito. Socin. *cons. 64. In præsenti consultatione, lib. 4.* vbi * de communi, prout etiam communem * dicit Curt. Iun. *cons. 328. num. 12. & 13.* Corn. *consil. 145. In hac consultatione, lib. 2.* † Extende, quia pater alimentans filiam nuptam, quæ debet ali à marito, vel à patre mariti, repetit alimenta à marito, vel à patre mariti. Bald. Nouel. *de dot. in 7. par. in 2. priuil.* † Restringe, quando vxor staret absens à marito sine culpa mariti; quia non tenetur illam alere, nec datur repetitio alimentorum præstitorum contra maritum. Alexand. *cons. 26. Viso. colum. 3. lib. 6.* Soc. *cons. 286. Visa protestatione, lib. 2.* † Declara omnes limitationes, in quibus datur repetitio, vel petitio alimentorum præstitorum, vt habeatur ratio ad operas præstitas per alimentandum, non in quantum valeant, sed in quantum is, qui præstitit alimenta, factus est locupletior. Cuman. *cons. 87.* † Restringe; quia in dubio pater præsumitur alimentasse filiam maritatam ex charitate, non vt repetat. Castrens. *in l. si paterno. C. de negoc. gest.* quod extendit Alexand. etiam ad quamcumque mulierem consanguineam *in cons. 110. Videtur prima facie, lib. 7.* † Limita; quia filius, qui præstitit alimenta patri inopi, repetit pro rata à fratribus; quia quando onus alimentandi spectat ad alium, cessat causa pietatis, etiamsi non sit protestatum. Bartol. Castrens. & alii *in l. Nesennius. ff. de negoc gest.* Bartol. *in l. alimenta. C. eod.* Ruin. *cons. 145. num. 3. lib. 4.* † Limita quando filius habebat aliunde, vnde se aleret, & mater gerebat negocia filii; quia præsumitur animo repetendi alimenta præstitisse. Bartol. *d. alimenta, in fin. C. de neg. gest.* Alex. *consil. 48. num. 2. lib. 3.* † Extende in patre, & matre, & omnibus administrantibus bona pupilli; quia non præsumuntur præstare alimenta de suo, sed de bonis filii, vel pupilli, cuius sunt administratores bonorum. Cuman. *cons. 88. In casu præmisso, in fin.* † Extende, vt procedat, etiamsi non gereret negocia filii, quando filius tenebatur se ipsum alere, & mater fuit protestata. Bart. *d. l. alimenta, in fin. C. de negoc. gest.* † Extende, vt id, quod dicitur in matre, procedat etiam in auia, & aliis parentibus, & ascendentibus. Bartol. *dict. l. alimenta, in fin. C. de negoc. gest.* † Idem est in patruo, & quocunque alio administratore; quia nedum repetit alimenta pupilli, cuius bona administrauit, sed etiam alimenta sororis pupilli, quam pupillus tenebatur alere. Cuman. *consil. 88. num. 4. ver. circa secundum.* † Extende etiam in patre, qui expendit pro filio in studio; quia si bona filii administrat, de bonis filii præsumitur velle alimenta facere. Cuman. *cons. 88. num. 5.* † Restringe in patre, qui præstitit alimenta, & emit libros filio emancipato existenti in studio; quia licet pater sit debitor filii ex alia causa; tamen non compensat, sed censetur eos de suo donasse filio. Signorol. *consil. 62. Quæstio proponitur. per tot.* vbi allegat multa pro vtraque opinione, & hanc tenet. † Restringe in dote; quia tenetur pater dotare filiam, licet habeat de suo, & pater dotando non censetur dotare de bonis filiæ, etiamsi sit illi debitor ex administratione Castrens. *consil. 415. colum. 2. in princip. lib. 2.* † Limita, etiamsi mater non gereret alia negocia filii, neque fuit pro-testata, quando dona materna in proprietate sunt consumpta, & bona filii conseruata; qu a tunc repetit etiam ex bonis suppositis fideicommisso ipsius filii. Bald. *consil. 50. num. 6. & 7. lib. 5.* † Limita, etiam si pupillus, vel pupilla operati sint pro administratore in seruitiis domesticis; quia nihilominus non compensantur talia seruitia, prout si extraneo essent impensa; quia spectatur pudicitia, & honestas pupillæ, & si non conueniisset extraneo locare operas, aliquid tamen est compensandum. Cuman. *d. cons. 88. circa fin.* videlicet *à num. 5. vsque in fi.* † Limita; quia auia materna, quæ habuit penes se neptem, & alimentauit, repetit alimenta ab auia paterna, quæ possidet bona pupillæ; quia cum ipsa, quæ possidet bona, teneatur alimentare, ideo etiam tenetur alteri alimentanti eadem alimenta præstare. Bald. *cons. 137. Quadam vidua, num. 3. versic. item quæritur, lib. 5.* † Limita; quia quicquid sit in eo, qui præstitit alimenta, vt ratione charitatis ea præsumantur donata, id non procedit in casu conuerso, quando debentur iure actionis; alimentandus enim non præsumitur illa remisisse, & donasse, ideo illa pro præterito tempore petit, Corn. *consil. 175. lib. 4.* Vide, *Donatio non præsumitur. Conclus. 702.* † Limita; quia socer, qui præstitit alimenta genero, & familiæ, auget dotem, vt non repetat, sed augeat dotem filiæ. Alexand. *cons. 100. in fin. lib. 1. & cons. 72. num. 7. & seq. lib. 5.* vbi vere hoc non dicit explicite, sed virtualiter, dum dicit, quod non debentur alimenta ab obligato ex proprietate, sed ex fructibus; vnde cum videantur fructus dotales, debent augere dotem. *l. si ante, ff. solut. matrim.* Vide, *Dotis fructus augent dotem. Concl. 738.* † Restringe, quando socer est nobilis; quia præsumitur donare alimenta nobili. gloss. *in l. vxori suæ, § fin. in gloss. fin ff. de legat. 3.* Bald. *in l. si paterno, C. de negoc. gest.* † Limita in auo materno, qui præstitit alimenta nepti ex filia; quia si protestatus est, repetit ipse, & hæres, sed an debeat haberi ratio operarum præstitarum per neptem in domo aui, vide supra *num. 14.* sed cum temperamento, vt per Cuman. *cons. 88. num 5. vsque in fin.* † Limita, quando is, qui præstitit alimenta, declarauit, vel in libro conscripsit, quia probatur animus ex tali libro repetendi. Rimin. Iun. *cons. 132. num. 3. & sequent. lib. 2.* † Limita in extraneo; quia semper præsumitur præstare alimenta extraneo, vt repetat; quia nemo præsumitur suum iactare, vel donare, plene Corn. *cons. 257. Circa primum, in princip. lib. 1. & consil. 199. num. 4. lib. 3. & cons. 165. in fin. lib. 4.* gloss. *in l. vtrum, ff. de donat. int. vir. & vxo.* Castrens. *in l. si negocia, C. de neg. gest.* Alex. *cons. 110. in princ. lib. 7.* Ruin. *cons. 94. num. 7. lib. 5.* Deci. *consil. 21. num. 7.* † Extende, quia non potest habere locum. *l. Procula. ff. de probatio.* quia tria copulatiue requiruntur, & vno deficiente non procedit. Doctor. *in l. 2. C. de iur dot.* Bald. *in l. cum proponas, la prima, & in l. si certis annis. C. de pact.* & est * communis opinio. Iason *in l. quæ dotis. ff. solut. matrim. num. 18.* vbi dicit * communem. Alciat. *in tract. præsumpt. regul. 1. præsumpt. 32. num. 5.* Afflict. *decis. 13. num. 12.* Capic. *decis. 180. n. 15.* Rip. *respons. 117.* † Et competit pro petitione, vel repetitione alimentorum actio negociorum gestorum. Bald. *in l. alimenta. C. de negoc. gest.* † Item actio ex stipulatu, si facta est promissio, vel obligatio. Bald. *d. l. alimenta, C. de neg. gest.* † Declara, qualiter habeat, vel non habeat, vnde se alere possit, vt plenissime per Bald. *consil. 30. Sicut dixi, lib. 2.* vbi, quod non debet vendere proprietatem, sed debet habere ex fructibus, vel redditibus, alias non dicitur habere. Crauet. *consil. 198. num. 11.* qui idem dicit. Aret. *in l. alimenta, n. 3. C. de negoc. gest.* Dec. *in l. diuus Pius, in fin. ff. de reg. iur.* Alexand. *consil. 100. Super primo casu, in fin. lib. 1.* vbi apost. dat concord. vltra allegata per Alex. Vide supra, *Alimenta qualiter taxanda per Iudicem. Concl. 284. num. 6. & seq.* † Limita in patruo, quia tenetur recipere neptem educandam infantem, & illius negocia administrare, sed non tenetur eam alimentare de suo, quando habet neptis de proprio, ideo repetit alimenta patruus, & hæres, vel saltem compensat. Ancharan. *cons. 435. Præmittendum est.* † Restringe, quia mater, quæ transiuit ad secunda vota, non petito tutore, neque reddita ratione, sed continuauit in administratione, & fecit expensas pupillo, quem retinuit penes se, non repetit, quia videtur donasse tanquam in mala fide, prout de eo, qui in re aliena cum mala fide expendit, qui non repetit, sic etiam mulier, cum non posset pupillum educare penes se, nec etiam administrare post transitum ad secunda vota, non repetit. Ancharan. *consil. 316. In causa, qua vertitur, num. 6. & seq. verfic. subsequenter.*

Alimenta à quo, & de cuius bonis præstita dicantur. Concl. 303.

1 VSVFRVCTVARIA † præstans in domo sua alimenta, de suo alimentare præsumitur, & illi, non autem hæredibus adscribenda sunt talia alimenta, argum. *l. ob maritorum. C. ne vxor pro*
2 *marito.* vbi Bald. & Salycet. † Amplia, quia is, qui stat in domo alterius, præsumitur viuere sumptibus eius, in cuius domo habitat, nisi aliud appareat, nec requiritur, quod testes continuo viderint comedere, sed a iquando. Corn. *consil. 110. Videtur in hac*
3 *consultatione, colum. 3. circa med. lib. 1.* † Amplia; quia quilibet administrator rei alienæ, qui præstitit alimenta eidem, de cuius bonis tenetur reddere rationem, censetur alimenta præstitisse de bonis administratis, non autem de suo, neque animo donandi. Bald. *in l. Nesennius*, post Bart. *ff. de negoc. gest.* plenius per Alexand.
☞ *consil. 108. Viso themate, in fin. ver. circa sequens, lib. 1.* Vide, *Alimenta præstita ab obligato. Concluſ. 302 per totam*, maxime *num. 13. & sequent.*
4 *& num. 23. & sequent.* † Declara; quia licet præsumantur alimenta præstita per administratorem de bonis pupillorum; non tamen possent pupilli allegare se non fuisse alimentatos de bonis administratis, neque de bonis administratoris, sed aliunde, vt durioremcausam administratoris facerent. Alexand. *d. consil. 108. in fin.*
☞ *vers. est verum, lib. 1.* allegat *l. fin. C. de aliment. pupill. præstan.* † Vide,
5 quando is, qui alimentauit alium, de suo præsumatur donasse, vel animo repetendi alimentasse, *in vers. Alimenta præstita consangui-*
6 *neo. Concl. 301.* † Si donatarius, & donans, cui donatarius promisit alimenta pro bonis sibi donatis, si contendunt inter se; quia donans negat se fuisse consequutum alimenta, donatarius vero affirmat, cui incumbat probatio, & quod asserenti, & sic donanti incumbat onus probandi, consuluit Corn. *consil. 120. lib. 1.*
7 † Contrarium, quod onus probandi incumbat donatario, quod impleuerit, ex quo constat donantem impleuisse. Corn. *consil. 179.*
8 *lib. 2.* † Declara; quia si donans stetisset in domo donatarii, præsumitur, quod donans ab eo fuerit alimentatus, nisi aliter pro-
9 betur. Corn. *consil. 110. colum. 3. lib. 1.* † Extende; quia asserenti se male tractatum in alimentatione, incumbit onus probandi. Ri-
☞ min. *consil. 175. num. 18. lib. 1.* Vide, *Probatio incumbit asserenti. Concluſ. 768.*

Alimentorum legatum quando perdatur, vel non. Concluſ. 304.

1 LEGATVM † alimentorum sub conditione factum, non debetur, nisi conditione impleta. Calder. *consil. 332. in princ.* alias
2 3. *de testam.* † Secus in casu conuerso non debetur, si venit conditio adimens, puta, si vitam inhonestam ducat; quia adimitur multo magis. Calder. *d. consil. 332.* alias 3. *de testam. per tot.* vbi loquitur in legato alimentorum facto monacho, & adempto, si vitam
3 ducat inhonestam. † Amplia, vt procedat, etiamsi pure sint legata alimenta, sed sint adempta in casu, in quem legatarius vitam detestabilem faceret; quia detestabiliter viuendo perdit legatum. Calder. *consil. 332. per tot.* alias 3. *de testam.* vbi, quod dicitur vitam detestabilem facere, si rixatur in domo cum familia testatoris, si verberat filium testatoris, vel expellit de domo, vel si inho-
4 nestam vxorem duxit. † Amplia; quia si est primo legatum alimentorum relictum per maritum vxori, cum hoc, quod stet cum filiis, & si non poterit stare, habeat tantum pro alimentis, & si filii decesserint, reliquit tertiam partem vsus fructus omnium bonorum; deinde vero facta sint eidem vxori alia legata semel, non autem successiua, si mortui sunt filii, & vxor velit habere vsumfructum, an cessent alia legata, quod legata momentanea non cessent, quia ius est quæsitum absolute, legatum vero alimentorum; quia est successiuum, arguit primo, quod sit, ne inducta ad augendum, &c. arguit postea contra, quia cessat causa miserationis, tandem dicit, quod si minus importat legatum vsus fructus, potest petere, quod sibi magis est vtile. Castrens. *in consil. 31. in princ.*
5 *lib. 2.* † Amplia, quia legatum factum ex causa, puta, vt legataria suscipiat tutelam filiorum legantis, non debetur non suscepta tutela, *l. Nesennius. ff. de excusat. tutor.* quia ex quo deficit causa, si
6 non facit, quod debet, non recipit, quod oportet. † Amplia, quia vxor transiens ad secundas nuptias perdit legatum alimentorum.
☞ Vide plenius *in ver. Vxor perdit legatum. Concluſ. 400.* † Limita, quia
7 legata alimenta sub conditione, si mater steterit simul cum omnibus filiis, non perduntur, licet deficiat conditio propter impossibilitatem sine culpa matris, vt quia filii noluerint stare in communione; quia conditio habetur pro impleta. Cuman. *consil. 38.*
8 *Maritus quatuor, per tot.* maxime *in fin.* † Limita; quia legatum alimentorum non censetur ademptum per generalem reuocationem omnium legatorum à testatore factam. Cuman. *consil. 30. Statuto cauetur, num. 4. ver. vltimo.* † Declara omnes limitationes; quia
9 præstans alimenta vxori alterius, censetur potius contemplatione mariti præstare talia alimenta, quam contemplatione vxoris, ex quo maritus eam alere tenetur, ideo repetitio non datur contra alimentatam. Alex. *consil. 171. lib. 2.* refert & sequitur Ruin.
☞ *consil. 223. colum. fin. lib. 1.* Vide, *Contemplatione alterius factum. Concluſ. 966.*

Alimenta quando debeantur successori in beneficio. Concl. 305.

1 ALIMENTA † debentur Episcopo successori in Episcopatu, quando omnes fructus sunt recollecti per defunctum; quia hæredes defuncti tenentur illa subministrare, ex quo de suo Episcopus non est obligatus se alimentare. Oldrad. *consil. 249.*
☞ *Quæritur, vtrum, ver. ad secundam, num. 2.* Vide plenius *in ver. Beneficiatus an æquiparetur vsufructuario. Concl. 80.* Vide, *Dignitati, vel officio, quando aliquid censeatur concessum. Concl. 434. num. 11. & sequen.* Vide, *Successor in Ecclesia, vel Episcopatu, an teneatur ad debita Concluſ.*
2 *876.* † Limita quando alimenta legantur personæ; quia successori ☞ non debentur. Vide, *Alimenta legata personam non egrediuntur. Concluſ. 290.*

Alimenta legata de alieno qualiter debeantur ab hærede legantis. Concluſ. 306.

1 DEBETVR † legatum alimentorum ab hærede testatoris grauato, etiam si sit factum super bonis alienis præsente Domino bonorum, & consentiente tacite, vel expresse; quia legatarius non habet actionem contra Dominum, sed contra hæredem. Bart. *consil. 211. Quidam sibi filios, in princ. lib. 1.* qui loquitur, quando legatarius erat absens. † Declara; quia hæres poterit agere contra
2 Dominum, qui tacite consensit, vel expresse, quasi mandauerit. Bart. *d. consil. 211. num. 3. ver. fateor tamen. lib. 1.* † Restringe; quia pos-
3 set legatarius agere contra Dominum, qui consensit, si testator aliquid eidem legasset, alias secus. Bart. *d. consil. 211. num. 2. in fin. lib. 1.*
☞ *ver. concludendo.* Vide plenius, *Legatum rei alienæ quando debeatur, vel non. Concluſ. 63.*

Alimentorum conuentio an rescindatur ex capite læsionis. Concl. 307.

1 IS, qui † conuenit in certa quantitate pro legato alimentorum sibi debito in genere, si est læsus vltra dimidiam, rescindit conuentionem, & omnem contractum bonæfidei. Bald. *consil. 108. in*
2 *fin. lib. 1.* Rom. *consil. 423. Pro pleniori, num. 2.* † Amplia; quia legatum factum spurio, si exceditur in quantitate alimentorum, vltra dimidiam, non valet in eo, quod excedit dimidiam; si vero non excedit, subsistinetur legatum pingue. Vide, *Spurii non possunt hæredes*
☞ *instituí. Concluſ. 418. num. 105. & seq.* † Amplia in legato simplici, & 3
donatione. Vide, *Lasio vltra dimidiam habet locum. Concl. 293. num. 65. & multis seqq.*

Alimenta an possint remitti, & qualiter. Concluſ. 308.

1 ALIMENTA † futura non possunt remitti, neque valet transactio, neque compromissum super eis, sed secus est circa præterita alimenta. Alexand. & Iason *in l. de alimentis. Cod. de transact.* & idem Ias. post alios *in l. cum iis, ff. eodem.* † Et quod non possint
2 remitti, neque eis vllo modo renunciari. Specul. *titul. qui fil. sint legit. §. 1. versic. pone quidam.* Bald. *in l. Pactum dotali. in fin. Cod. de collat.* Alexand. *consil. 178. Videtur forsan. in princip. lib. 6.* † Extende, vt procedat, etiamsi super alimentis futuris esset facta nouatio; quia adhuc non valebit transactio, neque compromis-
3 sum. Bald. *consil. 270. Practica Ciuitatis, circa med. lib. 3.* † Extende idem, si super alimentis futuris essent latæ sententiæ, & facti
4 partiti alicuius magistratus; quia non valet cessio, neque transactio, neque compromissum; quia non operantur sententiæ, nec partiti facti, nisi nouationem accumulatiuam. Bart. & alii *in leg. nepoti. Digestis de fund. instructo.* † Extende; quia non 5

valet

valet etiam cessio alimentorum futurorum; quia cessio nil aliud est, quam renunciatio ad vtilitatem alterius; quia alimenta non sunt transmissibilia. Bald. *in authent. cui relictum, colum. fin. vers. quid enim. C. de indict. vidui. tollen. & in l. fi. in 6. oppos. C. de hæred. instit.* & regula est, quod ea, quæ non possunt transmitti, non possunt cedi, *l. si pluribus ff. de administ. tutor.* & ita Alexand. *in l. si stipulatus fuerim, illud aut illud ff. de verb. oblig.* Ias. *in auth. res, quæ. C. commun. deleg. num. 31. & seq.* vbi ampliat, & limitat, & *in l. 1. §. fi. ff. de noui oper. nunciat. num. 5.* vbi limitat duobus modis. Alex. in apostill. ad Bart. *in l. si mulier. §. ex asse. ff. de iur. dot.* Vide supra, *Alimenta legata personam non egrediuntur. Concluſ. 290.* † Ratio est; quia iuri prohibitiuo non potest renunciari, vt per Becc. *consil. 111. num. 34. in fine.* † Amplia, quia non valet transactio super futuris alimentis sine decreto Iudicis, secus est super præteritis. Abb. *consil. 88. Videtur, colum. 3. vers. nec obstat, lib. 1.* † Declara; quia licet super futuris alimentis multa sint indulta, quæ non conceduntur præteritis; tamen quãdo sumus in monacho, & in eo, qui omnia necessaria debet consequi à Monasterio, non fit differentia. Abb. *dict. consil. 88. colum. 3. ver. nec obstat, lib. 1.* † Declara totam istam materiam; quia si alimenta debentur ex contractu, potest transigi, & pacisci, tam super præteritis, quam super futuris; si debentur ex vltima voluntate, non potest transigi super futuris absolute sine decreto Iudicis, super præteritis autem potest transigi. Bartol. *in tract. aliment. n. 33. & seq. ver. ideo videndum,* vbi *num. 34. & seq.* reddit plures rationes, quas videas. † Limita, nisi interueniat decretum Iudicis cum cauſæ cognitione. Alexan. & Ias. *in d. l. de alimentis, C. de transactio.* † Declara; quia alimenta ex testamento relicta, vel titulo lucratiuo nõ possunt remitti sine decreto Iudicis; secus si sunt debita, & quæsita ex contractu oneroso; quia primo casu faciliter renunciatur, secundo casu secus, quando labore & sudore sunt quæsita, *l. cum ii, §. 1. ff. de transact.* Ægid. Bellam. *cons. 43. num. 2.* † Extende, nisi interuenerit iuramentum; quia etiam futura possunt remitti, Ias. *d. l. cum ii. ff. de transactio. & in d. l. de alimentis, num. 3. C. eod.* licet sit quæstio dubia, vbi Dec. *num. 12.* Bart. *in l. si qui pro eo. ff. de fideiussor.* Alex. *cons. 11. num. 14. lib. 2.* quia prohibitionibus, quæ non sunt contra bonos mores; vel contra publicam vtilitatem, valet renunciatio cum iuramento. Soc. Sen. *cons. 103. num. 6. lib. 3.* & in terminis Dec. *consil. 345. num. 4.* & veriorem dicit Decian. *cons. 39. num. 77. & seq. lib. 2.* vbi, quod per iuramentum validatur renunciatio etiam in iis, quæ sunt prohibita posse illis renunciari, & plures allegat, quos videas. † Contrarium Bart. *in l. cum ii, in fin. princip ff. de transact.* vbi, quod legi illi tanquam prohibituæ etiam cum iuramento non potest renunciari; quia in simili videmus, quod *l. de iis, ff. de transact.* non potest cum iuramento renunciari, communem * dicit Simon de Præt. *cons. 116. num. 18.* † Declara, quia valet renunciatio cum iuramento, quando in specie fuit cum iuramento renunciatum super illo prohibito, secus si in genere. Becc. *cons. 111. num. 35.* vbi dicit magis * communem, & alios citat de magis * communi. † Limita, quia super alimentis præteritis potest compromissum fieri, *l. de alimentis, C. de transact.* † Extende, etiamsi debeantur ex testamento, vel instrumento, ex quo est quæstio mixta iuris, & facti, quia si sumus inter personas coniunctas, stante statuto, debet compromitti. Bartol. *in l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. 3.* Bald. *in l. cum proponas. ff. si cert. pet.* sequitur Alex. *cons. 62. n. 6. lib. 2.* vbi volunt, quod super articulo, an sit faciendum compromissum, debet compromitti. Vide, *Renunciare iuri in fauorem suum introducto, quando quis non possit. Concl. 171.*

Alimenta pendente lite, quando, & quibus debeantur. Concl. 309.

1 ALIMENTA † debet maritus vxori non obstante, quod mulier accusetur de matrimonio adulterato, donec pendet lis, & fuerit declaratum adulterium. Feder. de Sen. *consil. 176. Domino Corrado, per tot.* allegat *l. si instituta. ff. de inoffic. testam.* & Hostien.
2 *in c. ex parte, de accusatio.* Cephal. *cons. 127. num. 6.* † Extende; quia Iudex secularis etiam pendente causa coram Ecclesiastico, siue in prima, siue in secunda instantia, potest compellere maritum ad præstandum alimenta vxori, & patrem, vel illius hæredem ad ea præstandum filio prætenso. Afflict. *decis. 152.* & Guido Pap. *decis.*
3 439. & infra *num. 7.* † Declara, vt non procedat, quando adulterium esset notorium, vel esset declaratum, quia tunc non debentur amplius alimenta vxori adulteræ. Feder. de Sen. *d. consil. 176.*
4 *per tot.* † Extende, quia debentur alimenta vxori pendente lite, etiamsi maritus alleget restituisse dotem, & vxorem subtraxisse multa bona, quæ negat mulier esse vera, quia interim maritus tenetur præstare eidem alimenta. Afflict. *decis. 10.* per tex. *in d. l. si instituta, §. de inofficioso. ff. de inoffic. testament.* † Extende, vt procedat 5
etiam mortuo marito, quando vxor petit dotes suas ab hæredibus mariti. Couarr. *pract. quæst. c. 6. num. 6. vers. quantum ad primum.* † Amplia; quia alimenta debentur filio nato, vel nascituro etiam 6
durante lite, an sit filius, vel non, *l. 1. ff. de ventr. in possess. mitten. & l. extraneo, eod. tit. decis. Capell. Tholos. 77.* vbi apostil. Bero. *decis. 324. n. 4.* † Extende; quia etiam pendente lite coram Ecclesiastico, Iudex 7
secularis potest facere prouisionem alimentorum filio, & vxori. Guido Pap. *decis. 439.* Afflict. *decis. 152. supra num. 2.* † Et est gene- 8
rale in omnibus descendentibus, & ascendentibus. Couarr. *pract. quæst. c. 6. num. 6.* † Amplia; quia debentur Prælato electo ab Ec- 9
clesia etiam pendente lite, an electio sit bona, vel an sit confirmanda. Calder. *cons. 319. circa princ. ver. & si ducatur,* alias *2. de solut.* † Extende in tantum, vt Prælatus etiam regularis possit pro rali- 10
bus expensis factis in prosequutione suæ electionis, de illis satisfieri à mensa communi, si sufficiant, vel possit imponere subsidium charitatiuum. Calder. *cons. 445.* alias *3. de censib. per tot.* Vide, *Subsidium quando possit imponi. Concluſ. 768.* † Amplia in monacho 11
accusante Prælatum suum, quia debet consequi expensas, quia facit negocium vtile pro Monasterio. Calder. *d. consil. 445. circa princip. versic. hinc est, quod monachus,* alias *3. de censib.* Cephal. *consil. 127. num. 9.* † Amplia; quia debentur alimenta hæredi, & filio, qui ni- 12
hil habet, etiam si sit forensis, in loco rei, in quo litigat de hæreditate. Cuman. *consil. 86. num. 2. ver. item quia.* † Extende; quia si io, 13
de cuius statu litigatur, agenti ex Carboniano debentur alimenta pendente lite, ita Specul. *de primo & secundo decreto, §. videndum restat. versic. item quoque.* † Amplia; quia debentur alimenta soro- 14
ri exclusæ ab hæreditate pendente lite super legitima, vel dote sororis in bonis paternis. Afflict. *decis. 11. Soror Comitis,* Cephal. *consil. 127. nu. 7.* † Amplia, quia filius petens alimentari, vel pronun- 15
ciari filium debet ali, si ex vno teste summarie, vel alias probat se filium; quia donec plene discutiatur, ali debet, ex quo causa pia est alimentorum. Couarr. *pract. quæst. c. 6. in fin.* † Amplia, quia de- 16
bentur alimẽta, & expensæ litis pauperi, & inopi agenti ad libertatem, speciali fauore libertatis, *l. fi. C. de ordi. cognit.* qui text. loquitur, quando ablata sunt bona ab eo, qui erat in quasi possessione libertatis per Dominum, quia cogitur restituere bona data cautione, vel si non potest, facto sequestro, & condemnatur ad alimenta, & expensas propter priuationem authoritate priuata factam, ita Couarr *pract. quæst. c. 6. n. 4. ver. est tamen.* † Extende, vt idẽ 17
sit in nepote agente ad inofficiosum testamentũ contrapatruum, quia si est pauper, & vnam sententiam reportauit pro se, debet ei subministrari alimenta, & expensæ litis, *l. si instituta, §. de inofficioso, ff. de inoffic. testam.* & ita communiter * teneri asserit de iure antiquo * Couarr. *pract. quæst. c. 6. num. 6. circa fin.* licet hodie dicat secus esse, quia nõ præsumitur pro exhæredatione, prout olim præsumebatur. † Declara; quia vna sententia requiritur ad inducendam præ- 18
sumptionẽ boni iuris, quando ante sententiam præsumptio erat contraria, prout in exhæredato, ita Cephal. *cons. 127. in fi.* † Exten- 19
de, vt procedat, etiam si agês esset mulier maritata, quia licet maritus teneatur alere, non tamen tenetur ad sumptus litis. Cephal. *d. cons. 127. num. 10. & seq. ver. non obstat.* † Extende generaliter, vbi- 20
cunque is, qui agit, est pauper, & habet apparenter bonum ius, quia debentur ei alimenta, & sumptus litis, non habito respectu, ad specialitatem casuum libertatis, vel vnicæ sententiæ latæ pro paupere, quia procedit generaliter, vbi aliter, quam ex sententia, constat de bono iure, ita Salycet. *in l. si fideiussor. §. vlt.* vbi Ias. *n. 30. ff. qui satisd. cogan.* Aretin. *in c. si quis testium. num. 14. de testib.* Curt. *in tract. de sequestratio. num. 10.* Guido Pap. *decis. 561.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. num. 9.* Crauett. *cons. 164.* latiss. Cephal. *consil. 127. per tot.* Decian. *cons. 66. num. 2. lib. 2.* Menoch. *tract. de præsumpt. lib. 1. quæst. 35. num 1.* Couarr. *pract. quæst. c 6.* † Contrarium, quod imo 21
non debeantur alimenta, & expensæ litis ei, qui est pauper, & extraneus, quando agit ad bona, quæ nunquam possedit, dicit Couar. *pract. quæst. num. 5. versic. ex hoc vero.* vbi allegat ad hoc Bald. *in l. fin. §. quod si ei. C. de ordin. cognit.* Io. Lup. *in c. per vestras. de don. int. vir. & vxor. §. 39.* & dicit absurdum esse contrarium dicere, & quod Boer. *decis. 303. colum. 1.* dicit, nunquam vidisse recipi decis. Guidonis Papæ. † Declarat tamen Couar. procedere posse, quando con- 22
staret non leuiter de bono iure actoris, quod tunc sit locus alimentis, & sumptibus litis, alias non. † Declara, quia de iure ciuili tria debent concurrere, vt debeantur actori alimenta, & sumptus litis. Primum, quod sit filius, vel nepos testatoris, & sic de- 23
scendens, vel ascendens, vel vxor. Secundum, quod sit pauper. Tertium, quod habeat primam sententiam pro se, vt dicit text. *in l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. testam.* & ita ibi gl. Bar. Alber. Angel. Fulgos. & Castrens. declarant, & hanc communem * dicit

Couar.

Couarr. *pract. quæst. d.cap.6.num.6.verb.constat*, vbi secus esse dicit quoad extraneos, & transuersales, nisi agerent ex testamento non raso, neque vitiato, quando non negantur bona fuisse de-
24 functi. † Declarat etiam idem Couar. *pract. quæst.d.cap.6.num.6. ver.ego vero*, vt procedat extensio quoad litis expensas, vt etiam extraneis debeantur expensæ litis, quando sunt pauperes, & constat de bono iure; licet dicat in Hispania nunquam id fuisse v-
25 su receptum. † Contrarium videtur, quod fauorabilia sint alimenta, quam expensæ. Bartol. *in l. Imperatores, ff. de tutel. & ration.*
26 *distraben.* † Primum igitur requisitum est, quod actor sit filius, vel descendens, aut ascendens, aut vir, & vxor, & non sufficit, quod sit extraneus, etiam si frater, vel coniunctus sit, etiamsi agant de hæreditate fratris, vel coniuncti, nisi vnico casu, quando ex testamento agerent, & illud esse sine vitio visibili. Couar. qui
* hoc probat, & dicit * de communi *pract. quæst. d. cap.6.num.6.ver.*
27 *constat sane.cum sequen.* † Secundum requisitum, quod constet de bono iure actoris, quod multis modis potest apparere, vel quando habet primam sententiam pro se, vel sine sententia, quando non leuis præsumptio est pro actore. Idem Couar. *d.cap.6. pract.*
28 *quæst. num. 6. ver. secundum quod.* † Vide Menoch. *consil.491.nu.31.* vbi, quod debet esse præsumptio, quæ accedat proxime senten-
29 tiæ. † Tertium requisitum, quod actor sit pauper, & hanc com-
* munem * dicit Couar. *pract.quæst.num.6.in fin.ver.tertio requiritur.*
30 vbi dicit * communem. † Declara; quia aliquando etiam non pauperi decernuntur ex causa, vt idem Couar. ex mente Rebuff.
31 in loco supra citato. † Quartum quoque addit requisitum idem Couar. *d.cap.6.pract.quæst.num.7.* quod teneatur idoneam cautio-
* nem præstare de restituendis in casu succumbentiæ: vbi * dicit hanc esse veriorem, & subdit rationem, ne pauperes temere inuitentur ad litigandum, & dicit text. *in l.1.§.interesse.ff.si muli.vent. nom. in possess.* habere specialem rationem propter ventrem,
32 † Contrarium tenet Massuer. *in prax. tit. de possess. num.* 27. vbi, quod non tenetur ad cautionem, sed nec ad restitutionem, si succumbat, & idem tenet Boer. *decis.324.colum.2.* per *d.l.1.§.interesse,*
33 *ff.si mul.ventr.nomi.in poss.* † Declara; quia arbitrarium est Iudici; quia alias si quis non posset caucre propter inopiam, excluderetur à iure suo, q̃ esset iniquum, prout de statuto præcise compellente forensem, nec aliter audiatur; quia admitti debet ad iura-
☞ toriam, ne iniquitas inducatur. Vide, *Statutum circa fideiussiones præstandas. Conclus.* 551. Nec est bona ratio, quam adducit Couar. ne inuitentur pauperes ad litigandum; quia hoc non est præsumendum, imo nec possibile; quia si debet constare de bono iure, cessat calumnia, nec est speciale *in d.l.1.§.interesse.* quia eadē est ra-
34 tio in paupere agente, quando constat de bono iure. † Declara; quia sunt opiniones hinc inde; tamen si facta est adiudicatio per modum recredentiæ, & sic prætextu iuris, & postea succumbat, tenetur restituere fructus; secus si per modum prouisionis. Boer.
35 *d.decis.324.num.4.& 5.& per totam.* † Amplia; quia debentur agenti petitione hæreditatis, quando descendens est; quia adiudicatur per modum prouisionis quarta pars hæreditatis secun-
*36 dum * communem, Boer. *d.decis.324.num.4.* † Amplia; quia alimenta debentur in causa criminali pauperi offenso per modum prouisionis ex bonis offendentis, plene Boer. *d.decis 324.n.*
37 *2.& seq.per totam.* † Et non restituuntur, etiamsi actor succumbat; sed tamen si obtinet, debet habere operas perditas, & perdendas, & non compensat habita per modum prouisionis. Boer.
38 *d.decis.324.num.5.* † Limita; quia expensæ prouisionales non debentur reo delinquenti etiam pauperi in causa criminali, sed ne-
39 que in causa ciuili. Boer. *decis.325. in princ. & per tot.* † Restringe,
40 nisi extraordinarie procedatur. Boer. *d.decis.325.col.2.* † Restringe de iure antiquo; quia Respublica tenetur prouidere pauperi, & inopi de Aduocato, & Procuratore, de quo exclamat Boer. *d.*
decis.325.col. 2. quia hodie non obseruatur, & dicas, quod in ciuitatibus maioribus, prout Romæ, & Bononiæ, & Florentiæ vidi extare Procuratores, & Aduocatos pauperum, qui Romæ ex
41 publico sunt salariati. † Vide tamē plures casus, quos ponit Boerius *d. decis.325. circa fin.* in quibus debentur expensæ vxori accusatæ à marito, & seu accusanti, quando non habet aliunde, &
42 ponit alios casus, in quibus fuit facta prouisio. † Et an prouisio ista, si non exequatur, faciat, quod debeat denegari iustitia ei, qui non paret prouisioni, vide Boer. *decis.326.per totam.* vbi pro vtraq; parte allegat, & tandem concludit, quod non sit supersedendum, maxime si is, qui debet prouisionem expensarum, est reus; quia compellitur, & subhastantur bona ad tollendam calumniam, & in omnem casum etiam is, qui habet prouisionem, habet remedium exequutionis; ideo licet sit actor; tamen non potest impedire iudicium per calumniam, licet regula sit, quod negatur au-

dientia ei, qui non paret decreto Iudicis. † Quis dicatur pauper, 43
vt sit locus subministrationi alimentorum, & expensarum litis, Couar. *pract.quæst.cap.6.num.3.in fin.* vbi, quod est arbitrarium Iudici in Hispania, quando habet valorem trium millium quadrantum marauedinorum. † Quanta summa debeat taxari pro ali- 44
mentis, dicas, quod non potest dari certa regula, sed est arbitrarium Iudici, licet aliqui quartam partem fructuum bonorum, de quibus agitur, statuerint. Couar. *pract.quæst.d.cap.6.circa fin.versi. solet tamen.*

Aliud est venditio, aliud promissio de vendendo, cum multis exemplis similibus. Concl. 310.

ALIVD † est vendere, aliud est promittere de vendendo. A- 1
lexand. *consil.121. Viso themate num.5.lib.4.* quod duplicatur. *lib.*
2.consil.73.& consil.168.num.7.lib.6. Socin. *consil.170. In præsenti consultatione.lib.2.in princip.* Dec. *consil.182. In controuersia.in fin.* Bald. *in*
l.1.num.2.in fin.C.de pact.pignor. Ias. *in l.quoties, nu.34. C.de rei vendic.*
Bero. *decis.58.num.8.& seq.* vbi infinita similia. Alexand. *consil.45.*
num.2.lib.5.& consil.72. Videtur, num.9.lib.3. † Aliud est locatio, a- 2
liud promissio de locando prout in simili dicitur de venditione, *l.in bonæ fidei, ff. de eo, quod certo loco.* Ias. *in l. quoties, limit.14. C. de rei*
vendic. Deci. *in l.cum fundus.§.seruum tuum imprudens, ff. si cert. pet.at.*
Bald. *consil.51.num.15.lib.1.* Alex. *consil.76.lib.5.* † Extende; quia 3
qui locare promisit, non potest cogi ad locandum præcise; quia istud est facti, & in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse, *l.stipulationes non diuiduntur, ver. Celsus. ff. de verb. oblig.* Alex.
consil.212.colum.3.lib.6. Deci. *consil.502.& consil.seq.* Tiraq. *de retr.act.*
conuent.ad fin.tit.num.16. vbi plures allegat & dicit procedere, etiam si haberet facultatem rei tradendæ secundum Deci. *d. consil.*
502. Vide, *Obligatio faciendi impletur per interesse. Conclus.43.* † Aliud
promittere se donaturum, aliud donare. Vide multa pro vtraque 4
opinione *in ver. Pactum de donando, vendendo, & similibus. Conclus.23.*
† Aliud est se obligare ad emendum, aliud emere; quia qui emit, 5
potest conueniri ad pretium soluendum; sed qui promittit emere, non potest conueniri ad soluendum pretium, sed prius ad emendum. Castrens. *consil.93 In causa, quæ vertitur. num.2.lib.2.* † A- 6
liud est liberare, aliud promittere de liberando, quoad hoc, vt pariat actionem; quia promissio de liberando non parit actionem, sed parit exceptionem. Castrens. *consil.342. In causa Fratalea*
in princip.lib.2. † Aliud est cedere, aliud promittere de cedendo, 7
Roman. *consil.86. Viso quæstionis themate, num.7 versic. primo quia,*
vbi apostill. *in ver. promissio,* dat concor. & in casu illo contingenti consuluit Roman. quod cessio non censetur facta, licet adsint verba, quæ possunt importare, quod sit facta, quando adsunt clara verba, quod faciet cessionem, ne illa verba sint ludibrio, & superflua. † Extende in aliis; quia aliud est cedere, vel dare insolutum, aliud promittere cedere, vel dare insolutum; ideo si gabel- 8
la soluitur de contractu ex forma statuti, non debet solui ex promissione de contrahendo. Bald. *dict. leg.1.num.3. Cod. de pact. pignor.*
† Extende; quia aliud est vendere, aliud mandare, quod venda- 9
tur. Signor. *consil.256.num.2.* Boer. *decis.58.num.9.* Vide, *Mandatum*
ad aliquid faciendum non probat factum esse. Conclus.49. † Extende; 10
quia aliud est pactum de renunciando, vel donando, aliud renunciatio, vel donatio. Boer. *decis.58.num.9.* Vide, *Vendere aliud*
est, aliud promittere de vendendo. Conclus.43. † Restringe; quia domi- 11
nium ita transfertur ex promissione de vendendo, sequuta traditione, & soluto pretio, sicuti ex venditione, plene Socin. *dict.*
consil.170. per tot. lib.2. vbi concludit, quod etiam facit fructus suos habens promissionem de vendendo, quando soluit pretium, & facta est traditio; quia habita est fides de causa faciendi. † Contrarium tenet Deci. *consilio 182. in fin.* quia fructus 12
non possunt deberi ex promissione de vendendo, & idem tenet Alexand. *consil.121. quasi per totum, lib.4.* quando promissio de vendendo erat post decem annos, & sic non simplex. idem Alexan.
consil.73.colum.2.lib.2. quod duplicatur *lib.4. consil.121. num.5.* † A- 13
liud est esse, aliud haberi, prout Florentiæ hæc omnia in *3. disputat.in 2.dubio.num.7.* † Aliud esse absentem, aliud haberi pro ab- 14
sente.) † Aliud esse mercem, aliud haberi pro merce.) † Aliud 15
esse ciuem, aliud haberi pro ciue.) Alexand. *consil.115.num.8.lib.2.* 16
versic. vel potest dici. † Aliud esse talem, aliud esse loco talis, aliud 17
mercem, aliud loco mercis, gloss. *in l. mercis. la seconda. ff. de verbor.*
signif. † Item aliud esse talem, aliud haberi pro tali. Alexan. *consil.* 18
229. *Ponderatis, nu.8. in fin.lib.6.* † Idem; quia aliud esse legitimum, 19
aliud haberi pro legitimo. Rimin. Iun. *consil.222.num.160.lib.2.*
Natta *consilio 602. numero 5.* vbi extendit, & dat exempla. † Aliud 20
est esse specialiter obligatum, aliud haberi pro specialiter ob-

ligato; quia primo casu manumissio serui specialiter obligati impeditur, secundo casu non, *l. licet, ff. an quibus caus. pign. tacit. contrah.*
21 & ibi Bart. Negus. *in tract. de pignor. in 3. membr. 2. par. nu. 2.* † Aliud est vendere, aliud est venditioni consentire. Signorol. *consil. 145.*
22 *num. 7.* † Aliud est denunciare, aliud est requirere, quod fiat de-
23 nunciatio. Signor. *consi. 256. num. 2.* † Aliud est soluere, aliud con-
24 stituere se soluturum. Signor. *consi. 256. num. 2.* † Aliud dare tutorem, aliud requirere, quod detur tutor. Signor. *d. consi. 256. nu. 2.*
25 † Aliud est eligere, aliud eligenti consentire, sicuti aliud est age-
26 re, aliud agenti consentire. Anchar. *consi. 271. De titulis, nu. 3.* † Et aliud est dicere eligo, aliud volo eligere. Alexand. *consil. 72. Vide-*
27 *tur num. 9. lib. 3.* † Et aliud est compromittere, aliud velle compromittere, seu offerre compromittere. Alexand. *d. consi. 72. num.*
28 *9. lib. 3.* † Et aliud est compromissum fieri, aliud pronunciare,
29 quod fiat. Alexand. *d. consi. 72. num. 9. lib. 3.* † Aliud est res, aliud
30 possessio rei, idem Alexand. *consi. 117. in princip. lib. 2.* † Aliud est vendere, aliud possessionem tradere. Alexan. *consi. 44. Eximie Do-*
31 *cto. num. 5. ver. tertio respondeo, lib. 7.* † Aliud est promittere vendere domum liberam, aliud est promittere facere liberam venditionem de domo. Alexand. *d. consi. 44. in fin. num. 7. ver. quia respondeo primo, lib. 7.* vbi ratione ostendit euidenti; quia aliud est con-
32 tractus venditionis, aliud res vendita; quia contractus consistit in consensu, res vendita in sua materia. † Aliud est factum, aliud
33 est verbum; ideo vbi opus est facto, verba non sufficiunt. Ancha. *consi. 330. Visis facti narratione, num. 7.* † Aliud est reddere, aliud
34 redditum confiteri. idem Anchar. *d. consi. 330. num. 7.* † Aliud re-
35 cipere, aliud recepisse confiteri. Anchar. *d. consi. 330. num. 7.* † Aliud est possidere, aliud in possessione esse Corn. *consil. 137. Licet*
multas rationes, num. 6. sequitur Negus. *de pignor. 3. part. membr. 2.*
☞ *num. 5.* Vide, *Possidere, & in possessione esse differunt. Conclus.* 404.
36 † Aliud est vendere, aliud est reuendere. Roland. à Vall. *consi. 69.*
37 *num. 5. cum seq. lib. 3.* † Aliud est non instituere in certo prædio heredem vniuersalem, aliud prohibere, ne institutus habeat; quia primo casu est locus iuri accrescendi, & habebit totum; secundo casu secus, & non valebit testamentum, ne decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. Bart. *consil. 156. Titius num. 3. ver. nec*
obstat, lib. 1. & cons. 81. Iacopuccius, nu. 3. ver. concluditur ergo, quod est Bart. & Franc. Tigrini. & plenius *consi. 82. Quæstio commissa, in fin.*
38 *lib. 2.* quod est Collegii Pisani. † Aliud est, non adeo hæreditatem, aliud repudio hæreditatem Bart. *d. consi. 82. in fin. lib. 2.* quod
☞ est Collegii Pisani. Et aliud alienare, vel non velle acquirere. Vi-
39 de, *Acquirere nolle. Conclus. 441. in princip.* † Aliud est, me consentire tibi facienti actum, aliud me obligare ad illum actum. Alexan.
40 *consi. 131. In causa, num. 4. lib. 2.* † Aliud est flumen, aliud est ripa fluminis. Alexan. *consi. 120. Omissis argumentis, num. 6.* quia flumen totum publicum, si est publicum: Ripa tamen est iuris priuati,
41 præterquam quoad vsum necessarium fluminis, *libr. 2.* † Aliud non velle, aliud non posse. Alexand. *consil. 196. Viso testamento, col.*
☞ *penult. num. 15. in fin. versic. insuper negatur, lib. 2.* Vide, *Diuersitas no-*
minum diuersitatem rerum, personarum, & locarum inducit. Concl. 517.
42 † Alius est actus exequendi, alius actus declarandi; ideo qui non potest exequi lapso anno, potest declarare. Bar. *consi. 142. Constitutione Camerinen. in princip. & per tot.* Anchar. *consi. 412. Contra hæ-*
redes, & plenius Bartol. *consi. 139. Statuto Communis, in princip. ver. vn-*
de. lib. 1. quod est Bart. Franc. Tigrin. & Angel. de Amelia. Roman.
43 *consi. 228. num. 10. versic. quarto sententiam hanc.* † Extende; quia alius est actus sententiandi, alius sententiam exequendi. Bartol. *d.*
consi. 142. num. 2. Anchar. *consi. 412.* vbi, quod fratres minores, qui sunt incapaces exequutionis legatorum piorum, non sunt incapaces declarationis.

Altare portatile à quo concedi possit. Conclus. 311.

1 EPISCOPVS † potest concedere Hospitali profano oratorium cum altari viatico, seu portatili, in quo celebretur pro
2 infirmis. Lap. *alleg. 42. nu. 3. versic. venio ad quæsita.* † Amplia, quod etiam potest concedere hoc in aliis priuatis domibus sine consensu Rectoris parochiæ. Lap. *dict. alleg. 42. num. 3. versic. quia huiusmodi.*

Altari seruiens de altari viuere debet. Conclus. 312.

1 ALTARI † inseruiens de altari viuere debet secundum A-
2 postolum. † Infertur, quod dignum est, vt ei, qui populo suo spiritualia ministrat, temporalia ministrentur, *cap. Ecclesias. ver. item Apostolus. 13. quæst. 1. & in cap. Episcopus. de offic. ordin. in 6.* Ro-
man. *consi. 344. In casu, nu. 2. in fin.* † Et qui in vno grauatur, in alio 3
debet releuari. *cap. qui sentit onus, de reg. iur. in 6.* Vide, *Onera sentiens debet sentire commodum. Concl. 143.*

Alteri per alterum non debet iniqua conditio fieri. Conclus. 313.

ALTERI † per alterum non debet iniqua conditio fieri, *cap.* 1
non debet aliquis, de reg. iur. in 6. Anchar. *consil. 140. Primum du-*
bium, in princip. Roman. *consil. 241. Spectabiles, num. 5. versic. dicitur vl-*
terius. Abb. *consi. 39. Duo sunt, in fin. lib. 1.* † Extende etiam inter Iu- 2
dæos, prout loquitur idem Abb. *d. consi. 39. in fin. lib. 1.* † Et prohi- 3
bitum est aliquem inquietari pro alieno debito, vel aliena offensa, vel facto. Anchar. *dict. consi. 140. in princip.* † Et odio alieno non 4
debet quis grauari, & filius non portabit iniquitatem patris. Ancharan. *d. consi. 140. in princip.* † Amplia; quia licet principalis debitor efficiatur suspectus de fuga; non tamen debet illius fideiussor carcerari; quia alteri per alterum non debet iniqua conditio fieri. Roman. *consi. 241. Spectabiles, num. 5. colum. 2. ver. dicitur vlterius.* 5
† Amplia; quia publica authoritas in medio est constituta, vt quis 6
violentiam alteri non inferat. Anchar. *d. consil. 140. in princip.* vbi ponit exempla. † Amplia; quia delictum alterius non debet alteri nocere, *l. eleganter, cum ibi not. in princip. ff. de dolo.* † Et ex deli- 7 8
cto mariti, etiam læsæ maiestatis, non confiscatur dos vxoris, nisi in causa primipilari. Anton. de Butr. *consi. 61. num. 3.* † Amplia; 9
quia vnum altare non debet discooperiri, vt alterum cooperiatur. Anton. de Butr. *consi. 40. in fin.* † Amplia; quia res inter alios 10
acta tertio non præiudicat. Vide, *Res inter alios acta. Concl. 265.* vbi plura similia. Vide, *Pœna debet tenere solos delinquentes. Conclus. 212.*
vbi multa similia. Vide, *Tertio non præiudicat rescriptum, vel dispositio*
alterius. Conclus. 88. † Limita; quia quis quandoque ex persona alterius consequitur damnum, vel lucrum, quod ex sua persona 11
non consequeretur. Lap. *alleg. 94. nu. 6. versic. & licet ex hoc,* qui loquitur in facto vsurarii, vt teneatur amittere partem vsurarum sibi promissam à domino, quando dominus mandauit illas restitui debere; quia anima domini non potest liberari, nisi totum restituatur. Vide, *Consequitur quis ex persona alterius, quæ nō potest ex*
propria persona. Conclus. 758. † Limita in interdicto Ecclesiastico 12
contra Vniuersitatem, vel populum; quia licet nondum nati, & qui non deliquerunt, pœnam pati non debeant; tamen omnes sunt æqualiter interdicti, tanquam de vniuersitate. Fede. de Sen.
cons. 32. n. 3. ver. quod hoc sit verum. † Limita ir repressaliis; quia pro- 13
pter iniustum factum prætoris denegantis iustitiam proditum est remedium repressaliarum. Anch. *cons. 140. in prin.* † Limita in 14
fideiussore; quia mora, & dolus principalis perpetuat obligationem fideiussionis. Castr. *cons. 52. nu. 3. ver. quinimo. lib. 2.*

Alternatiua collatio plurib. competens qualiter computetur. Concl. 314.

COLLATIO † alternatiua si competat Papæ, & Episcopo 1
de beneficiis certi Episcopatus, omnes collationes, quæ cadunt in dispari numero, vt prima, tertia, quinta, & deinceps, sunt Papæ; aliæ vero, quæ sunt in pari numero, sunt Episcopi. Gemin. *consil. 89. Super dubiis præmissis, in princip. & consil. 143. Ex*
narratis, in princip. vbi dicit hoc probari ex constitutione ad regimen. † Et sic semper in alternatiuis Papa habet primum men- 2
sem Ianuarii, & sic deinceps alternatiue, vt in regulis alternatiuarum disponitur. † Beneficia litigiosa vacantia, & quæ per Pa- 3
pam conferuntur non absolute, sed per subrogationem in iuribus defuncti, an computentur in turno Papæ, vel Episcopi. Gemin. *dict. consil. 89.* distinguit, quod si ambo litigantes prætendunt ius à Papa, numeratur in turno Papæ. † Si vero vnus prætendit 4
ius à Papa, alter ab Ordinario, & Papa subrogat alium, quam collitigantem, expectabitur finis, cui vacatio debeat adscribi. Gemi. *dict. consil. 89.* † Contrarium tenerem absolute; quia beneficia 5
litigiosa non absolute conferuntur; quia si subrogatur collitigans, certe non est, nisi vnica collatio, quæ computatur pro duabus; si vero subrogatur tertius in ius defuncti, non est proprie collatio beneficii, sed subrogatio ad iura. † Amplia; quia alter- 6
natiua collatio si spectat ad duos, si concedatur mandatum de prouidendo directum vni, id non grauat alterum, licet de eodem beneficio alternatiuam habeat collationem. Ioann. de Anan. *consilio 43. Stante vicissitudine, per totum.* † Extende idem 7
in pluribus patronis; quia possunt diuidere præsentationes per

alter-

alternationem, & grauamen vni illatum nõ extenditur ad alium.
8 Bologn. *in addit. ad Ioan. de Anan. consi. 43. in fin.* † Extende, etiam si habens alternatiuam priuetur sua vice; quia erit alterius, neque mandatum Papæ directum priuato grauabit alium. Io. de Anan. *d. consi. 43. per tot.*

Alternatiua dispositio quando tanquam incerta non procedat, vel è contra. Concl. 315.

1 LIBELLVS † alternatiuus tanquam obscurus & incertus non procedit, quando incertitudo est in Iudice, vt si peto per D. Vicarium, vel eius delegatum talem condemnari; quia processus est nullus. Cuman. *consi. 63. Vicarius quidam. per tot.*
Vide, *Libellus alternatiuus procedit, & quando non. Concluſ. 313.* † Amplia; quia procedit etiam, quando alternatiua respiceret condemnandos, vt si peto Titium, vel Seium condemnari, vt supra & infra proxime. † Extende, vt imo etiam procedat, si peto principalem, vel procuratorem condemnari, quando principalis dedit procuratorem. Cuman. *dict. consi. 63. num. 3. vers. quemadmodum nec concludi.* † Amplia; quia alternatiua nullum membrum suorum alternatiuorum infert præcise. Ægid. Bellam. *consi. 33. nu. 27.*
5 † Extende maxime in probatione dubia, quæ non releuat. Vide,
Testis dictum dubium. Concluſ. 268 num. 43. & sequen. † Limita; quia
6 si seruus stipuletur pro Titio, vel Mæuio, & non potest stipulari, nisi pro Titio, valet stipulatio quoad Titium, & Mæuius habetur pro non adiecto. Cuman. *dict. consi. 63. num. 3. vers. nec obstat.*
7 quod intelligit quoad solutionem. † Limita in appellatione, quæ valet interposita alternatiue ad duos; quia quoad eum, ad quem vere deuoluitur, substinetur. Cuman. *dict. consi. 63. num. 4. versic. & quod appellans.*

Alternatiua dat electionem debitori, & quando. Concluſ. 316.

1 ALTERNATIVA, † videlicet, quod debitor soluet centum vel dabit prædium, operatur, quod est in electione debitoris, vel dare centum, vel prædium. *l. plerumque. ff. de iur. dot. in fin.*
2 † Et propter alternatiuam debitum non dicitur debitum, antequam debitor elegerit. Vide, *Debitum alternatiuum ante electionem*
3 *non est debitum. Concluſ. 37.* † Et in obligatione alternatiua; quia electio est debitoris, quod minus est, censetur promissum. Castrens. *consi. 461. Viso instrumento, in princ. lib. 1.* † Declara; quia in alternatiua obligatione semper minor quantitas est in obligatione. Fulgos. *consi. 80. Testator in testamento. num. 3.* & idem est, si debitor promittit soluere decem, vel quinque; quia sola quinque
5 sunt in obligatione. Castrens. *consi. 129. Vltra ea, quæ. lib. 2.* † Extende; quia alternatiua nedum quantitatis debiti, sed etiam personæ, cui debeat solui, Titio, vel Seio, est in electione debitoris, vt si magis expediat vni soluere, quam alteri, vt ille solus sit in obli-
6 gatione. Castrens. *dict. consi. 129. per totum, lib. 3.* † Amplia in tantum electionem esse debitoris, vt si feratur sententia contraria, quod soluat Titio præcise, vel summam alternatam præcisam, sententia erit nulla, cum contradicat legi, & obligationi. Ca-
7 strens. *dict. consi. 129. lib. 2.* † Declara; quia sententia si esset præcisa in vno ex alternatis, cum clausula, *in omnibus iuxta obligationem*, saluaretur; quia intelligenda esset sententia, quod solueret summam expressam, quatenus aliam alternatam non soluerit. Ita
8 Castrens. *dict. consi. 129. in fin. lib. 2.* † Limita, quando quis teneretur soluere intra certum tempus præfixum vnum, vel alterum; quia lapso termino, & mora causata, forte electio transfertur in creditorem; quia conditio habetur pro impleta in præiudicium eius, per quem stetit. Roman. *consil. 434. In quo queritur. colum. 2. in*
9 *fine. versic. quoad tertium.* Alexand. *consi. 49. num. 2. lib. 2.* † Limita; quia quandoque alternatiua non ponit plura, vt vnum sit in subsidium alterius. *l. hæredes. §. vlt. ff. ad Trebell.* Oldrad. *consi. 314. num. 8.*
10 *ver. sed insurgit.* † Limita, quando obligationi in quantitate adiiceretur species in facultate soluendi; quia tunc vnum est in obligatione, alterum vero in facultate soluendi, veluti, si dico; *promittis mihi decem in melle*; nam decem sunt in obligatione; mel autem non est in obligatione, sed in facultate soluendi. Bart. & alii, vbi text. *in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. ff. de solut.* vbi Bartol. qualiter fieri debeat petitio, & qualiter extinguatur facultas soluendi adiectum. Vide, *Libellus alternatiuus & contrarius, procedit, &*
11 *quando secus. Concluſ. 313. num. 11. & sequen.* † Extende; quia obligatus ad certam summam intra certum terminum, vel sine termino cum facultate soluendi in tot debitoribus, ad electionem creditoris, si requisitus congruo loco, & tempore cum assignatione competentis termini ad consignandum dictos debitores neglexit, & postmodum in causa passus est litem contestari, nec vnquam obtulit debitores, amisit hanc electionem, & facultatem soluendi ad electionem, vt supra per Bart. & * omnes *in d. l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. ff. de solutio.* † Extende; quia non 12
excusatur debitor, si excipiat, quod cum electio esset creditoris, debuit petere prius exhiberi libros, vt possit fieri electio debitorum consignandorum; quia ex quo petiit consignari creditores; censetur petiisse exhibere libros, & alia, quæ sunt in necessarium antecedens. *l. illud. C. de acquir. hæred.* Alexand. *in rubr. C. qui admitti.* Felin. *in cap. inter dilectos. num. 1. vers. in text. ibi; de fid. instrum.* & quia potuit suo fauori renunciare. *l. penult. C. de pact.* † Limita, quando 13
quis certo termino cum iuramento promisit consignare bestias, vel pretium; quia licet habeat debitor electionem; tamen lapso termino perdit eam, & est in electione creditoris; per *l. si quis maior. C. de transact.* ita Bello. *consi. 45. num. 3.* † Limita, quando alter- 14
natiua est ad fauorem creditoris, prout si debitor promittit soluere, vel dare pignus intra terminum præfixum; quia dando pignus non liberatur. Deci. *consi. 12. in princip. versic. secundo probatur,* vbi ponit multa similia. Vide, *Fauorabilis dispositio non debet odium operari. Concluſ. 90.* Vide, *Inducta ad vnum finem non debent contrarium operari. Concluſ. 103.* † Extende; quia si statutum dicat, quod 15
si condemnatus non soluerit intra certum terminum, amputetur manus, lapso termino potest Respublica velle pœnam pecuniariam fauore Reipublicæ. Deci. *d. consi. 12. colum. penult. vers. non obstat, quod not. at Bart.* † Declara, vt per Nattam *consi. 496. nu. 17.* 16
vsque in fin. vt non procedat, quando adest constitutum, vel quãdo datio est facta principaliter, non alternatiue. Vide Mascardum *Concluſ. 82. Alternatio quomodo præsumatur*, vbi, quod ponitur inter æqualia, vel parum inæqualia. † Limita in alternatiua dis- 17
positione vltimæ voluntatis circa collationem vtilitatis, vel beneficii; quia censetur posita ad fauorem creditoris, exemplum ponit Roman. *consi. 179. Ampliſſime Doctor. num. 8.* in patre legante filiæ iure legati, seu institutionis; quia potest habere velle iure institutionis, vt sit instituta, non legataria. † Declara; quia debi- 18
tum alternatiuum ante electionem non est debitum. Vide, *Debitum alternatiuum, dicta Concluſ. 37.* Vide plenius, *Electio in debito alternatiuo est debitoris. Concl. 102.*

Alternatiuorum sufficit alterum esse verum, & alternatiua non copulat, & quando. Concl. 317.

ALTERNATIVA † dispositio verificatur in altero tantum 1
ex alternatis. Gemin. *consi. 8. num. 7. vers. vel dicit; quod sufficit.* Ægid. *consil. 2. numer. 7. nam in alternatiua.* Ioan. de Anan. *consi. 46. num. 5.* Roman. *consi. 273. Clarum est, in princip.* † Et æqualitatem 2
importat alternatiuorum etiam respectu æstimationis. Mandel. *consi. 234. num. 14.* vbi Apostill. *in ver. alternatiue, & num. 23. & sequ.* vbi, quod absurdum esset inducere disparitatem in alternatis. Vide, *Dictiones alternatiuæ. Concluſ. 244.* † Amplia, vt idem sit in 3
dispositione rescripti disiunctiua; quia sufficit vnum ex disiunctis probare, vel esse verum. Gemin. *consi. 57. in princip.* † Idem est 4
in dispositione disiunctiua vltimæ voluntatis. Ioann. de Anan. *consi. 46. num. 5.* † Amplia; quia dictio alternatiua, prout dictio 5
siue, ostendit alterum sufficere ex dispositis alternatiue. Bald. *consi. 410. In causa, & quæstione. num. 3. versi. nam ista dictio. lib. 2.* Ægid. *consi. 2. nu. 7.* † Amplia in stipulationibus, & fideiussionibus; quia obligans, vel fideiubens alternatiue tenetur in singulo 6
casu alternatim ad promissum; quia sufficit alterum ex alternatis esse verum. Bald. *consi. 482. Punctus, quia am Ioannes, circa fin. vers. secundo præmittendum, lib. 3.* † Extende in libello. Ægid. *d. consi. 2. nu. 7.* 7
† Amplia in statuto, quando redderetur elusorium; quia alter- 8
natiua sufficit, quod verificetur, etiamsi de iure communi esset contrarium; nam de iure communi citatio in ciuilibus debet esse personalis, & si non potest fieri personalis, sufficit ad domum eo casu, pone, statutum dicit, quod debitor in ciuili causa citetur personaliter, vel ad domum; tunc citatio facta simpliciter ad domum arctabit; quia alternatiua retinet suam naturam, ne statutum reddatur inutile. Abbas *consi. 42. num. 2. lib. 2.* Vide,
Statutum circa citationes. Concluſ. 483. † Amplia in concordatis; 9
nam alternatiua dispositio habet locum, si vnum ex alternatis verificatur. Roman. *dict. consi. 273. Clarum est, in princip.* † Natura 10
alternatiuæ est nullo modo copulare, sed disiunctiue disponere. Alexand. *consi. 80. Viso, & opportune, in princip. ver. hoc autem iudicare. lib. 1.* † Contrarium aliquando maxime in libello, quando- 11
que auget intentionem loquentis. Ægid. *dict. consil. 2. numer. 6.* al-

legat *l. si quis ita, ff. de aur. & argen. legat.* vbi legans mundum, ornamenta, seu quæ eius causa parauerat, omnia legasse dicitur. † Declara, vt per Alberic. *in ver. vel.* Vide, Dictio, *vel*, Concluſ. 392.

13 † Declara; quia si supra alternatiue ponuntur, debent esse æqualia, maxime in conuentionibus. Vide, Dictio, *seu.* Concluſ. 372.

14 † Limita, quando constat de mente disponentis; quia disiuncta sumitur pro coniuncta, veluti si testator instituat filium, & ei substituat extraneum, si decedat sine filiis, vel sine testamento, quia præsumitur mens, quod debeat vtraque conditio coniungi, late Alexand. *consil.* 88. *in princip. lib.* 7. vbi apostill. magna ponit alias limitationes, & idem Alexand. *consi.* 59. *Attentis verbis, nu.*

15 *6. lib. 3.* † Limita; quia licet ex pluribus alternatis sufficiat alterum fieri; non tamen procedit, quando vnum fieri non potest, puta, quia superuenit causa impediens; quia necessario alterum debet fieri. Ioan. de Imol. *consi.* 136. *In causa, quæ vertitur, num.* 4. *in fin.* Vide, *Disiuncta conditio quando habeatur pro coniuncta, vel non, & è conuerso. Concluſ.* 456.

Altitudo quæ sit, & qualiter mensuretur, & probetur. Concluſ. 318.

1 ALTITVDO † consideratur secundum eleuationem, non autem secundum profunditatem; ideo si laudum est latum, quod possit consors altiare vsque ad æqualitatem summitatis certæ turris, licet fundamentum, & solum domus altiandæ sit magis bassum; tamen poterit altiare vsque ad æqualitatem summitatis turris, non considerata dimensione altitudinis vtriusque ædificii, sed considerata æqualitate in cacumine vtriusque ædificii; quia non attenditur profunditas, sed æqualitas in cacumine alto. Bald. *consil.* 125. *Domus construitur. lib.* 3. *num.* 2. *ver. modo*

2 *videamus.* † Latitudo, vel distantia qualiter mensuretur, an per aerem recto tramite, an per terram, & vias vsitatas, an per terram recto tramite, plene Alexand. *consi.* 22. *Consideratis verbis per tot. lib.* 4. Vide, *Mensura qualiter facienda. Concluſ.* 202. † Qualiter probe-

3 tur altitudo per testes? dic, quod debent deponere scire; quia viderunt mensurari, & non sufficeret dicere; quia viderunt, Mascar. *Concluſ.* 83. *Altitudo quomodo probetur per testes.*

Alueus fluminis quid sit, cuius sit, & quæ licita sint in alueo fieri. Concluſ. 319.

1 ALVEVS † proprie est lectus fluminis, qui est publicus, prout flumen; & ideo in eo non est licitum aliquid ædificare, nisi duobus casibus, vel quando non officitur publico, neque priuato vsui, vel est flumen priuatum; quia aluei vsus est permissus, vt in eo fiat cluſa, dummodo cursus aquarum in præiudicium aliorum non impediatur. Bald. *consil.* 463. *Quatuor sunt, num.* 5. *ver.*

2 *tertio videndum, lib.* 4. † Alueus fluminis consideratur magis in æstate, quam in hyeme; quia de hyeme aqua crescit, quæ non est manens, plene Socin. *consi.* 79. *Super quæstione, in fine, versic. ex qui-*

3 *bus concluditur, lib.* 3. † E conuerso consideratur in hyeme, quando agitur de cognoscendo, an sit derelictus alueus, vel non. Socin.

4 *d. consi.* 79. *num.* 8. *lib.* 3. † Et quatenus hybernus fluctus maximus excurrit, consideratur lectus fluminis, §. *flumina. Instit. de rer. diuis. l. littus, la* 1. *ff. de verbor. signific.* sicuti & ripa dicitur, quæ plenissimum flumen intra tenet, *l. penult. ff. de flumin.* Benincas. *tract. de al-*

5 *luuio. num.* 1. † Et licet aqua recedat ab alueo; tamen remanet alueus, nisi illius forma fuerit penitus mutata, & aqua omnino, & per multum tempus recesserit, nec consueuerit redire. Bartol. in *Tyberiad. tit. de alueo, in ver. relicto. in princip.* Bald. *in rubr. ff. de rer. diuisio. num.* 25. Cæpoll. *de seruit. rustic. prædio. tit. de alueo. lib.* 1. *num.* 3.

6 *& num* 7. *& num.* 11. *verb. certum.* † Ad quem spectet alueus fluminis exsiccatus, & derelictus, vide plene Castre ns. *consil.* 377. *Licet Iudex, in fine, versic. super alio, lib.* 1. vbi loquitur de alueo fluminis Rhodani derelicti, ad quem spectet inter duos confinantes; & dicit, quod spectat ad vtrumque, si exsiccatus est in totum, si ab

7 vna parte tantum, est eius, qui confinat ab illa parte. † Et de alueo Tyberis derelicto inter Gallesium & Malleanum, quod sit, prout erat prius, confine inter duo loca prædicta vsque ad medium. Corn. *consi.* 287. *D. Ioachinus, per totum, lib.* 3. vbi Ioachinus de Narnia, Coronatus Planca, Baptista de Bremis, & Philippus Franchus consuluerunt pro Malleano, quod confine censeatur idem fluuius mutatus, & iurisdictio aucta; contrarium pro Gallesio Baldus Sercole, Petrus de Vbaldis, & Corneus, quod alueus mutatus remaneat confine, vt prius, & tollunt contraria.

8 † Et de alueo Padi derelicto, quod sit Principis, vel eorum, qui occuparunt, & possessionem apprehenderunt, non autem eorum, qui habent prædia vicina. Curt. Sen. *consi.* 72. *Magnifice vir. num.* 9. *versic. ad aliud motiuum*, vbi declarat secus esse in alluuione; quia illa acquiritur Dominis prædiorum, etiam absq; apprehensione possessionis, etiam si alius occuparet. † Imo, quod al- 9
ueus derelictus fluminis efficiatur eorum, quibus bona ablata fuerunt ab ipso flumine, de æquitate scripta, quæ rigori præfertur, dicit Alexand. *consi.* 91. *In causa, & lite, in fin. lib.* 5. allegat. *l. adeo, §. insula, cum l. seq. ff. de acquir. rer. domin.* † Et propterea infert A- 10
lexand. *dict. consi.* 91. *in fin. lib.* 5. quod licet spolians liberetur à spolii restitutione, si res spoliata fuit tota corrosa à flumine, etiam si post corrosionem per alluuionem fuerit acquisita bonis spoliatoris; tamen secus est. si alueus fluminis recederet in totum; quia alueus derelictus debet restitui spoliato. † Declara; quia tota dif- 11
ficultas in hoc consistit; quia quando confinia sunt data à Principe, vel à censitoribus, non possunt mutari, neque per alluuionem, neque per impetum mutari in totum aluei; quando vero non apparent limitati confines, secus est, & tempus immemorabile habet vim limitatorum confinium, secundum Corneum *dict. consi.* 287 *. num.* 5. *& seq. lib.* 3. vbi, quod imo, quando alueus mutatur in totum, & ex abrupto, dicitur facere vt tyrannus, & sine causæ cognitione, & ideo tunc non dicitur constitui confine ex nouo alueo; quia non more censitorum constituit, sed bene constituit confine, si more alluuionis, vt ibi. † Alia sumitur de- 12
claratio; quia circa flumina publica non fit mutatio, neque augetur iurisdictio; sed secus circa flumina priuata; quia per alluuionem augetur fundus, & iurisdictio; & idem est in lacu publico, in quo habet locum alluuio, secus est in lacu priuato, sed contrarium tenent alii, vt confuse videri potest per Consulentes ab vtraque parte penes Corn. *dict. consil.* 287. *libr.* 3. maxime *num.* 9. *& sequen.* at Corneus ita videtur declarare. Vide, & declara *in ver. Alluuio quid sit. Concluſ.* 321. maxime *num.* 11. *& sequen.* † Et
qui habet dominium, vel iurisdictionem in aquis fluminis, dici- 13
tur etiam habere dominium, & iurisdictionem in fundo, & alueo ipsius fluminis subtus aquas; quia terra cedit aquis, *l. alueo. §. quod si toto, ff. de acquiren. rer. domin.* Corn. *consil.* 287. *num.* 11. *lib.* 3. Baptista Aym. *de Alluuio. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 9. & est eadem iurisdictio, quæ immergitur aquis, & quæ super aquas eminet. Bald. *in l. si plures, num.* 13. *C. de condit. insert.* Baptista Aym. *dict. tract. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 52. † Et de iure per inundationem perditur dominium, & possessio etiam non mutata forma agri, multo magis 14
si est forma mutata, *l. si ager. ff. quibus mod. seruit. amit.* Bart. *in tract. de Alueo in ver. speciem.* Alexand. *consil.* 177. *lib.* 6. *num.* 9. *versic. item vnum est ponderandum. & nu.* 16. Aym. *de Alluuio. lib.* 2. *cap.* 22. §. 1. *& cap.* 23. Benincas. *dict. tract. de alluuio. num.* 3. Vide, *Possessio quibus actibus perdatur. Concluſ.* 431. *num.* 42. *& seq.* † Imo etiam recedentibus aquis, si per tantum tempus aquæ sunt possessæ ab alio, 15
quod sufficiat ad præscriptionem, censetur præscriptum terrenum, vt non reuertatur ad primum Dominum, cuius erat, antequam inundatio fieret; quia aqua præscribit, sicut homo. Bartol. *de Tyberiad. part.* 3. *in versic. sed ius est.* Aretin. *in §. quid si natur. ali. Instit. de rer. diuisio.* Ias. *in l.* 1. *num.* 84. *ff. de acquir. possess.* Corn. *consilio* 191. *num.* 6. *lib.* 3. Benincas. *tract. de alluuio. num.* 5. † Contrarium te- 16
net expresse Alexand. *consi.* 57. *In causa, & lite, num.* 6. *versic. Titius etiam. lib.* 7. vbi, quod Princeps vtens longissimo tempore vallibus ad piscationem, non præscribit fundum vallium; quia tantum abest, quod possidendo aquas acquirat dominium fundi, vt imo, si esset Dominus fundi, amitteret dominium per inundationem aquarum. † Et quando flumen corrodit agrum, licitum 17
est domino agri sequi flumen, prout testa, & frons possessionis suæ vadit. Alexand. *consil.* 177. *In causa, & lite, colum.* 2. *in fin. num.* 3. *ver. vnde cum probata sint, lib.* 6. † Et si partes discordant, Iudex ac- 18
cedit ad locum cum peritis architectis. Alexand. *consi.* 177. *In causa, & lite, num.* 3. *in fin. & num.* 4. *ver. vltra hoc etiam, lib.* 6. † Exten- 19
de; quia si totum terrenum vnius vicini flumini fuit corrosum à flumine, subintrat alius vicinus, qui confinat cum flumine, adeo, quod si flumen recedat, & restituat terrenum semel corrosum, id non efficiatur primi domini, quando fuit totum corrosum, sed efficitur eius, qui confinat vltimo loco cum ipso flumine. Alexand. *dict. consil.* 177. *in fin. num.* 16. *ver. præterea nihil amplius tractandum. lib.* 6. Vide, *Alluuio quid sit, & quando habeat locum, vel non. Concl.* 321. *n.* 3. *& seq.*

Aluiani Castrum, & eius statuta, priuilegia, & consuetudines. Concl. 320.

1 ALVIANI † non extant statuta aliqua disponentia de modo succedendi inter masculos & fœminas; ideo seruatur ius commune, per quod tam masculi, quam fœminæ succedunt. Bald. *consi.* 402. *Punctus dubij. lib.* 2.

Alluuio quid sit, quando habeat locum, vel non, quid operetur, & qualiter diuidatur, & qualiter probetur. Concl. 321.

1 ALLVVIO † est incrementum latens, quod facit fluuius paulatim aliquid dando fundis vicinis, Corn. *consil.* 287. *Dominus Ioachinus, in princip. lib.* 3. *& num.* 9. Riminald. Iun. *consil.* 237. *nu.* 54.

2 † Et debet alluuio probari ab allegante, quod fuerit minutatim latens, & paulatim causata à natura, & flumine, *l.* 1. C. *de alluuio.* Bart. *in tract. Tyberiad. part.* 1. *in verb. per alluuionem.* Ias. *cons.* 126. *lib.* 4. Baptista Aym. *tract. de alluuio. lib.* 1. *cap.* 4.

3 † Operatur alluuio, quod in dominio rerum particularium, quicquid augetur, per alluuionem efficitur eius, cui accedit, & accrescit. Socin. *consi.* 181. *nu.* 2. *ver. confirmatur, lib.* 2. *Instit. de rer. diuis. §. præterea, l.* 1. *§. adeo, ff. de acquir. rer. dom. l.* 1. 2. *&* 3. C. *de alluuio.* Socin. *cons.* 15. *lib.* 4.

4 † Et acquisitio fit ipso iure absenti etiam ablq; apprehensione, etiam quando alueus in totum est derelictus. Cassad. *decis. vnic. de rer. diuisio.*

5 quæ est post decis. super regul. maxime in fine. † Extende in tantum alluuionem fieri de dominio eius, cuius bonis accedit, vt acquirat dominium, & possessionem ipso iure. Bart. *in tract. Tyberiad. col.* 5. *ver. acquiritur nobis, in prin.* Bald. *in rubr. ff. de rer. diuisio. col.* 6. *ver. sed an istæ accessiones.* Aretin. *in l.* 3. *col.* 5. *ver. reperitur tamen casus, ff. de acquir. possess.* sequitur Tiraquel. *tract. de contin. possess. in præfatio. declarat.* 6. *nu.* 10.

6 † Extende; quia alluuio procedit etiam in insula, quæ sit mea; quia sit vicinior fundo meo; nam si per alluuionem crescat versus vicinum, ita vt efficiatur magis proxima vicino, adhuc tamen mea remanet cum alluuione, *l. insula, ff. de acquir. rer. domin. in princ.*

7 † Extende; quia si ego spoliaui Titium petio terreni penes flumen, & fluuius corroserit totam petiam terræ, non teneor restituere aliquid, etiamsi post corrosionem per alluuionem postea accreuerit bonis meis. Alexan. *cons.* 91. *In causa, & lite, in fin. nu.* 6. *ver. non obstat etiam, lib.* 5. vbi secus est, si alueus fluminis post corrosionem recederet; quia deberet restitui spoliato.

8 † Restringe; quia alluuio non habet locum in paludibus, stagnis & lacubus priuatis, sed neq; in flumine priuato, *l. lacus*, vbi gloss. *ff. de acquir. rer. domin. l. Rutilia Polla. in fine, ff. de contrahen. empt.* Bart. *in tract. de Tyberiad. in ver. flumen, nu.* 8. Bald. *in rubr. ff. de rer. diuis. nu.* 11. Aret. *in §. præterea, nu.* 5. *Instit. de rer. diuisio.* Corn. *consi.* 287. *n.* 2. *& n.* 9. *lib.* 3. Cæpol. *tit. de lacu. nu.* 6. *tract. de seruit. rustic. præd.* Franc. Marc. *decis.* 110. *num.* 16. *& decis.* 111. *par.* 2. Rimin. Iun. *Instit. quibus alien. licet*, §. 1. *num.* 75. *&* 76. Benincas. *tract. de alluuio. num.* 13. Bertazzol. *cons. ciuil.* 72. *nu.* 14. Baptista Aym. *tract. de alluuio. lib.* 1. *cap.* 15.

9 *nu.* 2. *&* 7. qui loquuntur in lacu Perusino. † Et vsus præsumitur priuatus in istis stagnis, paludibus, & lacubus. Baptista Aym. *dict. tract. at. de alluuio. lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 7. *&* 8.

10 † Et priuari dicuntur, quando vsus est priuatus, etiam si spectet ad Rempublicam, vel Principem; quia tunc demum publicus vsus dicitur, quando omnibus est permissus indistincte gloss. *in l. littus, la* 2. *ff. de verb. signific.* Bart. *in tract. Tyberiad. in ver. flumen, nu.* 8. Baptista Aym. *d. tract. lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 8.

11 † Restringe in iurisdictionibus; quia non augetur iurisdictio per alluuionem, Socin. *d. cons.* 181. *nu.* 2. *versic. confirmatur, lib.* 2. Bart. *tract. Tyberiad. versic. acquiritur nobis.* Bald. *in rubr. ff. de rer. diuis.* Faber & Aret. *in §. præterea, Instit. de rer. diuis. num.* 21. Ias. *consil.* 146. *lib.* 2. Collegium Ferrariæ inter cons. Riminald. Sen. *cons.* 64. *& cons.* 460. Corn. *cons.* 322. *lib.* 1. *&* 283. *lib.* 3. & communem * dicit Socin. *cons.* 127. *n.* 5. *lib.* 1. & quod ab ea in iudicando non est recedendum. Paris de Puteo, *tract. de syndicat. cap.* 28. Cæpol. *de seruit. rustic. præd. tit. de flumine, in princ.* Boss. *in praxi, tit. de princip. nu.* 277.

* *& num.* 280. *& tit. de aquis, num.* 15. vbi dicit * communem. Franc.

* Mar. *decis.* 111. *par.* 2. *nu.* 15. vbi dicit * communem. Hier. de Mont.

* *tract. de confin. cap.* 24. *nu.* 6. vbi de * communi. Riminald. Iun. *in §.*

* *1. num.* 79. *Instit. quibus alien. lic. & cons.* 237. *nu.* 44. *&* 49. Benincas.

* *tract. de alluuion. num.* 20. vbi de * communi. Bertazzol. *consi.* 41. *nu.*

* 118. *in ciuil.* & communem * dicit Curt. Sen. *cons.* 56. *in princ. num.*

☞ 4. licet ipse postea teneat contrarium. Vide, *Alueus fluminis quid sit. Conclus.* 319. *num.* 12.

12 † Contrarium tenent plures, quos sequitur Baptista Aym. *tract. de alluuion. lib.* 2. *cap.* 6. & in specie per fundamenta 14. plene Curt. Sen. *dict. consi.* 56. *num.* 4. *& sequen. per totum, versic. transitum faciamus*, vbi probat communem non veram, & ab ea recedendum in hoc, & tollit omnia contraria.

13 † Declarant Ioachin. de Narnia, Coronatus de Blanca, Baptista de Breuis de Roma Aduocati Consistoriales, & Philippus Franc. quos refert Cor. *consil.* 287. *lib.* 3. quia iurisdictio per alluuionem non augetur per se principaliter, sed bene aucto territorio per alluuionem, augetur etiam secundario iurisdictio, & ad fundamentum, quod ea, quæ sunt iuris publici, sicut iurisdictio, non augentur per alluuionem, respondet Corn. *dict consil.* 287. *numer.* 2. *versic. nec huic conclusioni, lib.* 3. quod iurisdictio, quatenus est in magistratu, qui ius reddit, dicitur ius publicum, & non augetur; quatenus vero residet in dominio communitatis, dicitur ius priuatum, & minuitur, & augetur; sed Philipp. Franc. aliter declarat, vt per Corn. vbi supra *num.* 4. quia iurisdictio non augetur, neque minuitur ex alluuione, sed prorogatur ex re adhærente, & aucta territorio; quia prorogatur de persona ad personam, & de re ad rem.

14 † Contra declarationem tenent alii relati à Corn. *dict. consi.* 287. *numero* 5. *& sequent. libro tertio*, quod quando sumus in agris limitatis, vel in rebus publicis, alluuio non habet locum; ergo non habet locum in iurisdictione, quæ publici iuris est, & sic non augetur iurisdictio in agris limitatis, vt *in conclus. præced. num.* 11. *& sequen.* Declarat Curt. Sen. *consi.* 56. *Super eo, quod. num.* 16. *& seq. ver. & primo ad legem in agris*, quod plus potest alluuio, quæ est de iure naturali, quam lex ciuilis; & in omnem casum procedit quoad limites diœcesecum, & spiritualium, non autem temporalium, vide eum.

15 † Et quod si alueus fluminis mutetur facto vel opera hominis, semper iurisdictio sit eadem, & non mutetur. Curt. Sen. *dict. consi.* 56. *num.* 1. *& sequen.* vbi *num.* 4. dicit * communem. Paris. *consi.* 105. *lib.* 1. Boss. *tit. de aquis, num.* 11. Hier. de Mont. *tit. de finibus cap.* 24. *num.* 7. Vide Alexand. *consi.* 25. *Consideratis per tot. libr.*

7. vbi comprobat, quod confinia debent esse in eodem loco, prout erant prius, licet mutetur status, vel alueus fluminis, excepta alluuione, quæ fit paulatim; quia bene per alluuionem mutantur confinia.

16 † Imo, quod non possit opera hominum mutari alueus fluminis propter damnũ, quod infertur vicinis. Cancíuncula *consi.* 36. plenius Gerard. Mazol. *cons.* 4. *num.* 1. *& consilio* 177. vbi, quod Rota Florentiæ decidit, non potuisse mutari alueum torrentis Lothæ pro deficcandis Clanis.

17 † Declara, nisi fieret per Principem in suo territorio ex causa permissa, puta, publicæ vtilitatis, vel necessitatis; quia tunc si Princeps sibi non reseruat alueum antiquum, loco aluei noui, est locus alluuioni, vt accedat vsque ad dimidium agris vndique vicinis, ita Cassad. *decis. quæ est post decis. super regul. Cancell. tit. de acquir. rer. domin. incip. Derelictus erat alueus*, vbi, quod ipso iure acquiritur, etiam absque apprehensione, per totam, maxime *num.* 13. *in fin.*

18 † Restringe in feudalibus; quia accessiones bonorum allodialium non efficiũtur feudalia, nisi per 30 annos, tamquam talia feudatarius possederit; ratio est; quia diuersitas est inter ipsa dominia. Bald. *in cap.* 1. *§. ex contrario, de inuestit. de rer. alien. fact.* plene Brun. *cons.* 117. *colum.* 40. *& seq. versic. quod si ad* 16. vbi secus esse dicit in accessione concreta cum declaratione ibi posita, quam videas, & ideo idem erit in emphyteusi per prædicta.

19 † Restringe; quia alluuio non habet locum in lacu; quia licet crescat, & decrescat; non tamen fit acquisitio habentibus prædia vicina, vt est text. *in l. lacus & flagna, ff. ff. de acquir. rer. domin.*

20 † Contrarium, quando lacus est publicus; quia tunc alluuio habet locum, & dicitur publicus, quando omnes possunt ire per lacum, & piscari in eo. Corn. *d. cons.* 287. *D. Ioachinus, nu.* 2. *versic. ideo in flumine. & nu.* 9. *ver. & licet* Bart. *lib.* 3. Alex. *cons.* 57. *In causa & lite, nu.* 9. *in fin. & nu.* 10. *ver. præterea consuetudo, libro* 7.

21 † Et ideo ille, qui emit lacum cum terreno pedum decem circumcirca, si lacus creuit occupando terrenum decem pedum, non debet amplius illos decem pedes terreni habere, *l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. empt.* Alexan. *cons.* 2. *Consideratis, nu.* 6. *ver. quinto pro ista. lib.* 7.

22 † Declara in hac materia; quia valles, & lacus dicuntur priuati, (licet sint Principis, vel Reipublicæ) & non licet in eis piscari, nisi conducentibus; si vero vsus est publicus omnibus, tunc dicitur publicus, & habet locum alluuio. Alexand. *d. cons.* 57. *nu.* 10. *lib.* 7.

23 † Restringe, quando agri sunt limitati; quia non acquiritur per alluuionem, *l. in agris, ff. de acqu. rer. domin.* vide supra *nu.* 14. *& ver. Declara.* Vide supra *in ver. Alueus. Concl. præcedenti. num.* 11. *& seq.*

24 † Prohiberi potest in futurum ius alluuionis per Principem, Baptista Aym. *tract. de alluuio. lib.* 1. *cap.* 10. Rimin. Iun. *in §. 1. nu.* 64. *Instit. quibus alien. lic.*

25 † Qualiter probetur alluuio per testes, & qualiter deponere debeant. Vide Mascard. *Concl.* 81. *Alluuio quomodo probetur.*

Ambasciatores cui acquirant donata. Concluſ. 322.

1 DONATIO † facta Ambaſciatoribus per Principem acquiritur ipſis, ſi illorum contemplatione Princeps donauit; ſi vero contemplatione eius, cuius ſunt Ambaſciatores, acquiritur Principi. Bald. *conſi.* 194. *Præmiſſis verbis, lib.* 2. vbi dicit *com-
2 munem. † Extende, idem eſſe in Theſaurario, cui aliquid eſt donatum, vel remiſſum, aut ipſe extorſit; quia ſi ratione officii, & contemplatione Principis, acquiritur Principi, ſi contemplatione ſui, acquiritur ſibi. Cuman. *conſilio* 176. *verſic. ad ſecundum.*
3 † Declara; quia ſi eſt dubium, Princeps præſumitur contemplatione Ambaſciatorum donaſſe; ideo in dubio Ambaſciatores acquirent ſibi. Bartol. *in l. ſi vero. §. item quicquid. ff. ſolut. matrim.* quem ſequitur Bald. *dict. conſi.* 194. *lib.* 2. qui loquuntur in donatione facta Ambaſciatori Mediolani per Imperatorem Conſtantinopo-
4 litanum. † Extende, vt idem ſit in donatione facta per Regem Cypri Conſiliario Admirati Ciuitatis Ianuæ, ſuper quo caſu conſuluit Bald. *dict. conſil.* 194. *libr.* 2. & hoc dicit procedere ſine
5 difficultate de iure communi. † Reſtringe, vt non procedat ſtante ſtatuto Ianuæ, quod nullus Rector, Officialis, vel Poteſtas, aut Conſul poſſit aliquod præmium, vel gratiam recipere; quia tunc ſeruandum eſt ſtatutum. Bald. *conſilio* 378. *Saluo ſemper.*
6 *per tot. lib.* 5. † Contrarium etiam in caſu dicti ſtatuti Bald. *conſil.* 194. *lib.* 2. quando verba ſtatuti non comprehendunt, vt quia loquuntur de officiali, & donatio eſt facta conſiliario officialis. Vide tamen; quia iſta duo conſilia contraria non poſſunt eſſe Bald. ſed alterum tantum; quia vtrumque eſt in eadem cauſa, &
7 vnum eſt reſponſuum ad alterum. † Extende; quia valet gratia facta per Papam Ambaſciatori Bononiæ de beneficio pro filio dicti Ambaſciatoris; quia licitum eſt ſupplicare, quando non contrahitur mora in officio. Angel. *conſil.* 319. *Titius ciuis, per tot.*
8 † Idem eſt in Legatis Mediolanenſiũ, quibus Cæſar donauit, de quibus *in l. ſi vero, §. item quicquid. ff. ſolut. matrim.* Angel. *dict. conſil.* 319. *in fin.* de qua quæſtione, videlicet, donationis factæ per Cæſarem, ſiue Imperatorem Conſtantinopolitanum Ambaſciato-
* ribus Mediolani, Bald. *conſi.* 194. *in princip. lib.* 2. vbi, quod *com-
9 muniter tenetur valuiſſe donationem. † Idem eſt; quia Bartolus vna cum Theo de Michelettis pro Ciuitate Peruſina Legatus apud Carolum IV. Piſis obtinuit priuilegium Comitatus
10 Palatini, & inſignium. Angel. *dict. conſil.* 319. *in fin.* † Idem eſt in Legatis Florentinæ apud Sedem Apoſtolicam; quia fuit valida impetratio beneficiorum pro ſe ipſis. Angel. *dict. conſil.* 319. *in fin.*
11 † Reſtringe; quia ſi donantur veſtes, vel pecunia, vel quid aliud, præſumitur donatum Ambaſciatori, vt ſibi acquirat; ſi vero donatur aliquid ſingulare, prout Leo, vel quid ſimile, cenſetur donatum, vt deferat ad ſuum Principem. Ita Doct. *in l. ſi vero, §. item quicquid, ff. ſolut. matrimon. & in l. ſed ſi plures, §. in arrogato*, vbi gloſſ. *ff. de vulgar. & pupillar.* text. & ibi Bartol. *in leg. ſocium, qui in eo, §. fin. ff. pro ſocio.* Canoniſtæ *in cap. poſtulaſti, de conceſ. præbend.*

Ambaſciatores quæ poſſint, & quæ non. Concluſio 323.

1 AMBASCIATORES † prohibentur litigare pro ſe, & dare libellum conuentionalem. Angel. *conſ.* 319. *Titius ciuis, in prin.*
2 †Reſtringe, niſi de licentia Principis. Angel. *dict. conſt.* 319. *in prin.*
3 *verſic. in contrarium.* † Amplia; quia prohibentur (legatione durante) facere omnia, per quæ impediretur officium legationis,
4 ſub pœna. Angel. *dict. conſi.* 319. *verſic. ſuper puncto.* † Limita; quia Ambaſciator poteſt omnia, per quæ non impeditur officium
5 Legationis ſuæ. Angel. *dict. conſi.* 319. *num.* 2. *ver. cæterum.* † Extende; quia poteſt adire hæreditatem ſibi delatam, Angel. *d. conſilio*
6 319. *num.* 2. *ver. hinc eſt.* † Conſulere poteſt amico, dummodo non conſulat, prout aduocati, & medici, pro pecunia. Angel. *d.*
7 *conſil.* 319. *num.* 3. † Supplicare poteſt Principi, & gratiam obtinere, prout fecit Legatus Bononiæ apud Papam. Angel. *dict. conſil.*
☞ 319. *per tot.* vbi eſt caſus. Vide, *Ambaſciatores cui acquirant. Concluſ. præced. num.* 3. *& ſeq.*

Ambaſciatores ſecuri, & à quibus tuti eſſe debeant, & qualiter probentur tales. Concl. 324.

1 AMBASCIATORES † & Legati debent eſſe ſecuri eundo, ſtando, & reuertendo pro ambaſciata ſignificata prius iis, ad quos mittuntur; ideo contra eos non poſſunt exequi repreſſaliæ, neque exequutiones fieri, prætextu, quod ſint ex Principe, vel populo inimico. Bald. *conſ.* 103. *Punctus talis eſt, lib.* 4. † Ius 2
reuocandi domum habent Ambaſciatores; ideo non poſſunt conueniri in loco, vbi ſunt ambaſciatores. Anchar. *conſi.* 297. *Efficacibus, num.* 7. *ver. ſeptimo, & vltimo*, vbi loquitur in Ambaſciatore Angliæ conuento per Cardinalem in cauſa beneficiali. Caſtrenſ. *conſi.* 298. *Ad primum, num.* 2. *lib.* 1. allegat text. *in l.* 2. *§. legatis, ff. de iudic. cap. fin. de for. compet.* Vide Socin. *regul.* 27. *Domum reuocandi priuilegium*, vbi ampliat in curialibus. † Extende; quia non 3
poteſt cogi ad conteſtandum litem, neque ad iurandum, *l. ſed & ſi reſtituatur, §. ex quibus autem cauſis, ff. de iudic.* † Declara; quia de 4
ſtylo Curiæ, qui præualet, ſi quis elegit mittere procuratorem in Curia, vel conſtituit, vt infra in prima reſtrictione, tunc compelli poteſt reſpondere interrogatoriis præparatoriis, & etiam tendentibus ad deciſionem litis. Caſtrenſ. *dict. conſ.* 398. *circa med. verſic. dico etiam, lib.* 1. † Reſtringe; quia poteſt cogi ad conſtituen- 5
dum Procuratorem in loco Ambaſciariæ, dummodo Procurator non conueniatur, niſi poſtquam Ambaſciator ad patriam ſit reuerſus, & potuerit Procuratorem dimiſſum informare. Caſtr. *conſi.* 398. *num.* 2. *lib.* 1. † Reſtringe; quia poteſt compelli ad cauen- 6
dum ſine fideiuſſione, quod poſtquam reuerſus fuerit in patriam, & facta ſua ordinauerit, redibit ad curiam reſponſurus, vel ad cauendum, vt ſupra, quod in domicilio ſuo reſpondebit ad electionem creditoris, ne ſit in poteſtate rei ſe eximere à iudicio. Caſtrenſ. *dict. conſi.* 398. *num.* 2. *lib.* 1. † Qualiter autem probetur 7
quis Ambaſciator? dic per litteras, ſed tamen etiam ſine literis, quando eſt perſona nobilis, & nota Principi. Maſcard. *Concl.* 84. *Ambaſciatores quomodo probentur.*

Ambitio quando, & in quibus reprobetur. Concluſio 325.

AMBITIO † reprobatur maxime in beneficialibus, & ſpi- 1
ritualibus; quia in dubio præſumitur contra ambitioſum, vnde verſus: *Fiat rapinæ ſecuritas Epiſcopatus ambitio.* Gemin. *conſilio* 84. *Quia iſtud dubium, in princip. ver. & quia tali iuramento*, vbi *num.* 2. *&* 3. dicit, quod etiam iuramentum, & pactio illicita efficitur, licet fiat ſuper licito, quando fit inter electum, & eligentem ante electionem. † Amplia, vt magis prohibeatur ambitio in re- 2
garibus, quam in ſecularibus; & ideo licet ſeculares poſſint habere plura beneficia ſimplicia; non poſſunt tamen regulares habere plura ſimplicia propter ambitionem magis prohibitam in eis. Feder. de Sen. *conſi.* 132. *circa ſin. num.* 3. *ver. quia licet.* † Amplia; 3
quia actus ſub figmento factus præſumitur per ambitionem, & ideo reprobatur. Federic. de Sen. *conſi.* 147. *in princ.* vbi, quod Epiſcopus, qui fecit de familia ſua laicum de populo interdicto, & illum ordinauit, & ſtatim fuit præſentatus ad beneficium, præſumitur per ambitionem hoc feciſſe, vt aſſequatur beneficium, ideo quia ſine licentia proprii Epiſcopi ordinatus eſt, non habet exequutionem ordinum, & non valet præſentatio. † Et ideo 4
ſtatutum apparenter bonum, puta, quod omnes fructus Canonicales ſint quotidianæ diſtributiones, ſi ex auaritia eſt conditum, non eſt bonum. Anton. de Butr. *conſi.* 42. *per tot.* maxime *nu.* 2. *in fin. ver. nec dicatur, & num.* 3. † Amplia; quia ambienti regi- 5
men, & adminiſtrationem non eſt concedenda adminiſtratio, vel regimen, *cap. in ſcripturis*, 8. *quæſt.* 1. Geminian. *conſi.* 84. *num.* 3. † Limita; quia ceſſat omnis ambitio, quando ſuperior ſemel vo- 6
cauit eum, cui debet prouideri; quia ſi non mouetur à ſemetipſo, non poteſt de ambitione notari, & licite tunc procurat effectum gratiæ ſibi propoſitæ. Gemin. *conſi.* 84. *num.* 12. *ver. nec obſtat ratio ambitionis.* † Extende limitationem in electo; quia licite 7
proſequitur electionem ſuam, nec de ambitione poteſt notari; quia ſemel fuit vocatus. Gemin. *d. conſi.* 84. *num.* 13. *ver. ſicut dicitur de electo.* † Extende in eo, qui obtinuit voces in ſcrutinio, quem 8
Canonici nolunt eligere poſt publicationem; quia poteſt abſq; nota ambitionis tanquam vocatus illos compellere. Geminian. *d. conſi.* 84. *num.* 13. *ver. & idem dicitur.* † Limita; quia ambitio ad 9
bonum ſuadetur: *Æmulamini inuicem chariſmata bona*, inquit Apoſtolus. † Vide hodie Bullas Gregorii XIII. & Sanctiſſimi Do- 10
mini Noſtri Clementis VIII. quæ latiſſime hodie prouident, vt non liceat aliquid paciſci dare, vel recipere pro gratia, vel iuſtitia conſequenda ſub pœnis grauiſſimis.

Amici-

Amicitia æquiparatur consanguinitati, & quando, & operatur multa, & qualiter probetur. Concluſ. 326.

1 AMICVS † non leui amicitia æquiparatur conſanguineo. Iaſ. *in l. quæ dotis. num. 73. ff. ſolut. matrimon.* Alciat. *de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 28.* † Extende; quia alimenta præſtita amico non leuis amicitiæ, vel eius filio, præſumuntur donata, prout conſanguineo, *l. is, qui amicitia. & l. ex duobus. §. fin. ff. de negot. geſt.* Alexand. *conſil. 110. Videtur. volum. 7.* Dec. *conſil 628. In caſu. num. 6.* Crauett. *conſil. 86. Magiſter. num. 2.* Vide, *Alimentare qui teneantur de iure. Concluſ. 287. num. 167. & ſequent.* † Amicus dicitur alter ego. Ioan. de Amic. *conſil. 85. num. 13.* † Et propterea amici dicuntur, in quibus eſt vnum velle, & nolle. Angel. *in authen. de Monachis. §. cogitandum.* quem citat Alexand. *conſil. 93. Repetitus. num. 10. verſ. ſed vltra. lib. 6.* † Et amicus dicitur non leui amicitia coniunctus. *l. latæ. §. amicum. ff. de verbor. ſignificat.* vbi Alciat. dicit ſic intelligi in legibus permiſſiuis, vel prohibitiuis. † Amicitia non eſt actus improbus, ſed virtuoſus; tamen amicus magna amicitia nõ eſt idoneus teſtis pro amico; quia magna amicitia repellit teſtem, quando ex tali magna amicitia redderetur amicus odioſus aduerſario. Alex. *conſil. 78. num. 3. lib. 1.* † Antiqua amicitia dicitur quaſi magna; ideo diminuit de integritate teſtis, niſi eſſet approbatus à patre, vel niſi in contractu eſſet adhibitus, vel niſi ſuppleretur ex alio integro, & maiore omni exceptione, vel ex numero teſtium, Alex. *d. conſil. 9. num. 10. & ſequent. lib. 6.* † Ordinaria amicitia, prout eſt in actu virtuoſo, vt quia eſt amicus communis, non repellit, neque diminuit teſti de fide; ſed tamen materia eſt Iudici arbitraria. Corne. *conſil. 131. In hac conſultatione. circa fin. lib. 4.* Vide, *Teſtes multi non admittuntur, & non ſunt idonei. Concluſ. 203. num. 81. & ſeq.* 9 † Reſtringe; quia amicitia turpis, vel inhoneſta, prout amaſius pro amaſia; quia malos effectus operatur, repellit à teſtimonio. Vide, *Teſtes multi non admittuntur. Concluſ. 202. num. 81. & multis ſeqq.* † Qualiter autem probetur amicitia per teſtes, & ex quibus præſumatur, & ex quibus actibus. Vide plene per Maſcard. *concluſ. 85. Amicitia quomodo probetur per teſtes*, dic per duos teſtes, & alia ſigna.

Amor quid ſit, & operetur, & qualiter probetur, vel præſumatur. Concluſ. 327.

1 AMOR † quid ſit, vide Beatum Thomam *in 3. diſtinct. 27. quæſt. 1. artic. 1.* & eſt primus actus naturalis. † Et eſt ſpecies furoris; & ideo delinquentes propter amorem excuſantur, vt ſaltem minori pœna puniantur. Clar. *in §. fin. quæſt. 60. num. 10. verſ. eſt & amor.* Vide, *Delinquentes quando puniri non poſſint, & excuſentur. Concluſ. 188. num. 6.* † Alciat. vero ſub ænigmate ſic definit; *ſed de laſciuo amore, Iucundus labor eſt laſciua per otia cernens, cuius imago eſt punica glans clypeo.* † Probatur amor inter amaſium & amaſiam ex frequentatione, & aliis ſignis, inter patrem, & coniunctos præſumitur. Vide Maſcard. *concluſ. 89.* vbi nonnulli recenſentur modi.

Annata, & Annatiſtæ vnde habeant originem. Concluſ. 328.

1 PAPA † licite recipit vnam annatam integram ex beneficiis, quæ dantur conſiſtorialiter, & hæc annata appellatur ſeruitium commune; quia negotium in Conſiſtorio examinatur, & fit prouiſio, & ſic tam Papa, quam Cardinales inſeruiunt, & laborant, & propterea medietas iſtius annatæ eſt Papæ; alia medietas eſt Cardinalium, licet hodie Papa ſuam medietatem officialibus diuerſis vendiderit: de aliis vero beneficiis non Conſiſtorialibus ſoluitur media annata tantum, quando beneficia excedunt 24. ducatos, & hæc medietas pariter eſt vendita, prout hæc omnia habentur in Bulla Pauli IV. *n. 43.* vbi, quod pro beneficiis vnitis, quæ non vacant, ſoluuntur quindennia, videlicet, ſingulis quindecim annis vna annata, vel media, prout beneficia requirunt ſecundum præmiſſa, & in dicta Bulla dicitur, quod hæc annata fuit 2 approbata in Concilio Viennenſi, & Concilio Conſtãtienſi. † Et de hac annata meminit Io. Andr. *in c. inter cætera. in fin. de offic. ordin.* vbi, quod tantum clamauit, quod in Concilio Viennenſi habitus eſt ſermo, & cupiebat ipſe, quod Papa, & Cardinales loco annatæ haberent vigeſimam de omnibus beneficiis totius orbis, & tollerentur iſta cõmunia ſeruitia, & annatæ; ſed dicit ipſe, quod propter auaritiam non fuit factum; nam ſi iſtud fieret, illi vellent vtrumque tempore procedente, & ideo Concilium approbauit annatam potius; idem dicit Bellam. ibi, & Cardin. Zabar. qui dicit, quod remedium fuiſſet, ſi Concilium ſtatuiſſet; quod Papa non poſſet contrarium ſtatuere, & quod hoc modo eſſet prouiſum, ſi etiam tollerentur commendæ Cardinalium, quæ præcipitant Eccleſiam, & idem relatiue ad Ioan. Andre. dicunt Petr. de Anchar. & Abbas. † Et quod iſta annata ſit pro ſubſtentatione Papæ, & Cardinalium, dicunt omnes præfati * Doctores, & vltra eos idem dicit Præpoſit. *in cap. ſi quis præbendas. quæſt. 3.* Vide de hac materia *in ver. Fructus beneficiorum per totum orbem vacantium ſunt Sedis Apoſtolicæ. Concluſ. 517.* vbi, quod debeantur fructus primi anni ex conſtitutione Papali, quę eſt odioſa, vt non extendatur ad fructus ſecundi anni, quatenus ex primo haberi non poſſent. Vide, *Cardinalium Collegium quid poſſit Sede vacante. Concluſ. 104.*

Anconæ Ciuitas, & eius priuilegia, ſtatuta, & conſuetudines. Concluſ. 329.

1 LIGAM † fecit Commune Anconæ cum Ciuitate Firmana & Dominis Camerini, Fabriani, Mathelicæ, & Montis Bodii de anno 1389. Angel. *conſil. 369. Punctus eſt, anno Domini.* † Poteſt 2 condere ſtatuta, & tollere appellationem; quia ex conceſſione Papæ habet primam, & ſecundam inſtantiam, vt per Corn. *conſil. 262.* maxime *num. 9. lib. 4.* vbi loquitur de ſtatuto datii Piſcatorum. † Ciuitas Anconę non poteſt compellere Ciues Caſtracani 3 loci Sedis Apoſtolicæ, licet Communitas dicti loci ſe ſuppoſuerit Communi Anconę de facto; quia in hoc aliis præiudicare non poteſt. Petr. de Anchar. *conſil. 10. Videtur efficaciter. per totum.* † Ca- 4 ſtrum Corrinaldi, ſeu Corimarti eſt in Prouincia Anconitana, & fuit propter rebellionem deſtructum, & amiſit territorium tempore Ægid. Cardin. Legati, poſtea fuit conceſſum per Vrbanum V. Nicolao de Neapoli. Bald. *conſil. 321. & 322. lib. 4.* vbi, an in præiudicium libertatis acquiſitæ ex deſtructione cenſeatur facta reſtitutio; & Ioan. de Lignano, cuius eſt *conſil. 321.* dicit, quod non, Bald. *conſil. 322.* dicit contrarium. † Caſtrum Caſtracani de facto 5 ſuppoſuit ſe Communi Anconæ, & non potuit præiudicare Sedi Apoſtolicæ, cui ſubeſt, ſupra *num. 3.* † Caſtrum Ficcardi non eſt 6 ſub iuriſdictione Anconæ; ideo Iudex Anconæ non punit forenſem homicidium committentem in dicto Caſtro. Angel. de Peruſio *conſil. 27. Quidam victor. perſonam.* † Villa S. Mariæ de Laure- 7 to erat de diſtrictu Anconæ; & ſecundum ſtatuta Anconæ gubernatur. Alexand. *conſil. 115. Viſa ſcriptura. per tot. lib. 7.* † Marchiæ 8 Conſtitutiones ſeruantur in Ciuitate Anconæ. Angel. *dict. conſil. 27. n. 3.* † Vſus Ciuitatis Anconæ circa licitationem datiorum, & 9 gabellarum eſt, vt ponantur ad certum pretium honeſtum, poſtea licitantur cum promiſſione, quod plus offerentes lucrentur certas pecunias pro augmento à tanta ſumma, vſque ad tantam. Bald. *conſil. 327. Modus, & forma. in princip. lib. 2.* † Statutum Ancо- 10 næ, quod omnes naues ſoluant gabellam, ſeu datium etiam pro rebus alibi conductis, & non conductis ad portum Anconę, non ligat forenſes. Bald. *conſil. 51. Quæritur, an Florentini. lib. 4. per totum.* vbi declarat d. ſtatutum. † Item ſtatutum eſt Anconæ, quod nul- 11 lus nobilis, vel potens poſſit facere accuſationem, vel querelam de aliquo Ciuitatis Anconæ, vel aliunde, niſi ſolum pro iniuria illata in perſonam accuſatoris, vel denuntiatoris, vel ſuorum, vel in rebus, quas poſſidet, & Poteſtas non admittat ſub pœna, &c. Bald. *conſ. 332. Statuto Ciuitatis. lib. 3.* vbi, q̃ non valet ſententia etiam contra contumacem accuſatum lata ad inſtantiam nobilis, niſi ſit in caſu permiſſo à ſtatuto, & conſtet; quia iuriſdictionem tollit ſtatutum, niſi in caſu permiſſo, quod conſilium duplicatur *lib. 5. conſil. 420.* † Angel. tamen *conſil. 399. Datus eſt terminus. circa med.* in alio conſilio ibi inſerto, incipit: *In cauſa vertente*, videtur tenere, quod valeat accuſatio; imo ſubſtinet eam, quamuis contrariam. † Statutum Anconæ, quod mulier non poſſit facere 13 aliquem contractum, donationem, quietationem, vel quamcunque aliam obligationem, ſine conſenſu, & præſentia patris, vel ſi non habet patrem, duorum conſanguineorum, & aliter factus contractus etiam cum iuramento non valeat ipſo iure, nec habet locum in additione hæreditatis opulenta, & non damnoſa; quia tale ſtatutum habet locum, quando ſe obligat principaliter, non autem quando in conſequentiam. Angel. *conſ. 317. Statutum, quod mulier.* † Statutum, quod mulier non poſſit teſtari ſine 14 præſentia proximiorum conſanguineorum, eſt Anconæ; excipit tamen caſum periculi mortis, ſi locus, vel tempus non patiatur. Corn. *conſil. 131. In hac conſultatione. num. 2. lib. 4.* vbi, quod non habet etiam locum ſtatutum, quando adeſt peſtis in Ciuitate. † Ca- 15 ptura ſuſpecti de fuga ex forma ſtatuti Anconæ poteſt fieri non

citato debitore, ne fuga instruatur, neque debet probari causa suspicionis aliter, quam per iuramentum, vel vnum testem, super quo Castrens. *consil.* 474. quod est vltimum. *lib.* 1. vbi plura.
16 † Statutum Anconæ circa præscriptionem decem annorum requirit bonam fidem, sed statutum circa præscriptionem 20. annorum procedit etiam cum mala fide; quia in 1. distinguit, in 2. simpliciter loquitur, ita Alexand. *consil.* 115. *num.* 9. *& seq. ver. pro hoc etiam fecit. li.* 7. vbi *num.* 8. *& seq.* tollit obiectum, quod non valeat; quia dicit non valere ad tollendum beneficium iuris communis, sed ad tollendum beneficium statuti secus, & adducit similia.
17 † Statutum Anconæ super exequutione instrumentorum admittit exceptionem solutionis, & præscriptionis. Alexand. *dict.*
18 *consil.* 115. *per tot. lib.* 7. † Item dictum statutum vult, quod debitor possit capi ad instantiam creditoris sine citatione, quod procedit, quando instrumentum est liquidum, & ad instantiam nominati in instrumento, secus ad instantiam hæredis, nisi prius liquidato, quod sit hæres is, qui facit carcerari, & interim captus debet relaxari. Alexand. *d. consil.* 115. *in fin. num.* 10. *ver. postremo. lib.* 7. Vide plenius, *Statutum circa capturam debitoris contra quos, & pro quibus habeat locum. Concluſ.* 479.

Angaria, & angarii homines qui dicantur. Conclusio 330.

1 ANGARIA † onera dicuntur impositiones insolitæ, quæ sunt reseruatæ Principi, prout compellere subditos ad conducendum ligna, paleas, stramina, & alios fructus, quæ onera licet sint supportata; censentur tamen metu facta, quo durante nullum ius acquiritur. Socin. Iun. *consil.* 98. *num.* 31.
2 *& sequent. lib.* 3. vbi plura. † Extende; quia nullum ius quæritur ex similibus præstationibus; quia fiunt, vel metu, vel vrbanitate. Bertazzol. *consil.* 420. *num.* 4. *& sequent. lib.* 2. vt etiam Socin. Iun. *dict. consil.* 98. *num.* 32. *& seq. lib.* 3. Vide, *Metus ex quibus præ-*
3 *sumatur. Concluſ.* 222. *nu.* 40. *& sequent.* † Et quod Domini Castrorum non possint imponere angarias, & onera subditis; quia sunt de regalibus, & reseruatis supremo Principi. Alexand. *consil.* 145. *Quoniam abundet in princip. lib.* 2. Ioan. de Imol. *consil.* 121. *num.* 3. *& sequen.* Vide, *Barones quid possint. Concluſ.* 28. *in fin.* † Amplia; vt per
4 Ruin. *consil.* 111. *per totum*, maxime *num.* 21. *& sequen. lib.* 5. quia lapsu temporis non inducitur præscriptio, nisi sit per tempus immemorabile.

Angliæ consuetudo, statuta, & consuetudines. Conclusio 331.

1 VXOR † moriente marito, debet habere certam portionem in bonis mariti de consuetudine, vel secundum statuta Angliæ, quæ localis est, secundum Lap. *alleg.* 92. *num.* 2. *vers. secunda,*
2 *& num.* 7. *&* 8. *vers. super quarto.* † Filia fœmina non potest exhæredari à patre, nisi in certa portione secundum statuta, & consuetudinem Angliæ, quæ localis est. Lap. *d. alleg.* 92. *num.* 2. *& nu.* 7. *&* 8.
3 *vers. super quarto.* † Primogenitus de consuetudine, & ex statutis Angliæ succedit in omnibus bonis, de cõsuetudine loquitur Bar. *in l.* 1. C. *de summ. Trinit. num.* 41. *in fin. vers. sed posset dubit. ari.* de statuto Calderin. *consil.* 17. *de constitut.* Statuto Ciuitatis Signorol. *consil.*
4 166. *nu.* 4. *ver. tertio casu.* † Testamenta non valent in Anglia, Francia, & aliis Regnis, nisi sint insinuata coram Episcopo loci, & hoc de consuetudine, quæ est valida, vt per Gemi. *consil.* 139. *circa prin.*
5 *vers. quod autem circa merita.* † Consuetudo, quod Rex Angliæ possit cognoscere ciuiliter, & criminaliter in clericos solutos, est nulla, non obstante quacunque consuetudine, præscriptione, vel vsu, etiam data scientia Papæ; quia est contra præceptum diuinum negatiuum, & contra libertatem Ecclesiasticam. Rota, in *decis. Bisignet. 2. de consuet.* quæ duplicatur *in antiq. eodem tit. decis.* 10. alias 844.

Animalia bruta qualiter delinquendo puniantur, vel obligent dominum. Concl. 332.

1 BRVTA † animalia dicuntur, quæ naturaliter ratione, & sensu intellectuali carent, non per accidens, prout homo furiosus. ita text. cum gloss. *in l.* 1. *circa princip. ff. si quadrup. paup. fecisse dicatur.* vbi gloss. *in ver. caret.* † Delinquere potest animal brutum, ita vt puniatur. Guido Pap. *decis.* 238. vbi dicit se vidisse porcũ fur-
3 cis suspensum, qui interfecerat puerum. † Et vulnerato ab animali bruto tenetur dominus, vel animal præsentare, vel damna, & interesse soluere. Vide, *Damnum qualiter reficiat dominus animalium. Concl.* 9. Vide, *Vulneratus quando consequatur damna, & interesse. Concluſ.* 384. Animal qualiter diuino iudicio periisse probetur. Mascard. *Concluſ.* 238.

Animæ fauore multa specialia introducuntur. Concluſ. 333.

FAVOR † salutis animæ habet multa specialia; quia ea omni- 1
bus rebus est præferenda, tanquam pretiosa. *cap. præcipimus.* 12. *quæst.* 1. Abb. *consil.* 63. *Videtur primo num.* 3. *vers. item quis debet magis diligere lib.* 1. † Et beneficiatus, qui de fructibus beneficii non re- 2
conditis non potest in præiudicium successoris testari; potest tamen fauore salutis animæ suæ aliquid legare, si de hoc est consuetudo. *cap. animæ defunctorum.* 13. *quæst.* 2. Calderin. *consil.* 329. *vltra med. ver. Hostien. distinguebat, alias* 2. *de pecul. Cleric.* † Donatio fa- 3
cta Ecclesiæ in dubio pro salute animæ censetur facta; ideo vt substineatur, debet fieri interpretatio. Calderin. *consil.* 327. alias 8. *de donatio. per totum.* maxime *vers. item quia, circa med.* † Editio, 4
quæ non fit per reum actori ad fundandam intentionem actoris, fit, vbi agitur de fauore animæ. Roman. *consil.* 398. *Vt clarior. num.* 3. *vers. secundo. idem ostenditur*, vbi apostill. *verb. animæ*, dat concord. † Hæres fauore animæ defuncti compellitur ad multa 5
contra ius, fauore exonerationis, & salutis animæ defuncti. Vide, *Hæres quando teneatur exonerare animam defuncti. Concluſ.* 42. Vide, *Fauendum Ecclesiæ, & piæ causæ. Concluſ.* 87. Vide, *Piæ causæ in dubio fauendum. Concluſ.* 337. Vide, *Religioni fauendum est, & piæ causæ. Conclu.* 134. † Amplia multis modis *in ver. Pia causa habet multa specialia. Concl.* 33. Vide etiam, *Religionis, & piæ causæ multa specialia. Concluſ.* 135. Vide, *Ecclesiarum specialia multa. Concl.* 7. † Limita; 7
quia pietas cedit, quoad legitimam filiorum. *c. fin.* 17. *quæst.* 4. vbi dicitur, quod pater, qui vult priuare filium legitima, prætextu piæ causæ, quærat alium, quam Augustinum, plene Abbas *d. consil.* 63. *num.* 4. *lib.* 1. Vide plenius *ver. Piarum causarum concursus. Concl.* 336. Vide, *in ver. Pia causa non habet priuilegium, in princip. Concluſ.* 335.

Animus, & intentio attenditur, & quid operetur. Concluſ. 334.

ANIMVS, † & intentio agentis attenditur circa meritum, 1
vel demeritum; quia animus, & voluntas informat, & qualificat actum. Feder. de Sen. *consil.* 13. *Clericus percussit, in princ.* vbi multa de hac materia ponit. Vide, *Veritas attenditur in spiritualibus. Concluſ.* 167. † Extende, vt procedat, si ue versemur in bo- 2
no, siue in malo opere; quia attenditur animus. Gemin. *consil.* 7. *num.* 5. † Amplia; quia homicidium non imputatur ei, qui non 3
habuit animum occidendi. *l.* 1. *ff. ad l. Cornel. de sicar.* Vide, *Homicida casualis quando puniatur, vel non. Concluſ.* 144. † Amplia in tantum, 4
vt licet animus repugnet credulitati; tamen ex eo inducitur delictum; quia habens animum interficiendi hominem, si vere interficiat hominem, licet crederet esse bestiam; tamen punitur de homicidio propter intentionem, vt de Lamech, qui interfecit Caim, 4. *Regum*, refert Oldrad. *consil.* 76. *Quæritur de illo, circa fin. num.* 4. vbi multa similia adducit. † Amplia in tantum, vt is, 5
qui facit contra conscientiam etiam per errorem, non excusetur à peccato. *cap. per tuas. de simon.* † Amplia, vt affectus animi 6
magis attendatur, quam veritas ipsa in eo, qui actum facit prohibitum ex affectu. *cap. nuper de bigam.* Gemin. *consil.* 7. *nu.* 5. † Exten- 7
de maxime in delictis grauioribus, in quibus attenditur magis animus, quam effectus, Alexand. *consil.* 13. *Consideratis num.* 15. *ver. nec prædictus. lib.* 6. † Declara, quod animus facit peccatum esse, vel 8
non peccatum, & in omnibus attenditur quoad Deum, & forum pœnitentiæ; quia in istis attenditur voluntas, propositum, animus, & intentio etiam latens, & non apparens. Federic. de Sen. *consil.* 13. *num.* 4. *ver. & primo non obstat.* Gemin. *consil.* 7. *num.* 5. † Declara etiam; quia animus, & voluntas attenditur apud 9
Deum quoad hoc, vt actus iudicetur bonus, vel malus, meritorius, vel non meritorius; sed tamen non consideratur quoad quantitatem præmii, vel pœnæ; quia intentio, & animus hoc non operantur, vt quis consequatur meritum, quod credat, sed veritas. Oldrad. *dict. consil.* 76. *num.* 4. *ver. non obstat*, qui loquitur de eo, qui credidit consequi indulgentiam à falso quæstore, quam non consequitur ex sola intentione, licet merceatur propter bonum opus. † Animus præcipue in obligationibus attenditur, & 10
in his, quæ pendent à voluntate, & consensu. *l. obligationum, in fin. ff. de actio. & oblig.* Ideo, qui gerit actum nomine Collegii, vel alterius, se ipsum non obligat. Federic. *consil.* 15. *in princ. ver. tertio quod.*

† Et

11 † Et ideo spolium non præsumitur compatronatus cõmittere, si solus presentet in prejudicium alterius patroni, qui non præsentauit, maxime si eum vocauit, vel monuit; quia sine animo spolium non committitur. Feder. de Sen. *consil.* 102. *in fin. versic. præ-*
12 *terea.* † Amplia; quia in tantum animus, & intentio legislatoris attenditur, vel statuentis, vt eo ipso, quod constat de animo, quod putauit legem esse rationabilem, debet illa iudicari ratio-
13 nabilis. Ancharan. *consil.* 268. *Iure diuino in fine.* † Extende; quia lex iudicatur fauorabilis, vel odiosa ab intentione, & ani-
☞ mo conditoris. Vide, *Odiosa, vel fauorabilis dispositio. Concluſ.* 43.
14 † Amplia; quia animus gerentis actum in his, quæ consensu, vel patientia geruntur, attenditur in tantum, vt si constet de animo, non possit ille se iuuare ex actu gesto ex animo ad vnum finem pro contrario, vel diuerso fine. Bald. *consil.* 396. *Casus talis est. num.* 3. *vsque in ver. fin. ponamus ergo. lib.* 1. vbi, quod is, qui possedit rem communem solus per viginti annos tanquam prælegatam, non potest allegare, quod possederit pro diuiso, si constat, quod confessus est se possidere iure prælegati; quia animus possidendi di-
☞ rigit possessionem, ne ad alium finem operetur possessio. Vide plene *in ver. Actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. Concluſ.* 125. Vide plenius, *Intentio agentium regulat omnes actus. Concluſ.* 269. Vide, *Mens, & ratio attendenda plus, quam verba. Con-*
15 *cluſ.* 198. † Amplia in tantum attendi animum, vt ex destinatione patrisfamilias legatum certi fundi comprehẽdat etiam alium fundum illi adiectum, licet diuerso nomine nuncupetur, quando legans animo destinauit, quod esset vnicus fundus. *l. quod in rerum. §. penult. ff. de legat. 1. l. locus. ff. de verbor. significat. l. prædius. §. qui domum. ff. de legat.* 3. & hæc destinatio fit ab vsu patrisfamilias,
16 vt per Tiraquellum *de retract. lignag. §.* 36. *gloss.* 3. *num.* 4. † Declara, quãdo perpetuo facta est incorporatio vel vnio, alias secus. Bald.
17 *dicta l. quod in rerum. §. fin. ff. de legat.* 1. Alexand. *ibi in fine.* † Declara; quia quando sunt res diuisæ, & separatæ retinentur, nunquam vna accedit alteri. Bart. *in l.* 1. *num.* 3. *ff. de rebus dub.* vbi dicit menti tenendum; quia *l. Caius. ff. de legat.* 2. *§. fin.* habet locum, quando est vnicus fundus in se continens, non autem si sunt plures diuisi, sequuntur Castrens. *in d. l. quod in rerum. §. si quis post. n.* 3. vbi Alexand. *in fin. ff. de legat.* 1. Ancharan. *consil.* 419. *num.* 4. *in fin.*
18 † Idem per alia verba dicit Baldus *in l. cum fundus. ff. de legat.* 2. quod si res, & fundi sunt æque principales, vna non efficitur ac-
19 cessoria alteri. † Declara; quia licet solo animo destinari possit fundus ad pertinentias alterius; tamen procedit, dummodo dictis, aut factis hoc comprobetur. Iason *in l. si ita. num.* 15. *ver. item promisso. ff. de verbor. obligat.* Alexand. plene *consil.* 169. *Viso themate. num.* 9. *lib.* 5. vbi, quod non sufficit locatio facta vnico colono, sed quod vnico nomine, & vnico corpore appellabat, & *num.* 10. quod non sufficit dictum testium, quod essent vnitæ;
20 quia intelligeretur de vnione, gratia fructuum in dubio. † Restringe; quia non procedit destinatio ex vsu patrisfamilias, in his, quæ pendent ex voluntate vnius; secus, si ex voluntate plu-
21 rium. Bartol. *in l. prædius. §. fin. in fin. ff. de legat.* 3. † Extende in casu contrario; quia si destinatione animi de vno fundo testator fecit plures, idem est dicendum, *l. plane. la* 1. *§. final. ff. de legat. 1. l. dotale*
22 *prædium. la prima. in princip. ff. de fund. dotal.* † Declara, dummodo sub eisdem confinibus, & sub eadem denominatione sint, alias sunt plures fundi, & vnum non venit appellatione alterius, nisi probetur aliis coniecturis. Ancharan. *consil.* 419. *num.* 4. *in fin. &*
23 *num.* 5. † Extende, vt procedat, etiam si post legatum fundi testator acquirat aliquid in additamentum fundi legati; quia licet non dixerit; *fundus, qui meus erit*; tamen veniunt acquisita post, si modo fuerunt incorporata fundo legato. *l. cum fundus. ff. de le-*
24 *gat.* 2. † Idem, si testator alienet, vel diminuat in fundo legato; quia sicuti augmentum auget; ita diminutio diminuit legatum.
25 *l. si ex toto. ff. de legat.* 1. *in princip.* † Declara, nisi res, quæ erat legata, esset primo tempore legati accessoria ad aliam rem; quia licet testator post legatum faciat eandem rem accessoriam alterius; non tamen cessat legatum, ex quo erat huius naturæ, & non exit de patrimonio testatoris. Alexand. *consil.* 171. *Accurate perspectis. in*
26 *fin. lib.* 5. † Restringe; quia diuisio facta ad vnum finem non operatur alium finem; ideo facta ratione commoditatis culturæ, non operatur separationẽ corporum, vel econtra; Vnitas, ratione fructuum, vel culturæ non operatur vnitatem, vel incorporationem, quoad alium finem, text. cum gloss. & ibi Bartol. & alii *in l. Caius. §. fin. ff. de legat.* 2. Bartol. *in l.* 1. *num.* 3. *ff. de rebus dub.* vbi dicit, quod textus in *l. Caius. §. final.* procedit, quando vnus ager, vel fundus erat vnitus. Castrens. *consil.* 4. *In causa mota. num.* 2. *lib.* 2. sequitur Curt. *in addition. ad Castrens. & ad Alexand. in l. quod in re-*
27 *rum. §. si quis post. ff. de legat.* 1. † Et quod procedat restrictio etiam, quando plures fundi sunt vniti gratia fructuum magis de facili colligendorum, probat argumentum à contrario, *in dicta l. Caius. §. fin. ff. de legat.* 2. & ita inducit ad probandum Ias. *in d. l. quod in rerum. §. si quis post. ff. de legat.* 1. vbi Castrens. clare hoc dicit, & Angel. qui dicit, contrariorum eandem disciplinam esse. † Restrin- 28
ge; quia quando plures fundi etiam eodem nomine appellati sunt diuisi, nunquam appellatione vnius veniunt omnes. Bart. *in l.* 1. *num.* 3. *ff. de rebus dub.* vbi dicit esse menti tenendum, sequitur Castrens. *in dicta l. quod in rerum. num.* 3. vbi Alexand. *in fin. ff. de legat.* 1. † Amplia in legato vniuersali, puta, si quis relinquat 29
possessionem, vel mansum, aut podere, quod consistit ex pluribus petiis, si testator acquirat aliqua bona, sub illa possessione ea veniunt, nisi se restrinxerit per pronomen, *meum*, quod refertur ad tempus legati. Bart. *in l. si ita. in fin. ff. de aur. & argent. legat. in fine. & in l.* 1. *ff. de rebus dub. in fin.* † Extende idem in Castro; quia per- 30
tinentię & membra Castro destinata veniunt, etiam si sint membra alienæ iurisdictionis. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 36. *gl.* 3. *n.* 4. *& seq.* maxime *num.* 5. † Et quod diuisio per fossata, & alios ter- 31
minos constituat plures agros. Castrens. *consil.* 4. *circa fin. In causa mota. lib.* 2. & quod requiratur hæc diuisio per sepes, vel fossata, plene Iason post alias *in l. si ita. num.* 15. *ff. de verbor. obligat.* vbi pro vtraque opinione allegat, & videtur dicere hanc magis frequen-
tem, & veram * opinionem. † Restringe; quia in ædificiis re- *32
quiritur semper parietis interiectio. *l. si quis duas. § si quis partem. ff. commun. prædio.* Iason *in l. si ita. num.* 15. *ff. de verborum obligat.* † Re- 33
stringe in legato facto particulari, puta, lego terram meam in Communi Sancti Laurentii; quia si habet plures petias, non veniunt aliæ, nisi constet, quod gratia commoditatis fructuum sint diuisæ; quia tunc venirent omnes petiæ, quando sub eisdem confinibus, & eadem dominatione existerent, alias secus. Ancharan. *consil.* 419. *In causa. num.* 4. *& seq.* † Declara, vt per Socin. 34
in l. 1. *num.* 10. *ff. de rebus dub.* qui facit quatuor casus. Primus est, si emantur prædia quasi pro necessitate fundi, vt sit laborerium integrum paris boum. Secundus, & Tertius seruiunt in materia legati, quando legatur coniuncto, vel Ecclesiæ. Quartus seruit, quando appellantur eodem nomine, & redditus sub eadem ratione existunt, & dicit in hoc standum peritiæ rusticorum. † De- 35
clara totam hanc materiam, quod sola animi destinatione domini de pluribus fundis fit vnus fundus, & de pluribus domibus fit vna domus, & è conuerso de vna fiunt plures fundi, & plures domus; sed tamen oportet, quod hæc destinatio fiat primo per appositionem confinium, cum fiunt plures, vel per amotionem confinium, quando de pluribus fit vnus, plene Angel. *in l. si quis duas. §. si quis partem. ff. commun. præd.* † Limita; quia qui non est do- 36
minus, non potest rem communem destinare, neque rei communi liberam suam destinare, *dict. l. si quis duas. §. fin.* vbi gloss. & Doctor. *ff. comm. præd.* Vide, *Destinatio facta per patremfamilias. Concluſ.* 227. Vide, *Vsus, & solitum patrisfamilias seruit pro interpretatione. Concluſ.* 364.

Animus hominis mutabilis, & velox. Concluſ. 335.

ANIMVS † hominis mobilis est, & velox, ita vt nihil cum ve- 1
locitate animi possit contendere. Lap. *alleg.* 57. *num.* 7. *versic. ista enim verba.* vbi dicit idem de corde hominis, vt fit mobilius omni mobili. † Et qd operetur variatio, & vacillatio. Vide, *Varia-* 2
tio quid operetur. Concluſ. 23. † Hinc dicimus, discordiam esse facilem. Vide, *Discordia facilis. Concluſ.* 454. † Licet mutatio voluntatis circa ea, quæ bene gesta sunt, non præsumatur; tamen in iis, 3 4
quæ calore iracundiæ, vel ex causa facta sunt, cessante causa, præsumitur mutatio voluntatis. Vide, *Mutatio voluntatis præsumitur. Concl.* 433. Vide, *Voluntas præsumitur durare. Concl.* 286. Vide, *Corrigere seipsum in continenti nemo præsumitur. Concl.* 1046. † Et lauda- 5
bile est mutare consilium in melius. *auth. de nupt. §.* 1. Vide, *Mutare consilium in melius. Concluſ.* 434.

Animus, & intentio ex quibus probetur. Concluſ. 336.

ANIMVS, † mens, & intentio verbis probatur, & cognoscitur, 1
sicut facies in speculo. Masc. *de prob. concl.* 41. *n.* 14. vbi, quod animus præsumitur conformis veritati. † Amplia; quia animus 2
probatur coniecturis, & presumptionibus; quia est difficilis probationis. Vide, *Probatio per coniecturas quando sufficiat. Concl.* 795. *in pr.* Vide, *Dolus quomodo & qualiter probetur. Concl.* 574. Vide plenius Masc. *Concl.* 94. *Animus quib. modis ꝓbetur*, vbi, quod directe ꝓbari nõ potest, sed p indirectũ, & quando stetur iuramẽto, vel nõ, asserentis. † Et ex præteritis intentionẽ futurã iudicamus iuxta illud: 3

Præteri-

Præteriti ratio scire futura facit. & ideo ille, qui ab initio desistit molestare Clericum opponentem exceptionem Clericatus coram sæculari, debet obtinere condemnationem expensarum contra Clericum, qui distulit excipere de Clericatu; quia præsumitur, quod destitisset à principio, si à principio fuisset facta oppositio, secus si non destitit facta oppositione; quia neque destitisset, quando à principio fuisset opposita. Dec. *consil.* 240. *Scripsi. colum.* 2. *num.* 3. vbi apostilla allegat plura similia. Marsil. *in l. patre. num.* 4 43. *ff. de quæstion.* † Amplia; quia animus ex scriptura dignoscitur; ideo si ego in libro meo describo aliquem mihi debitorem expressa causa, probatur animus scribentis, quod voluit exigere, vel repetere. *l. Nesennius.* vbi Bart. *ff. de negot. gest. l. si paterno. C. eodem.* Dec. *consil.* 442. *In causa. colum.* 1. Ruin. *consil.* 171. *Consideratis. colum.* 5 *penult. num.* 11. *lib.* 1. † Extende; quia debitum descriptum in libro proprietatis censetur velle tale debitum ad se iure proprio spectare; si autem in libro societatis, censetur velle, quod spectet ad societatem, cuius nomine liber cantat. Corn. *consil.* 145. *Primo videndum. colum.* 2. *lib.* 3. & *consil.* 111. *Videtur prima facie. colum.* 1. *lib.* 4. 6 † Amplia; quia ex actu etiam nullo declaratur animus gerentis. Bellon. *consil.* 5. *num.* 12. *vers. nec dicat aliquis.* Roman. *consil.* 179. *Amplissime Doctor. num.* 11. vbi apostill. *in ver. voluntatem,* dat concordan. ☞ Vide plenius, *Actus nullus nullum producit effectum. Concluſ.* 139. *num.* 7 22. & *seq.* † Amplia; quia solo iuramento probatur animus, & intentio. Vide, *Iuramento asserentis quando stetur, vel non. Concl.* 571. Vide, *Iniuriosa verba, quando animo iniuriandi, vel non, &c. Concluſ.* 8 159. † Amplia; quia animus probatur signis, dictis, & factis, tam in homine, quam respectiue in brutis. Vide plene Mascard. *con-* 9 *cluſ.* 95. *Quomodo probetur animus.* † Amplia; quia animus compensandi probatur ex coniecturis. Mascard. *conclu.* 96. *Animus compen-* ☞ *sandi.* Vide, *Legatum factum creditori non præsumitur animo compen-* 10 *sandi, & quando secus. Concluſ.* 141. † Amplia; quia animus occidendi, vel offendendi, vel non, probatur coniecturis, & ex genere armorum. Vide plene Mascard. *concluſ.* 97. *Animus delinquendi quibus modis probetur, vel præsumatur.* vbi late. Vide, *Præsumitur in du-* 11 *bio contra delinquentes. Concluſ.* 618. † Amplia; quia animus deliberatus præsumitur ex inimicitia graui precedenti, ex minis, ex tractatu, ex conuenticulis, & adunantia hominum, ex tempore, loco, armis, reiteratione, & aliis multis. Vide Mascard. *concluſ.* 98. 12 *Animus deliberatus.* † Amplia; quia animus quoad multa præsumitur ex signis, factis, præparationibus, & aliis, quę resident in arbitrio iudicare debentis, & vide eundem Mascard. *concluſ.* 99. Vide, *Animus multis aliis in rebus.*

Anniuersarium pro anima relictum, qualiter, & vbi celebrandum. Concluſ. 337.

1 TESTATOR † relinquens anniuersarium celebrari perpetuo pro anima sua, licet non dicat, in qua Ecclesia; tamen censetur reliquisse in Ecclesia, in qua erit sepultus; quia ita mos, & consuetudo seruat. Cuman. *consil.* 12. *Ioannes ab armis. in princip.* ☞ Vide, *Legatum factum Ecclesiæ certæ, vel incertæ, quando valeat, vel non.* 2 *Concluſ.* 46. *num.* 14. & *seq.* † Amplia; quia hæredes, & etiam exequutores testamenti possunt compelli, vt exequantur voluntatem defuncti; imo possunt exequutores priuari, si moniti post annum sint morosi. Cuman. *dicto consil.* 12. *versic. ad secundum, vsque in fin.*

Annona quid sit, & importet, & de cura habenda de ea. Concluſ. 338.

1 ANNONA † continet panem, vinum, acetum, lardum, carnes, paleas, fœnum, & omnia vsualia, quæ ad pondus, vel mensuram venduntur. Castrens. *consil.* 40. *num.* 3. incip. *Istud nomen. lib.* 1. Decia. *tract. crimin. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 22. *titul. de fr. audantibus* ☞ *annonam. in princ.* Vide, *Gratia quid significet. Concluſ.* 50. † Expen- 2 dentes pecunias annonæ publicæ destinatas in alios vsus, & non retinentes computa lucrorum, quæ ad sortem debent conscribi, puniuntur in duplum. *l. fin. C. de frument. Vrbis Constantinopol. lib.* 11. 3 † Remedia pro annona recenset Decia. *d. lib.* 7. *c.* 22. *per tot.* quod fiant præfecti, qui curam habeant, & prouideant; item quod non habeatur spes super annonis absentibus, sed fiant semina, & exerceatur ars serendi, ita Augustum disposuisse dicit, *num.* 44. 4 † Seditionem generat fames; ideo Claudius Imperator attritus fuit fragmentis panis à populo, ita vt vix euaserit. Decia. *d. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 45. vbi, quod origo seditionis est fames, & in princip. capit. dicit, nil lætius saturo populo, nil seditiosius ieiuno, & fa- 5 melico. † Mixtura grani veteris cum nouo prohibetur, sed duntaxat permittitur fauore publico fiscali. *l.* 1. *C. de condit. in horre. public. lib.* 10. † Et ideo male consuluit Simon de Præt. qui 6 dixit contrarium *consil.* 82. *num.* 8. per illum textum; quia procedit solum fauore publico. † Vsurpantes annonam publi- 7 cam puniuntur pœna deportationis, & confiscationis omnium bonorum. *l. final. C. de condit. in public. horre. lib.* 10. † Alibi Iu- 8 dices, & Officiales vsurpantes, vel mutantes canonem frumentarium pœna vltimi supplicii puniuntur, & nulla concessio Principis valet in contrarium facta. *l. final. C. de canon. frument. lib.* 11. † Vide plene Decian. *dict. lib.* 7. *cap.* 22. vbi late, quod pœna erat ☞ viginti aureorum, *num.* 3. & *sequent.* postea pœna extraordinaria 9 fuit imposita, & in fine, quod etiam pœna vltimi supplicii fuit constituta.

Antiquitas habet priuilegia plura, & operatur multa. Concluſ. 339.

SCRIPTVRA † antiqua operatur, quod per solam compara- 1 tionem dicitur plene recognita; quæ alias non esset recognita, si cessaret antiquitas. Decian. *consil.* 33. *num.* 115. & *sequent.* maxime *num.* 120. *lib.* 1. † Narratiua priuilegii etiam facti alieni, 2 quæ alias non probat, inducit probationem, si excedit memoriam hominum. Alexand. *consil.* 6. *num.* 6. *lib.* 1. Vide plenius, *Præ-* ☞ *scriptio immemorabilis habet multa specialia. Concluſ.* 550. † Exten- 3 de maxime, quando verba narratiua sunt geminata, vel extant plura instrumenta continentia narratiua verba confinium ab immemorabili tempore. Vide, *Confinia probantur. Concluſ.* 700. ☞ † Instrumenti verba narratiua plene probant etiam quoad ter- 4 tium propter antiquitatem, quæ alias non probarent. Anton. de Butr. *in cap. cum dilectus. de successione. ab intestat.* not. *in clement. Summus Pontifex, de sentent. excommun.* † Et quod verba enuntiatiua 5 probent in antiquis. Alexand. *consil.* 73. *Visis, & ponderatis narratis in themate. lib.* 4. late Iason *consil.* 166. *circa medium. lib.* 4. idem Alexand. *consil.* 6. *Viso themate. circa fin. lib.* 1. Decian. *consil.* 36. *colum.* 4. *num.* 7. † Declarat Alexand. *consil.* 94. *Repetitus. num.* 4. & 6 *sequent. vsque in fin.* Vide, *Instrumenta antiqua quam probationem ha-* ☞ *beant. Concluſ.* 238. Vide, *Verba enuntiatiua quando, & qualiter probent. Concluſ.* 81. *num.* 81. & *sequent.* Vide Mascard. *concluſ.* 106. *Antiquum quomodo probetur per verba enuntiatiua.* Vide, *Assertioni alicuius quando standum, vel non. Concluſ.* 533. *num.* 4. & *sequent.* Vide, *Tempus immemorabile habet multa specialia, & operatur multa. Con-* *cluſ.* 40. † Emptio de antiquo vltra centum annos non solum 7 probat titulum, sed etiam possessionem ex constituto. Alexand. *cons.* 12. *in fin. lib.* 4. quia constitutum probat possessionem absque eo, quod probetur constituentem possedisse tempore constituti propter antiquitatem. Abb. *in cap. cum nobis. de præscript.* quem ita declarat Socinus *consil.* 187. *lib.* 2. *colum.* 5. † Constitutum probat 8 possessionem constitutarii absque eo, quod probetur constituentem possedisse tempore constituti, prout requiritur, quando sumus in antiquis vltra centum annos. Socinus *consil.* 187. *lib.* 2. Dec. *consil.* 302. *num.* 2. Curt. *consil.* 54. *num.* 11. Marsil. *singul.* 521. Tiraquell. *de constit. in* 3. *part. limit.* 1. *num.* 18. † Scientia & patientia 9 requiritur in præscriptione incorporalium; quia ex ea causatur quasi possessio; quod fallit, quando concurrit tempus immemorabile, secundum magis * communem opinionem. Alex. *consil.* 6. * *num.* 4. *lib.* 1. Vide, *Præscriptio incorporalium. Concluſ.* 529. † Fama so- ☞ la probat in antiquis. Vide, *Fama probat a quando probet. Concluſ.* 66. 10 *num.* 10. & *multis seqq.* Vide Mascard. *concluſ.* 105. *Nonnulli recensentur modi, quibus antiquum possit probari.* † Titulum quemcunque o- 11 peratur tempus immemorabile habens obseruantiam certam. Vide, *Tempus immemorabile operatur multa. Concluſ.* 40. *in princip.* vbi ☞ videas plura priuilegia specialia per discursum. † Testes depo- 12 nentes audiuisse publice dici, licet non probent famam; tamen secus est in antiquis. Alexand. *consil.* 101. *Super primo. num.* 11. *in fin.* & plenius *nu.* 16. & *seq. ver. venio ad quartum. lib.* 7. dicit esse verum cum adminiculis, prout si deponant famam esse, quod à maiori parte populi dicatur; quia iuncta antiquitate probatur fama. † Testes de auditu probant in antiquis, qui alias non probarent. 13 Vide, *Testes de auditu an probent, & quando. Concl.* 179. *n.* 50. & *mul-* ☞ *tis sequent.* Vide Mascard. *concluſ.* 104. *Antiquum an & quando probetur per testes de auditu.* † Probatio leuior admittitur in antiquis 70. 14 vel 80. annorum. Vide, *Probatio leuior. Concluſ.* 792. Vide Mascard. *concluſ.* 107. *Antiquum per coniecturas quomodo probetur.* † Gesta inter 15 alios circa probationem instrumenti antiqui, licet non concludant inter diuersos; tamen adminiculantur propter vetustatem. Alex. *cons.* 101. *Super primo. n.* 11. *vers. fortificantur etiam. lib.* 7. † Sole- 16 mnitas præsumitur propter antiquitatem, quæ non præsumere-

tur

☞ tur, cessante antiquitate. Vide, *Solemnitas præsumitur, & quanto tempore. Concluſ.322.* Vide, *Tempus immemorabile operatur multa, & habet multa ſpecialia. Concluſ.* 40. Vide Maſcard. *concluſ.*108. quo
17 pacto antiquitas præſumatur, vel propter ſolemnitatem. † Reſtringe; quia quando duplex defectus ſolemnitatis apparet, nun-
☞ quam ſola antiquitas probat. Vide, *Tranſumptum ſcripturæ quando*
18 *probet. Concluſ.372.num.25.& ſeq.* vbi pro vtraque parte. † Notariatus præſumitur, quando ſumus in antiquis vltra centum annos; ſecus ſi ſumus in antiquis intra centum annos; quia debet adminiculari inſtrumẽtum, quod Notarius ſit Notarius. Afflict. *deciſ.*245.*n.*3.*& ſeq.* Vide, *in ver. Notariatus non præſumitur.& quan-*
19 *do ſecus. Concluſ.*93. † Et quod Notariatus ex antiquitate temporis præſumatur,& non debeat probari. Alex.*conſ.*101.*Super primo. num.*10.*ver.non obſtat.lib.*7. vbi poſtil.*in ver. antiquiſſima*, dat con-
20 cord.& idem dicit Cuman. *conſil.*158.*num.*2. † Exemplum exempli antiquum centum annorum probat. Cuman. *conſil.* 158. *Viſis inſtrumento.num.*2.*verſic.his tamen non obſtantibus.* Extende, etiam ſi non appareat citatio; quia ex antiquitate præſumitur. Alex.*conſ.*
21 101.*Super primo.num.*9.*& ſeq.verſic.circa ſecundum.lib.*7. † Locus in forma Eccleſiæ conſtructus, in quo celebratur, preſumitur de licentia Epiſcopi conſtructus. Alexan.plene *d.conſ.*101.*Super primo. n.*5.*ver.denique.lib.*7. vbi, quod eſt verum, quando concurrit anti-
22 quitas temporis.† Extende etiam in ſolemnitate extrinſeca; quia præſumitur ob antiquitatem temporis. Alexand. *d.conſil.*101.*n.*5.
23 *in fin.lib.*7. † Licentia teſtandi de fructibus Eccleſiæ præſumitur, quando teſtamentum Clerici, vel Cardinalis de antiquo fuit ob-
24 ſeruatum. Alexand. *dict.conſil.*101.*num.*5.*lib.*7. † Limita; quia antiquitas probat; quia habet vim famæ; ſed quando ſunt varia inſtrumenta antiqua, & contraria; tunc non poteſt fama introduci, quæ ſit firma; ideo tunc non probat antiquitas. Corn.*conſ.*34.
25 *colum.*4.*in fin.lib.*3. † Limita; quia licet tranſumptum antiquum probet; quia præſumitur ſolemne; tamen ſi conſtat, quod ſcriptura imperfecta, & priuata, quæ non probat, fuit tranſumpta-ta, quæ non probabat tempore tranſumpti, neq; ipſum tranſumptum debet probare; quia antiquitas non poteſt hoc introducere. Alexand. *conſil.*150.*In cauſa. num.*5.*& ſequent. verſic.fortius poſſet. lib.*6.*& per totum.* vbi loquitur in priuilegio Principis ſine ſigillo tranſumptato; quia ſicuti priuilegium ſine ſigillo non probat, niſi probaretur fuiſſe ſigillatum,& perditum ſigillum; ita neque
☞ tranſumptum. Vide, *Inſtrumentum non probat, ſi originale eſt vitia-tum. Concluſ.*246. Vide, *Exemplum, & copia non probat. Concl.* 550.
26 † Limita; quia propter ſolam antiquitatem de per ſe nunquam adhibetur ſcripturæ, vel alteri documento plena fides; ſed ſi ſcriptura eſt ſolemnis, adhibetur tunc fides propter difficultatem probandi præſumptam probationem. prout in Notariatu, & ſimilibus. Alexand.*d.conſil.*150.*n.*8.*& ſeq.* maxime *num.*10.*verſ.vnde præſuppono.lib.*6.

Antiquitas laudatur, & facta antiquorum circa diuerſa. Concl.340.

1 ANTIQVI † Doctores, magni, & veræ Philoſophiæ authores appellantur, prout appellat eos Baldus *conſil.*327.*num.*2.
2 *verſic.ſed in hoc non conuenerunt. lib.*3. † Et patrum antiquorum iuſſa debent teneri inuiolabiliter. *cap.ne innitaris prudentiæ tuæ.de con-*
3 *ſtitutionib.* † Imo exempla bona tradita ab Apoſtolis, & Patribus antiquis ita cuſtodienda ſunt, ac ſi conſtitutione & lege iuſſa fuiſ-
4 ſent. *cap.cum in præterito.* 84. *diſtinct.* † Nam ridiculum eſſet, ſi traditiones Patrum poſſent licite infringi, cum ſint ad exemplum
5 & obſeruantiam notatæ, *cap.ridiculum.*12. *diſtinct.* † Antiquitas eſt obſeruanda, eſt textus *in titul. de pace Conſtantiæ. in princip. in ver.ab antiquo.* vbi Bald. & alii, qui extendunt generaliter in aquis,
☞ pontibus, molendinis, & ſimilibus. Vide *in ver.Conſuetudo atten-*
6 *denda circa diuerſa. Concluſ.*811. † Declara, vt procedat in rebus ſic ſtantibus, & in ſtatu antiquo permanentibus. Caſtrenſ. *conſil.*
7 8. *Iſta bona paterna. colum.final.verſic.nec obſtant contraria. lib.*1. † Extende; quia ſolet dici, quod Prouinciales amant ſuas conſuetu-
8 dines, & traditiones, & ab eis difficile eſt recedere. † Amplia; quia tempus centum annorum habens certam obſeruantiam o-
☞ peratur multa. Vide, *Tempus centum annorum habet multa priuilegia. Concluſ.*38. Vide, *Tempus immemorabile operatur multa.*
9 *Concluſ.* 40. † Extende; quia lapſus temporis inducit præſumptionem ſolemnitatis, conſenſus, & quod actus rite, & recte
☞ fuerit factus. Vide, *Obſeruantia diuturna multa operatur, & attendenda. Concluſ.*59. Vide, *Solemnitas præſumitur, & quanto tempore. Concluſ.*322.

Antiquum qualiter, & quando aliquid dicatur. Concluſ.341.

ANTIQVA † dicitur poſſeſſio ſecundum arbitrium Iudicis; 1
quia debet arbitrari, quando dicatur antiqua, & quando recens. Geminian.*conſ.*87.*n.*3.*ver.quæ autem poſſeſſio.* Alex. *conſil.*79.
*Circa primum.num.*5.*lib.*1. † Extende; quia in omni alio tempore, 2
& materia, an liber dicatur antiquus, vel non, eſt arbitrarium Iudici, ſecundum * communem opinionem. Afflict.*deciſ.*8. *In cau-* *
*ſa.nu.*7. Alexand. *conſil.*9. *num.*9 *lib.*3. & licet ſit controuerſa opinio; tamen intelligas ſecundum declarationem Crauett.*de antiq. temp. in* 1.*part. nu.*6. vt in modicis antiquum dicatur de annis 40. in arduis de centum annis, & redditur arbitrarium Iudici; quia an res ſit modica, vel magna, ſtatur arbitrio Iudicis, & ſic conciliantur opiniones infra *n.*20.*&* 23. † Amplia; quia poſſeſſio de- 3
cem annorum dicitur antiqua in materia beneficiali, & vnionis, vt præſumatur conſenſus Capituli interueniſſe. Gemin. *d.conſil.* 87.*n.*4. vbi, quod poſſeſſio 10. vel 30. annorum dicitur antiqua. † Et quod ſit arbitrarium ſecundum ſubiectam materiam; quia 4
antiquum dicitur de decem annis, quando que de triginta, quandoq; de 40. item de 50. vel 60. item 70. vel 80. ſeu 90. ſed * com- *
muniter de centum. Crauett. *tract. de antiq.tempor. part.*1. *in princ. nu.*2.*& ſeq.* Menoch. *caſ.*3. Maſcard. *concluſ.*103.*nu.*1.*& ſeq.* † Lon- 5
gum vero tempus dicitur decem annorum. Bart. *in l.*1.*&* 2.*ff.ſi ag. vectigal.* Couarr. *variar.reſolut.cap.*15.*num.*2. & eſt * communis opi- *
nio. Dec. *conſil.*203. *per tot.* & locatio ad longum tempus dicitur alienatio. Ias. *in l.naturaliter.num.*15.*ff.de acquirend.poſſeſſ.* Bero. *con-* 6
*ſil.*123. *lib.*1. Tiraquell. *de retract. lignag.* §.1. *gloſſ.*14. *num.*83. † Ea-
demque ſolemnitas eſt requiſita in locatione ad decem annos, quæ in alienatione, & idem laudemium, & gabella eſt ſoluenda. Deci.*dict.conſil.*203.*per tot.* vbi late, & de * communi; quia tranſ- *
fertur ius in re. † Et ad differentiam noui aliquid dicitur anti- 7
quum, vel vetus. Vide, *Nouum quando dicatur, vel non. Concluſ.*128.
† Declara; quia antiquum dicitur ſecundum intentionem pro- 8
ferentis, & ſecundum ſubiectam materiam, modo de vno, modo de alio tempore. Bald. *conſil.*366.*num.*4.*vſque in fin.lib.*3. vbi, quod dicitur multis modis antiquum, videl. quod tranſiuit per multas generationes. † Viginti annorum ſpatium nõ dicitur antiquum 9
ad excludendam nullitatem ſententiæ tam ex defectu iuriſdictionis, quam omiſſi ordinis iudiciarii, ita Abb. *conſil.* 61. *In ea colum. fin.verſic.non obſtat factum eſſe antiquum. num.*6.*lib.*1. † Reſtringe in 10
crimine falſi; quia poſt viginti annos non opponitur, ſed intra viginti annos. Abb. *d.conſil.*61.*num.*6.*lib.*1. † Reſtringe; quia licet 11
antiquitas inducat præſumptionem, quod ſententia ſit rite & recte lata; tamen ſi probatur contrarium, non releuat præſumptio Abbas *dicto conſil.*61.*num.*6.*lib.*1. † Antiquum dicitur proprie, & vere, quod excedit metam centum annorum. Alexand. *conſil.* 6 *in fin. lib.*1. *& conſil.*208. *num.*11. *& ſeq.lib.*2.*& conſil.*94.*in fin.lib.*7. *& conſ.*12.*in fin.& conſ.*75.*num.*37.*lib.*4.*& conſ.*89.*num.*5.*lib.*5. vbi apoſtilla mea, & eſt * communis opinio, plene Alex. *conſ.*116.*Per-* *
*ſpectis.n.*6.*& ſeq.lib.*5. idem Alex.& Ias. *in l.cum aliquis.C.de iur.delib.* & * communem dicit Ias. *in l.admonendi.ff.de iureiurand.n.*203.*ver.* *
quando dicatur. in ſecund.lectura. & quod tempus vltra centum annos dicatur, & conſtituat antiquum ſine dubio. Alexand. *conſ.*12. *in fin.lib.*4. & eſt magis * communis opinio, de qua Crauett. *tract.* *
de antiquit.tempor.in 1. *part. n.*2. & hæc eſt magis * communis opi- *
nio, *in d.l.cum aliquis.C.de iur.deliber.* vbi Alexand. dicit * commu- *
nem, ſequitur Decius *conſ.*321.*In cauſa.quæ Alexãdriæ.*& de * com- *
muni Ias. *conſ.*81.*num.*3. *lib.*1. & magis * communem dicit Decia- *
nus *conſil.*7. *num.*3. *lib.*3. vbi cumulat concord. & loquitur de 90. vel centum annis. Ruin. *conſil.*44. *num.*15. *lib.*4. Aretin. *conſil.*37. *num.*1.*in ſecundo dub.* Cephal. *conſil.*250. *num.*18. *Pedemont.deciſ.*173. *num.*8.& hanc ſequendam in legendo, conſulendo, & iudicando eſſe dicit Iaſon *conſil.*148.*poſt num.*8.*lib.*4. Curt. *conſil.penult.in fin.* Ruin. *conſil.*44.*num.*15.*lib.*4. Put. *deciſ.*112. *lib.*1. Caputaq. *deciſ.* 28. *part.*1. communem * dicit Crauett. *de antiquit.tempor. part.*1.*nu.*4. *
Crot. *de teſtib.concluſ.*7.*num.*241. Aret. *conſ.*37.*num.*1.*in ſecundo dub.* Curt. Iun. *conſil.*17.*num.*3. Felin. *in cap.veniens.il primo.num.*16.*verſ.* *& intellige.de teſtib.* * communem dicunt Natt. *conſil.*383.*num.*5.& *
alii, quos congerit Maſcard. *concluſ.*103.*in princip.* Caſtrenſ. *conſil.* 139.*num.*5.*lib.*1. † Extende, vt procedat ad effectum probandi 13
per famam in antiquis; quia requiritur lapſus centum annorum; & eſt ratio; quia præſumuntur homines viuere vſque ad centum annos, non vltra; vnde in factis excedentibus centum annos; quia eſſet impoſſibilis probatio per teſtes, inducta eſt probatio per famam: ſi vero intra centum annos, ad quam ætatem homines præſumuntur viuere, *l.fin.C.de Sacroſanct.Eccleſ.* non

debet

bet sumi à fama probatio, si extant testes, qui possunt depo-
re de veritate, & ita loquuntur Innoc. & Ant. de Butr. *in c. ve-*
ens. il primo, de testibus. Alexand. *consil.* 89. *Excellentissimi. num.* 5.
14 *vers. & in antiquis. lib.* 5. vbi concord. † Declara; quia si in loco non
essent testes, qui excederent 40. vel 50. annos; tunc fama in illo
loco vltra ætatem illorum testium diceretur de antiquo, & pro-
barent: nam ad hoc, vt fama probet, requiritur, quod habeat cer-
tos authores. Bart. *l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstion.* cum quo
transeunt omnes; sed esset impossibile, quod testes 50. annorum
darent authores vltra centum annos, nisi de auditu auditus, & sic
non probaretur fama; igitur necesse est dicere, quod quãdo non
sunt homines in loco excedẽtes certam ætatem, & hoc constet,
quod antiquum in hac materia dicatur tempus excedens illam
ætatem, & fama probet tanquam de antiquo, ita Abb. *in cap. licet*
ex quadam. in 1. & 2. col. de testib. & facit ratio; quia lex semper exclu-
dit impossibile, vbi non potest imputari culpa volenti probare,
l. fin. C. quæ sent. sine appell. rescind. & hæc est melior cõciliatio, quam
illa, quam ponit Dec. *in cap. 1. colum. antepenult. de appell.* & ratio, per
quam hoc est statutum in antiquo centum annorum, est; quia
non reperiuntur testes; ergo ab identitate hoc dicendum est in
15 casu isto, *l. illud. ff. ad leg. Aquil.* † Declara secundo; quia licet tem-
pus 80. annorum proprie non sit antiquum; tamen præbet ma-
teriam Iudici arbitrandi, quod ex indiciis, & præsumptionibus,
ac leuioribus probationibus probatio inducatur. Alex. *consil.* 90.
16 *In causa & lite. lib.* 6. † Antiquum etiam aliquando dicitur per
40. annos secundum communem vsum loquendi. Bald. *d. consil.*
366. *num.* 4. *lib.* 3. & factum ante 40. annos dicitur factum anti-
quum. Alexand. *cons.* 79. *Circa primum. n.* 5. *lib.* 1. Socin. *cons.* 89. *lib.*
& cons. 106. *lib.* 3. Alex. *cons.* 4. *lib.* 2. Ant. de But. *in c. veniens. il primo,*
de testi. idem Alex. *cons.* 187. *col.* 2. *ver. hoc præsuppositio. lib.* 2. *& cons.* 70.
colum. 2. *ver. præterea. lib.* 3. Socin. *consil.* 106. *col.* 2. *lib.* 3. Specul. *tit. de*
17 *probat. §. probare. vers. & nota.* † Quandoque 50. annorum tempus
dicitur antiquum, & est arbitrarium Iudici, si plus, vel minus, &
quando dicatur antiquum. Socin. *d. cons.* 89. *lib.* 1. *n.* 7. *& consil.* 106.
lib. 3. Afflict. *decis.* 83. *num.* 7. vbi dicunt antiquum dici de 40. & 50.
* annis, & dicunt * communem. Crauet. & alii per eum allegati *de*
antiquit. tempor. in 1. *part. n.* 315. vbi concludunt, quod constitutum
in antiquis. & sic post 50. annos induceret præsumptionẽ, quod
pers constituentem esset possessio, iunctis aliis adminiculis,
Socin. *cons.* 187. *nu.* 13. *lib.* 2. & facit gloss. *in l. quædam mulier. ff. de rei*
vend. Alex. *cons.* 90. *In causa, & lite. col.* 3. *ver. ad prædicta. lib.* 6. quod si
tu emas rem, & postea reperiaris in possessione, pſumitur, quod
18 ex causa emptionis possideas. † Antiquum dicitur, quod per plu-
res generationes durauit, & transiuit, vt in feudo. Bald. *d. consil.*
19 366. *num.* 4. *lib.* 3. † Aliquando etiam antiquum dicitur, quod ex-
cedit 80. annos. Alexand. *consil.* 90. *In causa, & lite. colum.* 3. *lib.* 6.
vbi, quod sufficit tunc probatio per testes de auditu, & publicam
* vocem, & famam, & licet magis * communis opinio sit, quod re-
quiratur tempus centum annorum, vt per Crauett. *de antiq. tem-*
por. part. 1. *num.* 2. tamen negari non potest, quin authoritas Alex.
sit magna, & vera, & attendenda hodiernis temporibus, cum
homines non senescant vltra 50. annos, vt dicit Abb. *in cap. quo-*
niam frequenter. colum. penult. vers. nam quandoque. extra. vt lit. non con-
20 *test.* † Et saltem negari nõ potest, quin sit longum tempus lapsus
80. annorum, & quamuis non esset cursus prædicti temporis an-
tiquus absolute; tamen leuiores probationes admitti debent.
Crauett. *de antiquit. tempor. part.* 1. *num.* 2. *& sequent. vers. placet mi-*
21 *hi opinio.* ideo testes de auditu sufficerent. † Declara maxime,
quando in loco non essent testes, qui attingerent ætatem tanti
☞ temporis. Vide supra *ver. Declara. num.* 13. † Tu dicas, quod ad ef-
22 fectum probandi per testes, siue accipias antiquum, quod ex-
cedit centum annos, vt supra, siue accipias arbitrarium esse Iudi-
* ci, secundum subiectam materiam, quod forte verius, & * com-
munius est, vt per Alexand. *consil.* 187. *In hac causa. colum.* 2. *lib.* 2.
& consil. 90. *In causa, & lite. colum.* 3. *ad medium. lib.* 6. Socin. *consil.*
89. *In causa agitat. colum.* 2. *in fin. lib.* 1. Aretin. *consil.* 36. *Casus ta-*
lis est. num. 6. Ruin. *consil.* 141. *Viso processu. num.* 18. *lib.* 5. Afflict.
decis. 13. *Vertitur dubium. num.* 23. *& decis.* 3. *In causa antiqua. num.* 7.
23 & supra *num.* 2. † Semper est verum, quod factum probandum
excedens 70. seu 80. annos, dicitur difficilis probationis, & suf-
ficiunt probationes, quæ alias non sufficerent, vt sentit Baldus
consil. 217. *Citatio cum sit facti. in princip. lib.* 4. & clarius Socin. *consil.*
106. *Libenti animo. colum.* 1. *lib.* 3. † Imo, quod ad probandam filia-
tionem, & descendentiam, sufficiat, quod plura instrumenta sint
de tempore 56. annorum, in quibus enuntientur tales filii talis;
quia dicitur tempus antiquum in probatione per scripturam, te-
net expresse Alexand. *consil.* 90. *In causa. num.* 6. *& sequent. vers. com-*
probatur, & per tot. lib. 6. quando agitur de probatione filiationis,
quæ est difficilis probationis, & probatur per coniecturas; quia
ad effectum semiplenæ probationis, vel saltem transferendi o-
nus probandi in aduersarium sufficit. † Declarat Crauett. *de anti-* 25
quit. tempor. part. 1. *num.* 6. vbi, quod tempus 40. annorum dicitur
antiquum, quando agitur de modicis; in arduis vero requiruntur
centum anni, & in hoc versatur arbitrium Iudicis, quando ardua
causa, vel modica dicatur, & ita etiam loquitur Alex. *cons.* 90. *n.* 8.
& seq. lib. 6. & ita idem Alexand. *consil.* 218. *Ponderatis. num.* 11. *&* 12.
lib. 6. *& cons.* 89. *nu.* 5. *lib.* 5. & supra *num.* 2. † Et in præsumenda so- 26
lemnitate, circa ea, quæ expresse debuerunt interuenire, puta,
consensus proximiorum in venditione minoris, quod requira-
tur tempus 100. annorum, vel vltra. Alexan. *d. cons.* 218. *Ponderatis.*
per totum, maxime *num.* 12. *& seqq. lib.* 6. quia contraria loquuntur,
quando agitur de modico præiudicio, & concurrit quasi posses-
sio. † Et in verbis enuntiatiuis, quę probant in antiquis, quod re- 27
quiratur lapsus centum annorum, vel vltra. Iason *consil.* 81. *num.* 3.
lib. 1. vbi dicit * communem, & magis * communem dicit De- * *
cian. *consil.* 7. *num.* 29. *& seq. lib.* 3. † Et plura requiruntur instru- 28
menta ad probandum antiquum, quæ debent esse adminiculata,
sicuti plures testes requiruntur ad probandam famam. Rota *decis.*
185. *part.* 1. *diuersorum in nouis.* † Declara; quia regula est, quod in 29
scripturis, vt dicantur de antiquo, & plene probent, requiritur
lapsus centum annorum, secundum * communem, sed ad effe- *
ctum probationis plus, quam semiplenæ, vel semiplenæ sufficiũt
60. anni, ita vt si concurrant alię præsumptiones, inducatur plena
probatio, tenet Tiber. Decian. *consil.* 32. *nu.* 90. *& seq. ver. non obstat*
pariter. lib. 2. † Et quando agitur de scriptura, non sufficit vnicum 30
instrumentum, sed plura requiruntur, prout ad probandam fa-
mam plures testes requiruntur. Rota *dicta decis.* 185. *part.* 1. *in no-*
uissimis. † Declara; quia arbitrarium est Iudici, & variauit etiam 31
Rota Romana, quæ tenet sufficere 90. annos in testibus. Put. *de-*
cis. 112. *lib.* 1. Caputaq. *decis.* 28. *part.* 1. Mascard. *conclus.* 103. *num.* 7.
Menoch. *de arbitr. cas.* 3. & quandoque annorum 80. Put. *decis.* 212.
num. 3. *part.* 3. aliquando annorum 75. vt *in decis.* 284. *num.* 5. *lib.* 2.
part. 3. *in nouissimis.* † Aliquando sufficiunt 60. anni. Caputaquen. 32
decis. 298. alias 35. *par.* 3. est 5. *part.* 3. & 240. *lib.* 1. *in manuscript.* Rota
diuers. lib. 2. *decis.* 155. *num.* 13. *& decis.* 284. *num.* 3. *part.* 3. † Aliquan- 33
do 40. annorum habito respectu ad vitam hominum. Alexand. *d.*
cons. 90. *num.* 8. *& 9. lib.* 6. & dicit Gozadin. *consil.* 68. *num.* 6. *versic.*
non obstat. & vers. seq. quod quilibet Iudex arbitratur tempus 40.
annorum esse de antiquo, & ita firmat Florian. de Sancto Petro
consil. 15. *in fin. num.* 16. quod sufficit probatio de auditu, quando
40. anni incirca sunt lapsi. † Declara; quia si testes deponunt de 34
auditu, vel super fama in antiquis; tunc debet esse tempus imme-
morabile, & sic centum annorum, alias minus tempus sufficit,
ita Curt. Iun. *consil.* 17. *num.* 3. post Felinum *in cap. veniens. il primo.*
num. 16. *versic. & intellige. de testib.* † Declarat Alexand. quod quo- 35
ad effectum, vt fama probet in antiquis, requiritur tempus cen-
tum annorum, & nõ sufficeret fama de facto 40. annorum. Alex.
cons. 116. *Perspectis. num.* 5. *ver. nunc videndum, vsque in finem.* maxime
num. 7. *lib.* 5. vbi de annis quadraginta non ponit pro vero. † De- 36
clara; quia quando testes in antiquis probant, debet intelligi
conclusio, vt probent de 60. annis, dummodo illud tempus sit
ante litem motam; quia ex quo potuit fama introduci de tempo-
re motæ litis, non releuaret. Abb. *in cap. licet ex quadam.* per illum
text. sub *num.* 3. *ver. item nota. de testib.* Deci. *cons.* 82. *num.* 1. Gabr.
de testibus. conclus. 3. *num.* 9. *ver. quinto limita.* & ita fuit resolutum in
vna Tudertina de anno 1569. coram Decano, & in alia coram Il-
lustrissimo Lancelloto, vt *in d. decis. Rotæ diuers. par.* 1. *decis.* 185. Are-
tin. clare *dicto cap. licet. num.* 3. vbi, quod debet dicere testis à se de
fama ante litem, idem dicit Corne. *consil.* 146. *colum.* 2. *versic. item*
non deponunt. lib. 3. clarius Natta *consil.* 170. *num.* 8. Crauett. *consil.*
260. *num.* 7. Cæpoll. *cons. ciuili* 31. *num.* 9. Cephal. *consil.* 250. *num.*
28. Crot. *consil.* 34. *num.* 24. *lib.* 1. Æmil. *de testibus. fol.* 267. *num.* 40.
Archid. 35. *quæst. 5. c. consanguineus. circa fin.* Roma. *sing.* 753. *omni ca-*
su. Caputaq. *decis.* 9. *lib.* 2. Petra *de fideicommiss. quæst.* 13. *num.* 70. plu-
res citat Mascard. *conclus.* 749. *num.* 30. † Et in tantum est verum, 37
quod si testis non deponat audiuisse ante litem, non probet;
quia cum probatio sit dubia, & possit referri ante, & post litem,
non releuat. *c. in præsentia. de probation.* & quia quando tempus est
de substantia, illud debet omnino probari. Felin. *in c. ex tenore, de*
testib. item quia, quando tempus est fundamentum intentionis
probare debentis, illud debet probari, & idem de qualitate. Rui.
cons. 92. *num.* 8. *lib.* 3. Alexand. clare *consil.* 150. *num.* 18. *in fin. lib.* 5.
Vide, *Probatio debet de necessitate concludere. Conclus.* 765. *n.* 5. *& mul-*
tis seqq. † Et quod in antiquis tempus motæ, & pendentiæ litis sit 38

dedu-

deducendum. Rota coram Seraphino Decano 1569. 23. Maii, In vna Tudertina, & coram Lancellotto, *lib. 1. diuers. d. decis. 185. in prin.*

39 †Et tempus pendentiæ litis deducitur, vt non sit tempus antiquū, quando lis est super eo, quod probatur; secus si super alio incidenti, super quo lis non est. ita Put. *decis. 358. lib. 2. per tot.* † Contrarium, quod imo testes deponentes de fama in antiquis præsumantur deponere ante litem, non post litem, quando deponunt de præterito, & non fuerunt interrogati, an ante litem, vel post. Rota in vna Toletana portionis 15. Decembr. 1563. Coram R.P.D. Rubeo, & coram Robusterio, quæ etiam reperitur notata per bon. mem. Cardinalem Ioannem Aldobrandinum, & facit de eadem mentione Mascard. *conclus. 749. nu. 31.* †Declara; quia magna est controuersia, an testis debeat deponere præcise ante litem, vel post litem audiuisse; quia potest esse, quod ignorauerit litem, & tempus litis, sed bene verum est, quod si deponat audiuisse post litem, siue expresse, siue ex coniecturis, non probat; sicut è conuerso si deponat audiuisse ante litem, probat, sed si nihil dicit, adeo, quod non constet, an ante, vel post litem audiuerit, est controuersia, & sunt opiniones, quod asserenti incumbit onus probandi, prout dicimus de ætate, vt bene declarat Bald. *consi. 66. num. 5. ver. alij dicunt. lib. 3.* ☞ vt pro reo præsumatur in dubio, & possessore, secus in actore. Vide, 42 *Aetas minor & maior debet probari ab asserente. Conclus. 344.* † Antiquum dicitur, quod memoriam hominum excedit; ideo Princeps admittendo antiqua vectigalia, quæ non possunt præscribi, nisi per tempus immemorabile, debet intelligi de antiquis per dictum 43 tempus. Bald. *consi. 366. Verba rescripti. lib. 3. in princ.* † Declara, vt procedat, quando materia subiecta hoc patitur, vt quia sermo habetur de vectigalibus antiquis respectu eius, qui non habet titulum, neque bonam fidem, alias autem sufficerent 30. vel 40. anni; & ideo antiquum dicitur per tantum tempus secundum subiectam materiam. Bald. *dict. consil. 366. numer. quarto, ver. præterea, lib. 3.* Vide, Mascard. *Conclus. 103. Variis in rebus quod tempus antiquum intelligatur.*

Annui redditus an inter immobilia computentur, & quando. Concl. 342.

1 ANNVI † redditus perpetui proueniētes ex bonis stabilibus, vt sunt fructus possessionum, & domorum, sine dubio computantur inter bona stabilia. *clem. exiui. de verb. signifi. in §. cū annui redditus.* Feder. de Sen. *consi. 12. Fratres Prædicatores, num. 5. ver. Item communi*, vbi, quod proprie isti computantur inter immobilia, & idem Feder. c. *dict. cons. 82. In quodam capitulo*, late Ruin. *consil. 82. lib. 2.* Rom. *consi. 188. In hac causa, in fin.* vbi apostil. dat concord. plures. Zabar. *consil. 66. In dubio præmisso. in princ.* Iaf. in *l. sciendum. num. 23.*

* 2 vbi * de communi. *ff. qui satisd. cogan.* † Et quod annui redditus inter immobilia computentur. Bald. *consi. 29. num. 3. in fin. ver. & quia annui. lib. 1.* Anchar. *consi. 200. in fin.* Roma. *consi. 302. Ego hunc contractum, in fin. vers. annui nunquam redditus*, vbi apostil. in *ver. computantur.* Alex. *consi. 15. attentis. num. 3. ver. imo etiam. lib. 7.* vbi apostil. in *ver. inter*, 3 citat Tiraquel. *de retract. §. 1. gloss. 6. num. 4. & sequ.* † Declara, seu limita tribus casibus, quando is, qui habet annuos redditus, possideret illos, alias secus, si non est in quasi possess. exigendi. Secundo, si debentur ad longum tempus; secus esset: si ad modicum. Tertio, quando tales redditus debentur ex publico; quia fiscus semper est soluendo; secus, si à priuato non soluendo. Ita Iaf. *d. l. sciendum.*

4 *nu. 23. ff. qui satisd. cogan.* † Contrariū, quod imo annui redditus reputentur iura, & actiones, & sic sint tertia species. Abb. in *cap. nulli. num. 10. de reb. Eccles. non alien.* Alex. *consi. 157. lib. 7.* Deci. *consi. 461. num. 2. circa fin.* Ruin. *consi. 82. lib. 3.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glo. 6. num. 3. & gloss. 7. num. 36.* Angel. *consi. 328. Anastasius olim, per totum*, maxi-

5 *me num. 4. & num. 6.* † Declara, vt plene per Hieron. Gabriel. *consil. 141. per totum, lib. 2.* vbi dicit, quod annui redditus perpetui, prout sunt census, qui consistunt in re stabili, & fructuosa, vel etiam montes non vacabiles consistentes in iuribus publicis, dicuntur immobilia, & in eis datur petitorium, possessorium, & habentur per omnia pro immobilibus, & in hoc dicit nullam esse difficultatem. Vide, *Census annui computantur inter immobilia. Conclus. 194.* † Si

6 ☞ vero sumus in annuis redditibus personalibus perpetuis, vel in cōsistentibus in rebus immobilibus, sed ad tempus; reputantur inter iura, & actiones, ita Gabriel. *d. consi. 141. lib. 2.* vbi plurimos allegat,

7 & dicit, quod ita iudicauit Rota Romana. † Amplia, etiam si modicus sit annuus redditus; quia adhuc inter immobilia computa-

8 tur Gemin. *consi. 40. num. 4. ver. in contrarium.* † Amplia, vt procedat, etiam si isti annui redditus essent temporales, puta ad vitam hominis; quia inter immobilia computantur; quia quoad eum, cui debentur ad vitam, dicuntur perpetui. Feder. *d. consi. 12. num. 5. ver. licet*

enim. † Amplia etiam in annuis redditibus ad longum tempus, puta 9 decennii; quia inter immobilia computantur. Feder. *d. consi. 12. circa fin.* incipit: *Domine mi charissime. ver. restat nunc.* vbi declarat. Vide, tu- ☞ *norum immobilium appellatione. Concl. 104. num. 2. & sequen.* † Extende; 10 quia pecunia deposita ad honestam partem lucri, ex qua soluitur annuus redditus, dicitur inter immobilia Rom. *consi. 188. In hac causa, in fin.* vbi apostill. fin. in *verb. comparatur*, dat plures concordan. † Amplia; quia loca montium Florentiæ, quæ consistunt in annuis 11 redditibus, dicuntur ciuiles possessiones, & rediguntur ad instar rei corporalis immobilis. Bald. *consi. 424. Petrus emit. in fin. vers. præterea ipsæ possessiones. lib. 2.* Paris. *consi. 86. num. 6. lib. 3.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. nu. 4.* Rom. *consi. 159. Super eo. col. 2. in princ.* Vide, *Mon-* ☞ *tium loca fructuosa an sint licita. Conclus. 369.* † Extende in locis mon- 12 tium salis, & moliturarum Bononiæ; quia inter immobilia computantur. Alexand. *consil. 179. In causa, & lite, num. 3. ver. fortificatur, lib. 6.* & iterum *consi. 15. Attentis, num. 3. ver. imo etiam. lib. 7.* † Declara; quia si 13 prohibetur à statuto acquisitio bonorum stabilium per forensem, valebit legatum factum, quod res vendatur, & inuestiatur in montibus Ciuitatis Venetiarum ad commodum legatarii forensis; quia est odiosum. Cardin. Zabar. *consi. 66. in princ.* † Contrarium tenet 14 Angel. *consi. 328. Anastasius olim, per totum*, maxime *num. 4. in fin. & nu. 6.* vbi, quod non veniunt in legato omnium bonorum mobilium, & immobilium; quia sunt iura, & actiones, & licet inter immobilia computentur; tamen illud est respectu alienationis, & respectu applicationis ad mobilia, vel immobilia, prout competunt, sed reuera sunt iura, & actiones, vsq; in fin. & est Ludouic. de Albergottis, & Angel. Vide, *Iura & actiones an comprehendant mobilia, & immo-* ☞ *bilia. Conclus. 494.* † Amplia; quia pecunia deposita, vel destinata 15 pro emptione prædiorum pupilli, non potest alienari sine decreto; quia inter mobilia computatur. Rom. *consi. 188. In hac causa, in fi. nu. 5. ver. quoad tertium*, allegat text. singul. in *l. 3. §. vsuras. ff. de contrar. vel vtil. action. tutel.* & ibi apostil. in *verb. notabilis*, quæ citat plures concordan. † Contrarium, quod imo non computetur inter immobi- 16 lia, est magis communis * opinio, vt per eandem apostil. ad Roma. * *d. consi. 188. in ver. notabilis, in fin.* vbi citat alios attestantes de magis * communi. † Amplia, ad impressita Venetiarum; quia quodam- 17 * modo sunt bona immobilia Venetorum effecta, non autem sunt Bononiensium, qui sunt creditores, ex quo censentur perpetuo destinata Venetiis. Alexan. *consi. 19. Circa primum, nu. 9. lib. 6.* † Re- 18 stringe in fructibus alienatis sine solo; quia mobiles reputantur. Tiraqu. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 44. & seq.* † Limita in legato 19 annuo facto ad vitam monachi; quia respectu monasterii non est perpetuum, neque inter immobilia computatur. Feder. *d. consil. 12. num. 5. ver. licet enim.* † Limita de consuetudine in legato annuo ad 20 modicum tempus, puta, duorum, vel trium annorum. Federic. *dict. consi. 12. in fin. in cap. Domine mi charissime. num. 5. ver. sed secus est*, & idem Feder. *consi. 82.* vbi idem est, si vsque ad decem annos tantum legatum; quia cum non sit perpetuum, non computatur inter immobilia. † Limita quia vbicumq; legatum annuū de facili potest de- 21 ficere propter vitam legatarii; tunc non est perpetuum, nec inter immobilia computatur, quin possit valere, non obstante constitutione prohibente retineri immobilia. Feder. *d. consi. 82.* † Extende, 22 vt licet vsus fructus sit inter immobilia; tamen redditus computantur inter mobilia; ideo statutum prohibens aliquem posse acquirere stabilia, qui non substinet onera in Communi, non impedit quem habere legatum annui redditus ad vitam. Fulgos. *consi. 92. nu. 2. ver. item loquitur.* † Limita, quando annuus redditus non esset 23 ex re immobili. Crauett. *consi. 782. num. 3.* † Limita, quando annuus 24 redditus esset propter moram, & in sequelam obligationis principalis. Ruin. *consi. 82. circa fin. lib. 2.* Vide Anton. Gabriel. *lib. 6. titu. de* ☞ *verbor. signific. Conclus. 8. Annui redditus veniunt appellatione immobilium.*

Annulus ad quid inuentus, & an probet matrimonium. Concl. 343.

ANNVLVS, † & eius immissio, non fuit inuentus ad substā- 1 tiam matrimonii, sed datur in signum mutuæ dilectionis, vt eorum corda pignore iungantur. Lap. *clleg. 57. num. 4. vers. annulus.* †Ponitur in digito annulari; quia in eo est vena sanguinis, quę 2 vsque ad cor peruenit. tex. est in *c. nostrates. 30. q. 5.* quem ad hoc allegat Lap. *allegat 57. num. 4.* sed textus ibi hoc non dicit, sed tantum dicit, quod ille dicitur digitus fidei. † Annulus probat sponsalia cō- 3 tracta, si probatur immissio annuli, ad instar arrhæ, quæ non probat contractum, sed est signum futuri contractus. gloss. in *c. fœminæ, 30. q. 5. in glo. fin.* Lap. *alleg. 57. nu. 4.* † Probat etiam matrimoniū an- 4 nuli immissio, si ita est de consuetudine, quod annulus detur solū in matrimonio contracto. gloss. fin. in *d. c. fœminæ, 30. q. 5.* Lap. *d. alleg.*

57.*num.5.ver.vnde per annulum*,& latius *num.13.ver.item inter præfatos*: vbi in fin. dicit, quod in tota Tuscia forte est talis consuetudo.
5 † Contrarium Socin.*consi.39.Visis,nu.3.lib.1*.declara,vt per Mascar.
☞ *concl.1020*.Vide,*Matrimonium ex quibus præsumatur. Concl.129.in prin.*
6 † Annulus immissus per virum mulieri est actus notus, & vulgare signum ad iudicandum matrimonium, prout fumus ignem. Lap.
7 *alleg.57.circa fin.num.16.ver.& licet annuli immissio.* † Et ex immissione annuli per virum in digito mulieris insurgit præsumptio matrimonii. Alexan.*consi.150.in causa,& lite,num.19.ver.præterea licet.lib.5.*
8 vbi apostil.citat Abb.in *cap.final.de desponsat.impub.* † Declara;quia sola gestatio annuli per mulierem non infert matrimonium,maxime,quando non probatur,quod præsente, & patiente, ac vidente prætenso viro fuerit portatus annulus. Alexan. *d.consi.150.num.19. lib.5.* Vide Mascard. *Conclus.100. Annuli transmissio an probet matrimonium.*

Annuli sponsalium an censeantur donati,& vxoris fiant. Concl 344.

1 ANNVLVS, † cum quo maritus desponsat vxorem,efficitur vxoris,& ea mortua spectat ad hæredes mulieris. Alber. in *l. cum te.nu.2.C.de donat.ante nupt.*& hoc ideo;quia videtur donatus ex causa necessaria; & ideo non repetitur. *l.si quis pro vxore.ff. de donat.inter vir.& vxor.*& ita per illum text.Rom.*consi.146.nu.2.versi. nunc vero.* Natt. *consi.317.*& est text.in *l.si donatæ.§.si sponsus.ff.de donat. inter vir.& vxor.*vbi Odofred.& Cuma. Paris. in apostil.ibi ad Bart.
2 ita Bald.in *auth.ex testamento.nu.10.C.de collatio.* † In contrarium allegatur Bal.in *l.cum te sponsæ.nu.3.ver.sed pone, antequam.C.de donat.ante nupt.*Ang.*cons.339.Nicolaus de Tartagnis*, super secundo dubio,quod explicat simul cum primo. Card. Zabar.*consi.43.*Vide plene apost.
3 ad Rom.*d.consi.146.*vbi allegat plures pro vtraque opinione.† Declara;quia si cõstat clare,quod donauerit annulum, vel quod non donauerit,res est clara; si vero sumus in dubio, & extat consuetudo;statur consuetudini, vt dicit Bart. in *d.l.si donatæ.§.si sponsus.ff.de donat.int.vir.& vxor.*& ita etiam Alber.in *d.l.cum te.num.2.C.de donat.*
4 *ante nupt.* qui deponunt de consuetudine particulari Patriæ. † Si vero non constat de consuetudine; tunc aut est annulus pretiosus magni valoris,& præsumitur accommodatus, vt ornatior incedat, aut modici valoris, & ordinarius, & mulier lucrari debet,ita in annulis,& vestibus.Alex.*consi.42.lib.5.* vbi, quod si dd.res sunt in vsu quotidiano,censentur donatæ, alias non:vbi apostil. dat corcord. Rom.*d.consi.146.nu.3.* Socin.Iun.*d.consi.134.num.38.lib.1.*ita Bald.in
5 *auth.ex testamento.nu.10.C.de collat.* † Extende;quia procedit,etiam si annulus esset alienus,& maritus constante matrimonio aliũ subrogaret;quia valebit donatio per illum text.in *d.l.si donatæ.§.si sponsus.ff.de donat.int.vir.& vxor.* vbi Cuma. & alii, & infert pro notabili Roman.*consi.146.in fin.*sequitur Menoch.*consi.211.num.71.*Oldrad.
☞ *consi.224.nu.25.ver.& ad hoc facit.* Vide,*Donata marito contemplatione vxoris,vel è contra,cuius sint.Concl.698.* maxime *nu.60.& seq.*

Annus quid sit, & qualiter diuersimode computetur, & incipiat. Concl.345.

1 ANNVS † mensuratur,& sit ex diebus, & mensibus;& ideo quo die incipit,in eodem die annus finitur,& reuoluitur.Bal.
2 *consi.457.Reuerendus pater,in fin.lib.1.*† Et diuiditur annus in duodecim menses,sicuti hæreditas diuiditur in duodecim vncias, Bar. in *l.fur est manifestus,cum tribus seqq.ff.de furt.* Alex.*consi.9.Attentis verbis,*
3 *in prin.lib.7.*† Et principium anni habet locum à primo mense,quo incipit annus ex conuentione,vnde qui facit pactum de retrouendendo intra quatuor annos, dummodo in principio quarti anni offerat pretium,debet intelligi de principio quarti anni, videlic.in principio primi mensis quarti anni, alias lapso principio expirat
4 pactum.Alexand.*consi.9.Attentis verbis,in prin.& per tot.lib.7.* † Annus incipit,& computatur à die Natiuitatis Domini 25.Decembris in ipso die,non autem à Circumcisione,& hoc in Romana Curia, Italia,Hispania,Aragonia,Cathalonia,Datia, & Vasconia.Rot.in *antiq.decis.17.de Iudic.*alias 813.*in princ.*incip. *Sciendum est, quod Curia*
5 *Romana.*& concord. *decis.3.eodem titu. in nouis*,alias 40. † Restringe in Anglia,Francia,& Germania; quia incipit ab Incarnatione, qui est dies Annunciationis Beatæ Mariæ die 25.Martii. Rota *d.decis.*
6 *17.de iudic.in antiquis.& decis.3.in nouis.eodem titu.* † Pisani in Italia incipiunt ab Incarnatione vario modo; quia finito anno à die Incarnationis computant annum vnum, & sic deinceps, non autem à prima die Incarnationis computant,sed in fine;& ideo in secundo anno Incarnationis computant primum annum, & sic deinceps.
7 † Declara; quia licet annus Domini incipiat à Natiuitate Domini, prout in Ciuitate Paduæ de consuetudine; tamen si apponatur annus ab Incarnatione, valet instrumentum; quia non annullatur contractus,vel instrumentum ex tali consuetudine. Ioan.de Imol. *consi.8.in princ.*† Limita;quia annus quoad recollectionem fructuũ 8
incipit in mense Septembris, & finitur in alio mense Septembris Feudistæ in *cap.1.§.his consequenter, titu.hic finitur lex Corradi.* † Et 9
quoad eum, qui tenetur promoueri ratione beneficii, incipit annus à die adeptæ possessionis pacificæ beneficii; si tamen esset priuatus, tanquam non promotus, & obtineret de nouo prouideri, dummodo intra annum promoueatur, annus iste inciperet à data nouæ prouisionis. Ægid.Bellam.*decis.153.& decis.178.ver.item,quod si priuatus,& decis.180.*

Apparenter aliquid esse quando sufficiat, licet non existenter. Concl.346.

APPELLATIO † ab interloquutoria,vt Iudex ad quem post- 1
sit procedere, sufficit apparere prima facie, quod fuerit interposita ob causam legitimam expressam,quæ si esset vera,deuoluer-
et,licet existenter non sit vera,quando cognoscetur de meritis,gl. in *l.1.ff.nil nouar.appell.pendẽ.in ver.fiat*,quæ licet loquatur quoad Iudicem à quo; tamen procedit etiam in Iudice ad quem. Castrens. *consi.237.Viso puncto.col.2.ver.respondetur.lib.2.& consi.255. Primo,&*
ante omnia.prope fin.lib.2. † Testamentum apparenter validum,vel 2
nullum,attenditur quoad exequutionem. Castrens.*d.consi.237.col. 2.lib.2.*allegat Bart.in *l.legatum, in prin.ff.de falsis*, & faciunt notata in *l.fin.C.de edict.diu.Adrian.toll.*† Læsionem ex laudo resultantem,quæ 3
apparenter, si esset vera, releuaret exprimentem admitti debere, dicit Castr.*d.consi.255.vol.3.post med.lib.2.* vbi,quod si postea in processu iustificabit,obtinet,sin minus,succumbet, & soluet pœnam.
† Limita; quia magis attenditur vera existentia,quam apparentia. 4
Vide Socin.*reg.34.Contumax verus, & reg.35.Contumax fictus*, vbi ponit exemplа.Vide,*Debitor soluens non domino quando liberetur.Concl.42.* ☞
Vide,*Opinio,& reputatio communis multa operatur. Concl.157.* Vide,*Veritas contra opinionem,& mentem quando attendatur. Concl.168.*

Appellatio quid sit, & in quo differat à prouocatione. Concl. 347.

APPELLATIO † est quædam medicina inuenta contra mor- 1
bum sententiæ iniquæ,*l.1.ff.de appell.* Oldrad. *consi.255. Contra prouisionem,num.5.ver.præterea appellatio*, vbi;quod oportet commensurari medicinam morbo; & ideo in casibus, in quibus sententia lata contra vnum omnibus præiudicat, appellatio interposita per vnum debet omnibus prodesse.† Et nil aliud est appellatio,quam 2
querela iniquitatis.*l.1.in princ.ff.de minor.* Castillio. *consi.34.in fin.sub num.14.* † Et est adinuenta appellatio,vt iudicantis iniquitas corri- 3
gatur.Roman.*consi.324.nu.3.* † Et est defensio,& præsidium inno- 4
centiæ inducta de iure naturali, & inducta principaliter ad fauendum oppressis,plene Alexand.*consi.113.Viso themate,in prin.lib.5.*vbi, quod est remedium fauorabile. † Est defensio appellatio; & ideo 5
non censetur vnquam sublata in dubio; ideo si denegatur audientia,non denegatur appellatio.Socin.*consi.195. Circa primum,num.2. ver.confirmatur.lib.2.* † Et respicit publicam vtilitatem appellatio; 6
ideo in Ciuitate est necessarius Iudex appellationum,& Iudex datus à statuto cum facultate committendi appellationes à diffinitiua, debet posse etiam committere appellationes ab interloquutoria, quando grauamen per diffinitiuam non potest reparari. Castrens.*consi.194.num.2.ver.nunc est videndum,lib.2.* † Potestas tamen 7
appellandi est introducta de iure ciuili.Signor.*consi.249.num.4.ver. præterea potestas appellandi.* † Appellatio autem differt à prouocatio- 8
ne;quia licet quandoque vnum pro alio ponatur, prouocat,& appellat; tamen prouocatio non est proprie appellatio, sed potius vocatio ad causam.*cap.cum sit Romana,de appell.* Lap. *alleg.39.num.5. ver.prouocatio enim*, vbi, quod fit contra superiorem,vel Iudicem in causa propria ad effectum recusationis, & vocationis coram alio superiore communi. † Prouocatio tamen potest etiam fieri contra 9
personas priuatas,& singulares. Lap. *alleg.39.numer.5.ver.an autem.* † Recursus, seu petitio cognitoris si permittatur à statuto, debet 10
regulari secundum naturam appellationis; quia species appellationis est;ideo si à sententia interloquutoria petitur, debet peti in scriptis cum expressione causæ, sicut in appellatione. Bald. *consil. 146. Quia ex facto,num.1.vers.& ad euidentiam.lib.3.* † Amplia;quia 11
non grauatus non appellat; quia vbi cessat grauamen, cessat appellatio. Alexand. *consil.89.numer.8.lib.1.c.omnis oppressus.2.quæst.6.*
* Doctor. in *cap.vt debitus*, per illum text. *de appellat.* Vide, *Appella* ☞
tio à grauamine inferendo non admittitur. Conclus.361. vbi plenius.

† Exten-

12 † Extende, quia appellatio est adiumenta ad tollenda grauamina illata per alium; & ideo si grauatus potest per seipsum tollere grauamen, prout comparendo, vel soluendo modicam summam pro expensis, vel contumacia, non auditur, si appellat; quia non grauatur. Castrens. *cons.236. Viso puncto, num.2. ver. ad secundum, lib.2.* † Et
13 ideo non potest tolli appellatio, nisi per Principem supremum. ☞ Vide, *Appellatio remoueri per quos Principes possit. Concl.398. cum seq.* † Et
14 si tollatur per legem, vel statutum, aut Principem; non tamen tollitur supplicatio, ne grauatus opprimatur. Vide, *Supplicatio Principi oblata, quid sit, & quando prohibita, vel non. Concl.905.*

Appellatio est de genere permissorum. Concl. 348.

1 REGVLA † generalis est, quod de iure communi ab omni sententia potest appellari, nisi reperiatur in specie prohibita, *l. in maioribus, & l. Proconsulibus. C. de appellat.* Bartol. *cons.165. In*
2 *quæstione, qua quæritur in prin. lib.1.* quod duplicatur *lib.2. cons.22.* † Et quod sit regula, quod appellatio sit permissa, nisi sit prohibita expresse, *c. omnis oppressus. 2. quæst. 6.* Roman. *cons.261. Super eo, num.4. ver. secundum membrum,* vbi apostil. dat concordantes, in *ver. non potest,* & est fauorabilis, & in dubio censetur permissa, & non prohibita.
3 Alex. *cons.113. Viso themate, in princ. lib.5.* † Vide omnino Bart. *quæst.11. post consilia 2. volum.* incip. *Petitum fuit, in princ.* vbi, quod edictum de appellatione est prohibitorium, & prohibitorii natura est realis; & ideo, cum ea non reperiatur prohibita aliqua lege, est permissa ap-
4 pellatio. † Amplia etiam, quando datur reductio, prout à sententia arbitri, seu arbitratoris; quia licet detur reductio, non tamen denegata, vel prohibita censetur appellatio. Roman. *dict. cons.261.*
5 *num.5. ver. superest.* † Contrarium tenet apostil. ad Roman. *d. cons.*
* *261. num.5. ver. non est verum,* vbi dicit * communem allegat. Abb.
6 *cons.77. In quæstione, col. fin. ver. circa primum. lib.2.* † Amplia; quia datur appellatio etiam à modico grauamine, quando appellatio fit à mero Iudice; secus si à Iudice electo, tanquam bono viro. Roman.
7 *cons.261. colum.2. num.3. in fin. ver. ex quibus recte.* † Extende; quia etiam in minimis causis datur appellatio. Alexan. *dict. consi.113. num.3.*
8 *ver. hoc supposito, lib.5.* † Amplia; quia appellatur à transactione. Rom. *cons.261. num.5. ver. secundo, vna ratione,* vbi, quod ab omni actu decisiuo extraiudiciali datur appellatio de iure Ciuili, & magis de iure Canonico, & ibi Apostil. in *ver. potest,* allegat pro vtraque par-
9 te. † Amplia; quia appellatio datur ab omni decisione Iudicis aliquid statuentis, vti boni viri, si excedat. Roman. *dict. consi.261. colum.*
10 *fin. num.6. ver. ad secundum vero,* vbi apostill. in *ver. posse.* † Extende; quia vbi Iudicis arbitrio aliquid committitur, censetur electus, vti bonus vir, prout in dilatione concedenda; & tamen datur appellatio. Rom. *d. cons.261. num.6. ver. ad secundum,* & ibi apost. in *ver. posse.*
11 † Extende etiam; quia quando aliquid committitur conscientiæ alicuius, potest superior factum per viam appellationis, vel recursus moderari, gloss. in *clemen. 1. de iure patron. in ver. oneramus,* sequitur
12 Roman. *cons.261. in fin. ver. secundo hoc probo.* † Amplia; quia cum appellatio sit fauorabilis, cumulantur summæ plures, in quibus appellans est condemnatus, vt sit locus appellationi, etiam si sint plures summæ separatæ: nam dato, quod à summa decem librarum infra non appelletur, si quis condemnatur in pluribus summis sex scutorum, ex diuersis causis simul coaceruantur, vt detur appellatio; secus si materia esset odiosa, late Alexa. *cons.113. Viso themate, nu.*
* 13 *3. & sequ. lib.5.* vbi dicit * communem. † Amplia; quia licet in causa falsæ monetæ non detur appellatio; tamen id non extenditur ad alias falsitates; imo neque ad eum, qui supponit vnam monetam pro alia. Bart. *cons.165. in princ. ver. de iure communi, lib.1.* & duplicatur
14 *lib.2. cons.23.* vbi apostill. in *ver. prohibetur,* dat concord. † Extende, vt idem sit in omni dispositione, per quam prohibetur appellatio; quia debet stricte intelligi in illo casu. Bart. *dict. consi.165. per totum,* maxime *in prin. lib.1.* vbi apostill. in *ver. prohibetur.* dat concord. late
15 Cephal. *cons.219. nu.13. lib.2.* † Limita in causa falsæ monetæ fabricatæ; quia non datur appellatio, Bart. *d. cons.165. in princip. ver. de iure*
16 *communi, lib.1.* quod duplicatur, *lib.2. cons.23.* † Limitat Socin. in *reg. 24. Appellatio in qualibet causa permissa,* modis 32. in quibus non datur appellatio.

Appellatio de vno ad alium quando arguat subiectionem. Concl. 349.

1 APPELLATIO † à Decano, seu Archidiacono ad Episcopum arguit subiectionem Archidiaconi à quo, versus Episco-
2 pum ad quem. † Amplia; quia appellari non potest à maiori ad mi-
* 3 norem secundum * communem. Gozad. *cons.76. nu.6.* † Et ideo à delegato Papæ, & conseruatore non potest appellari ad Ordinarium, vel legatum natiuum, aut Legatum de Latere. Anchar. *consil.*
132. *Casus super quo, nu.8.* † Extende; quia neque valet statutum, vel 4
consuetudo, quod appelletur ad inferiorem. Anch. *d. cons.132. nu.9.*
Gozadin. *cons.76. nu.7.* vbi dicit * communem. † Amplia; quia ap- 5*
pellatio à sententia Episcopi, seu Officialis Episcopi deuoluitur ad Papam, vel Metropolitanum, non autem ad eundem Episcopum; ideo si Episcopus committat appellationem alteri, qui pronunciat sententia est nulla defectu iurisdictionis; quia non refert, an careat omnino delegatione, vel habeat ab eo, qui non potest dare. Castillion. *cons.34. num.6. & sequen.* vbi extendit, etiam si vterque tam appellans, quam appellatus fuerint prosequuti. † Limita, quod 6
non arguitur subiectio ex eo, quod subditi Archidiaconi appellent ad Episcopum, & appellatio deuoluatur; quia bene arguitur subiectio appellantium, sed non eius, à quo appellatur. Oldrad. *cons.244. num.20. versic. Quartum genus,* qui nihil allegat. Vide, *Ap-* ☞
pellatio ad quem debeat fieri. Concluſ.352. nu.16. & seq. & nu.27. Vide, *Appellatio locorum inferiorum Baronum deuoluitur ad supremum superiorem. Concluſ.372.* Vide, *Superior ex quibus cognoscatur. Concluſ.898.*

Appellatio coram quo, & qualiter interponenda. Concluſ. 350.

APPELLATIO † debet interponi coram Iudice à quo, & 1
sic eo præsente; *c. vt debitus. de appellat. c. cordi, eod. tit. lib.6.* & rationem ponit Lap. *alleg.39. nu.6. ver. quare sit in præsentia,* quia principaliter rescindit factũ Iudicis, de cuius iniquitate est agendum. Franc.
in *c. appellatio, num.3. ver. & rationem quare, de appellat. lib.6.* allegant Io. Andr. in *c. generali de regu. iur. eod. lib.6.* Angel. *cons.130. Visis omnibus,*
in prin. † Amplia, vt procedat, siue appellatio sit iudicialis, siue ex- 2
traiudicialis, Lap. *alleg.39. in princ. ver. alias si appelletur.* † Amplia, vt 3
procedat etiam in appellatione interposita à declaratione calculatorum, quando ex forma statutorum electi fuerunt; quia sunt Iudices. Angel. *consi.130. in princ.* † Amplia, etiamsi appellatio sit 4
interposita ab interloquutoria. Angel. *dict. cons.130. in princ.* † Limita; quia valet etiam appellatio interposita coram Iudice ad quem, 5
in absentia Iudicis à quo. Lap. *alleg.39. An valeat, in princ.* † Limita, 6
nisi ex iusta causa, puta, propter metum, vel quia copia Iudicis à quo, haberi non potest; quia tunc valet appellatio interposita coram honestis personis in absentia Iudicis à quo, & Iudicis ad quẽ. Lap. *d. alleg.39. in prin. ver. quandoque appellatur,* vbi etiam relatiue, quæ sit iusta causa. Feder. de Sen. *cons.248. in prin.* Angel. *cons.130. Visis o-*
mnibus, in princ. Vide, *Appellatio coram honestis personis, quando valeat.* ☞
Concluſ. proxima sequen. † Limita, nisi appellans esset absens, infir- 7
mus, vel pauper, aut alias impeditus; quia valet appellatio absente Iudice à quo, ex quo non est præiudicialis Iudici, nec parti, donec sit intimata; ideo probantur ista impedimenta per iuramentum, vel per alias leues, & summarias probationes. Lap. *alleg.39.*
num.12. ver. puta etiam, vsque in fin. † Limita in reductione arbitrii, 8
seu laudi, vel arbitramenti; quia appellatio, dictio, nullitatis, & reductio fit, & peritur coram illo Iudice ordinario, ad quem spectat reductio. Bald. *cons.353. A. Procurator, per totum, lib.3.* † Extende; quia 9
si fuerit petita coram arbitro, qui tulit laudum, non valeret. Alex.
cons.101. Viso processu, in princ. lib.2. † Limita; quia appellatio facta in 10
scriptis coram Iudice porrecta sufficit, licet non legatur, quia sufficit, quod sit certa per relationem ad acta. Abb. *consi.28. Omissis. num.*
2. ver. secundo hoc videtur. lib.1. allegat text. in *c. appellatio, de appellat. lib.6.*
† Qualiter sit concipienda appellatio per Procuratorem, an in 11
personam suam, an in personam domini? die, quod in personam suam, vt quia ipse appellat nomine domini; si tamen comparuit, & appellauit, prout in schedula, etiam quod schedula loquatur in personam principalis, substinetur? Bald. *consil. 353. A procurator, lib.3.*

Appellatio coram honestis personis quando valeat. Concluſ. 351.

APPELLATIO † interposita coram honestis personis in 1
absentia Iudicis à quo, & Iudicis ad quem, valet, si subest iusta causa, puta, metus, vel quia copia Iudicis à quo haberi non potest. Lap. *allegat.39. in princ. ver. quandoq; appellatur,* secus si sine causa. † Quæ autem dicatur iusta causa appellandi coram honestis per- 2
sonis. Lap. relatiue *d. alleg.39. in prin. ver. & quis metus,* & latius affertiue, quod est metus, si Iudex non facit copiam sui in publico; quia non tenetur appellans perquirere eum in hortis, *nu.11. ver. quomodo debeat,* & *nu.12.* quod sufficit absentia infirmitas, paupertas appellãtis, & quod ista probantur per iuramentum appellantis. † Et di- 3
citur iusta causa, quando breuitas termini, & absentia exequuto-

ris, non patitur, quod coram illo appellatio interponatur. Feder. de Sen. *conſ.* 248. *in prin.* † Limita, quod licet non valeat appellatio coram honeſtis perſonis in abſentia Iudicis, ſine cauſa, quando appellatur à Iudice iudicialiter procedente, glo. in *c. appellatio, de appell. in 6. l. in offerendis, C. eod. tit.* Lap. *d. allegat.* 39. *num.* 2. *ver. ſi appellatur*, tamen in Curia Romana tales appellationes admittuntur, dummodo notificentur Iudici, vel parti intra menſem, idem Lap. *allegat.* 39. *n.* 3. allegat Specul. in *tit. de appellat.* §. *qualiter*, qui dicit ita audiuiſſe ab expertis; & ſequitur Franc. in *c. appellatio, num.* 3. *in fin. ver. fallit tamen, de appellat. in* 6. † Declara hanc limitationem, quod talis appellatio extraiudicialis ante illius intimationem, non vitiat proceſſum factum coram Iudice à quo, Lap. *d. allegat.* 39. *numer.* 3. *ver. putat tamen Lap.* & latius ſub *num.* 10. *ver. & ſi appellatur*, dicit, quod appellans abſente Iudice, & parte, debet intimare eidē Iudici, vel parti in cauſa beneficiali intra menſem, & ſecundum formam *clem. cauſam, de electio.* in prophana non eſt ſtatutus terminus, ſed ante intimationem non defenditur appellans, & valet proceſſus contra eum. † Limita in appellatione extraiudiciali à iudice extraiudicialiter procedente; quia valet appellatio coram honeſtis perſonis ſine cauſa, *c. vt circa, de electio. in* 6. Lap. *d. allegat.* 39. *num.* 3. *ver. quando appellatur.* Vide, *Appellatio extraiudicialis qualiter interponenda. Concluſ.* 373. † Plures perſonæ an requirantur honeſtæ, coram quibus appelletur, an vna ſufficiat. Lap. *allega.* 39. *nu.* 8. *ver. an vbi appellatur*, ex mente Specu. in *titu. de Decurio.* §. *nunc. de effectu, ver. ſed nunquid.* dicit, quod ſufficit vna perſona, dummodo coram teſtibus fiat & Notario, & quod ita ſeruatur. Imo *num.* 9. *verſi. & videtur*, dicit, quod coram Sacerdote ſimplici, & ſolo Notario cum teſtibus, dicitur interpoſita coram honeſtis perſonis.

Appellatio ad quem debeat fieri. Concl. 352.

1 APPELLATIO † non debet fieri de iure ciuili ad primum Superiorem omiſſo medio, *l. Imperatores. ff. de appell.* & licet Roman. *conſ.* 2. *in princ.* incip. *Viſis mihi*, contrarium dicat, illud eſt per errorem; quia omiſit negatiuam, vt ibi apoſtill. aduertit, & ipſemet Rom. *conſ.* 332. *num.* 3. *verſ. quod ex pluribus*, vbi apoſtil. in *ver. gradatim*, dat plures concord. Caſtrenſ. *conſ.* 194. *in fin. lib.* 2. & *conſil.* 196. *in fin. eod. lib.* 2. *num.* 8. gradatim igitur debet appellari de iure ciuili per prædicta. † Sed de iure Canonico contrarium Gemin. *conſ.* 73. *num.* 2. Corn. *conſ.* 187. *In conſultatione. num.* 8. & 9. *lib.* 4. Io. de Anan. *conſ.* 51. Caſtrenſ. *conſil.* 196. *num.* 8. *lib.* 2. Abb. *conſ.* 77. *In quæſtione, in fin. ver. ego puto. lib.* 2. † Regulam facias; quia de iure ciuili non debet appellari ad primum ſuperiorem omiſſo medio, ſed ad immediatum ſuperiorem, ita apoſtill. ad Rom. *conſi.* 2. *in ver. debere*, quæ dicit per errorem eſſe omiſſam negatiuam, videlicet, non debere; quia de iure ciuili gradatim eſt appellandum, & ita declarat idem * Roman. *conſi.* 332. *nu.* 3. *ver. quod ex pluribus*, vbi plena * apoſtill. in *ver. gradatim*, dat plurimos concordan. & ita etiam loquitur Caſtrenſ. *conſi.* 194. *Viſo puncto, in fine. lib.* 2. vbi allegat text. in *dict. l. Imperatores. ff. de appellat.* quia expreſſe vult, quod omiſſo medio non appelletur ad Principem, & ſi eſt appellatum, remittatur ad medium, ad quem iure municipali defertur, & *conſil.* 196. *in fine. numer.* 8. *eod. lib.* Doctor. in *cap. de duobus, de appella.* vbi Guido Pap. reddit bonam rationem, quando appellatur omiſſo medio ad Papam, non ad Imperatorem; & dicit; quia Papa magis inſiſtit in iudicando, quam Imperator intentus bello, & aliis bellicis negociis, ſeu mundanis. Extende; quia in caſibus, in quibus gradatim eſt appellandum, ſi non appelletur gradatim, deferitur appellatio, & eſt danda exequutio ſententiæ. Ioan. de Anan. *d. conſ.* 51. *per totum*, maxime *in fin.* Roman. *conſi.* 2. *per totum*, vbi eſt caſus, vbi tollit contraria. † Extende etiam ſtante ſtatuto contrario, quando eſſet factum ab Vniuerſitate in præiudicium ſuperioris, ad quem appellatio deuoluitur; quia non valet. Abb. *quæſt.* 6. *colum.* 14. *num.* 13. *verſ. idem puto.* † Extende, quando ſtatutum mandat, quod appellans à Prætore teneatur appellare coram Dominis loci, vel eorum delegatis, & proſequi appellationem intra decem dies; quia non habet locum, ſi Prætori fuit datus adiunctus Eccleſiaſticus Delegatus Epiſcopi; quia ad Epiſcopum debet appellari. Alexand. *conſi.* 12. *Viſo proceſſu, per tot.* maxime *num.* 12. *lib.* 6. vbi, quod neque ſeruatur ſtatutum quoad inſtantiam. † Extende, quod in omnibus caſibus, in quibus appellatio debet deuolui ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, non valeat ſtatutum laicorum, quod non detur appellatio. Abb. in ſua *quæſt.* 6. incip. *Gandulphus. colum.* 14. *numer.* 12. *verſ. ex omnibus prædictis.* † Extende in tantum, vt licet appellatio ad ſupremum ſuperiorem ſit interpoſita; tamen ad eum, ad quem conſiderato gradus ordine ius ciuile interponi volebat, talis appellatio deuoluta cenſetur. *l. 1.* §. *ſi quis in appellatione. ff. de appella.* Roman. *conſi.* 2. *in prin. verſ. poſitoque*, vbi apoſtil. in *ver. non ſit.* Bald. *conſi.* 99. *in prin. lib.* 3. Caſtrenſ. *conſ.* 194. *in fin. lib.* 2. † Et ideo de iure ciuili ſi ſtatutum loci, prout Firmidi- 8
ſponat, quod appelletur ad Capitaneum; tunc non poterit appellatio fieri ad Gubernatorem, vel Legatum; ſecus eſt de iure Canonico; quia cum Legatus, vel Gubernator ſint ſuperiores, & concurrant cum qualibet iuriſdictione in Prouincia ſibi decreta, poterit ad eos appellari. Abb. *conſi.* 77. *col. fin. ver. circa primum, vſque in fin. lib.* 2. † Reſtringe; quia per ſtatutum poteſt dari alia norma, quan- 9
do eſt factum à non recognoſcente ſuperiorem. Corn. *conſi.* 187. *num.* 9. *lib.* 4. Ioan. de Imol. *conſi.* 120. *In caſu præmiſſo.* † Imo etiam de- 10
cretum Legati dans formam appellandi omiſſo medio, vel gradatim valet; quia non eſt de ſubſtantia appellationis, quod appelletur gradatim, vel non, ſed eſt de circumſtantiis appellationis. Ioan. de Anan. *conſi.* 51. *num.* 4. Roman. *conſi.* 2. *in princ. verſ. ex quo ſequitur.* Vide, *Statutum diuerſorum locorum circa appellationes. Concluſ.* 465. *num.* 29. *& ſequen.* † Reſtringe; quia etiam de iure ciuili poteſt, imo de- 11
bet appellari ad certam perſonam, quando ſtatutum hoc diſponeret, prout in Ciuitate Aſtenſi, in qua ſtatutum diſponit, quod appelletur ad Poteſtatem. Bald. *conſi.* 99. *Statuto Ciuitatis. lib.* 3. † Re- 12
ſtringe idem in ſtatuto Brixiæ; quia Poteſtas committit omnes appellationes, & licet ſit appellatum ad dominium Venetorum; tamen valet cognitio habita ab eo, cui Prætor commiſit, ex quo ſunt confirmata ſtatuta à dominio Venetorum. Caſtrenſ. *conſi.* 194. *in fi. lib.* 2. † Idem eſt, ſi appellatio eſt facta ad Iudicem ſuperiorem, ad 13
quem de iure; quia ſubſtinetur talis appellatio, ſiue debeat fieri ad mediatam perſonam, ſiue non. Bald. *d. conſi.* 99. *in prin. num.* 1. *ver. præterea hoc non videtur. lib.* 3. † Idem eſt, ſi Iudex detulit tali appellatio- 14
ni; quia ſiue ſit facta omiſſo medio, vel non, eſt bona. Bald. *d. conſil.* 99. *num.* 1. *lib.* 3. † Declara; quia appellatio interpoſita ad ſuperio- 15
rem omiſſo medio, cenſetur facta ad illum, ad quem debuit appellari. Bald. *conſi.* 99. *in prin. lib.* 3. Caſtrenſ. *conſi.* 194. *in fin. lib.* 2. Vide plene per Socin. *regu.* 23. *Appellatio ad Principem omiſſo medio regulariter non admittitur*, vbi limitat 14. modis. † Amplia; quia appellatio debet fieri ad ſuperiorem, non ad æqualem, vel inferiorem, & an li- 16
ceat appellare à Papa ad Concilium, vide plene Abb. in ſua *quæſt.* 1. *Epiſcopus num.* 17. *in fine, cum ſequen. verſ. in* 2. *quæſt.* vbi pro vtraque parte allegat, & tandem *col.* 14. *in fin. cum ſequen. num.* 22. *ver. ad ſolutionem*, diſtinguit, quod ſi Papa eſt præſens Concilio, & velit; tunc admittitur, alias non, & non tenetur admittere talem appellationem; quia ſolus ſuperior eſt, & Concilium recipit auctoritatem à Papa, & omnis ceſſat diſputatio per Bullas, & Decreta Summorum Pontt. quia non licet appellare vllo modo à Papa ad Concilium, & eſt Bulla Pii II. & Iulii II. & Leonis X. per quas hæretici nunciantur tales appellantes; quia ſunt ſciſſores veſtis inconſutilis Chriſti Domini Noſtri. Vide, *Concilium ſubeſt omnino Papæ, & qualiter procedat. Concl.* 549. † Et ſuperior dicitur Iudex appellationis, ſi 17
reperitur deputatus; ſi vero non extat, debet appellari ad Rectorem Ciuitatis, qui dicitur Dominus. *l. Spadonem. §. ſi Ciuitatis Princeps. ff. de excuſat. tutor.* & ſi non adeſt, debet appellari ad Dominum, ſeu Dominos. *l. vbi abſunt. ff. de tutor. & curat.* intelligendo de Prioribus, vel Antianis Ciuitatis. Abb. in 6. *quæſt.* incip. *Gandulphus. colum.* 12. *ver. ſi autem non eſt alius, & num.* 11. † Declara, vt ſuperior dicatur po- 18
pulus liber, vel dominus populi; ideo ſi non adeſt alius officialis, ad quem deuoluatur appellatio appellari debet vel ad populum, vel ad ſuperiorem populi. Bald. *conſi.* 476. *Viſo puncto. lib.* 2. † Ex- 19
tende; quia poteſt appellari ad Priores Ciuitatis, quando ipſi conſtituunt Iudicem à quo, abſque confirmatione ſuperioris; ſecus ſi ſuperior confirmat, quia ad ſuperiorem debet fieri appellatio. Bal. *con.* 299. *Priores Terrarum, lib.* 3. † Extende; quia ſi adeſt Iudex appel- 20
lationis deputatus, appellatur ad eum; ſi vero non adeſt; tunc appellatur ad Priores, vel ad Dominos Ciuitatis. *l. vbi abſunt. ff. de tutor. & curat.* Bald. in *authen. habita. C. ne fil. pro patron.* Abb. in ſua *quæſt.* 6. *colum.* 12. *in princ. ver. ſecundo caſu principali.* vbi, quod Dominus Ciuitatis dicitur Rector Ciuitatis. † Contrarium tenet Roman. *conſi.* 21
501. *num.* 8. *& ſequen. ver. quoad ſecundum, vſque in fin.* vbi, quod eſt verum, quod ad Decuriones poterat appellari, deficiente Iudice, ad quem, ſed non ad Priores; quia non habent tantam authoritatem, vbi apoſtil. in *ver. limitatam*, vnde dicit, quod ad conſilium generale, vel ad ſupremum ſuperiorem debet appellari, & apoſtil. fin. in *ver. appellatio.* † Si vero ſunt duo iudices adiuncti, vel alias, & vnus 22
ſit Eccleſiaſticus, vel ſecularis; tunc neceſſario debet appellari ad ſuperiorem Iudicis Eccleſiaſtici, etiam ſi ſit datus adiunctus Prætori loci, & ſeculari. Alexa. *conſi.* 12. *Viſo proceſſu, in prin. lib.* 6. † Exten- 23
de, etiam ſi in loco adſit ſtatutum, quod appellari debeat à Prætore ad Dominos loci, & intra decem dies debeat appellās proſequi appellationem; quia tale ſtatutum non eſt attendendum. Alexan. *d. conſ.* 12. *per tot.* maxime *num.* 12. *lib.* 6. † Regula eſt, quod quando 24

Iudex

Iudex Ecclesiasticus iudicat ratione iurisdictionis Ecclesiasticæ, appellatio debet fieri ad superiorem Ecclesiasticum, secuti è conuerso si iudicat, vt habens iurisdictionem laicalem, debet appellari ad superiorem laicum, ita Abb. in *quæst. 6. Gandulphus, col. 10. in fin. ver. secundo principaliter,* allegat. *cap. ex literis, cum ibi not. de constit. & l. fin. C. de iurisdict. omn. Iudic.* & plenius Abb. in eadem *6. quæstio. colum. 14. in princ.* quod intelligas iuxta *cap. Romana. §. debet, de appellat. an 6.* quando Ecclesiasticus recognoscit in feudum; secus si habet ex donato liberam iurisdictionem. glos. fin. in *cap. 2. de delict. puerorum.*

Vide, *Donatio facta per Constantinum Ecclesiæ Romanæ valet, & quid si Ecclesiæ particulari. Conclus. 689. num. 8. & sequen.* † Extende; quia Collegia inferiora, & eorum Rectores, si iudicant, inspicitur an sint Collegia Ecclesiastica, vel laicalia, & si Ecclesiastica, ad Iudices, & Rectores Ecclesiasticos appellatur, si laicalia, ad superiores, & Rectores laicos appellatur. Innocen. in *cap. dilecta, de excess. Prælat. in fin.* Abb. *dict. quæst. 6. colum. 10. in fin. ver. secundo principaliter, & colum. 11. in fin. ver. & hanc sententiam.* † Restringe primam regulam, quando Iudex Ecclesiasticus, puta Episcopus iudicat, puta, vt dominus temporalis feudi; quia tunc appellatio non deuoluitur ad Archiepiscopum, sed ad dominum feudi. Innocen. & alii in *cap. cæterum, de re iudic.* communem * dicit Abb. in sua *quæstio. 6. colum. 10. circa med. ver. quando talis appellatio*, vbi idem dicit in similibus; quia si Episcopus esset factus Rector Ciuitatis; quia iudicat vt Rector, appellatio deuoluitur ad Dominum Ciuitatis laicum. † Secunda, & contraria regula est, quod semper debet appellari ad superiorem illius, qui iudicauit. *l. 1. C. vbi, & apud quem,* & est ratio; quia appellans conqueritur de Iudice, qui pronunciauit, non autem de parte, & sic contingit in arbitro; quia reductio arbitri peti debet coram superiore eius, qui iudicauit, vt si est laicus, coram laico, si Clericus, coram Clerico, & Ecclesiastico, sic Abb. *dict. quæstio. 6. colum. 11. vers. in contrarium.* Vide, *Appellatio de vno ad alium quando arguat subiectionem. Conclus. 349.* † Et propterea ad tollendam perplexitatem, quæ regula sit attendenda. Abb. *dict. quæst. 6. colum. 11. post med. vers. ad solutionem, cum sequen.* distinguit quatuor casus. Primus est, si iurisdictio est Ecclesiastica, & Iudex, qui pronunciauit, est Ecclesiasticus; tunc res est clara, quod ad superiorem Ecclesiasticum appellatur. † Secundus casus est, quando iurisdictio est secularis, & Iudex est secularis; tunc etiam sine dubio ad superiorem secularem appellatur, nisi consuetudo sit in contrarium. Abb. *dict. quæst. 6. colum. 11. in princ. vers. secundo casu principali.* † Tertius casus est, quando iurisdictio esset Ecclesiastica, puta, Collegium scholarium, in quo plures sunt scholares Clerici; quia si Rector esset laicus, non potest iudicare Clericos, etiam si minor numerus esset Clericorum; quia nisi sit Rector Clericus, non potest iudicare Clericos, & sic iste casus non potest euenire. Abb. vbi supra *col. 12. ver. venio nunc ad tertium.* † Quartus casus est, quando Collegium est seculare; quia plures numero sunt laici, quam Clerici; & tamen Rector est Clericus; & tunc quatenus sententia est lata inter laicos, appellatur ad superiorem laicum; quatenus vero sententia esset contra Clericos promulgata; tunc appellaretur coram Ecclesiastico; quia prævalent qualitates hoc casu. Abb. vbi supra *col. 12. in fin. cum seq. ver. quarto, & vltimo.* † Rationem assignat Abb. in quarto casu; quia quando Rector Clericus iudicat inter laicos, Clericatus Iudicis non operatur est necessitate; ideo non habetur in consideratione, & prævalet natura iurisdictionis laicalis, quam exercet; quâdo vero iudicat inter Clericos, Clericatus Rectoris est de substatia exercitii iurisdictionis in Clericos, & licet natura iurisdictionis Collegii sit laicalis; quia concurrunt duæ qualitates necessariæ ad sententiam indiuiduam, prævalet qualitas magis digna Clericatus; ideo necessario est appellandum ad superiorem Ecclesiasticũ, vt notandum dicit Abb. *d. q. 6. col. 12. in fin. ver. quarto, & vltimo, cum seq.* † Quintus casus est, quem ponit Alex. *conf. 12. Viso processu, per tot. lib. 6.* maxime *in prin. & num. 10.* quando Potestas loci in causa laicorum procedens allegatur suspectus, & datur ei adiunctus Vicarius foraneus Episcopi delegatus ad vniuersitatem causarum, & fertur sententia ab ambobus; tunc debet appellari ad superiorem Ecclesiasticum Episcopum, etiamsi in loco extet statutum, quod appelletur ad Dominos temporales, vel eorũ deputatos, & quod appellans teneatur prosequi appellationem intra decem dies; quia non erit locus statuto hoc casu. † Declara generaliter in causa scholarium; quia in terris Imperii scholaris appellat ad Imperatorem omisso medio, & in terris non subiectis Imperio appellat ad Dominum, seu Dominos, qui sunt ibi loco Imperatoris. Abb. in sua *q. 6. col. 14. num. 12. ver. secundum dictum.* Imo *col. 13. in fin. ver. sed nunc restat*, dicit, quod ad solum Imperatorem appellat, licet postea distinguat. † Amplia; quia appellatio à Iudice delegato Principis debet fieri ad Principem delegantem. *cap. super quæstionum, de offic. deleg. iuncto cap. licet in corrigendis.* vbi commissio facta ordinario, vti delegato operatur, vt appellatio fiat ad delegantem; si vero fiat ad excitandum iurisdictionem, fit ad ordinarium Iudicem appellationis. Socin. *consil. 83. Pro clariori, in princip. lib. 4. per totum.* † Extende; quia reformatio Florentiæ, quod à sententiis latis vigore literarum excelsorum Dominorum debeat appellari ad Iudicem primarum appellationum Ciuitatis Florentiæ; debet intelligi, quando iurisdictio alteratur, non autem, quando simpliciter excitatur, vt in *d. cap. super quæstionum, iuncto cap. licet in corrigendis, de offic. deleg.* vbi, quando Papa committit causam ordinario delegato, appellari debet ad ipsum Papam, sed quando committit, vt ordinario, non ad ipsum, sed ad Metropolitanum appellatur, & propterea quando in terra subdita adsunt certi Iudices appellationum, prout est Arretii, & in multis Ciuitatibus subditis Dominio Florentino, & excitatur tantum iurisdictio Iudicis ordinarii per literas Principis; tunc debet appellari ad ipsos, & non ad Iudicem appellationis Ciuitatis Florentiæ; quia tali casu reformatio non loquitur; secus si fuisset effectus Commissarius, vel delegatus, vt voluit Socin. *dict. consil. 83. num. 3. & sequen. lib. 4.* † Contrarium consuluit Excellens Dominus Horman. Derus insignis Aduocatus Florentinus, & alii, qui se subscripserunt eius consilio, quod imo reformatio tantum procederet, quando esset excitata iurisdictio, monendo Iudicem, vt seruaret, vel faceret iustitiam seruatis seruandis, & non quando foret alterata iurisdictio committendo negocium; de quo alias non poterat se intromittere; quia tunc cum efficiatur delegatus, per not. per Ias. in *l. ius autem ciuile. ff. de iustit. & iur.* & in *l. & si prætor. ff. de offic. eius*, & quod debeat appellari ad delegantes, quod videtur contra mentem dispositionis; quia seruiret de vento; & quia sequeretur absurdum, quod nunquam darentur casus, quod posset appellari ad Iudicem ordinarium. † Imo si tulerunt ipse Iudex appellationis; & delegatus à principe in adiunctum sententias contrarias, nulla ex eis habet vim sententiæ, sed quælibet earum stat in suspenso, donec altera earum fuerit per delegantem confirmata. Ioan. Andr. in *c. fi. de re iudic.* Barto. in *l. duo Iudices. ff. eod.* & in vtroque loco * communiter scribentes; & ideo non fuit licitum appellare. † Declara; quia si stante statuto Bergomi, quod ab omnibus sententiis inter subditos Bergomi appelletur ad deputatum per Iudicẽ Bergomi, quale statutum est etiam Brixiæ, eueniat, quod in causa inter subditos Bergomi fuit commissa appellatio Vicario Potestatis Brixiæ à quo appellatur, an sit appellandum ad Prætorem Bergomi, an ad Prætorem Brixiæ, an ad Dominium Venetorum, Castrens. *consi. 124. Viso puncto, per totum*, arguit, quod ad Dominium delegantem, postea concludit, quod hoc casu est appellandum ad Prætorem Brixiæ, stante pronuncia per eum facta, in qua declarauit se Iudicem competentem in hac causa, quæ transiuit in iudicatum, & dicit, quod ex ea acquisiuit iurisdictionem, ex quo non caret fundituis iurisdictione. † Extende; quia appellatio à delegato debet interponi ad delegantem. *l. Papinianus. C. de appella.* Calder. *consi. 214.* alias *8. de appell.* vbi, quod si Antiani delegant causam Vicario Potestatis Bononiæ; tunc appellatio debet interponi ad Antianos. Ioa. de Anan. *consi. 51. in fine*, vbi, quod appellatio à delegato Legati debet fieri ad Legatum de iure ciuli. Castrens. *cons. 124. Viso puncto, col. 1. in fi. lib. 2.* vbi apostil. dat concord. Anch. in *c. Romana, de appell. in 6. num. 7. in 8. quæst.* † Extende; quia procedit etiam in subdelegato, quando non subdelegauit omnes vices, & causa est commissa appellatione remota; quia ad subdelegantem appellari debet, alias appellatio est nulla. Castr. *consi. 66. Dubia supradicta, prope fin. nu. 9. ver. ad nonum lib. 1.* † Declara, vt per Corn. *consi. 15. In præsenti. col. 1. lib. 3.* † Extende; quia si appelletur à sententia Vicarii foranei Episcopi, quidicitur delegatus Episcopi, debet appellari ad Episcopum; quia non facit idem tribunal cum Episcopo, prout Vicarius generalis. Abb. *d. consi. 45. nu. 2. col. 1. ver. nec obstat postremo, lib. 2.* Alex. *consi. 12. Viso, processu, nu. 4. lib. 6.* † Extende; quia si delegatur iurisdictio alicui etiam iurisdictionem habẽti iure ordinario, ita, quod non possit fieri diuisio, ordinaria sumit naturam delegatæ, non è contra; ideo appellatio necessario debet interponi ad delegantem, non ad superiorem ordinarium, neq; ad vtrunque, ita Abb. in sua *q. 6. Gandulphus. col. 13. ver. ex quo simpliciter.* † Declara, vt per Anch. in *c. Romana. n. 7. in 8. quæst.* vbi distinguit, quod si delegatus ad vniuersitatem causarum ab Ordinario subdelegat vnam causam, appellatur ad Ordinarium. † Amplia; quia potest appellari à sententia subdelegati ad delegatum Principis, qui subdelegauit, quãdo pars iurisdictionis fuit subdelegata, & non tota. Bald. *d. cons. 449. Delegatus D. Papæ, circa med. ver. & ad clariorem, lib. 1.* quod in tantum est verum, quod si appellaretur ad alium superiorem, appellatio esset nulla, late Franch. in *c. si delegatus, in fin. num. 8. vers. tertio aduerte*, vbi ponit tres restrictiones, *de offic. deleg. in 6.* † Extende, vt procedat etiam, quando sub-

do subdelegauit cognitionem contentiosam, & non exequutionem; quia tunc potest appellari ad delegatum, qui subdelegauit. Bald.*consi.* 449.*circa med.ver.aut tota,lib.*1. vbi, quod subdelegando sententiam non subdelegat exequutionem, nisi simus in exequutore,& ita loquitur etiam Abb.*consi.*87.*Dico vnum,num.*2.*ver.prætereа videmus,lib.*1.allegat.*c.si delegatus, de offic.deleg. in* 6. † Restringe,vt non procedat in delegato ad prouidendum; quia si subdelegat ad prouidendem, nihil sibi retinet; & ideo eo casu tota iurisdictio in subdelegatum taliter est transfusa, vt non possit subdelegatus re non integra reassumere iurisdictionem; & ideo appellatio ad eundem delegatum eo casu est nulla. Bald.*dict.consi.*449.*post med.ver.& ideo,& in fin.lib.*1.† Declara,quod dicitur,appellari posse à subdelegato Principis ad delegatum,procedere,quando delegatus sibi reseruauit partem iurisdictionis; secus si in totum subdelegasset; quia non valet appellatio ad delegatum. Bald.*consi.*364.*Episcopus Veronen. lib.*3.vbi loquitur, etiamsi delegatus alias esset ordinarius. † Amplia; quia etiam de iure Canonico non potest appellari omisso medio, præterquam ad Papam supremum superiorem; nam si appellatur à sententia Vicarii generalis, debet appellari ad Archiepiscopum; quia Episcopus,& Vicarius generalis faciunt vnum tribunal, sed si appelletur à Vicario foraneo Episcopi; quia dicitur delegatus Episcopi, & non facit idem tribunal, esset nulla facta ad Archiepiscopum; quia debuit fieri ad Episcopum immediatum superiorem. Abb.*consi.*45.*Videtur primo,num.*2.*ver.nec postremo,lib.*2. † Et quod de iure Canonico etiam omissis omnibus aliis mediis appellatio possit interponi ad Papam, est text. in *c. ad Romanam.*2.*quæst.*6. Gemin.*consi.*73.*num.*2.Corne.*consi.*187.*num.*8.*lib.*4.Ioan.de Anan. *consi.*51.plene apostil.ad Roman. *consi.*332.*in ver.gradatim,* & est speciale in Papa.Alexand.*consi.*12.*Viso processu,num.*11.*lib.*6. ergo secus est in aliis; quia ad immediatum appellari debet, excepto Papa. † Extende; quia de iure Canonico appellatio non valet omisso medio, si pars opponit de nullitate; quia ab officiali Episcopi in certa parte diœcesis non potest appellari ad alium superiorem, quam vel ad Episcopum immediatum, vel ad Papam; secus si ad alium omisso Episcopo appelletur. *cap. Romana.* §.1. *de appellat.in* 6. Calder.*cons.*208.alias 2.*de appellat.*qui declarat procedere hoc casu; quia talis officialis non facit idem Consistorium cum Episcopo; quia non est ad vniuersitatem causarum deputatus, allegat not. in *clemen.si principalis,de rescript.* Vide, *Episcopus quando non facit idem Consistorium cum suo officiali,appellatio deuoluitur ad Episcopum. Concluſ.*300. † Declara; quia non valet omisso medio, si pars opponat, alias si non opponit,valet.Abb.*consil.*45.*Videtur primo,num.*2.*vers.nec postremo. lib.*2. † Extende; quia appellatio ab inferioribus Prælatis, qui præscripserunt contra Episcopum ius cognoscendi, & procedendi,ac sententiandi, debet fieri ad Episcopum. Calderin. *consil.* 192.alias 2.*de præscript.in princip.ver.appellatur tamen.* † Extende; quia de iure Canonico appellatur omisso medio absolute, si adesset consuetudo,quod appelletur omisso medio; quia valeret etiam de iure Canonico. Calderin. *consil.*207.alias 1.*de appellat.ver.item hoc prob.atur.* Vide, *Consuetudo circa appellationes qualiter illæ interponendæ sint.Concluſ.*827. † Extende, vt valeat appellatio,& gesta coram Iudice appellationis, omisso medio, quando pars appellata non opponit,etiamsi procurator habeat solum mandatum ad causam. Calderin.*cons.*207.alias 1.*de appellat.per totum.* † Extende, vt idem sit in Legato Sedis Apostolicæ. Alexand. *dict.consil.*12.*numer.*11.*lib.* 6. † Et ideo valet appellatio interposita ad quemlibet Iudicem competentem; quia intelligitur de Papa. Bald. *consi.*449.*Delegatus D.Papæ,in princ.lib.*1. † Extende in Ciuitate Neapolis,vbi est constitutio, quod omisso medio appelletur ad Senatum, seu Consistorium Regium. apostil.ad Rom. *consi.*332.*in ver.gradatim, in fin.* † Extende; quia imo ad solum Papam appellatur ab arbitris iuris. Abb. in *quæst.*6.*colum.*13.*in fin.ver.sed nec restat.* † Amplia; quia appellatio debet esse certa, non autem incerta, ad quem appelletur; ideo appellans ad vnum, vel ad alium alternatiue superiorem, non valet appellatio de consuetudine approbata, tanquam incerta. Ioan.Andr.in *reg.alternat.& in cap.si is cui,de offic.delegat.in* 6. cuius opinionem de consuetudine seruari dicit Angel. *consi.*336. *Secus sententiam,in princ.* Castrens. *consi.*66. *Dubia supradicta,in fin.lib.*1. plene Roman.*consi.*360.*Circa propositum,numer.*2.*&* 3. *vers. & sic non obstat,* vbi reddit rationem; quia appellans non debet vagari in incerto cum iactura alterius, ex quo est quædam citatio, quæ debet esse certa.Alexand.*consi.*164.*Viso processu,in princ.& consi.*167.*Viso processu, & consi.*185.*lib.*2. apostil.ad Alexand. *dict.consi.*164.*in ver.incertitudinem*, citat alios concordantes. Vide in *ver Appellatio extraiudicialis quando deuoluatur ad Curiam.Concl.*373.*numer.*4.*& sequen.* † Extende, vt procedat, etiamsi Iudex à quo detulerit tali appellationi. Alex.*consi.*167.*Viso processu,in princ.lib.*2. † Extende,vt procedat,etiamsi appellatio interposita alternatiua, post decem dies fuerit prosequuta, & aliis Iudex fuerit adiunctus de consensu partium; quia adhuc appellatio est deserta,& nulla in tertis Ecclesiæ,vel vbi agitur de materia spectante ad forum Ecclesiæ. Alexand. *consi.*167. *num.*4.*ver.nec obstat,lib.*2. † Imo procedit,etiamsi appellatio fuisset commissa ad instantiam appellati. Alexa.*consi.*79.*In causa,& lite,num.* 7.*ver.& licet ad supplicationem,lib.*7.vide infra. *num.*73. *& seq.* † Extende; quia maxime est vera ampliatio; quod appellatio alternatiua extraiudicialis,tanquam incerta, est nulla; quia est quædam citatio,quæ debet esse certa,vt per Roman.*d.consi.*360.*num.*3. Alex. *d.consi.*164.*Viso processu,in princ.lib.*2. vbi apostil. in *ver.incertitudinem*, dat concordantes. † Extende,vt idem sit,si quis simpliciter appellat,nec dicit ad quem; quia nisi declaret intra decem dies, transit deserta. Alex.*consi.*167.*Viso processu,num.*4.*lib.*2. vbi apostill. allegat Castrens.in *l.*2.*C. de compens.at.*† Extendit Alexa. *dict.consi.*167.*num.* 4. *ver.item non obstat. lib.*2. quia primo nominatus in hac materia non censetur electus; quia procedit in vltimis voluntatibus. † Restringe; quia valet appellatio extraiudicialis facta alternatiue ad Cōcilium,si voluerit acceptare,alias ad Papam, quando subest iusta causa in appellante dubitandi, an Concilium velit cognoscere; quia propter probabilem dubitationem valet alternatiua, vel conditionalis appellatio.Roman.*d.consi.*360.*in prin.* vbi apostill. 1. in *ver. valida,*adducit Felin.in *cap.inter cætera,colum.*2.*ver.& istæ adde,de appel.* vbi Roman.dat similia de libello alternatiuo, electione, & postulatione alternatiua,quæ sunt prohibitæ, & valent ex causa probabilis dubitationis. Vide, *Libellus alternatiuus, & contrarius procedit,& quando secus. Concluſ.*313. † Restringe, quando appellans esset dubius,an ad subdelegantem, vel alium superiorem debeat appellare; quia tunc admittitur copulatiua, & alternatiua appellatio. Alex.*dict.consi.*164.*Viso processu,num.*2.*ver. & hoc vbi probabilem, lib.*2.*& ibid.num.*3.*in fin.ver.nec istis obstat.* † Restringe de iure ciuili; quia ex quo non potest appellari, omisso medio ad superiorem, *l.Imperatores ff. de appellat.* tunc ad proximum superiorem censetur appellatum; quia vtile per inutile non vitiatur.Ita Alexa.*dict.consi.*146.*num.* 3.*ver.ad secundum eum,lib.*2.vbi dicit hoc non procedere in terris Ecclesiæ,in quibus seruatur ius Canonicum, & iterum ibi in *ver.& licet dixerit,num.*3. dicit, quod in tribus casibus potest subsistineri appellatio alteruatiua, quando seruatur ius ciuile, vel quando ad vnum tantum potest appellari, & quando intra tempus ad appellandum fuit facta declaratio,& quod de iure ciuili valeat. Alexan. *consi.*167.*nu.*4.*lib.*2.*vers.nec obstat prædictis.* † Restringe, quod valeat coram superiore primo, & maiori,vt dicit fuisse iudicatum in Curia.Angel.*dict.consi.*336.*in princ.* † Declara opiniones per sex combinationes,de quibus Angel.*dict.*336.*num.*2. Castrens. vero *consil.* 66.*in fin.* dicit, quod non sufficit, si habuit etiam recursum ad Papam,& obtinuit rescriptum, nisi intra decem dies declarauerit, & specificauerit; quia commissio est subreptitia,& ita tenet Alexand. *consi.*101.*Viso processu,num.*2.*vers.secunda ratione,lib.*2. plene Alexand. *cons.*79.*In causa & lite,num.*5.*& seq.ver.præterea etiam dico,lib.*7.*vsque in fin.* vbi, quod appellatio interposita in causa Ecclesiastica ad Papam,& omnem alium, ad quem melius de iure appellare liceret si non declarauit intra decem dies datos ad appellandum, ad quem velit appellare, tanquam incerta appellatio non valet; ideo si coram Papa non est prosequutus,remanet deserta appellatio, etiam si Legatus commisisset appellationem ad instantiam appellati, & sententia lata in causa appellationis fuit nulla de effectu iurisdictionis. † Prima autem est; quia si appellatur ad plures Iudices,vel plures superiores copulatiue, vel disiunctiue expressis eorum nominibus propriis, vel appellatiuis forte sub nomine dignitatis, & quilibet potest esse Iudex, appellatio est nulla propter incertitudinem, nisi appellans declaret intra tempus decem dierum. Angel. *d.consi.*336.*nu.*2.*ver.prima est,* & idem tenet Alex.*consi.*164.*Viso processu, in prin.lib.*2. vbi, quod nisi sic appellans declaret intra tempus datum ad appellandum, coram quo velit prosequi, appellatio tanquam incerta erit nulla. † Extende, vt licet possit appellari ad Papam misso medio, & valeat talis appellatio; si tamen appellat ad Papam, vel Archiepiscopum, non valet propter incertitudinem appellati,nisi declaret appellans intra decem dies. Alex.*consi.*12.*nu.* 3.*lib.*6. † Declara,nisi appellans intra legitima tempora declaret, coram quo appellauerit, & declaratio esset ad competentem vnū solum interposita. Angel. *d.consi.*339.*nu.*2.*ver.prima combinatio.* Alex. *d.consi.*164.*in prin.lib.*2.vbi *nu.*4.reddit rationem; quia appellatus remanet incertus, coram quo debeat comparere, & iterum *consil.*12. *Viso processu,nu.*2.*& seq.lib.*6. † Contrarium,quando appellatio est simpliciter facta, vel etiam ad quem de iure, nisi sit incerta,nec requiratur declaratio intra decem dies,tenet Alex.*consi.*12.*n.*13.*& seq. ver.nec fuit necesse,lib.*6.quia satis est certa; quia ius est certum; quia ad

primum

primum superiorem debet censeri interposita; exceptio Papa, &
77 Legato. † Declara; quia si Iudex præfixit appellanti terminum ad
prosequendum appellationem, procedit declaratio, quod debet
intra decem dies declarare, coram quo velit prosequi, alias secus,
ita Alex. *d. consi. 12. in fin. lib. 6.* vbi, quod ita declarat Gemin. *in cap. si is,*
78 *cui, de offi. deleg. in 6.* † Declara; quia per prosequutionem valide fa-
ctam coram vno Iudice competēti conualidatur appellatio; secus
si prosequutio esset coram Iudice incompetenti. Alexa. *d. consi. 12. in*
79 *fin. lib. 6. ver. nec prædictus obstat.* † Secunda est, quando appellatur ad
plures copulatiue, vel disiunctiue, & nullus est competens; tunc est
omnino nulla appellatio. Angel. *d. 336. num. 2. ver. secunda combinatio.*
80 † Tertia est, quando appellatur copulatiue, vel disiūctiue ad duos,
quorum vnus est competens, alter incompetēs; & tunc valet; quia
non est aliqua ambiguitas; quia coram competente solo censetur
appellatum. Ang. *d. consi. 336. nu. 2. ver. tertia combinatio.* Vide Socin. *reg.*
15. Appellans ad vnum, vel alium: vbi, quod est nulla, nisi declaret intra
decem dies, quando vnus solus ex nominatis esset competens;
quia valet coram eo, & ibi Apostilla. Vide etiam incert. Author.
post regulas Socin. in *reg. 15. Appellatio alternatiua,* vbi limitat duobus
81 modis. † Declara, nisi prosequeretur coram incompetēti; quia sibi
82 præiudicaret. Angel. *d. consi. 336. nu. 2. ver. tertia combinatio.* † Quarta
est, quando appellatur coniunctiue, vel disiunctiue ad certum su-
periorem legitimum, & ad omnes alios superiores; quia appellatio
specificatio in specie, non vitiatur per coniunctam, vel diuinctam
generalem appellationem, vel ad omnes alios; ideo est bona. Ang.
83 *d. consi. 336. num. 2. ver. quarta combinatio.* † Quinta est, quando appel-
latur coniunctiue, vel disiunctiue ad Legatum, vel ad Papam re-
seruata facultate declarandi; quia sequuta declaratione intra legi-
tima tempora valet. Angel. *dict. consi. 336. num. 2. ver. quinta combinatio.*
84 † Sexta est, quando quis appellat ad vnum certum Iudicem, & si
non erit competens, ad alium, & si non sufficit ad alium; quia ista
appellatio non est incerta; imo certa, ex quo est ad vnum tantum
sub conditione de præsenti; ideo valet. Angel. *d. consi. 336. nu. 2. ver.*
85 *sexta, & vltima:* vbi, quod non est necessaria declaratio. † Ex. ende,
vt procedat, quod appellatio est bona, etiamsi prosequ. tur eam
coram primo Iudice incompetenti; quia dummodo duret instan-
tia non sibi præiudicat, quin possit coram competenti prosequi.
86 Angel. *consi. 336. num. 3. & seq. vsq; in fin.* vbi multa similia adducit, ex
quo semper fuit certa appellatio. † Septima est, quando appella-
tur in genere. videlicet, *appello ad omnem Iudicem competentem;* quia ille
intelligitur Iudex appellationis, qui eligitur intra tempora appel-
landi. Angel. *d. consi. 336. num. 2. versi. quarta combinatio, circa fin. versiculi.*
87 † Et idem est, si appellatio fiat simpliciter ad Iudicem competen-
tem; quia valet talis appellatio. *l. qui Romæ. § penult. ff. de verbor. obligat.*
cum ibi not. Alexa. plene *consi. 12. Viso processu, num. 2. & sequen. lib. 6.* vbi
dicit, quod videtur necessarium, vt intra decem dies declaret ad
tollendam incertitudinem, sicut quando alternatiue appellatur.
88 † Octaua est; quia valet appellatio sub conditione, videlicet, *dico*
sententiam nullam, & si qua est, appello, in casibus prædictis. Ang. *d. consi.*
336. num. 2. in fin. ver. similiter dicit Bart. sed ista pars non respicit incer-
☞ titudinem Iudicis; ideo hic non cadit. Vide, *Appellatio an possit cumu-*
89 *lari cum nullitate. Concluſ. 394.* † Amplia; quia appellatio à sententia
Vicarii Potestatis de iure communi non admittitur ad Potesta-
tem; quia idem est tribunal. Ioan. de Imol. *consi. 120. In casu præmisso.*
90 † Restringe, nisi statutum, prout Feltri disponeret, quod posset ap-
pellari à sententia Vicarii Potestatis ad Potestatem; quia potest,
licet non neget statutum, quin etiam ad alium, ad quem de iure
91 communi possit appellari. Ioan. de Imol. *consi. 120. per tot.* † Amplia;
quia appellatio à sententia Vicarii Episcopi non admittitur ad Epi-
scopum; quia idem est tribunal. Zabarel. *consi. 32. num. 4. versi. se-*
92 *cundo probatur.* † Restringe, quando esset Iudex officialis in certa
parte Diœcesis; quia non facit idem Auditorium; ideo appellari
potest ad Episcopum. Cald. *consi. 208. alias 2. de appell.* Abb. *consi. 45.*
☞ *num. 2. col. 1. ver. nec obstat postremo, lib. 2.* Vide, *Episcopus quando non facit*
93 *idem Auditorium cum suo officiali. Concluſ. 300.* † Amplia; quia appel-
latio à feudatario deuoluitur ad supremum superiorem, si non est
☞ concessa feudatario. Vide, *Appellatio locorum inferiorum, & Baronum*
deuoluitur ad supremum Dominum. Concl. 372.

Appellatio ad Imperatorem, vel Principem, an possit cognosci per officialem. Concluſ. 353.

1 REGVLA † est, quod appellatio interposita ad Imperatorem
non potest sine commissione cognosci per eius Vicarium ge-
neralem. Castrens. *consi. 114. Procedendo, in princ. lib. 1.* vbi, quod ratio
2 est; quia appellatio est meri imperii. † Extende; quia propterea
fatalia non currunt appellanti ad Principem, donec committat;
quia non valenti agere ante commissionem non currit tempus,
dummodo per eum non steterit, sic debet intelligi idem Castrens.
d. consi. 114. in princ. lib. 1. † Declara; quia aliquando primates habent 3
hanc facultatem; ideo quæstio diuimitur ex consuetudine, vel ex
facto, sed regula est vera. Castrens. *d. consi. 114. in princ. lib. 1.* † Decla- 4
ra; quia si extat statutum, prout Brixiæ confirmatum à Dominio
Venetorum, quod Potestas Brixiæ committat omnes appellatio-
nes, is etiam poterit committere causas, etiam si esset appellatum
ad Dominium Venetorum; quia licet non appelletur de iure ciuili
ad Principem omisso medio; si tamen esset appellatum omisso me-
dio, valet cognitio facta ab eo, ad quem defertur immediate. Ca-
strens. *consi. 194. Viso puncto, in fin. lib. 2.*

Appellatio debet constare, quod est interposita intra decem dies. Concl. 354.

IVDEX † appellationis non potest procedere in causa, nisi sibi 1
constet, quod intra decem dies fuerit appellatum. Feder. de Sen.
consi. 202. Audiui, per totum. † Et procedit, etiamsi appellans, & appel- 2
latus essent concordes, quod appellatio post decem dies esset valida. Alexa. *consi. 87. Nos Doctores, nu. 2. ver. & dato, lib. 7.* & quod est Col-
legii Paduani. † Et qui non appellat intra decem dies, sententiæ ac- 3
quiescit. Alexand. *consi. 136. num. 2. In causa, & lite, lib. 2.* Vide, *Appellare*
☞ *nolens quando approbet sententiam. Concl. 388.* Vide, *Resiudicata quando*
pro veritate habeatur. Concl. 267. Vide plene per Mascard. *Concl. 16. Ac-*
ceptatio, nu. 8. & seq. † Extende; quia nedum appellatio, sed suppli- 4
catio, & omne remedium retractatiuum debet fieri intra decem
dies. Ang. Aret. *consi. 34. Pro decisione, nu. 14. & seq.* † Extende secundū 5
aliquos etiam in reductione laudi ad arbitrium boni viri, de quo in
☞ *ver. Reductio ad arbitrium boni viri intra quantum tempus sit petenda. Concl.* 6
68. † Amplia; quia tempus decem dierum ad appellandum non
fuspēditur per compromissum inter partes factum, sed solum pro-
cedit in tempore ad prosequendū appellationem. Abb. *d. consi. 77.*
In quæstione. col. 1. ver. ad secundum, lib. 2. vbi reddit rationē diuersitatis;
quia tempus ad appellandum datur ad effectum deuolutionis; tēpus vero appellationis prosequendæ datur ad lxigandū, & ita dicit
intelligi debere *clem. quandu, de appell.* † Amplia; quia sententia lata 7
per Iudicē appellationis, non docto de appellatione est nulla; quia
sine appellatione non procedit, nisi vt pronunciet se Iudicem in-
competentem. Bald. *consi. 308. Super prædicto puncto, lib. 5.* † Extende, 8
vt idem sit quoad nullitatis iudicium; quia si est intentata nullitas
simul cum appellatione, & sic incidēter, debet de appellatione, &
nullitate constare. Bald. *d. consi. 308. per tot.* maxime *in fi. lib. 5.* † Am- 9
plia; quia regulariter appellatio debet interponi intra decem dies
à die latæ sententiæ diffinitiuæ, vel interloquutoriæ, quando sen-
tentia est, quæ grauat, prout ea, qua pronunciatur non admitten-
dos esse articulos; quia licet non admittat, postea in exequutione,
illa non admissio non grauat. Castrens. *consi. 335. Visa appellatione, nu. 3.*
ver. solutio ergo, lib. 1. † Restringe, quando grauamē non incipit à sen- 10
tentia, seu declaratione, sed potius ab exequutione, prout à captu-
ra, vel alio simili grauamine; quia tunc quandocunque durat gra-
uamen, potest appellari. Castrens. *d. consi. 335. nu. 4. & seq. lib. 1.* † Am- 11
plia; quia decem dies dati ad appellandum currunt etiam in mino-
ribus, & Ecclesiis; quia si non appellant intra decem dies, sententia
transit in iudicatum; quia licet aliæ præscriptiones non currāt ipso
iure minoribus; tamen secus est in appellatione propter lites finie-
das. Abb. *consi. 77. In quæstione, in prin. lib. 2.* † Declara; quia si minor 12
petit restitui aduersus lapsum decem dierum, & doceat se læsum,
debet restitui in integrum per Legatum, vel Gubernatorem Firmi,
de quo Abb. *consi. 77. col. 1. in fin. ver. sed posito per dictum tempus,* vbi late,
lib. 2. † Amplia; quia decem dies currunt de momento ad momen- 13
tum ad appellandum, vide plene Io. de Anan. *consi. 93. nu. 5. & seq. ver.*
venio nunc ad inueſtigandum, vbi, quod si lata est sententia præsentibus
partibus, statim ab hora latæ sententiæ currit tempus; vbi Bologn.
nu. 10. ver. condescendo. † Et quod sit continuum, & curiat de momē- 14
to ad momentū, est communis * opinio, de qua Alex. *consi. 87. Nos* *
Doctores, in princ. lib. 7. vbi apostil. in *ver. momentum,* dat concordan.
† Et quod sit tempus continuum, tenet Abb. *consi. 77. col. 1. in fin. ver.* 15
præterea, & tertio, lib. 2. † Licet forte contrarium possit dici, si à die 16
notitiæ potest appellari; quia dicitur vtile à principio, ex quo non
currit ignoranti. Vide, *Appellatio à die notitiæ. Concluſ. 355.* † Extende 17
idem in termino assignato ad prosequendum; quia currit de mo-
mento à die interpositæ appellationis. Bologn. *d. apostill. ad consi. Ioa.*
de Anan. 93. nu. 10. ver. condescendo. † Amplia; quia si quis appellauit 18
nomine alieno, debet Dominus intra decem dies ratum habere,
alias non valet appellatio, late Socin. *consi. 45. Visa appellatione, num.*
10. ver. quinimo, lib. primo. † Amplia; quia adhærentes appellationi 19

alterius ex consortibus debent intra decem dies adhærere, alias non valet adhæsio extra decem dies facta. Socin. *d. cons. 45. num. 10.*
20 *ver. quinta dubitatio. lib. 1.* † Amplia; quia appellatio à sententia conditionali, quod aliquis debeat, vel teneatur soluere intra mensem, debet interponi intra decem dies à die latæ sententiæ, non autem à die conditionis: ideo si appellat post decem dies à die latæ sententiæ, non valet, plene Abb. in sua *quæst. 6. incip. Gandulphus. col. 14. in fi. cum seq. nu. 5. vers. circa tertium:* vbi allegat pro vtraque parte, & tandem *col. 15. ver. in solutione*, adducit tres opiniones, & ita concludit.
21 † Extende, vt procedat etiam in sententia excommunicationis conditionalis; quia debet appellari intra decem dies à die latę sententiæ, non autem sufficit appellare à die conditionis, vide eundem Abb. *d. quæst. 6. col. 14. cum. sequ.* per totam quæstionem: vbi pro vtraque parte arguit, & recitat in solutione tres opiniones contrarias, tandem ita tenet in sententia iudiciali, & maxime *col. antepenul.*
22 *in fin. ver. veniendo tamen, cum seq.* † Contrarium videtur velle text. in *c. præterea, de appellat.* Abb. *d. quæst. 6. col. 14. in fi. & col. 15. ver. quod ergo.* vbi videtur velle, quod à die conditionis, & sic grauaminis illati, &
23 ita videtur tenere Ioan. Andr. *d. c. præterea.* † Declarat Abb. *d. quæst. 6. col. 16. in princ.* vt non liceat appellare à sententia excommunicationis post decem dies à die sententiæ hominis latæ sub conditione; secus si esset lata à lege, vel constitutione; quia tunc sufficit ap-
24 pellare intra decem dies à die condemnationis. † Declara melius; quia sententia lata sub conditione super excommunicatione iudiciali requirit, quod intra decem dies appelletur à die sententiæ, alias lapsis decem diebus, quis eidem censetur acquieuisse; si vero excommunicatio conditionalis est extra iudicium, puta per præceptum, vel monitorium; tunc quia ista extraiudicialia non transeunt in iudicatum, potest quandocunque durat grauamen, appellari. ita Abb. *d. q. 6. col. 16. ver. aduerte tamen, vsq; in fin. & col. fin.* vbi tollit contraria, quod non refert, quod grauamen sit successiuum, nisi
25 in extraiudicialibus. † Limita, quando extaret statutum, quod appellatio debeat interponi intra decem dies à die latæ sententiæ; & tunc non currunt decem dies de momento ad momentum, prout de iure communi, quo disponitur, quod currat non à die latæ sententiæ, sed à recitatione sententiæ; quia vt statutum aliquid operetur, currit à die latæ sententiæ, & dies latæ sententiæ non computatur in termino. Alexa. *consi. 87. Nos Doctores, in fin. ver. ad quod respondemus, lib. 7.* vbi apostil. in *ver. dixit*, dat concordan. Tiraquel. *de retract.*
26 *lignag. §. 1. glo. 11. num. 48.* † Limita; quia tempus decem dierum ad appellandum non currit, nisi à die notitiæ. Angel. *consi. 302. Visis, &*
☞ *diligenter, in fine. vers. fuit enim.* Vide, *Appellatio intra decem dies à die noti-*
27 *tiæ habitæ. Concluſ. prox. seq.* † Extende; quia non præsumitur, antequam sententia lata intimetur, quando citatio ad sententiam fuit per edictum, vel ad domum citati; quia cum non sit personaliter apprehensus, debet notificari. Anchar. *consi. 372. Pro declaratione, in*
28 *fine* † Et non sufficit intimatio facta procuratori generali, etiam cũ
29 libera, qui non interuenit in causa. Anchar. *d. consi. 272. in fin.* † Limita; quia appellatio potest interponi post decem dies ab interloquutoria tacita; puta, si Iudex procedendo ad vlteriora reiecit tacite exceptionem, vel articulos; quia tacita reiectio solum operatur in illo actu, si postea iterum petatur, & denegetur, potest appellari, nec obstat prima interloquutoria; quia est nouum grauamen,
30 & noua denegatio. Castrens. *consi. 335. num. 6. lib. 3.* † Declara totam istam materiam, quando intra decem dies debeat appellari, & quando sufficiat quandocunque appellare; quotiescunque profertur sententia expressa, siue diffinitiua, siue interloquutoria, debet appellari à die sententiæ; quia ipsa est, quæ grauat; quia mandat aliquid fieri, vel negat, & grauamen causatur ab ipsa sententia expressa, non ab exequutione subsequuta. Castrens. *d. consi. 335. num. 3. lib. 1.* Abb. *d. q. 6. colum. 16.* vbi, quod si excommunicatur aliquis; quia fuit contumax in tali actu, si non appellat intra decem dies, potest exequi contra eum pro expensis contumaciæ quæ veniunt
31 accessorie ad contumaciam. † Abb. in sua *quæst. 6. colum. 15. num. 15. vers. in contrariam*, dicit quod condemnatus soluere intra mensem, si non appellat à die sententiæ intra decem, non appellabit aduc-
32 niente conditione; quia conditio est exequutio sententiæ. † Si vero Iudex non declarat aliquid expresse, sed aliquid facit, puta, quia facit aliquem capi sine sententia præcedente, seu quando aliquem citat ad locum non tutum, vel dat alicui tenutam bonorum, quo casu dicitur quædam interloquutoria, quæ nullo modo potest habere vim diffinitiuæ; quia non declarat aliquid dubium; & isto casu licitum est appellare quandocunque à die grauaminis, & ab illato grauamine, & donec durat grauamen, videtur lędi, & potest appellare. Castrens. *consi. 335. num. 4. ver. interdum Index, lib. 1.* vbi, quod nunquam dicitur excluſus ab appellãdo ab illato grauamine; quia
33 semper grauatur. † Idem est, quando grauamen infertur extra iudicium; quia potest semper appellari; quia extraiudicialia non transeunt in iudicatum, prout in præcepto, monitorio, & similibus. *cap. concertationi, de appell. in 6.* Si vero sententia est lata iudicialis, licet grauamen habeat tractum successiuum, non potest appellari, nisi intra decem dies à die sententiæ. Abb. *dict. q. 6. in fin.* † Imo di- 34
cit Castrens. *d. consi. 335. num. 4. circa fin. ver. aliq dicunt, lib. 1.* quod etiam lapsis 30. annis poterit dari petitio negatoria teneri pro illo actu & futuris, licet non præteritis, & audietur; quia tacitum non operatur nisi pro actu præsenti, & non generaliter. † Est & tertius casus, 35
quando Iudex non facit interloquutoriam expressam, sed tacitam, quæ non prouenit à solo facto Iudicis, sed partis prouocantis aliquid fieri: puta, admitti articulos, dari dilationem, & Iudex procedit ad vlteriora; quia tacite reiicit; & isto casu; quia tacitum non est tantæ potentiæ, quantum expressum, præiudicat solum in illo actu, ita quod potest iterum peti illud idem, & isto casu appellatio debet esse intra decem dies, sed non à prima reiectione tacita, sed sufficit, quod à secunda, & tertia appellitur, & sic modus est, quod reiteretur, & appelletur; quia primo non transit in iudicatum, nisi pro illo actu. Castrens. pulchre *d. consi. 335. num. 5. & seq. vers. interdum vero, lib. 1.* Crauett. in simili *consi. 134. nu. 12.* vbi sequitur Castr. Vide plene per Mascard. *Concluſ. 114. Quæ probare compellatur appellans*, vbi ponit regulam, & 10. ampliationes.

Appellatio intra decem dies à die habitæ notitiæ sufficit. Concluſ. 355.

APPELLATIO † sicuti potest interponi intra decem dies 1
à die notitiæ; ita etiam ratificari potest appellatio interposita intra decem dies à die scientiæ. Oldrad. *consi. 130. colum. fin. ver. nunc transeamus, num. 12.* † Et quod sufficiat appellare à die notitiæ 2
intra decem dies. Angel. *consi. 302. Visis, & diligenter, in fi. vers. fuit enim illa taxatio.* Roman. *consi. 343. Ex proposito, in fin. num. 18.* vbi apostil. in *ver. notabilis*, quæ dat concordan. & est ratio; quia, vt inquit Roman. vbi supra, vt tempus decem dierum labatur ad appellandum, est necesse, vt sciat esse latam is, qui appellare debet, & quod sit in sui præiudicium. † Hanc regulam, quod appellatio admittatur intra 3
decem dies à die habitæ scientiæ, ponit Socin. *regu. 7. terminus 10. dierum.* allegat *authen. hodie. C. de appellat.* & ponit quatuor fallentias, quibus non potest appellari intra decem dies à die habitæ notitiæ; prima est, si litigabat per procuratorem; quia non requiritur scientia domini; secunda, si fuit sententia intimata ad domum domini: aliæ duæ fallentiæ sunt, quod post decem dies appellat, videlicet tertia in sententia excommunicationis sub conditione lata; quia licet in aliis sententiis sub conditione debeat appellari intra decem dies; secus in excommunicatione secundum * communem; * quarta est in interloquutoria comminatoria; quia post decem dies potest appellari. † Et an appellatio præsumatur intra decem 4
dies à die habitæ notitiæ, vel non, sunt opiniones. Vide plene per Mascard. *Concluſ. 120. Appellatio an & quando intra decem dies præsumatur.*

Appellari potest diebus feriatis etiam in honorem Dei. Concl. 356.

APPELLATIO † potest interponi die Dominico, & in ho- 1
norem Dei feriato. Anchar. *consi. 361. Visa plena, in princ.* Signor. *consi. 244.* † Extende, etiam si extet constitutio, quod non pos- 2
sit rogari contractus, vel quid simile in diebus feriatis in honorem Dei. Anchar. *d. consi. 361. in prim.* vbi, quod poterit fieri instrumentum appellationis; quia quando permittitur principale, permittitur accessorium. † Amplia; quia appellationis præsentatio fieri potest, 3
etiam tempore, quo non redditur ius, vel acta sunt reposita, etiam si dies sit festus in honorem Dei. Roman. *consi. 100. in præsenti causa. col. fin. num. 2.* vbi Apostil. in *ver. feriato*, dat concord. † Amplia; quia 4
appellatio potest interponi in omni loco, omnibus diebus, & extra iudicium; quia non est actus iudicialis. Ioan. de Anan. *consi. 93. in fin. ver. quod autem dicitur.*

Appellatio an in scriptis sit facienda, vel non, & quando viua voce sufficiat. Concl. 357.

APPELLATIO † debet semper fieri in scriptis, siue appelle- 1
tur à grauamine, siue ab interloquutoria ante sententiam diffinitiuã, & debet inseri causa grauaminis iustificatoria, alias appellatio est nulla. *clem. appellanti, cum ibi not. de appell.* Bald. *consi. 44. Ad euidentiam, numer. 6. vers. super quinto. lib. 3.* Castrens. *consi. 237. Viso puncto, colum. 2. ver. respondetur, lib. 2.* Vide, *Appellatio quando requirat causam* ☞
exprimi.

2 *exprimi. Concluſ.360.* † Extende in tantum eſſe appellandum in ſcriptis,& cauſa expreſſa iuxta diſpoſitionem. *c. corda, de appellat. in 6.* vt ſi alias appellaretur viua voce poſt lapſum termini, erit deſerta appellatio, licet in termino ſit emiſſa in voce, & ſine cauſa. Guido
3 Pap. *deciſ.16.* † Vide omnino Rom. *conſi.501. Vt declarationem, in prin.*
☞ vbi decem requirit neceſſaria, de quibus infra, *Appellatio ab interlo-*
4 *quutoria an admittatur. Concl.359. num.51.* † Extende in tantum debere exprimi cauſam, vt licet appelletur ex cauſis, de quibus in actis, talis expreſſio non releuet, ſi cauſæ in actis apparentes eſſent friuolæ. Bald. *conſi.44. nu.7. ver. ſuper ſexto, lib.3.* & quod debeat cauſa exprimi ſignanter,& expreſſe. Bald. *conſi.146. Quia ex facto, nu.3. ver.*
5 *& ad euidentiam, lib.3.* † Contrarium videtur tenere Specul. quod ſufficit appellatio in ſcriptis abſque expreſſione cauſæ (niſi in genere) & ſic ſatis eſt dicere; quia eſt iniuſta ſententia, in *tit. de appell. §. qualiter, in prin. num.2.* vbi Ioan. Andr. reprobat in addit. Natt. *conſ.*
651. num.5. vbi declarat valere, quatenus fiat relatio ad certam par-
6 tem proceſſus. † Declara; quia appellatio ab interloquutoria licet debeat continere cauſas appellationis iuſtificandæ vnam, vel plures; tamen de ſtylo Curiæ vna tantum cauſa attenditur,& admitti-
7 tur. Gemin. *conſi.118. in princ.* † Declara in tantum verum eſſe, quod appellatio ab interloquutoria debeat eſſe in ſcriptis, & cum expreſſione cauſæ apparenter legitimæ, vt ſi iſtæ non appareant, Iudex ad quem debet cauſam remittere Iudici à quo,& ſufficit, quod apparenter ſint legitimæ, licet non exiſtenter. Caſtrenſ. *conſi.237.*
☞ *Viſo puncto, colum. 2. ver. reſpondetur, lib.2.* Vide ſupra in *ver. Apparenter*
8 *aliquid eſſe. Concluſ.346.* † Reſtringe, quando extaret conſtitutio, vel ſtatutum mandans, proceſſi iuris ordine non ſeruato; quia valeret appellatio viua voce,& ſine ſcriptis ab interloquutoria. Angel. *conſi.267. Conſtitutio Sanctæ Rom. colum. 2. circa med. ver. non obſtat. ſi*
9 *dicatur.* † Amplia; quia appellatio non admittitur viua voce ab interloquutoria. Caſtrenſe *conſi.271. Super primo, in princ. ver. ſuper ſecun-*
10 *do.* † Reſtringe; quia datur appellatio viua voce ab interloquutoria ex forma conſtitutionum Marchiæ. Caſtrenſ. *dict. conſi.271. in*
11 *princ. lib.1.* † Amplia, vt idem ſit in appellatione à diffinitiua, quæ niſi fiat Iudice ſedente eadem die, & vice, qua tulit ſententiam ſedendo, viua voce, non poteſt fieri, niſi in ſcriptis, ſine tamen expreſſione cauſæ, alias eſſet nulla appellatio, *l. litigatoribus. C. de appella.* Specul. *d. §. qualiter, in princ. de appell.* Angel. *conſi.267. circa med. verſ.*
12 *hoc præmiſſo.* † Amplia in tantum, vt appellatio ab electione facta vel facienda, ſeu prouiſione, vel alio præiudicio extraiudiciali, nedum debeat fieri in ſcriptis, ſed debent omnia ſpecificari, per quæ appellans prætendit contra perſonam electi,& formam electionis audiri, alias non poſſet proſequi appellationem, niſi circa expreſſa. *cap. vt circa, de electio. in 6.* Specul. in *tit. de appella. §. qualiter, num.4. ver.*
13 *hodie qui appellat.* & declara, vt ibi per eum. † Amplia, vt quod dicitur de appellatione ab interloquutoria, vel grauamine, procedat etiam in recurſu ab interloquutoria, vel grauamine; quia debet exprimi cauſa, & fieri in ſcriptis, prout appellatio. Bald. *conſi.146.*
14 *Quia ex facto, num.1. lib.3.* † Limita in appellatione à ſententia diffinitiua; quæ poteſt viua voce interponi Iudice ſedente pro tribunali poſt latam ſententiam, dummodo eadem die interponatur, antequam Iudex receſſerit à tribunali; quia alia vice quod ſederet,
15 non valeret. Specul. *tit. de appella. §. qualiter in princ.* † Extende, vt procedat de generali conſuetudine,& ſtylo Curiæ, quando appellatur à ſententia ſuper articulo incidenti lata, quando fuit ſententiatum bene, vel male appellatum; quia licet ſit appellatio ab interloquutoria à principio; tamen quando diffinitur, an bene, vel male ſit appellatum, dicitur diffinitiua, quoad hoc, vt viua voce
16 poſſit appellari. Calder. *conſi.202. alias 6. de re iudic.* † Declara, vt etiam valeat appellatio viua voce interpoſita alio die, & Iudice non ſedente, quando cauſa erat commiſſa nedum ſummarie, ſed etiam cum clauſula, *de plano, &c.* Bald. *conſi.272. A ſententia lata per tot. lib.3.*
17 † Reſtringe; quia appellatio viua voce interpoſita à diffinitiua non valeret, ſi in ea eſſet clauſula; *ſaluo, & reſeruato iure appellandi in ſcriptis*; quia ſi non appellatur in ſcriptis, non habet effectum appellationis, & nihil importat; ſi vero appellaret poſtea in ſcriptis, valeret prima appellatio veſtita ſcriptura. Bald. *conſi.425. Conſiderandi ſunt,*
18 *num.4. ver. aut reſeruauit, lib.3.* † Et quando fuit interpoſita appellatio viua voce: puta, tempore latæ ſententiæ,& poſtea in ſcriptis alia appellatio interponatur, ſi non fiat mentio de appellatione viua voce, valebit appellatio in ſcriptis, & ab ea incipit inſtantia currere, non ab appellatione viua voce facta. Alexand. *conſi.64. Viſo pro-*
* 19 *ceſſu, circa fin. num.5. lib.6.* vbi dicit magis * communem. † Reſtringe etiam in appellatione ab interloquutoria, quæ non valet viua voce, ſed debet fieri in ſcriptis; nam ſi fiat in voce ſaluo iure appellandi in ſcriptis, & appelletur etiam in termino decem dierum in ſcriptis, valebit tanquam vnica; quia vna ineſt alteri. Bartol. *in l. cum procurator. ff. de non. oper. nunciat.* Caſtrenſ. *conſi.271. num.2. ver. ſed aduertendum*, vbi, quod ſecunda refertur ad tempus primæ in-
ua voce, non è conuerſo, & dicit, quod ita conſuluerunt Ori-
phius de Peruſio, Antonius de Butrio, Petrus & Anchiranus, &
ipſe Caſtrenſis. † Contrarium, quod imo appellatio ab interlo-
quutoria, quando habet vim diffinitiuæ, valeat viua voce, & non inſerta, vel expreſſa cauſa grauaminis. Natt. late *conſi.92. Motiuum*
redditum per tot. lib.1. † Imo, quod ſufficiat dicere appellanti ab in-
terloquutoria, *grauaſtis me, vt conſtat ex proceſſu fol. tali.* Natt. *conſi.513.*
num.14. † Limita in Romandiola; quia ab omni ſententia poteſt
appellari viua voce. Roman. *conſi.41. In præſenti conſultatione, num.2.*
† Vide, *Appellatio à diffinitiua in quo differat ab appellatione interloquutoria. Concl. prox. ſeq.* Vide Socin. *reg.19.* vbi ponit regulam, quod in ſcriptis
appellari debet, fallit tribus caſibus, vt ibi.

Appellatio à diffinitiua, in quo differat ab interloquutoria. Concl.358.

APPELLATIO † à diffinitiua differt ab appellatione ab interloquutoria in multis. † Prima differentia eſt; quia appellatio à diffinitiua ligat manus Iudicis à quo, ita vt ſi quid poſt appellationem faciat, per viam attentati reuocari poſſit; ſecus eſt, in appellatione ab interloquutoria, Lap. *alleg. 2. num. 9. ver. ſecundo quia.* Feder. de Sen. *conſil.163. numer.3. verſ. non obſtat, quod appellatione interpoſita*, vbi ponit rationem, & idem Federic. *conſi.198. numer. tertio, verſ. de ſecundo.* Vide, *Sententia diffinitiua, & interloquutoria ex quibus cognoſcatur, & in quibus differant. Concluſ.113.* † Secunda eſt; quia appellatione interpoſita à diffinitiua non poteſt ſententia exequi; ſecus ſi ab interloquutoria; quia præſumitur pro proceſſu, Lap. *alleg.*
2. num.7. & 8. verſ. ad hoc, quia pendente, & hoc, niſi ſit inhibitum, vt ibi dicitur. Federic. de Sen. *conſi.163. numer tertio, verſ. Iudex ergo.* † Tertia eſt; quia ſi eſt appellatum à diffinitiua, poteſt ſententia impugnari, & iuſtificari ex nouiter producendis; interloquutoria vero ex ſolis deductis, & probatis iuſtificatur, vel impugnatur. Feder. de Sen. *conſi.163. numer.3. verſ. non obſtat, quod appellatione.* Bald. *conſil.*
146. numer primo, ver. ſed ipſe Franch. lib.3. † Quarta eſt; quia appellatio à diffinitiua ex neceſſitate non fit in ſcriptis, ſecus in appellatione ab interloquutoria, quæ non releuat, niſi fiat in ſcriptis,
clemen. appellanti, de appellat. Bald. *conſi.141. in princ. numer.1. ver. ad euidentiam, lib.1.* Bald. *conſi.146. Quia ex facto, in princ. lib.3.* Vide, *Appellatio an in ſcriptis ſit facienda, vel non. Concluſ.357.* † Quinta eſt; quia in
appellatione ab interloquutoria debet inferi cauſa, propter quam appellatur, vna, vel plures; ſecus in appellatione à diffinitiua, *clem. appellanti, de appellat.* Bald. *conſil.141. Præmiſſis verbis, numer.1. ver. & ad euidentiam, libro primo, & conſi.146. numer.1. lib.3.* Vide, *Appellatio quando requirat cauſam exprimi. Concluſ.360.* † Sexta eſt; quia in appellatione ab interloquutoria cauſa expreſſa debet iuſtificari ex eiſdem actis, alias ſuccumbit appellans. Geminian. *conſil.118. in fin. numer.*
ſeptimo, ver. appellans, ſecus eſt in appellatione à diffinitiua. Reſtringe quatuor modis, de quibus Socin in *regu. 22. Appellatio ab interloquutoria.* † Limita, quando appellatio interponitur ab interloquutoria, quæ habet vim diffinitiuæ; quia tunc appellatio, licet non fiat in ſcriptis cauſa expreſſa; tamen valet, & poteſt verificari ex nouis probationibus. Cardin. Zabarell. *conſil. 72. numer. vndecimo, verſ. ad aliud dubium.* Rota in *noui. deciſ.11. de appellat.* quæ eſt. *deciſ.85.*

Appellatio ab interloquutoria an admittatur, & quando. Concl.359.

APPELLARE † non licet à ſententia interloquutoria de iure ciuili. *l. ante ſententiam. C. quorum appella. non recipian.* vbi Bart. & alii. Caſtrenſ. *conſi.271. Super primo. verſ. ſuper ſecundo, lib.1.* vbi, quod non poteſt appellari viua voce. † Extende; quia appellatio non admittitur ab interloquutoria, quando non habet vim diffinitiuæ,& cauſæ appellationis non ſunt legitimæ. Bald. *conſil.335. Tria ponuntur, lib.4.* vbi, quod non valet appellatio à ſententia ſuper admiſſione teſtium examinandorum. † Declara; quia appellatio non datur ab interloquutoria, quando in diffinitiua poteſt grauamen reparari, alias ſecus. Caſtrenſ. *conſi.194. Viſo puncto, in princip. libro ſecundo, & conſi.326. Viſo puncto, numer. ſecundo, ver. ad ſecundum, lib.2.* † Et ideo datur appellatio, vbicunque agitur de grauamine facti, prout à tortura, ab alapa, carceratione, quæ non reparantur per diffinitiuam. Caſtrenſ. *conſil.194. in princip. libro primo*, allegat text. in *l. ſi quis prouocatione. C. de appellatio.* † Idem eſt, quando grauamen eſt facti, quod teneatur probare contenta in præcepto; quia factum pro infecto haberi non poteſt; idem eſt,

ſi Iudex

si Iudex mandet procedi super libello inepto, & similibus. Castr.
6 *d. consi. 194. in prin. lib. 2.* † Effectus huius appellationis ab interloquutoria est; quia licet non suspendat iurisdictionem Iudicis à quo ante inhibitionem; tamen si contingat pronunciari, bene appellatum, & interim Iudex à quo protulit sententiam diffinitiuam, illa erit ipso iure nulla. *c. non solum, de appellat. lib. 6.* Castrens. *d. consi. 194. in prin. lib. 2.* Abb. *consi. 55. In causa. colum. 2. circa princ. ver. item simile. lib. 2.*
7 † Amplia in tantum, vt Iudex à quo possit procedere libere, non obstante appellatione; quia non reuocantur acta tanquam attentata, nisi appellatio esset ex probabili causa. Feder. de Sen. *consi. 163.*
8 *nu. 3. ver. Iudex ergo.* † Extende, vt tanto magis appellatio ab interloquutoria non procedat, si in ea error iuris eximitur. Bald. *consil.*
9 *244. Proponitur quod sententia, nu. 3. ver. super eo, lib. 2.* † Amplia; quia non datur appellatio ab interloquutoria, quando statutum prohibet, vel quando pars grauata potest per comparitionem, vel solutionem, contumaciæ expensarum tollere grauamen. Castr. *consi. 236.*
10 *nu. 2. ver. ad secundum, lib. 2.* † Amplia; quia non appellatur à mandato de recognoscenda scriptura, an sit manu sua, vel non; quia est in-
11 terloquutoria. Bald. *consi. 335. A mandato, an scriptura, lib. 4.* † Amplia; quia non datur appellatio à sententia, seu decreto de deferendo iuramento in supplementum; quia est interloquutoria. Fulgos. *consi.*
12 *145. Quoniam plurimæ. versi. ad secundum.* † Amplia; quia datur appellatio à non admissione articulorum, seu exceptionum obiectuarum contra testes, etiam si essent generales; quia debuerunt admitti, maxime super inimicitia. Castrens. *dict. consi. 335. numer. 2. lib. 1.*
13 † Limita quia licet ante sententiam diffinitiuam non possit appellari ab interloquutoria de iure ciuili; secus tamen est, si interloquutoria sit post diffinitiuam, puta, super exequutione; quia tunc bene potest appellari. Bart. in *dict. l. ante sententiam. ff. de appellat. recip. &*
14 *in l. ab exequutione*, per illum text. *C. quor. appell. non recipian.* † Declara; quia vbicunque admittitur appellatio ab interloquutoria, debet fieri in scriptis, & exprimi causa, infra *num. 46.* Vide, *Appellatio an in scriptis sit facienda. Concluſ. 357.* Vide, *Appellatio quando requirat*
15 *causam. Concluſ. 360.* † Limita; quia etiam de iure ciuili admittitur appellatio ab interloquutoria, quando ipsa interloquutoria portat secum exequutionem, ita quod in sententia diffinitiua non potest grauamen reparari. Feder. de Sen. *consi. 66. Cum secundum, in princip.* vbi allegat; quod alias daretur occasio Iudicibus perperam faciendi. Ancharan. *consi. 372. num. 9. & sequen.* vbi, quod reuocan-
16 tur omnia, si iustificatur grauamen. † Extende; quia statutum prohibens appellari ab interloquutoria, non procedit in causa, quæ per diffinitiuam non potest reparari. Bald. in *l. 1. C. si quacunque præditus potest.* Decian. *consi. 22. numer. 1.* plene Castrens. *consi. 194. lib. 2. numer. 4. verſ. licet.* Bald. *consi. 378. in princip. ver. nec obstat statutum, lib. 3.* & quod statutum prohibens appellari ab interloquutoria non prohibeat, quando grauamen est notorium. Natt. *consi. 172. numer.*
17 *2. & sequen.* † Et propterea datur appellatio à pronuncia, quod Iu-
18 dex sit competens. Bald. *consi. 2. Visa petitione, numer. 3. lib. 5.* † Et idem est in sententia, quod Iudex primus male iudicauerit interloquendo; quia infert grauamen irreparabile; quia perdit primam sententiam in negocio principali. Ancharan. *consi. 372. numer. 9. &*
19 *sequen.* † Limita, quando habet vim diffinitiuæ; quia tunc potest appellari, vt à diffinitiua, vt notatur de exceptione peremptoria, in *clemen. fin. de appellat.* in gloss. 2. Feder. *dict. consi. 66. in fin.* Natt. *consi. 92.*
20 *per totum.* † Extende; quia imo valet appellatio ab interloquutoria habente vim diffinitiuæ, viua voce, etiam non expressa causa.
21 Natt. *dict. consi. 92. in fin. num. 3.* † Limita, quando infertur grauamen, siue ex assignatione termini, qui dicitur interloquutoria, siue ex malo processu, siue ex intricatione, vt quia præiudicialem admiscat Iudex quæstionem. Ricard. Malumbra in *consi. 71. Satis videtur, inter consi. Feder. de Sen.* vbi dicit in fin. diabolum esse in corpore
22 Iudicum ista facientium, à quibus est appellandum. † Et quod ex assignatione termini ad aliquid faciendum liceat appellare; quia causatiue compellitur; quia lapso termino excluditur. Castr. *consi.*
237. *Viso puncto. colum. 3. numer. 2. verſ. dicitur enim primo, lib. 2. & per tot.*
23 † Extende; quia ab omissa forma statuti in eligendo cõsultore datur appellatio. Bald. *consi. 170. Ad euidentiam, circa prin. lib. 3.* vbi dicit
24 communem. † Declara; quia si semel fuit assignatus terminus in causa summaria ad probandũ partibus, & vna pars probauit intentionem suam, altera vero nihil probauit, si in publicatione processus pars, quæ nihil probauit, rea petit dilationem, quæ denegatur, & appellat, appellatio est friuola, & non debet admitti, maxime, si coram bono viro procedit̃ur in causa reductionis arbitramenti.
25 Abb. *consi. 48. Tria sunt, in princ. lib. 1.* † Extende, vt procedat, etiamsi citatio contineret ad videndum assignari terminum ad probandum actori; quia si assignatio fuit facta ambabus partibus, vtraque parte præsente, & non contradicente, non attenditur citatio, & valet assignatio facta diuerso modo à citatione; secus si pars citata fuisset absens. Abb. *dict. consi. 48. in princ. lib. 1.* † Limita; quia li- 26
cet appellatio ab interlocutoria non admittatur regulariter; si tamen fuit admissa; tunc Iudex habet ligatas manus, nec procedere potest. Feder. de Sen. *consil. 163. in fin. verſ. non obstat cod. titu. c. super eo.* † Limita; quia datur appellatio à taxatione expensarum, quando 27
adest excessus, & grauamen in taxandis expensis. Doctor. in *l. terminato. C. de fruct. & lit. expens.* sed tamen debet exprimi, & probari excessus, *clemen. appellanti, de appellat.* Decian. in *c. vt debitus de appellat.* † Limita; quia generaliter, vbicunque legitimæ exceptiones non 28
admittuntur, datur appellatio de iure Canonico. *c. ex parte, de offic. delega.* Castrens. *consi. 335. Visa appellatione, in princ. lib. 1.* † Limita; 29
quia est speciale in scholari, qui appellat ab omni grauamine, & ab omni interloquutoria. Abb. in sua *quæstio. 6.* incip. *Gandulphus. col.*
14. *num. 12. ver. primum est.* † Limita; quia appellatio datur à reie- 30
ctione exceptionis releuantis facta per Iudicem in spolio, vt si Iudex reiecit spoliatorem opponentem in causa matrimoniali, quod erat minoris ætatis; nam ex quo talis exceptio detrahit possessioni matrimoniali, si reiicitur, datur appellatio. Geminian. *consil. 24.*
numer. 3. ver. recte ergo excipiebat, & numer. 4. qui tamen videtur loqui de iure Canonico. † Extende à reiectione articulorum probandi; 31
quia sublata probatione infertur præiudicium irreparabile. Natt. *consil. 172. In causa, & quæstione, numer. 2.* vbi etiamsi extet statutum, quod non possit appellari ab interloquutoria. † Limita; quia 32
appellatio datur à reiectione articuli releuantis. Geminian. *dict. consi. 24. num. 11. ver. ad quintum.* Castrens. *consi. 335. Visa appellatione, in princ. lib. 1.* † Imo ab interloquutoria de faciendo, vel non, datur 33
appellatio prout à reiectione, vel non articulorum, vel exceptionis; quia habet vim diffinitiuæ. Castrens. *consi. 335. Visa appellatione, numer. 1. lib. 1. & numer. 3.* † Extende in tantum, vt sententia lata post 34
reiectionem, & appellationem, ac processus inde factus tanquam attentata sint reuocanda. Geminian. *dict. consi. 24. num. 11. ver. ad quintum.* † Extende; quia datur appellatio ab admissione articulorum, 35
tanquam repellente exceptionis partis. Rota in *nou. de testib. decis. 8.* † Extende è contra, quia à non admissione articulorum releuan- 36
tium datur appellatio. Rota *decis. 5. de except. in nou.* † Limita; quia 37
appellatio datur à reiectione exceptionis oppositæ, quod reus non teneatur respondere libello generali, & obscuro, neq; litem super eo contestari; quia si Iudex mandauit procedi, & responderi tali libello, admittitur appellatio. Gemin. *consi. 118. Ne super deductis, in prin. & per tot.* Castr. *consi. 335. nu. 3. & seq. lib. 1. & in prin.* † Limita; 38
quia appellatio datur à reiectione exceptionis incepti libelli etiam in causa possessorii, & spolii; quia licet non appelletur in causa spolii, & possessorii; tamen appellatur ab interloquutoria in possessorio, ex qua grauamen infertur. Bald. *consi. 217. Verba libelli, num. 2. ver. sed quia istud, lib. 2.* † Limita generaliter; quia vbicunque reiicitur 39
probatio, vel beneficium, quod confert ius commune, semper admittitur appellatio; quia vbi denegatur obseruantia iuris communis, ibi infertur grauamen. Bald. *consi. 378. num. 2. ver. non si quis, lib. 3.*
† Et ideo sicuti datur appellatio à nimis breui dilatione; ita fortius 40
datur à denegato termino ad probandum. Fulgos. *consi. 165. In quæstione proposita, in fin. ver. nouissime constat.* † Limita; quia datur appel- 41
latio à pronuncia Iudicis super competentia. Signorol. *consi. 129. circa fin. ver. in super Vicarius*, vbi, quod de iure Canonico, & Ciuili est proditum remedium. † Limita; quia datur appellatio à nimis 42
breui dilatione; quia debet dari à die habitæ copiæ. Castren. *consil.*
335. *num. 2. lib. 1. ver. concluditur ergo.* † Extende è conuerso; quia da- 43
tur appellatio à secunda dilatione concessa sine causæ cognitione in causa summaria; quia cum sit nulla, & contra *l. si. ff. de feriis*, pars grauatur, & potest appellare. Bart. *consi. 97. In quæstione, per tot.* maxime, *num. 4. & in fin. lib. 1. & consi. 115. Quæstio talis in fin. lib. 2.* † Limita; 44
quia quandoque appellatio ab interloquutoria datur, licet à diffinitiua non sit permissa. Bald. *consi. 354. An statutum prædictum, post med. ver. & interdum, lib. 2.* Imo regulare est, quod quando non datur appellatio à sententia diffinitiua, semper datur appellatio ab interloquutoria ante diffinitiuam. Innocen. in *c. significauerunt, de testib. numer. tertio, ver. nota quod ab interloquutoria.* Angel. *consi. 188. in princ.*
vbi ponit plura exempla de hoc. † Declara, vt procedat, quan- 45
do appellatio à diffinitiua denegatur ex natura causæ, vt quia agitur de momentanea possessione; secus si non appellatur ex reuerentia personæ Iudicantis; quia si non datur appellatio à diffinitiua; multo minus ab interloquutoria Angel. plene *consilio*
188. *Sed nunc videndum, in princip. & numer. secundo.* † Declara; 46
quia vbicunque datur appellatio ab interloquutoria, id procedit, si appellatio continet causam talem, quæ existens vera inferret grauamen. Bald. *consil. 244. Proponitur, quod, numer. tertio, verſi. super eo, libro secundo*, qui loquitur in interloquutoria lata super

exceptio-

exceptione rei iudicatæ, vt non obstante re iudicata, fiat compromissum; quia potest appellari à tali interloquutoria, supra *numer. decimo quarto.* Vide, *Appellatio quando requirat causam exprimi. Conclusio. proxima sequen.* † Limita; quia licet pronuncia, quod quis sit hæres cum beneficio, vel sine beneficio, legis, & inuentarii, sit interloquutoria, maxime incidenter lata; tamen potest appellari; quia licet non decidat de toto; tamen decidit de tanto, & efficitur præiudicialis, & infert grauamen. Bald. *consi.* 378. *Pro parte cuiusdam, in princip. lib.* 3. vbi loquitur, etiam si extet statutum, quod ab interloquutoria, quæ possit reparari, non appelletur, prout est Eugubii. † Limita; quia vbicunque infertur grauamen irreparabile, vel notorium, appellatur ab interloquutoria. Natta *consi.* 172. *num.* 2. *& sequen. lib.* 1. † Limita; quia appellatio à decreto exequutorialium licet sit ab interloquutoria; si tamen habet vim diffinitiuæ, impedit exequutionem. Rota in *nouiss. part.* 3. *lib.* 3. *decis.* 218. *num.* 5. † Limita; quia valet ab abbreuiatione dilationis facta sine expressione causæ, Veral. *lib.* 1. *decis.* 38. *Appellatio interposita.* † Declara; quia vt appellatio ab interloquutoria sit legitima, decem requiruntur, quorum si vnum deficit, appellatio non valet. Primo est causa grauaminis; secundo, quod causa sit legitima; tertio, quod sit vera; quarto, quod sit expressa; quinto, quod petitio, vel exceptio, non sit admissa; sexto, quod fiat in scriptis; septimo, quod ideo appellatur; quia non sit facta admissio, & hæc videtur eadem cum quinta; octauo, quod petantur Apostoli; nono, quod si appellans petierit, veniant partes instructæ; decimo, quod fiat intra decem dies, late Roman. *consi.* 501. *Vt declarationem in princ.* vbi, quod non requiritur, quod appellans offerat se probaturum, & ibi pri.na apostil. dat concord. † Deferre debet Iudex appellationi ab interloquutoria, & non deferens punitur, sicut à sententia diffinitiua, late Roman. *dict. consi.* 501. *num.* 2. *ver. quibus præmissis*, vbi allegat plura iura hoc probantia, & apostil. ibi in *ver. punitur*, dat concordan. Vide, *Appellationi quando deferendum. Concl.* 369. † Et procedit conclusio, quod debet deferre, etiam si sit dubium, an sit deferendum ob reuerentiam superioris. Roman. *d. consil.* 501. *num.* 2. *ver. cæterum*, vbi apostil. in *ver. deferre*, dat concordan. † Et potest pars petere à Iudice hoc casu, qui tenetur cõsulere sapientes circa dilationem, & si negat hoc facere, grauat partem. Roman. *d. consi.* 501. *num.* 2. *ver. quinimo dicit Specul.* vbi Apostil. in *ver. Speculator*, dat concordan. † Imo Iudex si non vult deferre appellationi ab interloquutoria, tenetur exprimere causam, propter quam non defert, & illam scribi facere. Roman. *d. consi.* 501. *col.* 2. *ver. quæ quidem iura*, & reddit rationem; quia si inique repelleret, posset puniri; secus si ex causa legitima repelleret. † Et processus factus erit nullus post appellationem, si contingat declarari bene appellatum, Roman. *dict. consi.* 501. *col.* 2. *in fin. ver. tamen processus.* † Detulisse censetur, si admisit, si & in quantum; vnde transfert omnem iurisdictionem in Iudicem appellationis, ita quod si post admissionem procedat, processus sit nullus, etiamsi de consensu partium procedat, nisi superior causam commisisset. Roman. *dict. consi.* 501. *num.* 4. *& sequ. ver. nunc vero ad casum.* Benintend. *decis.* 1. vbi dat cautelam in interloquutoria, vt negatiue concipiatur, non admitto, nisi si & in quantum; quia non abdicatur iurisdictio.

Appellatio quando requirat causam exprimi in appellatione, vel non. Concl. 360.

1 APPELLATIO † ab interloquutoria, requirit expressionem causarum vnius, vel plurium legitimarum; & tunc quando nõ sunt copulatæ, sufficit vnam iustificare. Gemin. *consi.* 118. *in prin. c. cordi. de appellat. in* 6. *clemen. appellanti, eod. tit.* Vide, *Appellatio quando in scriptis facienda. Conclus.* 357. † Et debet esse talis causa expressa, quæ si esset vera, constaret de grauamine. Bald. *consi.* 244. *Proponitur quod, num.* 3. *ver. super eo. lib.* 2. & sufficit, quod apparenter sit legitima, licet non existenter ad effectum, vt Iudex appellationis cognoscat. 3 Castrens. *consi.* 237. *Viso puncto, colum.* 2. *ver. respondetur, lib.* 2. † Declara de stylo Curiæ; quia vnica tantum causa exprimitur, & attenditur in commissione, licet plures fuerint expressæ, & illa sola, ad quam fit restrictio, est iustificanda. Geminian. *consi.* 118. *Ne super deductis in princip.* & idem attestatur Rota in *nou. decis.* 2. *versi. imo nunquam*, alias 7. *de appellatio*, incip., *Si appelletur.* † Et non sufficit expressio in genere, videlicet, quod est grauatus, passusque iniustitiam, vel quid simile, sed expressio debet esse specifica. Bald. in *l. prima. C. de his, quæ pœn. nomi.* Bologn. in *additio. ad cons. Ioan. de Anani.* 48. *ver. & facit doctrina*, idem Bologn. in *addition. ad consi.* 56. *Ioan. de Anan. vers. accedat ad prædicta.* † Extende in tantum requiri expressionem causæ, vt ex non expressis non possit appellatio iustificari, *clemen. appellanti de appell.* Fastoli *dub.* 43. *die Lunæ in princip.* vbi, quod si causa expressa non subsistit, corruit appellatio. Rota in *antiq. decis.* 44. *nota si appelletur*, alias 470. *de appellat.* † Extende in tantum causam debere exprimi in appellatione ab interloquutoria, vt non sufficiat se referre ad processum, & ad acta, Fastol. *dub.* 43. *numer. secundo, in fin. & numer. tertio, versi. nec obstant leges.* Rota in *antiqu. decis.* 44. *nota, si appelletur*, alias 470. *de appellatio.* † Restringe; quia sufficeret grauamen in specie, licet non specialissime. Bolognin. *dict. apostill. ad consi. Ioan. de Anan.* 56. *ver. accedat ad prædicta.* † Restringe; quia paria sunt, vel quod causæ exprimantur expresse in appellatione, vel per relationem ad aliquid certum, in quo causæ sint expressæ. Alexan. *consil.* 126. *Repetitus. numer.* 11. *ver. sicut in simili, libro sexto*, vbi apostil. in *ver. quandam*, dat concordantes. Vide Socin. in *regu.* 16. *Appellans ab interloquutoria*, vbi, quod debet causam exprimere, & limitat quoque modis. † Amplia; quia in omni appellatione interposita ab exequutore excedente munus suum, debet causa inseri in appellatione. Bald. *consil.* 428. *Delegatus Apostolicus, in princ. libro primo*, & quod debeat causa inseri certa, & non generalis, ad hoc, vt appellatio, vel recursus à sententia de exequendo rem iudicatam subsistat. Bald. *consi.* 146. *Quia ex facto, in princip. lib.* 3. Roland. à Vall. *consil.* 43. *num.* 6. *lib.* 1. Castrens. *consi.* 289. *Ad primum respondetur, in princip. libro primo.* † Extende idem in appellatione à sententia de exequendo; quia est interloquutoria. Castrens. *dict. consil.* 289. *colum.* 2. *in princip. lib.* 1. † Amplia in omni appellatione prohibita, etiam à diffinitiua; quia si statutum prohibet appellari; tunc non prohibet si ex iusta causa expressa appelletur, quæ verificari debet. Bald. *consil.* 354. *An statutum, circa fin. libro secundo.* Cuman. *consil.* 60. *Visis compromisso. numer. tertio.* Bald. *cons.* 367. *circa med. ver. dico igitur, lib.* 1. vbi, quod quando est dubium, si exprimitur causa, semper appellatur; secus si incolorate, plene Roman. *consi.* 324. *In proposita, in fin.* vbi apostill. fin. dat concordan. †. Extende in appellatione in spolio, quando appellans non habet aliud remedium; quia de iure Canonico, expressa causa, datur appellatio. Bald. *consi.* 217. *Verba libelli, in fin. ver. aduertendum, lib.* 2. Roman. *dict. consil.* 324. *in fin.* † Extende in omni causa possessorii; quia de iure Canonico expressa causa appellatur. Bald. *cons.* 379. *Sequitur de anno Domini, num.* 9. *vers. sed de iure Canonico, lib.* 1. & idem Bald. *consil.* 367. vbi, quod semper appellatur in dubio, si iusta causa allegatur. † Extende; quia appellatio, vel nullitas vbicunque est generaliter prohibita, ad hoc, vt admitti debeat ratione specialitatis, ista specialitas debet allegari, alias non valet. Cuman. *consi.* 66. *Visis compromisso, num.* 3. *vers. & si dicatur.* Vide Socin. in *regu.* 14. *Appellans à sententia diffinitiua*, vbi ponit regulam, quod in appellatione à diffinitiua non requiritur expressio causæ, & limitat quatuor modis. Vide etiam incertum authorem post regulas Socin. in *regu.* 16. *Appellatio iuste fit, si Iudex reijcit legitimam exceptionem, dummodo probetur de veritate causæ*, & limitat nouem modis, in quibus non requiritur verificatio causæ. † Amplia, vt procedat, etiamsi appellatio, vel nullitas sit talis, quæ alias de sui natura non requirit expressionem causæ. Bart. in *l. a sententia. in princ. in vltim. quæst. ff. de appellat.* Cuman. *consi.* 60. *nu.* 3. *vers. respondeo.* † Extende; quia hac ratione, cum appellatio ab interloquutoria sit regulariter prohibita, vt ea admittatur, debet exprimi causa, tam de iure ciuili, quam de iure Canonico. Cuman. *d. consi.* 60. *numer.* 3. *vers. & ea ratione.* † Amplia in notoriis, in quibus non datur appellatio, si causa legitima in appellatione non exprimitur; quia hoc est regulare, quod in casibus, in quibus non appellatur, prout ab interloquutoria, à sententia super possessorio, & super notorio, bene appellatur, & datur appellatio, si appellans exprimit causam legitimam in appellatione. Roman. *dict. consi.* 324. *In proposita consultatione, in fin.* † Amplia in declaratione calculatorum electorum ex forma statuti Tudertini; quia debet causa exprimi, & fieri in scriptis, alias non valet. Angel. *consi.* 130. *Visis omnibus, in princip.* † Amplia; quia quando appellatur ab interloquutoria, prout est pronuncia Iudicis competentis, debet exprimi causa etiam in terris Imperii; quia ius Canonicum declarans causam exprimi vbique, & in omnibus causis seruatur. Angel. *consi.* 217. *In causa accusationis, numer.* 3. *vers. non obstat.* † Amplia in appellatione à sententia confirmatoria laudi, & reiiciente petitam reductionem; quia cum sit dubium, an detur, vel non, sicuti in dubio est deferendum appellationi; ita etiam debet admitti appellatio data cautione. Benintend. *decis.* 15. *circa fin.* vbi late. † Amplia; quia quod dicitur, expressionem causę requiri in appellatione ab interloquutoria, procedit tam de iure Canonico, quam de iure ciuili. Ioan. de Anan. *cons.* 26. *numer.* 2. & ibi Ludouic. Bologn. *numer.* 12. *in apostill.* † Amplia, vt ea, quæ dicuntur de appellatione ab interloquutoria, procedant etiam in recursu ad Principem; quia causa specifica debet exprimi, & non sufficit generalis, videlicet, quod passus est iniustitiam, vel grauauit Iudex. Bald. in *l.* 1. *C. de his, quæ pœn.*

nouiss.

nomin. Bologn. in *addit. ad consil.* 48. *Ioan. de Anan. ver. & facit doctrina.*

23 † Limita, quando sententia interloquutoria habet vim diffinitiuæ; quia tunc appellatur, sicut à diffinitiua, prout in sententia super desertione appellationis; quia infert magnum præiudicium. Cardin. Zabar. *consi.* 72. *nu.* 12. *ver. ad sextum*, & idem dicit Bald. *consi.* 344. *Su-*

24 *per eo, quod, in fin. ver. ex his, lib.* 1. † Vide tamen, an quoad alia potius attendatur natura interloquutoriæ, an effectus; quia habet vim diffinitiuæ, vt debeat iustificari ex actis antiquis, non ex nouis, in

☞ *ver. Sententia interloquutoria quæ dicatur. Conclus.* 111. per discursum.

25 † Limita, quãdo causa est summaria, & summarie proceditur; quia tunc sufficit appellatio sine expressione causæ, & etiam sine scriptis ab interloquutoria; quia ista solemnia iuris ciuilis, & positiui sunt remissa. Angel. *consil.* 267. sequitur Franc. in *cap. vt debitus, num.* 27. *de appellat.* Otasch. *decis. Pedemont.* 1. *nu.* 32.

Appellare non potest non grauatus, neque à futuro grauamine appellari potest. Concl. 361.

1 REGVLA † est, quod non datur appellatio non grauato; quia sine grauamine quis non appellat; ideo is, cuius non interest, non appellat. Alexand. *consi.* 89. *lib.* 1. vide supra. *Appellatio quid sit,*

☞ *Conclus.* 347. *num.* 10. Vide, *Interesse non habens non auditur. Conclus.* 315. Vide, *Appellatio multis casibus non admittitur. Concl.* 402. *num.* 15. & 16.

2 † Amplia; quia non grauatus non appellat. Innocen. in *cap. breui. de iureiur. an.* Bald. in *l. post sententiam, num.* 4. *ver. illud esto. C. de senten. & interloquut. & in l. fin. num.* 2. *ver. sed hoc falsum. C. quan. prouoc. non est. necess.*

3 Vide, *Appellatio friuola quando dicatur. Conclus.* 397. † Extende; quia

☞ Iudex admittens, si & in quantum, non grauat. Vide, *Statutum cir-*

☞ *ca consilium sapientis, vt à tali sententia non appelletur. Concl.* 493. *numer.* 3.

4 † Imo si grauasset, quando reuocat grauamen reponendo partem,

☞ cessat appellatio. Vide, *Iudex à quo, quando possit reuocare grauamen. Concl.* 460. Vide, *Appellatio ad effectum obtinendi repositionem datur. Concl.*

5 367. † Declara; quia sufficit aliquale grauamen; ideo si lata est sententia contra meum officialem, me non citato, possum appellare à die scientiæ propter aliquale grauamen mihi illatum. Roma. *consil.*

6 343. *Ex proposito, num.* 15. *& sequen. ver. quoad vltimum.* † Amplia; quia appellatio à grauamine inferendo non tenet; & ideo ille, qui petit aliquid fieri, & sibi illud non fiat, appellat, non valet appellatio. Angel. *consil.* 188. *Sed nunc videndum, in princ.* Innocen. in *cap. significa-*

7 *uerunt, num.* 3. *ver. nota. quod ab interloquutoria.* † Amplia; quia appellatio à futuro grauamine non datur, Geminian. *consi.* 102. *in princip.* Cardin. Zabarel. in *clem. sicut, de appell.* Castrens. *consil.* 271. *Super primo, colum.* 2. *vers. tamen quantum ad propositum, lib.* 1. *& consi.* 121. *Circa primum, in fin. lib.* 2. vbi, quod appellatio à futuro grauamine ante sententiam non datur, & ibi apostilla citat ad hoc Corne. *consil.* 80. *per*

8 *tot. lib.* 1. † Amplia; quia etiam statutum, quod possit quis appellare à commination e ex sententia interloquutoria, vel diffinitiua, non intelligitur, vt quis à futuro grauamine possit appellare; quia statutum debet intelligi secundum ius commune. Castrens. *consi.*

9 121. *in fin. lib.* 2. † Limita; quia valet appellatio à futuro grauamine, quando subest iustus timor de præsenti, *clemen. sicut. de re iudic.* Abb.

10 *in quæst.* 6. *Gandulphus, colum. fin. circa med. ver. & si diceres.* † Limita; quia valet appellatio à grauamine comminato. Angel. *d. consi.* 188.

11 *num.* 2. *colum.* 3. *in princ. ver. nec obstat, quod ante sententiam.* † Contrarium Bald. in *l. si. num.* 2. *C. si reus, vel accusat. mortuus fuerit*, vbi, quod

12 non valet, nisi per statutum admittatur. † Declara; quia valet appellatio à sententia ferenda, vt supra, quando non posset reparari; secus est, si appelletur à sententia lata, quæ est ferenda; quia non valet. Bald. in *l. cum mulier, num.* 30. *ver. subsequenter quæritur, ff. solut. matrim.* Flor. in *l.* 2. *num.* 5. *ff. de probat.* † Declara; quia sunt opiniones,

13 quod detur appellatio à comminatione, & quod non detur, sed tamen distinguitur; aut comminatio est iudicialis, & datur appellatio; aut extra iudicium, & non datur appellatio, sed potius recusatio; quia odium & inimicitiam pariunt tales comminationes, vbi tollit contraria. Castrens. *consi.* 121. *Circa primum lib.* 2. *in princ.* † Vi-

14 ☞ de eundem Castrens. *d. consi.* 121. *col.* 2. *ver. super secundo, lib.* 2. vbi dicit, quod ex comminatione facta in iudicio datur appellatio, ex commination e vero facta extra iudicium datur recusatio, non autem appellatio; & tamen vult, quod ita recusatio, sicut appellatio reddat processum nullum, & sententiam postea nullam; igitur verba-

15 lis videtur differentia. † Extende; quia vbicumque grauamen non potest reparari per appellationem, potest appellari à grauamine comminato; ideo valet appellatio à comminatione, vel decreto facto, quod aliquis torquendus sit; quia tortura non potest reparari. Angel. *d. consi.* 188. *in prin. ver. & hoc satis rationabile*, plene Marsil. in *praxi.* 1. *§. expedita. nu.* 69. *ver. Nam in causis ciuilibus.*

Appellare qui teneantur, & qui prosequi etiam obligentur. Concl. 362.

PROCVRATOR † habens sententiam contra, licet non ha- 1
beat mandatum, nisi ad lites; tenetur tamen appellare, licet non teneatur prosequi appellationem. Castrens. *consi.* 136. *Visis & consideratis, num.* 3. *colum.* 4. *cum sequen. lib.* 1. † Declara; quia si habet 2
mandatum ad appellandum, & appellationes prosequendum, tenetur etiam prosequi. Vide, *Procurator simpliciter datus ad causam an* ☜
appellet. Conclus. 838. † Fideiussor contractus, & emptor tenentur 3
appellare, & appellationem prosequi. Castrens. *consi.* 136. *num.* 3. *cum seq. lib.* 1. vbi, quod propterea fideiussor æquiparatur emptori, non autem Procuratori.

Appellatio vnius quando prosit aliis. Concl. 363.

APPELLATIO † vnius in actione populari prodest omni- 1
bus de populo, sicuti etiam nocet omnibus succumbentia vnius in eadem actione. Oldrad. *consi.* 255. *Contra prouisionem, num.* 3. *ver. præterea regula, & num.* 5. *ver. præterea regula, & num.* 5. *ver. nec obstat.* † Amplia, vt sententia lata contra hæredem non noceat le- 2
gatario scienti, quin possit iuuari ex appellatione interposita per hæredem, etiamsi sciuerit legatarius, & non appellauerit. Oldrad. *consi.* 255. *circa fin. num.* 7. vbi idem dicit in emptore, & venditore, in creditore, & debitore, & quocunque alio tertio. † Amplia in cri- 3
minalibus; quia appellatio vnius prodest alteri in tantum, quod si sunt plures correi criminis, supersederi debet exequutioni contra omnes, quando vnus appellauit, & fuit admissa appellatio; quia o-
mnes releuat. Clar. in *§. fin. q.* 94. *num.* 4. *ver. quæro, nunquid.* † Am- 4
plia; quia in his, quæ sunt in eadem causa ab eodem iure pluribus communia, appellatio vnius prodest aliis, si expresse non approbant sententiam. Bart. in *l. si qui separatim. §. si. ff. de appellat.* Ruin. *consi.* 29. *num.* 3. *lib.* 4. Castrens. *consi.* 94. *in princ. vers. & posito, quod esset vna. lib.* 1. † Declara; quia vbicunque appellatio vnius prodest aliis, in- 5
telligitur id, dummodo sit præsens, & saltem sciens; quia si ignoraret, non iuuaret eundem. Bart. in *d. l. si quis separatim. §. si. in fin. vers. approbare autem. ff. de appellat.* † Extende; quia appellatio interposita 6
per vnum ex consortibus, & prosequuta nedum iuuat alios consortes, qui non appellarunt, sed etiam sententia lata ad fauorem fratris consortis releuat alios, qui non appellarunt. Roman. *consil.* 249. *In casu proposito, num.* 4. *ver. nec refragatur.* † Contrarium tenet 7
Alexand. *consi.* 36. *Viso themate. num.* 2. *ver. vel respondeo, & tutius, lib.* 4. vbi vult, quod appellatio si transiuit deserta quoad vnum, sententia prima quoad eum remanet firma: quoad alios vero potest infirmari per Iudicem appellationis, & sic potest quoad aliquos valere, quoad alios autem non, nisi dicas procedere, quando non ex eodem iure consortiali veniunt, vt non sit contrarium de directo extensioni, & ita etiam Alexand. ibi videtur tenere, *num.* 21. dum vult, quod consors vtitur appellatione consortis; imo appellatus vtitur appellatione appellantis, quod intellige, quando simpliciter est appellatum; secus vero, si in parte præiudiciali tantum, prout seruat Curia Romana; fuit appellatum. † Amplia, quando appel- 8
latio prodest tertio, ea potest prosequi quoad se, etiamsi ille, qui appellauit, transegerit. Bart. in *l. à sententia. §. idemque rescripsit. ff. de appellat.* Vide, *Appellationi quando quis possit renunciare, vel non. Conclus.* 386. ☜
per totam, maxime *num.* 18. *& num.* 46. † Extende; quia non solum 9
tertius, sed ipsemet appellatus potest inuito appellante velle vti appellatione appellantis. Alexan. *consi.* 36. *Viso themate, in fin. num.* 21. *ver. non obstat, lib.* 4. † An restitutio obtenta à minore prosit alteri 10
consorti minori. Bald. dicit, quod sic in *d. l.* 1. *num.* 5. *versic. modo ego quæro. C. si vnus ex pluribus.* † Amplia; quia appellatus potest adhærere 11
appellationi interpositæ per appellantem, & illam prosequi. † Ex- 12
tende, etiamsi appellans appellauerit in parte, & partibus contra se. Alexand. *consi.* 75. *In causa, & lite, in prin. lib.* 7. † Limita in vna sen- 13
tentia condemnatoria plurium; quia licet sit vnica; tamen tot sunt sententiæ, quot sunt condemnati. Ideo appellatio vnius aliis non præiudicat, vt *C. si plures vna senten. l.* 1. *&* 2. Oldrad. *d. consi.* 55. *versic. non obstat.* † Limita, quando alter appellauit; quia respectu appellantis 14
non potest iuuari ex appellatione alterius. Alexa. in *addit. Bart. in d. l. si quis separatim. §. fin. in versic. ideo dicit. ff. de appellat.* † Limita in crimi- 15
nalibus. Alexand. *d. addit. ad Bart. in ver. ideo dic*, allegat Bald. in *l.* 1. *ad fin. C. si vnus ex pluribus.* † Declara istam materiam, vt plene per Bald. 16
in *l.* 1. *in princ. C. si vnus ex pluribus*, quia duo sunt, per quæ appellatio vnius alteri prodest, videlicet ius indiuiduum, & par causa, & vbi ista duo, vel alterum non concurrit, appellatio vnius non prodest alteri, & intellige, quando fit condemnatio plurium in eadem sententia,

17 tentia,alias secus.† Limita,nisi vnus approbauerit sententiam expresse. Bart.in *d.l.si qui separatim.§.fin.in fi.ver.aut appellauit.ff. de ap-*
18 *pel.* sequitur Salyc. in *d.l.1.C.si vnus ex pluribus.* † Extende,vt idem sit, si tacite approbasset, videlicet, si per decem dies tacuisset, ignorans,confortem appellasse.Bart.*d.l.si qui separatim.§.fin.in fin.ff. de appell.* vbi dicit secus esse, si sciuisset appellationem, & tacuisset; quia sciebat ius suum durare propter legis prouisionem, sequitur
19 Salyc.in *d.l.1.C.si vnus ex pluribus.*† In prima instantia an prosequutio causæ vnius iuuet non prosequentem. Bald. *d l. 1.C. si vnus ex pluribus,* dicit,quod sic,quando sumus in re indiuidua.

Appellatio quando vna censeatur, vel plures. Concluſ. 364.

1 APPELLATIONES †plures dicuntur,si dito obligati insolidum vnicam appellationem nomine amborũ interponunt.Castr.
2 *consil.94.Posito,quod ista esset,lib.1.* † Extende; quia licet vnus tantum appellet ex pluribus habentibus eandem defensionem, & causam communem; tamen plures censentur appellationes, vna vera,aliæ fictæ. Castrens.*d consil.94.circa prin.ver.& posito,quod vni-*
3 *ca.* † Extende, vt idem sit, si contra eundem appellantem sit lata sententia habens plura capita; quia tot censentur appellationes, quot capita sententiæ,& tot sunt sententiæ,quot sunt capita;ideo vnica sententia fingitur; quasi plures sint. Castrens. *d. consil.* 94.
☞ *vers. & posito, quod vnica, lib.*1. Vide, *Actus vnus plura facta continens*
4 *quando dicantur plures Concluſ.*131. † Extende; quia propterea quis potest appellare ab vno solo capitulo sententiæ continentis plu-
☞ ra capitula,in reliquis sententiam approbare.Vide, *Appellari quando possit ab vno capitulo. Concl.366.*

Appellationes plures si fiant, quæ attendi debeat. Concluſ. 365.

1 APPELLATIONES † plures si sunt interpositæ, puta,prima intra quinque, quæ est valida, & alia secunda intra decem dies, quæ non est valida, attenditur sola prima; quia secunda inualida attendi nõ debet;& ideo instantia currit à die primæ validæ. Bald. *consil.*425.*Considerandi sunt quatuor,in princ.lib.*3. Oldrad.*consil* 2.*per*
2 *totum.* Castrens.*con.l.*7. *In dubio præfati Excellentiſsimi. lib.*1. † Restringe,vt secus sit,quando prima non esset valida, sed secunda esset valida; quia tantum sola secunda appellatio valida debet attendi,non autem prima. Bald.*d.consil.*425. *in princ.ver secundus ca-*
3 *sus,lib.*3.† Amplia, quando duæ appellationes fuerunt similes, & legitime interpositæ; quia prima sola attendi debet, ex quo si est valida, euacuat effectum omnis appellationis posterioris, & propterea,qui primo valide appellauit, superflue appellat secundo loco.Bald.*d.consil.*425.*num.*3.*vers.tertius casus,lib.*3. Maxime,quando Iudex super prima dedit Apostolos reuerentiales; quia remanet priuatus iurisdictione,ita,vt secunda non valeat. Castrens.*consi.*7. *per totum,lib.*1. Roman.*consi.*41. *In præsenti, num.*2.*ver.secundo videndum,per totum,*vbi plena apostil.in *verb. dicendum,*citat plurimos,& Roman.tollit omnia contraria de testamento,à quo nonvaletargumentum ad appellationem, ex quo appellatio non potest re-
4 uocari in præiudicium partis appellantis. † Amplia, vt idem sit, quando duæ appellationes dissimiles fuerunt interpositæ, puta, viua voce primo loco, postea iterum fuit appellatum in scriptis; quia sola prima interposita legitime viua voce attendi debet,& ab ea currunt fatalia.Bald.*dict.consi.*415.*num.*4.*ver.quartus est lib.*3.Castrens. *d consi.*7. *per totum, lib.*1. & plenius per Roman.*consi.*41. *In*
5 *præsenti, num.*2. *& seq. per totum,* vbi plena apostill. † Extende, vt procedat ampliatio, etiam si in appellatione prima viua voce interposita sit facta reseruatio appellandi in scriptis;quia tunc si appellatur in scriptis, prima influit in scripturam, & scriptura vestit primam viua voce factam,& propterea tempus currit à prima,ita quod deseritur instantia à tempore primæ, non à tempore secundæ in scriptis redactæ. Bald.*d.consi.*425.*num.*4.*versic. aut reseruauit, lib.*3.Castrens.*d.consil.*7.*In dubio præfati Excellentiſsimi.lib.*1.Roman.
6 *d.consi.*41.*col.penult.in fin.vers.item quia secunda.*† Restringe,vt non procedat, quando appellatio esset facta viua voce, reseruato iure appellandi in scriptis, & in appellatione in scriptis postea facta, prima appellatio esset reformata; quia tunc attenderetur sola secunda emendans,alias secus. Bald.*d.consi* 425.*circa fin.vers.& ideo si*
7 *posterior,lib.*3.† Amplia,vt procedat etiam stante statuto,quod appelletur intra decem dies, & quod præsentetur intra octo dies; quia si appelletur duabus vicibus, incipiunt octo dies, & fatalia à prima appellatione,si est valida, & quæ sola attenditur. Castrens.
8 *d.consi.*7.*per totum.*† Amplia,vt procedat etiam ad effectum,vt instantia,& appellatio sit deserta; quia semper attenditur prima appellatio valida,non secunda.Bartol.in *l.cum Procurator.§ si Domini. ff. de nou. oper. nunciat.* Castrens.*dict.consi.*7.*per totum, & in fin. lib.*1.
† Contrarium tenet Ioan.Andr.quem citatCastrens.*d.consi.*7.*cir-* 9
ca fin.lib 1.& Bald.in *l.appellatione.C.de appellat.* † Extende,etiamsi 10
prima appellatio interposita sit viua voce, secunda non in scriptis; quia prima attenditur,si valet, etiam ad desertionem instantiæ. Castrens.*dict.consi.*7.*per totum,*maxime *in fin.lib.*1. † Limita, 11
quando plures appellationes interponerentur vnico contextu; quia sunt reputandæ pro vna tantum,etiamsi sint multę. Roman. *consil.*427.*num.*3.vbi apostil.in *ver.vna est.*

Appellari quando possit ab vno capitulo sententiæ. Concluſ. 366.

APPELLARI † potest ab vno capitulo sententiæ, & sententia 1
potest in aliis approbari, quando continet distincta capitula. Dyn.*consi.*26. *Quæstio talis est, quædam domina, in princip.*Boer.*de-*
*cis.*73.*Videtur,quod pro parte.* Vide, *Sententia plura continens quando vna,vel plures.Con.luſ.*164.Vide, *Sententia continere potest condemnationem, & absolutionem eiusdem personæ circa diuersa. Concluſ.*134. Vide,
Sententia potest in parte valere, & in parte non. Concluſ. 165.† Contra- 2
rium, quod imo Iudex appellationis debeat cognoscere super tota sententia etiam respectu eius partis, quæ est contra appellatum, qui non appellauit. Bartol. *consi.*150. *Cum prædicta examinarem, in prin.ver in contrarium, lib.*1 allegat *l.ampliorem.* §.1. C. *de appellat.* † Declarat Bartol. *d.consi.*150. *in princ.lib.*1. vbi allegat pro v- 3
traque parte,postea in *ver.nec obstat,* dicit,quod si sententia est lata inter duos,puta,in parte pro actore,& in parte pro reo,licet reus solus appellet, & in parte, quæ est ad sui fauorem,acceptet,& petat exequi, appellatio sua suspendit totam sententiam, etiam in parte lata ad fauorem appellantis; secus si essent plures conuenti, & vnus solus ex condemnatis appellarer; quia quoad alios potest exequi,& ita dicit procedere, *l.circa.ff.de inoffic. testamen.* super qua fundatur opinio contraria.† Et quando dicantur separata capitu- 4
la,vel indiuidua,vide Ioan.de Imol.*consi.*144.*Cœpit dubitari,in prin-*
cip. vbi, quod separata sunt,si pendent à separato facto, & separata ratione, indiuidua vero, si pendent ab eodem facto, & ab eadem ratione. † Amplia; quia potest etiam restitutio in integrum 5
peti ab vno capitulo tantum sententiæ,quando continet capitula separata.Dyn.*d.consi.*26.*num.*2.*ver.item patet.* † Amplia; quia si est 6
sententia continens capitula separata, & quoad quædam est appellatum,& quoad alia transiuit in iudicatum,potest exequi quoad rem iudicatam. Vide, *Sententia quando,& ex quibus dicantur con-*
☞ *formes,vel non.Concluſ.*172. † Limita, quando capitula non sunt se- 7
parata, sed vnum pendet ab alio; quia tunc non potest fieri diuisio.Dyn.*d.consi.*26.*num.*4.*ver.contra videtur.* Boer.*d.decis.*73.*num.*6. vbi declarat,quod sunt capitula vnita,& connexa, veluti si est petitus ager Scianus,vel sunt petita decem,& Iudex pronunciat pro parte tantum; quia tunc non potest separatio fieri. Vide, *Indiuidua*
☞ *quæ esse dicantur. Concluſ*102. † Ratio est, quia indiuidua non pos- 8
sunt pro parte impugnari,& pro parte acceptari. Angel.*consi.*303. *Visa dicta scriptura, per tot.* † Item; quia indiuidua separationem 9
non recipiunt. Bald.*consi.*242. *Super primo,num.*2.*ver super secundo, lib.*1. † Declara; quia indiuiduum dicitur capitulum, quando vna 10
sententia esset in decem, alia in viginti, quando præcessit petitio de viginti.Boer.*decis.*73.*num* 6.† Contrarium tenet Barbat.*consil.* 11
10.*per tot. lib.*1. vbi, quod tres sententiæ conformes mandantur exequutioni in minori summa, in qua sunt conformes, idem tenet Afflict.*decis.*362. *Fuit maxime, per tot.* vbi, quod duæ sententiæ in casibus, in quibus faciunt rem iudicatam, sunt exequendæ, licet vna contineat decem, alia viginti; quia in minori summa sunt concordes. Vide, *Sententiæ quando, & ex quibus dicantur conformes.*
☞ *Concluſ.*172.*num.*7.*& sequen.*

Appellatio ad effectum obtinendi repositionem datur,& quando. Concl.367.

APPELLARE † debet pars, cui præfixus est nimis arctus, & 1
breuis terminus, à breuitate termini, alias sibi imputatur. Bal.*consi.*92. *Quadam sententia, in fin.lib.*1. † Et ideo appellare po- 2
test ab omni grauamine, vt reponatur aduersus grauamen, iuxta not.in *l.quod iussit.ff.de re iudic.*vbi Bart.& alii dicunt, quod repositio non fit, nisi bis, vt ibi Ripa *num.*38.sed in Curia Romana fit
pluries,donec Iudex deliberet. Vide,*Iudex à quo quando possit reuo-*
☞ *care grauamen. Concl.*460. Vide, *Appellationis delatio quid operetur,& quid sit. Concl.*370.maxime *num.*2.*& seq.*

Appellatio quando interponenda à denegatione admissionis appellationis. Concl. 368.

1 APPELLANS † à sententia diffinitiua, vel interloquutoria expressa, si Iudex non defert, non habet necesse appellare à nõ delatione; quia non est nouum grauamen, sed totum grauamen residet in sententia expressa, ita videtur à simili, licet alio casu lo-
2 quatur, Castr. *cons.* 325. *Visa appellatione, num. 6. lib.* 1. † Limita in tacita interloquutoria, per quam reiicitur aliqua exceptio; quia si denegatur appellatio, infertur nouum grauamen; ideo potest appellari, vide simile per Castrens. *d. cons* 325. *num. 6. lib.* 1. Vide, *Appellatio quando, & in quibus necessaria. Concluſ.* 391.

Appellationi quando, & qualiter deferendum. Concluſ. 369.

1 APPELLATIONI † debet deferre Iudex, quando appellatur à diffinitiua; quia nedum defert, sed etiam præcipit, quod deferatur per Iudicem, text. in *c. cum appellationibus, de appell. in 6.*
2 Lap. *alleg.* 2. *num.* 4. *ver. non remansit.* † Extende in tantum; quia Iudex deferens etiam appellationi friuolæ non debet reprehendi; quia ex nouis actis sententia, quantumcunque iusta, poterit retractari. Cardinal. Zabarell. *consil.* 32. *num.* 4. Vide Conclusionem
3 proximam sequentem; vbi plenius. † Amplia, etiamsi Iudex ex sententia diffinitiua non grauet; quia tenetur deferre. *cap. fraternitatis. de testib.* Lap. *alleg.* 2. *num.* 5. *vers. appellationi autem.* † Amplia, quod in dubio appellationi semper est deferendum propter reuerentiam superioris. Federic. de Sen. *cons.* 187. *Casus talis est, Dominus, in princip.* vbi, quod si est friuola appellatio, non defertur, si legitima, defertur, si dubia, in dubio est deferendum. Bald *consil.*
4 429. *Delegatus Apostolicus, num.* 3. *ver. puta, quando appellatio. lib.* 1. De-
5 ci. *consil.* 356. *In causa Dominæ Mariæ, num.* 2. † Causæ autem, ex quibus est deferendum appellationi, sunt sufficientes, quando sufficerent ad reuocandum sententiam; ergo multo magis ad inducendam delationem appellationi. Federic. de Sen. *d. consil.* 187. *cir-*
6 *ca med. versic sed videamus.* † Amplia; quia debet deferre etiam appellationi ab interloquutoria legitime interpositæ, & non deferens punitur, sicuti quando non defert appellationi à diffinitiua. Roman. *consil.* 501. *num.* 2. *ver. quibus præmissis,* vbi apostil. in *ver. pu-*
7 *nitur.* † Amplia; quia Iudex non deferens appellationi, nisi si & in quantum, dicitur detulisse tacite ob reuerentiam, sed non detulisse expresse; & ideo sunt apostoli mixti, qui deferunt, si est deferendum, & retinent iurisdictionem, quatenus est retinenda; & ideo dicuntur apostoli delatiui, quia cognitionem transferunt in superiorem. Bald. *consil.* 428. *Delegatus Apostolicus, circa med. num.* 2.
8 *vers. sed vltra hoc. vsque in fin lib.* 1. † Amplia; quia delatio appellationi à diffinitiua operatur, quod Iudex non potest reuocare delationem, quamuis delatio sit interloquutoria Cardin. Zabarel.
9 *consil.* 32. *vers. ad secundum. & per totum.* vbi late. † Extende etiam ad effectum exequendi; quia non potest reuocare delationem ad effectum, vt exequatur sententia, quæ mereatur exequutionem.
10 Cardin. *d. consil.* 32. *num.* 2. *& sequen. ver. ad secundum.* † Extende idem, si deferat appellationi interloquutoriæ; quia non poterit
11 reuocare. Cardin. Zabarel. *dict. consil.* 32. *num.* 3. *& sequen.* † Extende, etiam si Iudex detulerit appellationi friuolæ, & erraverit in iure; quia non potest reuocare. Cardin. Zabarel. *d. consil.* 32. *num.* 5.
12 † Restringe, quando deferendo errasset in facto; secus in iure.
13 Cardin. Zabarell. *dict. consil.* 32. *num.* 5. † Amplia; quia delatio appellationi priuat Iudicem à quo omni iurisdictione, saltem sub conditione, si Iudex ad quem voluerit. Cardin. *dict. consil.* 32. *num.*
14 5. † Limita in sententia non diffinitiua, sed interloquutoria; quia si est friuola, non debet deferri; si tamen fuerit delatum, Iudex deferens non poterit procedere. Federic. de Sen. *consil.* 163. *circa fin. num.* 3. *ver. non obstat cod. titu. cap. super eo.* Benintend. *decis.* 1. vbi late, quod Iudices practici non deferunt, nisi si & in quantum, & sic vtuntur verbis negatiuis, quando appellatur ab interloquutoria; licet Felin in *cap. cum contingat, de offic. deleg.* videatur indistincte tenere, quando simpliciter non est delatum, sed cum clausula, si & in quantum defert, vide omnino Bald. declarantem verba illa; *non detulit, nisi si & in quantum*; vbi, quod censentur dari refutatorii, & reuerentiales, & sic delatiui apostoli, *cons.* 428. *Delega-*
15 *tus, lib.* 1. Vide, *Appellationis delatio quid operetur. Concluſ. proxim. sequ. in prin. & num.* 3. *& sequen.* † Declara; quia ex admissione facta per Iudicem, si & in quantum, de aliquo pars non potest dici grauata, si non datur appellatio; quia illa dictio, *si & in quantum*, non suspendit, sed intelligitur concessum de præsenti id, quod de iure conceditur. Bart. in *l. si quando, in princip.* vbi Imo. *ff. de leg* 1. & quod non grauet aliquem. Corne. *cons.* 180. *lib.* 1. plenius Roman. *cons.* 501. *Vt declarationem. num.* 4. *& sequen.* vbi, quod censetur delatum, & *num.* 5 *ver. certum*, vbi, quod ista delatio est interloquutoria, quę non valeret sub conditione, si & in quantum, nisi conditio esset de præsenti, & existens, quo casu valet. Vide, *Statutum circa consilium sapientis. Conclus.* 493. † Vide tamen Roman. *d. consil.* 501. *Vt de-* 16
claratione m, vbi, *num.* 2. dicit, quod appellationi ab interloquutoria Iudex debet deferre, quãdo est legitima, etiam si esset dubium, & quod si non defert in casu, in quo debuit deferri, punitur, & debet in casu non delationis in scriptis exprimere causam, quare non deferat, vt appareat, an ex causa legitima, vel inique non deferat. Vide, & declara, vt in *ver. Appellatio ab interloquutoria an admittatur, & quando. Concluſ.* 359. *num.* 51. *& sequen.* † Limita, quando 17
appellatio est reprobata, vel ratione formæ, vt quia debuit appellari in scriptis, & cum insertione causæ, & non fuit factum, quia tunc Iudex potest nolle deferre, & non dicitur negligere deferre, si non defert; quia non tenetur, ex quo appellatio est nulla. Bald. *consil.* 44. *Ad euidentiam, in fin. lib.* 3. *super* 7. Vide, *Clausulæ iudiciorum diuersæ, & quid operentur. Concl.* 361.

Appellationis delatio quid operetur, & quid sit, & qualiter probetur. Concl. 370.

IVDEX † deferens appellationi abdicat à se omnem iurisdictionem. Lap. *alleg.* 2. *num.* 2. *ver. secundo quia.* Cardin. Zabarell. 1
consi. 32. *In decisione, ver. ad secundum quæsitum, cum seq.* Roman. *consil.* 501. *Vt declarationem. num.* 7. vbi dicit * communem, & loquitur, *
quando fuit delatum, si & in quantum ab interloquutoria; quia tantum abdicat à se omnem iurisdictionem, vt processus postea factus sit nullus. † Et ideo post delationem factam non potest re- 2
uocare grauamen, neque reponere partem; secus si non detulisset appellationi. Bald. in *c. cum cessante. num.* 9. *de appellat.* † Amplia, et- 3
iamsi deferat appellationi ab interloquutoria; quia priuat se omni iurisdictione per delationem. Lap. *d. alleg.* 2. *num.* 3. *in fin. cap. dilecti, cum gloss. de appellat.* Federic. de Sen. *cons.* 192. *num.* 2. *colum.* 2. *ver. secundo membro principali*, vbi, quod transfert illam in Iudicem ad quem Cardin. Zabarell. *d. cons.* 32. *num.* 3. *& seq.* Roman. *d. cons.* 501.
num. 7. Vide plenius, *Appellationi quando deferendum. Concluſ. proxi-*
ma præceden. num. 2. *& seq.* † Declara; quia si defert, quatenus de iu- 4
re, quando appellatur ab interloquutoria; tunc non abdicat iurisdictionem à se. Ange. *cons.* 217. *In causa accusationis. num.* 4. *in fine, versic. nec obstat.* Felin. in *c. cum contingat. n.* 12. *de offic. delegat.* † Con- 5
trarium, quod Iudex deferendo appellationi ab interloquutoria, si & in quantum, abdicat à se omnem iurisdictionem, in tantum, quod processus postea factus sit nullus, etiamsi de consensu partium processerit, nisi Princeps cõtulerit de nouo iurisdictionem, tenet Roman. *d. cons.* 501. *num.* 7. vbi dicit * communem. Declara; *
quia Iudices practici concipiunt verba negatiua, quando ab interlocutoria appellatur. Benintend. *decis.* 1. *per totam.* Vide Conclu- 6
sionem proximam præcedentem, *num.* 14. †. Amplia, vt procedat, 6
siue deferat expresse, siue etiam tacite, puta, per denegationem apostolorum, vel quia noluit admittere probationem causæ appellationis, quam volebat appellans probare coram eo. Federic. de Sen. *dict. consil.* 192. *num.* 2. *ver. secundo membro prin.* & latius *num.* 3. *ver. ex his autem consequitur*, vbi ponit diuersitatem; quia deferens expresse priuat se omni iurisdictione, & transfert illam in Iudicem ad quem; si vero tacite per denegationem apostolorum, non transfert, nisi concurrat, quod fuerit legitime requisitus de apostolis, & non fuerit impeditus Iudex. † Amplia; quia licet Iu- 7
dex deferens appellationi non esset vere Iudex in negocio principali; tamen si erat in possessione iurisdictionis tempore delationis, transfert cognitionem negocii principalis in Iudicem ad quem. Federic. de Sen. *d. consil.* 192. *col.* 2. *ver. in tertio, & vltimo casu.* †Extende, vt imo delatio transferat negocium principale, etiam- 8
si Iudex à quo non haberet iurisdictionẽ, si duo concurrant, quod sit appellatio iustificata, & Iudex appellationis possit adiri per simplicem querelam per partes. Federic. de Sen. *d. consil.* 192. *in fin. ver. item quia illa.* Vide Mascard. *Concl.* 119. *Appellationis delatio quo-*
modo probetur, vbi, quod Iudex recipiens appellationem; vel benigne audiens appellantem censetur admittere, vbi plures modos admissionis ponit. † Amplia, etiam si appellatio esset friuola; 9
quia Iudex deferens friuolæ appellationi priuat se omni iurisdictione. Federic. de Sen. *consil.* 163 *circa fin. num.* 3. *ver. non obstat eodem titu. c. super eo.* † Et nedum Iudex deferens friuolæ appellatio- 10
ni, priuat se iurisdictione, sed etiam cognitione negocii principalis, & transfert eam in Iudicem ad quem. Feder. *dict. cons.* 192.

circa

11 *circa fin n.3.ver differunt autem.* † Amplia; quia delatio appellationi operatur, vt appellatio sit legitima, etiamsi non sint petiti apostoli, qui ex forma statuti debuissent peti, etiam si esset interposita, omisso medio, & debuisset interponi ad certum Iudicem; quia delatio consolidat appellationem defectuosam in forma. Bald.
12 *cons.99. Statuto Ciuitatis, in prin. lib.3.* † Limita, si nullam habuisset primus Iudex à quo iurisdictionem negocii principalis, neq; esset in possessione; quia tunc ex sua delatione non transfert cognitionem negocii principalis. Feder. *d. cons.192. col 2. ver. secundo casu*, vbi reddit rationem; quia non potest transferre in alium id, quod
13 non habet. † Delatio appellationi fieri potest expresse, & tacite.
14 Bald. in *c. cum cessante, n.9.* & ibi Deci. *n.18. de appell.* † Expresse fit delatio, quando Iudex à quo dixit, *appellationem recipio.* Franch. in
15 *c. sæpe, n.4.* post Imol. *de appell.* † Vel si in actis scriptum reperitur, quod Iudex benigne recipit appellationem. Abb. in *c. oblatæ. n.2.*
16 *de appell.* † Vel si à diffinitiua Iudex admisit, si & in quantum, in ca-
17 su appellabili. Benintend. *decis.1.* † Tacite defert, quando concessit apostolos dimissoriales, vel reuerentiales. Io. Monach. in *c.1. in princ. n.8. de appel. in 6.* Deci. in *c. cum cessante, n.18.* post Bald. *n.9. de*
18 *appel.* Rota in *nou. decis.8. eod. tit.* † Distingue tamen; quia plus operatur delatio expressa, quam tacita; quia ex expressa delatione ab interloquutoria Iudex priuatur cognitione negocii principalis. Benintend. *decis.1. circa fi. & per totam*, secus ex tacita. Feder. de Sen.
19 *d. cons.192. per tot.* † Quid si tacuit Iudex, an censeatur detulisse, vel non, dic regulariter, quod censetur deferre; ratio est; quia grauat non respondendo, & sic iustificat appellationem. Bart in *l. eius, qui,*
20 *ff. de appel. recip.* † Contrarium, quod imo censeatur dedisse, vel refutatorios, vel terminum iuris, ita vt si appellans non reuertatur,
21 transeat deserta. Anchar. *cons.224. n.3. & seq.* † Declara; quia si mala est appellatio respectu formæ, vel prohibita, Iudex tacedo censetur dare refutatorios, si bona, & permissa, reuerentiales. Bald.
22 *cons.44. in fin. lib.3.* † Delatio appellationi duplex est, & sumitur duplici modo; vno modo respectu Iudicis à quo; quia quando appellatur ab eo, debet deferre, vel non deferre, prout de iure; sed si appellatur ab interloquutoria, vel grauamine, siquidem sibi constat, quod grauauit, non debet deferre, sed debet reponere partem, & grauamen reuocare; si vero non grauauit, pariter non debet deferre, & sic appellationi ab interloquutoria nunquam defert bonus Iudex. Castr. *cons.237. Viso puncto, in prin. lib.2.* & con-
23 cord. Bart. *cons.220 n.2. ver. super secundo, lib.1.* † Alia est delatio, quã facit Iudex ad quem, prout si committitur appellatio ab interloquutoria, Iudex ad quem debet videre, an sit appellatum in scriptis, & causa legitima expressa, quæ si vera esset, diceretur legitima, & si hoc factum est, sufficit, quod apparenter sit legitima appellatio, licet non existenter, vt procedat, & ista est delatio, quæ fit à Iudice ad quem quando incipit procedere, vel pronunciat appellationem deuoluere, & licet ista non sit proprie receptio, vel delatio appellationi, prout in Iudice à quo; tamen bene accõmodatur etiam Iudici ad quem; quia si apparenter non est legitima, debet remittere Iudici à quo, & sic non deferre, seu non reci-
24 pere, Castr. *d. cons.237. col 2. ver. secundo potest præsumi, lib.2.* † Et datur appellatio ab ista pronuncia, quod appellatio deuoluat, seu quod sit procedendum in causa appellationis. Castr. *d. cons.237.*
☞ *col.3. in prin. lib.2.* Vide, *Appellatio ad effectum obtinendi repositionem datur, & quando. Concluſ.367.* Vide, *Iudex à quo quando possit reuocare grauamen. Concluſ.460.*

Appellatio quando deuoluat negocium principale ad superiorem. Concl.371.

1 APPELLATIO † iusta, & vera deuoluit negocium principale cum suis accessoriis, & dependentiis ad Iudicem appellationis, tanquam ad maius tribunal, & suspendit iurisdictionem Iudicis inferioris. Feder. de Sen. *cons.248. Casus talis est, Bertrandus in prin.* Roman. *cons.41. iv præsenti, n.4.* vbi, quod parit appellatio duos effectus, rescissionem sententiæ, & deuolutionem causæ, vbi apostil. in *ver. effectus*, citat Abb. in *cap. dilecto, n.7. vers. ratio pradi*
2 *ctorum, de appel.* † Amplia; quia appellatio etiam à grauamine, & ab interloquutoria deuoluit negocium principale, quando fuit pronunciatum super grauamine male iudicatum. *cap. vt debitus, de appel.* Ancharan. *cons.372. Pro declaratione, num.10.* Roman. *cons.362. Quoad primum, n.2. ver. quoad secundum.* allegat *decis.23. de rescript. in nou.* alias 238. & ibi apost. dat concordan. Ægid. *decis.419. Si auditori.* Boer. *decis.257. Sed quid si appelletur*, & est *1. apostil. in ver.627.* & Roman. & Rota dicunt, quod negocium est sub conditione deuolutum, si pronunciatur, bene appellatum, alias negocium ad
3 Iudicem à quo remitti debet. † Declarat eadem prima apostil. ad Roman. *d. cons.362. in ver.627.* quod nunquam, vel raro dicta decisio Rotæ habet locum in Curia; quia semper in commissionibus appellationum consueuit apponi de stylo clausula, *quam, & quas,* 4
quæ facit deuoluere totum negocium. † Extende; quia Iudex appellationis à grauamine, omisso articulo grauaminis, potest de consensu ambarum partium pronunciare super negocio principali. *cap. vt debitus de appel. cap.1. §. post hoc, de appel. in 6.* qui licet lo- *
quatur in Papa; tamen * Doctores extendunt etiam ad alios Iudi- 5
ces. † Et sufficit etiam tacitus consensus partium. Bart. in *l.1. n.12. ff. de iudic.* Maria. Socin. in *c. significasti, art.6. quæst.1. num.37. de for.* *6
compet. vbi de * communi. † Et satis est, quod pars citata non opponat declinatoriam, vt tacitus consensus inducatur. Socin. *d. c. significasti, artic.6. n.37. de for. competen.* Menoch. *de recuperan. in 1. re-* 7
med. n.163. Iaf. *cons 21. n.10. lib.1.* Natt. *cons.252. n.7. lib.2.* † Extende; quia imo de consensu solius appellati potest Iudex appellationis reuocato grauamine pronunciare super negocio principali. Abb. Imol. & alii in *cap. vt dilectus, col. fin.* vbi Franch. *num.49. & 51. versic.* 8
quinto quæritur, de appel. † Extende; quia etiam omisso articulo grauaminis, & inuito appellante potest cognoscere de negocio principali, quando Iudex à quo detulit appellationi. Innocen. Ioan. Andr. Gemin. Imol. & Abb. quos refert, & sequitur Franch. *d. c. vt* 9
debitus, n.51. ver. secunda conclusio, de appel. † Et quod si est appellatum ab interloquutoria, & Iudex appellationis pronunciat bene appellatum, licet remoueat grauamen illatum; tamen negocium principale remaneat penes Iudicem appellationis, & non reuertitur ad Iudicem à quo Bart. *cons.220. Appellatum est, n.2. vers. super secundo, lib.1.* quod est Bartol. & Angel. de Amelia, & reddit rationem; quia remotio impedimenti si fuisset facta à Iudice à quo, vt quia repo fuisset, bene reduxisset negocium ad illum, sed ex quo alius fecit, sibi imputet, & ita declarat ètiam. Castr. *cons.237. Viso* 10
puncto, in prin. lib.2. † Limita; quia non reuocato grauamine regulariter Iudex appellationis non consequitur iurisdictionem in negocio principali. Vant. *tract. de nullit. ex defect. iurisdict. ordin. n.61.* 11
† Extende; quia Iudex, qui est deputatus ad causas appellationis, & qui non potest adiri per viam querelæ, non potest etiam de consensu ambarum partium non reuocato prius grauamine pronunciare in meritis causæ; quia diceretur vt Iudex prorogatus pronunciare. Franch. *d. c. vt debitus, n.53. de appel.* Bald. in *l. testamenta omnia, n.3. vers. item facit hæc lex. C. de testam.* vbi Alex. and. & Corn. *
& Iaf. qui * communem atteſtatur in *l. si per errorem, n.7 ff. de iurif-* 12
dict. omn. Iudic. Deci. *d. c. vt debitus, n.27 in fin.* † Restringe, quando primus Iudex detulisset appellationi à grauamine; quia tunc Iudex appellationis potest pronunciare super negocio principali, siue partes consentiant, siue non; quia etiam negocium dicitur deuolutum Iudici ad quem. Franch. *dict. cap. vt debitus, n.51. ver secunda conclusio, de appel. cap. cum appellationibus, de appel. in 6.* Angel. & Imol. in *l. constitutiones, de appel.* Bald. in *l.1. n.10. de confess.* quem refert, & sequitur Aufrer. ad Capell. Tholosan. *quæst.176. col.2.* Put. *decis.103. lib.3.* Cardin. Zabarel. *clement.1. n.16. de appel.* plene Iacob. ☞
à S. Georgio in *l. & post edictum. § sciendum num.6. ff. de iudic.* Vide, *Deuolutio appellationis ad Curiam ex quibus inducatur. Concluſ.230.* Vide, *Deuolutio appellationis extraiudicialis. Concluſ.231. & Concluſ. ibi proxima sequen.* Vide, *Appellatio extraiudicialis quando deuoluatur. Concluſ.374.*

Appellatio locorum inferiorum Baronum deuoluitur ad supremum superiorem. Concluſ.372.

APPELLATIO † locorum, qui sunt de Baronia Montispessu- 1
lani, deuoluitur ad Regem, & Dominum superiorem Ciuitatis, sub qua est Baronia, non autem ad ipsum Baronem de iure communi. Oldrad. *cons.161. Thema tale est, orta materia, n.6. vers. ad secundam.* † Extende; quia regula est ista, quod semper Dominus 2
remanet cognitor causarum appellationis sui vasalli, quando in concessione feudi expresse non remisit, plene Natt. *cons.614. Duæ* ☞
sunt clausulæ, num.5. ver. clarum est autem. Vide, *Appellatio de vno ad a-* 3
lium quando arguat subiectionem. Concluſ.349. † Amplia; quia multæ sunt causæ de maioribus, quæ de sui natura cognosci debent per supremum Dominum, non autem per feudatarium, seu vasallum, de quibus Vide, *Feudatarius quid possit circa subditos. Concluſ.* ☞
122. Vide etiam in *ver. Feudatarius est vtilis dominus. Concluſ. 208.*
† Limita, nisi esset recessum à iure ex vsu, vel consuetudine, vel a- 4
lias. Oldrad. *dict. cons.161 num.7. ver. nec recessum.* Vide plenius ☞
in *ver Feudi Dominus in quibus exerceat iurisdictionem. Concluſ.210.*

* *
*

Appellatio extraiudicialis qualiter interponenda sit, vt releuet. Concluſ.373.

1 APPELLATIO † extraiudicialis poteſt fieri coram honeſta perſona, ſed debet intimari per appellantem ipſi appellato intra menſem, alias non arctat, neque valet. *c. cauſam, de elect. in clemen.* Federic. de Sen. *conſi.* 248. *verſ. item per iſtra noua*, quod procedit in beneficiali; ſecus in prophana cauſa, vt inquit Lap. *all. g. 39.*
2 *num.* 3. † Contrarium tenet Gemin. *conſi.* 91. *num.* 4. *& ſequen. ver. ſecundo excluditur*, vbi, quod appellatio extraiudicialis, licet debeat intimari intra menſem appellato. *clemen. cauſam, de elect.* tamen intimatio ſit ſolum ad effectum deuolutionis ad Curiam; ideo ſi non eſt intimata, non deuoluit ad Curiam, ſed bene habet effectum ſuſpenſiuum, & omnes alios effectus, ita quod fa[illegible]a fide de ea, Iudex non poterit procedere, & omnia poterunt reuocari
3 tamquam attentata, & loquitur in cauſa beneficiali. † Amplia; quia appellari poteſt etiam, vbi appellans timet ſibi præiudicari
4 ex facto tertii. Gemin. *conſi.* 117. *in fin. ver. ſed vbi quis.* † Appellatio extraiudicialis; quia eſt quædam citatio, debet eſſe certa, & non alternatiua, vel vaga cum diſpendio alterius. Roman. *conſil.* 360.
5 *Circa propoſitum, num* 3. † Declara; quia niſi ſubeſſet iuſta cauſa dubitandi, valet alternatiue facta ad Concilium, ſi voluerit cognoſcere, alias ad Papam. Roman. *dict. conſil.* 360. *in princip.* vbi 1. apoſtill. dat concordan. Vide ſupra, *Appellatio coram honeſtis perſonis*
☞ 6 *quando valeat Concluſ.* 351. † Et quæ dicatur appellatio iudicialis, & quæ extraiudicialis. Oldrad. *conſil.* 18. *Circa primum, ver. ad quartum, & ver. ad quintum.* Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Appellatio extraiudicialis quando deuoluatur ad Curiam. Concluſ.374.

1 APPELLATIO † interpoſita à prouiſione facta per Ordinarium reprobato appellante de ſui natura deuoluit ad Curiam cognitionem; ſecus ſi tantum Ordinarius reiecit appel-
☞ lantem, & prouiſionem alteri non fecit; quia in partibus poſſunt Iudices impetrari. Oldrad. *conſil.* 18. *ver. ad ſextum.* Vide in
2 *ver. Appellatio quando deuoluat negocium principale. Concluſ.* 371. Vide, *Deuolutio Appellationis ad Curiam. Concluſ.* 232. *& ſequen.* † Declara; quia appellatio extraiudicialis deuoluit cauſam ad Curiam Romanam, quando eſt legitime intimata; ſi vero non eſt intimata, non deuoluit ad Curiam, ſed bene ſuſpendit, & habet alios effectus præter deuolutionem, ac ſi eſſet intimata; ita quod facta fide de appellatione, Iudex à quo nihil poteſt facere, alias reuocabuntur omnia, tanquam attentata. Gemin. *conſi.* 91. *num.* 4. *& ſeq. ver ſecundo excluditur.* † Modus intimandi eſt, quod mittatur appellato
3 cum intimatione inſtrumentum publicum appellationis; quia aliter non tenetur credere. *clemen. cauſam. de elect.* Roman. *conſi.* 336.
☞ *Circa propoſitam, nu.* 6. vbi apoſtill. in *ver. illegitima*, dat concordan. Vide, *Intimatio, vt dicatur legitima, quæ requirantur. Concluſ.* 338. Vi-
4 de, *Intimatio quando, & quibus facienda. Concluſ.* 340. † Et quando appellatio extraiudicialis eſt alternatiue interpoſita; puta, ad Concilium, vel Papam, tanquam incerta non reuelat; quia huiuſmodi intimatio eſt loco citationis, quæ debet eſſe certa; ſi tamen poſt intimationem incertam habuit intimatus certitudinem deuolutionis factæ ad Concilium; tunc ſufficit, & poteſt procedi per audientiam contradictarum, etiam non obſtante
☞ procuratore, qui non voluit exhibere mandatum. Roman. *conſil.* 360. *Circa propoſitum, num.* 4. *vſque in fin. ver. quoad ſecundum.* Vide,
5 *Appellatio ad quem debeat fieri. Concluſ.* 352. *num.* 61. *& ſeq.* † Declara; quia non ſimpliciter admitteretur, quod facta intimatione nullam habuerit intimatus notitiam cauſæ deuolutæ; quia ſine ſanatoria Principis forte non admitteretur. apoſtill. ad Roman. *dict.*
6 *conſi.* 360. *in ver. Sufficiens eſt.* vbi, quod in Gallia non reciperetur hæc concluſio. † Contra declarationem tenet idem Roman. loquens in citatione *conſ.* 410. *Vt clarior. num.* 2. *ver. ſecundo quod quamuis*, vbi plena apoſtill. fin. in *ver. emanans*, dat concordan. plures, quod licet citatio non ſit legitima; ſi tamen citatus habuit notitiam, arctat citatum, ſicuti ſi eſſet legitima, & ſequitur apoſtill. ad
☞ Caſtr. *conſi.* 12. *in princ. lib.* 1. *in ver quæ ipſum arctat*, & rurſus in *conſil.* 430. *eod. lib.* 1. *in fin. verſic. non fuit.* Vide, *Deuolutio appellationis extraiudicialis ex quibus inducatur. Concluſ.* 231.

* * *

Appellatione pendente nihil eſt innouandum. Concluſ 375.

APPELLATIONE † pendente nihil eſt innouandum, quod 1
intellige, quando appellatur à diffinitiua; quia ius defert. Federic. de Sen. *conſi* 163. *n.* 3. *verſ. non obſtat, quod appellatione interpoſita.* Ioan. de Imol. *conſil.* 130. *In caſu præmiſſo. num.* 6. *ver. circa tertium.* Ægid. Bellam. *conſi.* 18. *num.* 3. Roman. *conſi.* 249. *In caſu propoſito, num.* 3. *ver. certum autem.* vbi apoſtil. in *ver. innouari.* Et procedit tam ex parte appellati, quam ex parte appellantis. Socin. *reg.* 23. *Sequeſtratio fructuum*, ita 3. fallentia. † Declara; quia intelligitur nihil 2
innouari in præiudicium, quod directe fieret alteri ſuper eo, ſuper quo fuit appellatum, videlicet circa præiudicium litis, circa abſolutionem, vel condemnationem, vel proceſſum, aut poſſeſſionem, non autem circa ius deductum in lite; quia datur aliud remedium. Ægid. *conſ.* 18. *n.* 8. *cum ſeq.* † Et ideo appellatione pen- 3
dente non poſſunt fieri interrogatoria præparatoria reſpicientia cauſam appellationis coram alio Iudice. Roman. *d. conſi.* 249. *In caſu propoſito*, maxime *n.* 3. *& per tot.* vbi reddit rationem; quia actus eſt fruſtratorius; item quia eſt in præiudicium litis; & quia vbi cœptum eſt iudicium, ibi eſt finiendum; item quia continentia cauſarum non debet diuidi. † Declara, vt procedat, dummodo 4
appellatio ſit aliqua, ſecus ſi nulla. Bald. *conſi.* 367. *Adeu: dentiam præmittendum, lib.* 1. † Amplia, vt procedat etiam in appellatione 5
interpoſita à ſententia lata ab exequutore ſuper acceptatione, & prouiſione expectantis; quia appellatione pendente à diffinitiua eſt ſuperſedendum ab vlteriori acceptatione; quia pendebit acceptatio à futuro euentu. Feder. de Sen. *conſ.* 187. *in fin. ver. præterea contenta.* † Amplia, vt procedat etiam, quando eſt dubium, an ap- 6
pellatio ſit valida; quia non debet fieri exequutio, vel innouatio. Bald. *dict. conſ.* 367. *circa med. vſque in fin. ver. interdum eſt dubium. lib.* 1. † Amplia, etiam ſi appellatio ſit ab interloquutoria, vel gra- 7
mine; quia poſt inhibitionem nihil eſt innouandum, & inducuntur attentata. Ægid. Bellam. *conſ.* 18. *n.* 2. & plenius *n.* 3. † Amplia, 8
quod dicitur de appellatione pendente, quod nihil ſit innouandum, nec danda exequutio; idem ſit in reſtitutione in integrum pendente. Ioan. de Imol. *conſ.* 130. *In caſu præmiſſo, n.* 6. *verſ. circa tertium.* † Amplia idem pendente nullitate; quia nihil eſt innouan- 9
dum, prout dicitur de appellatione. Io. de Imol. *conſ.* 130. *n.* 6. & 7. vbi dicit hoc procedere, ſi iudicium nullitatis præcedit iudicium
10 exequutionis. † Limita; quia appellatione pendente non debet quis poſſeſſione ſua priuari. † Extende, vt procedat, etiam ſi talis 11
poſſeſſio ſit habita prætextu priuilegii, quod redarguitur de falſo, vel nullitate, aut alio vitio; quia adhuc poſſidens debet continuare; quia litis pendentia, & impugnatio non tollit, quin ſit facienda continuatio. Abb. *conſ.* 3. *Nitar. col.* 17. *in princ verſ. item ſolatur, lib.* 2. † Limita in appellatione ab interloquutoria; quis magis 12
ſtatur proceſſui, quam appellationi. Feder. de Sen. *conſi.* 163. *In Chriſti nomine amen, n.* 3. *verſ. non obſtat, quod appellatione, vſque in fin.* vbi ponit rationem diuerſitatis. † Extende, etiamſi Iudex detule- 13
rit appellationi, quatenus de iure deferre teneatur. Angel. *conſil.* 217. *n.* 4. *in fin. ver. nec obſtat, ſi dicatur.* † Declara, appellationem ab 14
interloquutoria inducere attentata poſt inhibitionē, vel intimationem commiſſionis cauſæ. Ægid. Bellam. *conſ.* 18. *in prin.* ante vero non inducuntur attentata. † Limita, quando appellatio eſt 15
prohibita, vel notorie nulla; quia tunc poteſt ſententia exequi, nō obſtante appellatione tali. Bald. *conſ.* 167. *lib.* 1. † Extende, etiamſi 16
Iudex detuliſſet, ſi & in quantum. Benintend. *deciſ.* 1. vbi late dicit hoc procedere in diffinitiua; ſecus in interloquutoria; quia Iudex deferendo priuat ſe iuriſdictione, etiam ſi dicat, ſi & in quantum. † Limita, quādo cauſæ ſunt ſeparatæ; quia ſi appelletur ab eodem 17
Iudice in vna cauſa, vel in vnō articulo, non attentat Iudex à quo, ſi procedit in alia cauſa diuerſa, plene Ægid. Bellam. *conſ.* 18. *n.* 3. *& ſeq. per tot. verſ. tene contrarium*, vbi late, quando cauſa dicatur diuerſa, & ſeparata, & quando non. † Limita; quia exiſtens in poſſeſſio- 18
ne eligendi, licet pendeat appellatio ſuper ipſo iure eligendi; tamen poteſt eligere, & valebit electio; quia fructus poſſeſſionis eligendi eſt electio, ſeu eligere. Caſtr. *conſ.* 347. *Formæ capituli, n.* 2. vbi dicit * communem, *lib.* 1. vbi, quod dicitur continuare ſuam *
poſſeſſionem. † Extende, vt procedat, etiamſi ſit in poſſeſſione e- 19
ligendi, & non habeat ius; quia poteſt eligere, & non attentat, donec ſit priuatus iure eligēdi Caſtr. *d. conſ.* 347. *n.* 2. *lib* 1. vbi pariter
20* dicit * communem. † Extende multo magis, quando habet ius eligendi; quia pendente appellatione poteſt continuare poſſeſſionem, & eligere. Caſtr. *d. conſ.* 347. *in prin. ver. poſito vero, lib.* 1. *& per tot.* † Limita; quia pōt Iudex appellationis facere omnia, quæ de- 21
buit, & omiſit prim⁹ Iudex; ideo in cauſa criminali poteſt capere,

& ca-

& captum detinere inquisitum condemnatum de delicto capitali, ne iudicium reddatur eluſorium. Ioa. de Anan. *conſ.1.in prin.* vbi Ludouic. Bologn. in *addit.num.13.ver.preterea pro confirmatione.* ☞ Vide *Iudex ad quem in quibus iuriſdictionem habeat. Concluſ.461.num.* 22 11. *& ſeq.* † Reſtringe, quando eſſet appellatum ab interloquutoria de carcerando; quia tunc non poſſet Iudex appellationis facere carcerari. Ludouic. Bologn. in *addit. ad d.conſ.1. Ioan. de Anan. n.* 23 13. *in fin. ver. ſed quando.* † Limita quoad ſequeſtrum fructuum; quia appellatione pendente poteſt opponi contra dilapidantem fructus, & aliis caſibus, de quibus Socin. *reg.* 23. *Sequeſtratio fru-* 24 *ctuum*, vbi ponit tres fallentias, quas videas. † Limita, quando factum eſſet pactum de non alienando feudum cum iuramento; quia non impedit de iure translationem dominii; & idem in priuilegio facto per Principem; quia ſi reuocetur priuilegium, & fiat actus contrarius iuramento, valet, licet iurans ſit periurus, & ſi interponatur appellatio à reuocatione priuilegii, vel ab alienatione facta, non dicitur innouari aliquid, neque impeditur dominium transferri. Abb *conſ.3. Nitar col.16.in fin.ver. & de appella-* 25 *tione, & col.17. in prin.lib.2.* † Limitat ſeptem modis Socin. in *reg.* ☞ 21. *Appellatione pendente regulariter nihil innouari.* Vide, *Appellatione pendente non poteſt Iudex à quo proced. re. Concluſ. prox. ſeq.* Vide, *Attentata quæ dicantur. Concluſ.542.* Vide, *Iudex à quo de quibus cognitionem habeat. Concluſ.462.*

Appellatione pendente non poteſt Iudex à quo procedere, & quando ſecus. Concluſ. 376.

1 APPELLATIONE † pendente Iudex à quo non poteſt procedere, & procedendo cenſetur tanquam priuatus; quia caret 2 iuriſdictione, & ei poteſt reſiſti. Oldrad. *conſ.89.* † Amplia, etiamſi appellatio eſſet ab interloquutoria, vel friuola, quando ipſe Iudex à quo tali appellationi detulit; quia nullo modo poteſt procedere. Feder. de Sen. *conſ.163. num.3. ver. Iudex ergo.* & latius *conſ.* 3 *192. circa fin. verſ. differunt autem.* † Et idem eſt, ſi non detuliſſet appellationi friuolæ, ſed eſſet inhibitum per Iudicem ad quem. *cap. non ſolum de appel. in 6.* Oldrad. *conſ.303. num.5. ver. ad id quod dicitur.* 4 † Amplia; quia appellatione pendente non poteſt Iudex à quo in cauſa ſuper crimine facere carcerari accuſatum. Calder. *conſ.209.* 5 alias *3. de appel. in prin. ver. hac ergo appellatione.* † Amplia etiam in appellatione extraiudiciali; quia non poteſt Iudex à quo procedere, ſi ſibi conſtat de appellatione extraiudiciali, etiam ſi non ſit intimata; quia intimatio ſolum operatur deuolutionem ad Curiam, ſed ſi eſt omiſſa, licet deuolutio non fiat ad Curiam; tamen operatur ſuſpenſionẽ, & alios effectus etiam ſine intimatione. Gemin. 6 *conſ.91. nu.4. & ſeq. ver. ſecundo excluditur.* † Reſtringe; quia appellatio extraiudicialis non à Iudice, ſed à facto extraiudiciali faciendo, prout ab electione, à prouiſione, & ſimilibus non ligat manus Ordinarii, quin poſſit conferre, & facere ea, quæ iure ordinario ſibi competunt; quia non debet priuari iure ſuo, vel poſſeſ- 7 ſione ſua. *cap.1. vt lit. pendent.* † Declara; quia reſtrictio procedit in iis, quæ iure communi expediuntur; ſecus ſi iure ſpecali; quia tunc appellatio ſuſpendit, prout ſi Epiſcopus habet collationem regularium certo caſu, & iure ſpeciali. ita Caſtr. *conſ.404. Vi-* 8 *a. quæ infirmantur, n.2. verſ. ſecundo quia. lib.1.* † Amplia; quia Iudex non poteſt, appellatione pendente, procedere in eadem cauſa, vel cõnexa; quia ſuſpenſa eſt iuriſdictio. *ca. ad hæc. ut de appel.* & eſt cõmu- 9* nis * opinio, vt per Alexand. *conſ.89. circa fin. lib.1.* † Reſtringe, quando eſt diuerſa cauſa. *d. cap. ad hæc. ut 1.* Alex. *dict. conſ.89. lib.1.* 10 † An eadem, vel diuerſa cauſa dicatur, ſi quis eſt creditor ex vno inſtrumento in diuerſis terminis, & egerit pro vno termino, nunquid ſit excluſus proceſſus in alio termino poſtea maturato. Ias. *conſ.9. lib.1.* tenet, quod ſunt diuerſæ cauſæ, & maxime, quan- 11 do eſt iudicium exequutiuum. † Limita in caſibus, in quibus non datur appellatio; quia non obſtante appellatione poteſt exequi, vt per Feder. de Sen. *conſ.76. Domino auditori in princ.* caſus autem, in quibus non datur appellatio, notantur per Specul. in *tit. de ap-* 12 *pel. §. in quibus*, vbi ponit 37. caſus. † Limita; quia poteſt facere ea, quæ ſunt præcedentis condemnationis, & facti declarationis, vt eſt taxatio expenſarum. Lap. *alleg.83. num.8. verſ. tamen hoc non ob-* 13 *ſtante*, allegat not. in *decret. ſæpe, de appell.* † Limita in appellatione ab interloquutoria, quando eſt friuola; quia poteſt Iudex à quo procedere, niſi appellationi detuliſſet. Feder. de Sen. *conſ.163. nu.* 14 *3. ver. Iudex ergo* † Et quod Iudex à quo poſſit procedere, non obſtante appellatione à grauamine, & ſic ab interloquutoria, & antequam inhibeatur, & valeat proceſſus, & poſſit reuocare grauа- 15 men. Card. Zabarell. *conſ.45. in prin.* † Extende, vt procedat, etiam ſi partes ambæ cœperint procedere coram Iudice ad quem; quia adhuc valebit proceſſus coram Iudice à quo, donec fuerit inhibitus. Cardin. *d. conſ.45. in prin.* † Reſtringe, niſi detuliſſet ap- 16 pellationi; quia tunc non poteſt procedere, & non valet proceſ- ☜ ſus. Vide, *Appellationis delatio quid operetur. Concl.370.* † Limita, 17 quando appellatio eſt contra ius; quia non obſtante appellatione Iudex à quo rite procedit. Bald. *conſ.111. Proceſſus factus, lib.5.* † Li- 18 mita in appellatione friuola; quia Capitulum corrigens Canonicum propter inobedientiam; poteſt non obſtante friuola appellatione procedere ad maiorem pœnam, ſi perſeuerat in contumacia. Anchar. *conſ.410. Pond. rata, in fin. num.7. & 8.* Vide, *Appel-* ☜ *latione pendente nihil eſt innouandum. Concluſ. prox. præced.* Vide, *Iudex à quo de quibus cognitionem habeat, vel non. Concluſ.462.*

Appellatio ſuſpendit iudicatum, & ſententiam. Concluſ. 377.

APPELLATIO † ſuſpendit iudicatum, & ſententiam. *l.1. §. fin.* 1 *ff. ad Turpill.* Oldrad. *conſ.255. Contra prouiſionem, in prin. nu.2. verſ. ſed in caſu noſtro*, vbi declarat, quod ſic ſuſpendit, quod neſcitur, dum pendet, ex quo tempore incipiet vires ſortiri. † Et quod 2 imo appellat. o extinguat ſententiam reuocabiliter, ſeu ſuſpendat taliter, quod partes reiiguntur ad ſtatum, in quo erant, nondum prolata illa ſententia. Caſtillio. *conſ.34. n.2.* Roman. *conſ.41.* *n.4.* vbi, quod reſcindit iudicatum. † Et quod extinguat iudica- 3 tum. Bart. in ſua *q.9. Iudex per imperitiam, in prin.* allegat *l.1. in fin. ff. ad Turpil. & in ver. ſolutio, in d.q. col. pen. in fin.* † Declara; quia ſunt o- 4 piniones; quia ſecundum canones & Canoniſtas * communiter * appellatio ſuſpendit ſententiam, & effectum illius, de iure ciuili appel atio extinguit effectum ſententiæ reuocabiliter, & ſic effectus ſententiæ de præſenti tempo e appellationis dicitur ſublatus. Ita Abb. *conſ.69. Videtur primo col.2.n.2. ver. & licet fuerint opi-* *niones, lib.1.* & ita etiam Alex. *conſ.188. Viſo proceſſu, n.10. ver. & licet per Iudicem, lib 2.* vbi, quod extinguit præſumptionem, & effectum ſententiæ inſpecto præſenti ſtatu, licet inſpecto futuro euentu ſuſpenda, & dicit * communem. † Extende, vt procedat etiam 5 in ſententia, quæ trahit ſecum exequutionem, puta, lata pro poſſeſſore, vel cuius exequutio non retardatur; quia adhuc appellatio ſuſpendit effectum reuocabiliter, ne fiat Dominus habens ſententiam, quæ trahit ſecum exequutionem. Abb. *d. conſ.69. col.* *2.n.1. verſ. & licet fuerint. lib.1.* † Contrarium, quod imo appellatio 6 reſpectu appellantis confirmet ſententiam; quia ſi lata eſt contra vnum, & alius appellet pro ſuo intereſſe, dicitur illam confirmare, per tex. in *l.4. § falſus. ff. rem rat. hab.* quod intelligit Bart. quod confirmatur tanquam ſic lata, non tanquam bene lata, prout etiam dicit ita intelligi, ſi non appellat, approbet ſententiam tanquam ſic latam, non tanquam bene latam; ideo Iudex, qui per imprudentiam iudicauit, tenetur ad totale intereſſe, licet is, contra quem eſt lata, potuerit appellare, & non appellauerit, ita Bart. *in q.9. Iudex per imperitiam, in ver. ſolutio, in prin.* † Declara; quia ye- 7 ritas eſt, quod appellatio, inſpecto præſenti ſtatu, extinguit ſententiam, à qua fuit appellatum, & inſpecto futuro euentu, ſuſpendit; ideo ex ſententia, à qua pendet appellatio, non oritur actio, ſed à futuro euentu expectatur effectus. Alex. *conſ.36. Viſo themate. n.5. & 6 lib.4.* vbi, quod iſta eſt veritas, & hoc modo concilantur opiniones contrariæ, & ibi apoſtil. in *ver. ſuſpendit*, dat concord. † Amplia, vt procedat, etiamſi ſententia ſit iuſta, & lata 8 in Curia Romana. Oldrad. *d. conſ.255. n.6. ver. ad ſecundum.* † Am- 9 plia; quia imo decem dies dati ad appellandum ſuſpendunt exequutionem ſententiæ, etiam ſi non ſit appellatum. Vide, *Exequu* ☜ *tio ſententiæ quando poſſit fieri, vel non intra decem dies. Concl.* 480. † Amplia, quia appellatio nedum ſuſpendit iudicatum, ſed imo o- 10 peratur, vt appellans fingatur non condemnatus. *l.2. ff. de pœn.* Feder. de Sen. *conſ.198. n.2 in fin.* † Extende; quia appellatio reponit 11 appellantem in eum ſtatum, in quo erat immediate poſt litem conteſtatam. Caſtr. *conſ.141 Viſa quadam. n.2. ver. ego allego lib.1.* vbi adducit tex. in *l. ita demum, cum ibi not. C. de procurat.* plenius Roman. *conſ.381. Quæſtio eſt. num.2. ver. ſecundo, quia*, vbi apoſtill. in *ver.* *primæ.* † Imo quod appellatio operetur, & reducat partes in ſtatu, 12 in quo erant poſt litem conteſtatam; quia in cauſa appellationis non poteſt opponi aliqua exceptio declinatoria, neque alia, quæ poſt litem conteſtatam eſſet excluſa. Caſtillio. *conſ.34. num.2.* vbi, quod imo verius eſt, quod appellatio reducit partes ad ſtatum, in quo erant ante latam ſententiam; & poſt completum proceſſum, allegat *l.3. C. de appel. & l. ita demum. ff. de procurat.* † Et poteſt 13 propterea Iudex appellationis facere omnia, quæ Iudex primæ appellationis facere iuſte potuiſſet. Caſtillio. *d. conſ.34. n.2. ver quo* *ſit, & n.3.* quod licet debeat Iudex appellationis in melius reformare, quandoque tamen in peius reformat. † Vide Caſtr. *conſ.10.* 14 *In cauſa præſenti, in prin. lib.2.* qui idem dicit in ſubſtantia, videlicet,

quod appellatio ponit rem in statu, in quo erat ante sententiam,
15 præterquam quoad dilatorias exceptiones proponendas. † Amplia, vt appellatio nedum suspendat iudicatum, sed etiam suspendat effectum actorum illius iudicij; quia talia acta non probant etiam inter easdem personas ad alium effectum, pendente appel-
16 latione. Feder. de Sen. *conf.* 223. *Domino Nicolao, per tot.* † Amplia; quia appellatio in tantum suspendit sententiam, & effectum sententiæ, vt quoad processum, & probationem actor debeat probare in secunda instantia, sicut in prima. Abb. in *cap. quoniam contra.*
* *n.* 19. Felin. ibi *n.* 21. Deci. *n.* 32. qui dicit * communem, *de probatio.* Zabarell. *conf.* 139. *n.* 11. *ver. sed sic est.* Castr. *conf.* 141. *Visa quadam. n.* 2.
17 *ver. secundo videndum. lib.* 1. † Extende, vt etiam procedat in criminali causa, etiam si exter statutum, quod contumax habeatur pro confesso; quia datur appellatio, & post appellationem actor debet probare delictum; quia appel atio reponit appel antem in statu, in quo erat statim contestata lite. Castr. *d. conf.* 141. *n.* 2. *& seq.*
18 *lib.* 1. † Declara; quia licet reductio ad arbitrium boni viri sit species appellationis; tamen non extinguit, neq; suspendit laudum. Zabarel. *conf.* 139. *n.* 11. *ver. venio ad secundum, per totum*, quod est Salyceti, vbi allegat pro vtraq; parte, & ita tenet idem Zabarel. *conf.*
19 140. *n.* 8. *& seq. ver. in secundo.* † Et maxime procedit in reductione arbitramenti; quia nullo modo extinguit, neq; suspendit; quia arbitramentum habet naturam contractus, non iudicii. Zabarell. *d.*
20 *conf.* 140. *n.* 12. † Restringe, quando sententia esset lata super his, quæ sunt in arbitrio Iudicis; quia tunc appellatio non suspendit,
21 vt ibidem Felin. *d. cap. quoniam contra. num.* 21. *de probatio.* † Amplia; quia appellatio suspendit iudicatum, siue sit delatum appellationi: quo casu delatio operatur deuolutionem, si superior ad quem
22 voluerit. Cardin. Zabar. *conf.* 32. *n.* 5. † Siue etiam non fuerit delatum; quia semper appellatio suspendit; quia potest recipi per superiorem; ideo appellans, si possidet, non debet amoueri. Card.
23 Zabar. *d. conf.* 32. *per tot.* vbi est casus, maxime *in fi. ver. statuto.* † Amplia; quia appellatio eximit, & protegit appellantem à iurisdictione Iudicis à quo, & adhærentes appellationi. Rol. à Vall. *conf.* 77.
24 *n.* 3. *lib.* 2. † Declara; quia effectus appellationis in casibus prædictis habent locum, quando de iure admittitur appellatio, alias se-
25 cus. † Amplia, quia appellatio duo operatur, sententiæ rescissionem & causæ deuolutionem. Roman. *conf.* 41. *In præsenti consultatione. n.* 4. † Amplia; quia appellatio nedum suspendit iudicatum,
26 sed etiam reducit omnia ad statutum, in quo erant tempore litis contestatæ in prima instantia. Crauett. *conf.* 220. *n.* 6. Roman. *conf.* 381. *Quæstio est n.* 2. vbi apostil. allegat Alciat. in *l. edita. C. de eden. in ver. emendari. col.* 3. *l. per hanc. C. de tempor. appel.* Castr. *conf.* 41. *n.* 2. *ver.*
27 *ego allego. lib.* 1. † Extende; quia etiamsi non esset audiendus quis vti contumax post appellationem; tamen auditui; quia reponit appellatio in primum statum, vt supra Castr. *d. conf.* 141. *n.* 2. *ver. nec*
28 *obstat. lib.* 1. † Restringe, vt procedat ampliatio quoad exceptiones peremptorias, & concernentia merita causæ, secus quoad dilatorias, quæ sunt omissæ in prima instantia, & non possunt opponi in causa appellationis, plene Castr. *conf.* 321. *Quod in causa appella-*
29 *tionis, in prin. lib.* 1. Roman. *conf.* 384. *In casu, in prin.* † Restringe; quia rescindit iudicatum, id est, grauamen illatum à Iudice, non autem grauamen illatum à parte; quia si pars sibi præiudicat non opponendo, quæ debet, non potest conqueri de Iudice. Bald. in *l.*
30 *ita demum. C. de procurat.* Castr. *d. conf.* 321. *in prin. lib.* 1. † Et ideo si statutū mandat fieri compromissum inter consanguineos ante terminum probatorium, si petatur, non debet fieri, si petatur post terminum, etiam si petatur in causa appellationis ante terminū; quia est exclusus in prima instantia, & non reintegratur in causa appellationis; quia tale statutum est ordinatorium. Castr. *d. conf.*
321. *per totum*, vbi est casus, & dicit, quod ita fuit iudicatum, *lib.* 1.
31 † Amplia; quia appellatio ita reducit negotium, vt nō probatum
32 probari possit. † Restringe nisi sit aliquid omnino nouum, & non deductum in prima instantia. Castr. *d. conf.* 321. *n.* 3. *ver. insuper non*
33 *video. lib.* 1. † Amplia; quia appellatio vnius suspendit exequutionem sententiæ, etiam quoad alios correos. Clarus in *praxi crimin.*
34 * *§. fin. qu.* 94. *n.* 4. *ver. quæro, nunquid.* vbi dicit * communem. † Extende, etiamsi appellatio sit interposita ab vno de populo, etiam si fuerit interposita à Clerico pro ipso condemnato, communem
35 * * dicit Clar. *d. q.* 94. *n.* 4. *&* 5. † Amplia; quia condemnatus in pœnam capit. s cum confiscatione bonorum, si appellauit, & pendente appellatione moritur, certum est, quod pœna capitis est extincta per mortem, & etiam pœna confiscationis facta in consequentiam per dictionem, cum confiscatione bonorum; secus si confiscatio esset facta principaliter. Clar. *d. q.* 94. *n.* 7. *ver. sed pone.*
36 † Limita, vt non procedat, quando appellatio non esset rite interposita, & sententia transitum fecisset in iudicatum, veluti si Episcopus Delegatus Papæ subdelegauit in totum Vicarium suum, qui sententiauit. Nam si appelletur ad Delegatum Episcopum, qui nihil sibi reseruauit, & pronunciet appellationem non valere, & iterum appelletur, ista secunda appellatio non suspendit rem iudicatam. Bal. *conf* 364. *Episcopus Veronen. per tot. lib* 3. † Limi- 37
ta in appellatione ab excommunicatione; quia non suspendit effectum excommunicationis. *c. pastoralia, de appellat.* sed tollit præsumptionem sententiæ iustæ ad effectum deuolutionis. Abb. *conf.*
2. *in prin. lib.* 1. † Extende, vt idem sit in reductione petita ad arbi- 38
trium boniviri; quia bonus vir succedit in hoc loco Iudicis appellationis, & licet non suspendatur exequutio; tamen suspenditur præsumptio laudi iusti ad effectum deuolutionis. Abb. *d. conf.*
2. *in prin. lib.* 1. † Limita multis modis, quando appellatio esset nul- 39
la, vel friuola, vel in casu, in quo non daretur appellatio, vel si detur, datur solum deuolutiua, vt infra *Conclus.* 397. *& Conclus.* 402.
cum seqq. per discursum. † Limita, quando sententia est lata super 40
his, quæ sunt commissa arbitrio Iudicis; quia appellans isto casu debet probare; quia præsumitur pro Iudice in arbitrariis etiā post sententiā. Felin. in *cap. quoniam contra, n.* 21. *vers. hanc conclusionem, de probat.* Vide, *Appellatio nō datur ab his, qua cōmissa sunt arbitrio, & potestati Iudicis. Concl.* 415. Vide, *Arbitrio Iudicis quando standū. Conc.* 475.

Appellationis prosequendæ tempora quæ sint. Conclusio 378.

APPELLANS † habet annum ad prosequendum, qui dicitur 1
primum fatale. *authen. ei qui. C. de temp. appell.* Ang. *conf.* 130. *Visis omnibus. ver. item mihi præsupponitur.* † Amplia; quia impeditus a- 2
liquo legitimo impedimento habet biennium. Oldrad. *conf.* 60.
ver. quid si impeditus, & latius *conf.* 157. vbi, quod sufficit etiam modicum impedimentum, vt consequatur biennium, etiamsi impedimentum esses vnius diei tantum post prosequutionem. Cald.
conf. 217. alias 11. *de appell.* Signor. de Homod. *conf.* 211. *In quæstione*
appellationis, n. 5. *vsq; in fi. ver. venio ad tertiū.* † Et dicitur impedimen- 3
tum legitimum, quando pars aduersa opposuit exceptiones, in quibus succubuit; quia excusatur appellans. Signorol. Homod. *d.*
conf. 211. *n.* 6. † Item si fuit ipsi dictum, quod non recederet sine li- 4
centia, vel bolletta Principis ab aliquo officiali obtenta. Signor.
d. conf. 211. *circa fi.* Vide, *Impedimentum legitimum excusat impedatum.*
Concl. 29. † Amplia; quia in tantum appellans impeditus in primo 5
anno ad prosequendum appellationem habet secundum annum, vt is detur ipso iure. Calder. *conf.* 216. *in prin.* alias 10. *de appel.* in tantum etiam, vt non requiratur restitutio, sed illæsus conseruetur, vt ibi in fi. qui dicit hanc * communem opinionem Signor. *d. conf.* *
211. *n.* 6. † Extende, vt detur secundus annus ipso iure, siue impedi- 6
mentum prouenit in principio primi anni, siue post, & in qualibet parte anni, etiamsi esset impedimentum vnius diei tantum.
Cald. *conf.* 217. *in prin* alias 11. *de appel.* Sign. *d. conf.* 211. *n.* 6. vbi, quod dicatur legitimum impedimentum. † Amplia, vt imo impeditus 7
in secudo anno habeat etiam tempus vltra biennium, sed an ipso iure, vel per restitutionem in integrum, sunt opiniones in secundo anno. Cald. *d. conf.* 216. *vers. quinimo de vlteriori*, alias 10. *de appell.*
† Contrarium, quod imo appellans non habeat biennium, si fuit 8
negligens in primo anno, tanta negligentia, quod potuisset expedire causam, tenet Ang. *conf.* 310. *In proposita quæstione, per tot.* vbi *col.*
2. dicit, quod ista est vera, & respondet ad omnia contraria. † De- 9
clara; quia de stylo Curiæ prima opinio seruatur, quod ex modico impedimento datur biennium; quia stylus quatenus esset in Curia, haberet locum in causis fori Ecclesiastici. Ang. *d. conf.* 310. *circa fin. ver. ita non obstat*; vbi non ponit stylū pro absoluto; quia dicit hoc ignorare; quia nunquam fuit in Curia. † Declara, quod dicitur, 10
appellantem impeditum in primo anno habere secundum annū, procedere secundum distinctionem Bal. *conf.* 323. *Cum quidam me-*
dicus, n. 2. *ver. vnde ex Doctorum scriptis, vsq; in fi. lib.* 1. vbi facit duos casus indubitatos; quia si apparet totalis negligentia, non habet secundum annum; si vero apparet totale impedimentum, habet illum. † Si vero in parte fuit negligens, & in parte impeditus, si im- 11
pedimentum præcessit, & negligentia superuenit in primo anno, & non excusatur, si tanta fuit negligētia, quod potuerit expedire.
Bal. *d. conf.* 323. *in fi. ver. aliquando est negligentia, lib.* 1. † Quando vero 12
negligentia præcessit, & impedimentum superuenit, si negligentia non fuit nimia; tunc impedimentum etiam vnius diei releuat.
Bal. *d. conf.* 323. *in fi. lib.* 1. † Extende; quia appellans habet secundum 13
annum, quando Iudex propter casum fuit impeditus aliquo notabili spacio temporis; quia ipso iure lex dat secundum annum integrum, Bal. *conf.* 166. *quando stat per casum. lib.* 3. vbi dicit * com- *
munem, vbi quod habitatio, & recessus Iudicis excusat, si nō erat vicinus. † Declara; quia debet appellans saltē protestari de impe- 14
dimento,

dimento, alias non releuatur, quin cauſa tranſeat deſerta. Bald. *d. conſ.166. in fin. lib.3.* Vide, *Inſtantia cauſæ appellationis quando currat, vel non, in præiudicium appellantis. Concluſ.209.* † Et quod ſi ſtatutū præfigit certum terminum ad expediendam cauſam appellationis à die commiſſionis, prout Cæſenæ, & in Ciuitate Caſtelli, quod appellans, ſi impediatur, debeat facere diligẽtiam, & proteſtari, alias per lapſum termini cauſa deſerta maneat. Alex. plene *conſ.164. Viſo proceſſu. n.4. in fin. verſ. aut conſideramus, & ſeq. lib.2.* vbi dicit * communem: vbi, quod debet adire Cameram Principis, vel ſuperioris, & facere diligentiam pro obtinenda commiſſione, & ſi non poteſt, proteſtetur coram Notario, & *n.6.* allegat exemplum, quod cauſa tranſiuit deſerta; quia is, qui allegabat diligentiam, non fuit proteſtatus, & allegat etiam Anton. de Butr. in cauſa Ciuitatis Caſtelli, quod cauſa appellationis terminetur intra decem dies à die commiſſionis faciendæ per Priores: quia ex quo non fuit commiſſa; quia non fuerunt Priores requiſiti; ideo tranſiuit deſerta; & dat exemplum de apoſtolis, qui cum diligentia debent peti inſtanter & inſtantiſſime, quibus aſſimilatur commiſſio appellationis; & terminus ad obtinendam commiſſionem non debet eſſe longior inſtantia appellationis, alias eſſet abſurdum, quia ſtatutum inductum ad abbreuiandas lites induceret perpetuitatem, & dicit * communem *n.* 16 7. † Limita, quando inſtãtia appellationis per ſtatutum eſſet abbreuiata; quia illa ſeruatur, prout Anconæ; vbi eſt triginta dierũ. 17 Corn. *conſ.262. n.10. lib.4.* † Impedimentum receſſus Iudicis excuſat, donec ſucceſſor venerit. Corn. *d. conſ.262. nu.10. lib.4.* vbi, quod vltra non excuſatur, ſi fuit negligens poſt aduentum ſucceſſoris. † Declara totam hanc materiam; quia tria ſunt diſtinguenda in termino aſſignato ad proſequendam appellationem, videlicet, an finis termini poſſit per appellantem præueniri, & ſi præfigatur à Iudice vel à patre, aut à iure; & tunc *cap. obl. at, & cap. ſæpe, de appellat.* attendi debet. † Si vero tempus eſt certum, & cõſtat, quod appellans cœpit proſequi appellationem, antequam eſſet appellatum; & tunc certum eſt, omnia eſſe nulla ex præpoſteratione; quia paria ſunt, facere poſt terminum, vel ante ter- 20 minum. Caſtr. *conſ.117. n.3. ver. interdum. lib.1.* † Quando vero eſt dubium, prout in ſtatuto Florentino, quod diſponit inſtantiam eſſe 60. dierum poſt dies datos ad appellãdum, & aliquis appellauit eadem die, qua lata eſt ſententia, & cœpit proſequi, an dicatur iudicium nullum, quia adſit præpoſteratio? videtur, quod ſic; quia inſtantia incipit poſt decem dies datos ad appellandũ: contrarium tenet Caſtrenſ. *d. conſ.117. Super primo. n.3. & per tot. lib.1.* quia ſtatutum cœpit extremum tempus decem dierum, qui dantur ad appellandum; præſupponens decimo die appellatum; ſed ſi ante, non negat, quin poſſit proſequi adie appellationis, & hoc eſt conforme iuri communi, vt abbreuietur inſtantia. Vide Concluſ. prox. ſeq. Vide, *Appellans quam diligentiam facere debeat, ne appellatio deſeratur. Concluſ.380. cum duabus ibi prox. ſeqq.* Vide plene *in ver. Deſertio appellationis quando excuſetur. Concluſ.225.* Vide, *Deſertio appellationis ex quibus inducatur. Concluſ.222.*

Appellationis proſequendæ tempora omnibus currunt, & quando non. Concluſ.379.

1 TEMPORA, † ſeu fatalia appellationis proſequendæ currũt viduis, & pauperibus, ſicut aliis. Bald. *conſil.5. Quæritur, vtrum viduæ, lib.1. & conſil.440. lib.5.* vbi excipit magnam paupertatem, quæ cauſaret impotentiam ſecundum arbitriũ Iudicis. Amplia, 2 † vt procedatur, etiamſi actum ſit de nullitate principaliter; quia ſiagens de nullitate ſuccubuit, tempora appellationis cucurrerunt, quando coram eodem Iudice actum eſt; quia poſſunt ſimul cumulari nullitas, & appellatio; ſecus ſi coram diuerſis Iudicibus. Cuman. *conſil.36. Proponitur, quod, per tot.* Vide, *Inſtantia cauſæ appellationis quando currat, vel non. Concl.208.* † Amplia; quia tempora appellationis proſequendæ currunt etiam minoribus, & Eccleſiis, vt videtur innuere Abb. *conſ.77. In quæſtione, quæ ad præſens, lib.2. col.1. verſ. ad ſecundum.* † Limita; quia non currunt aduerſus pauperem, quando talis eſt paupertas, quæ arbitrio Iudicis præbuit neceſſitatem, vt non potuerit proſequi; quia non poteſt dici negligens eo caſu. Bald. *d. conſ.5. per tot. lib.1.* & duplicatur *lib.5.* 5 *conſ.440.* † Limita; quia in primo anno non computatur tẽpus aſſignatum per Iudicem ad proſequendum appellationem; quia eſt præparatorium. Oldrad. *conſ.270. n.11. verſ. hinc eſt, quod tempus.* Vide, *Tempus præparationis ſubducitur ad fauorem præparantis. Concluſ.* 6 31. † Limita; quia tempus appellationis proſequendæ non currit durante compromiſſo facto inter ambas partes ſuper cauſa, de qua pendet appellatio. *clem. quamdiu, de appell.* Abb. *d. conſil.77.* 7 *In quæſtione. col.1. ver. ad ſecundum. lib.2.* † Reſtringe, quando compromiſſum non eſſet de tota cauſa, ſed de parte, vel de alia cauſa, puta, ſi appellatio eſſet ſuper cauſa criminali, & compromiſſum ſuper cauſa ciuili; quia ex diuerſis non infertur. Abb. *d. conſil.77. col.1. ver. ad ſecundum. lib.2.* Vide Concluſ. prox. præced. & Concluſionem proximam ſequentem.

Appellans quam diligentiam facere debeat, ne appellatio deſeratur. Concluſ.380.

APPELLANS † ſi intra annum comparuit ad oſtium palatii Papæ, vt committeret appellationem ſuam, & proteſtatus fuerit, non excuſatur à deſertione appellationis; quia nõ ſufficit ſemel ire, & proteſtari, ſed ſæpius eſt eundum, & tempore debito audientiæ, & debet ſummo conatu inſtari, & reclamari ad oſtium, & proteſtari, & quod Notarius rogetur de omnibus diligentiis. Bald. *conſ.86. Factum ſic proponitur. lib.4. & conſ.454. Super facto. lib.2.* † Et quod appellans debeat proteſtari de impedimento, & quod non ſtet per eum, alias non releuetur. Bald. *conſ.* 2 *160. in fin. lib.3.* † Et idem, quando labitur inſtantia, & Iudex non 3 facit copiam ſui, quod debeat coram Notario facere diligentiã, & proteſtari, & magno conatu procurare audientiam, & quod non ſtet per eum. Alex. *conſ.164. Viſo proceſſu, n.4. & ſeq. lib.2.* Vide, *Appellationis proſequendæ tempora. Concl.378. & Concluſ. ſeq.* † Extende; quia idem eſt ſeruandum in Commiſſione appellationis, vt 4 magna diligentia ſit facienda, & ſi curia recedit de loco, non excuſatur, niſi ſequatur Curiam, de primo Bald. *conſ.481. num.5. ver. quantum ad ſecundum. lib.3.* de ſecundo idem Bald. *conſ.454. Super facto. lib.4.* Vide plenius, *Deſertio appellationis quando excuſetur. Concluſ.225.* † Amplia; quia appellans licet habeat legitimum impe- 5 dimentum; tamen ſemper debet proteſtari; quia tempus eſt cõtinuum; ſecus ſi eſſet vtile. Zabarell. *conſ.128. nu.3. & 4. ver. ſecunda quæritur.* Boer. *deciſ.40. n.4. & ſeq.* Vide plene *in ver. Impedimentum legitimum excuſat impeditum. Concluſ.29.* Vide, *Proteſtatio quando neceſſaria. Concluſ.939. n.7. & ſeq.* vide plenius. Vide plene per Maſc. *concluſ.116. Appellans an, & quando probare debeat impedimentum.* † Li- 6 mita; quia appellanti, qui tenetur ex forma ſtatuti loci ſe præſentare coram ſuperiore intra certum tempus, alias appellatio ſit deſerta, ſufficit, quod compareat in termino, & faciat diligentiã, & præſentet ſe coram locum tenente eo caſu, quo dominus non reperitur, vel copia non poteſt haberi. Card. Zabarell. *conſ.72. n.* 13. † Extende, vt procedat limitatio, etiam ſi ſtatutum dicat, 7 quod non poſſit gloſſari, neque interpretari, ſed debeat ad literam, prout iacet, intelligi; quia ſufficit diligentia, & interpretatio iuridica. Card. Zabarell. *d. conſ.72. nu.12. & ſeq. ver. ad ſeptimum.* † Limita; quia debens ſe præſentare conſpectui Iudicis certa ho- 8 ra, vel die excuſatur, ſi illa die, vel hora Iudex nõ dat audientiam, vel non reperitur. Card. Zabarell. *d. conſ.72. n.13.* Vide duas concluſiones proxime ſequentes. Vide Maſc. *concluſ.115. Nonnulla alia vbi 9 facere, & probare debet appell. ins.*

Appellationis proſequendæ tempora quando poſſint per conſtitutionem reſtringi. Concluſ.381.

APPELLATIONIS † tempora regulariter non poſſunt de 1 iure Canonico certo termino abbreuiari, aliter, quam ſit de iure communi; quia non poteſt prohiberi appellatio ad Papam, qua interpoſita habent locum tempora præfixa à iure communi. *c. venientes, de iureiur.* Feder. de Sen. *conſ.93. n.7. ver. nam licet*, qui dicit, conſtitutionem ſynodalem in hoc non valere. Roman. *conſ.* 2 *2. Viſis mihi. n.2. ver. nec prædictis obſtat*, qui loquitur in conſtitutione Legati de Latere, vt non valeat. † Limita, niſi eſſet confirmata talis conſtitutio per Papam; quia tunc appellatio regulatur, & 2 deſeruitur ſecundum conſtitutionem confirmatam. Rom. *conſil. 2. per tot.* qui loquitur in ſtatuto Bononiæ confirmato à Papa. Limita; † quia poteſt ſtatutum dare aliam formam, & abbreuiare 3 nedum inſtantiam appellationis, ſed etiam inſtantiam primam. Bald. *conſ.20. Decreto illuſtris Marchionis, lib.1.* Vide, *Statutum circa appellationes diuerſorum locorum. Concluſ.465.* Vide, *Statutum circa inſtantiam cauſarum. Concluſ.572.*

Appellanti quæ tempora ſint præfixa, vel poſſint præfigi. Concluſ.382.

APPELLANTI † ſunt præfixi plures termini à lege, & poſſunt 1 etiam præfigi à Iudice à quo, vt infra. † Terminus ad ſteraripiendum datur à iure appellanti, ſeu prouocanti extra iudiciũ, 2 *cap. cupientes, de offic. ord. c. ſtatuimus, de elect. in 6.* Oldrad. *conſ.60. in prin.* † Datur, & præfigitur etiam ab homine. Oldr. *conſ.60. in prin.* 3

videlicet, à Iudice, vel ab ipso appellante; non tamen potest prefigi ab appellato, ibidem *circa fin. col. 1. ver. & isti termini.* Feder. de
4 Sen. *cons* 28. † De iure Ciuili iste terminus est incognitus, & etiam terminus ad se præsentandum, sed so'um terminus ad petendum apostolos reperitur. Oldrad. *d. cons. 60. in fin col. 1. ver. de ter-*
5 *mino*, vbi reputat esse eundem terminum cum isto. † Appellanti non præfigitur terminus à iure ad præsentandum se conspectui superioris, quanto citius poterit, nisi quando præfigitur ad iter arripiendum. Oldrad. *d. cons. 60. in princ. ver. & terminus ad præsen-*
6 *tandum.* Feder. de Sen. *cons. 28. in prin.* † Terminus ad se præsentandum conspectui superioris potest præfigi à Iudice à quo, Oldrad. *d. cons. 60. in princ. ver. & terminus ad præsentandum, iuncto ver. quandoque statuitur ab homine.* Feder. de Sen. *cons. 172. per totum*, vbi, quid operetur præfixio huius termini; quia obligatur appellans terminum seruare, & non potest præuenire, vt impetret literas, sed debet expectare vltimum diem ad impetrandum, alias literæ non
7 valerent. † Declara, quod non valeant literæ per præuentionem obtentæ, quando in eis non est facta mentio de præfixione termini; secus, si mentio esset facta. Feder. de Sen. *cons. 108. per totum.*
8 † Exequi potest Iudex suam sententiam, si appellans non seruat istos terminos, ita quod appellatio remaneat deserta. Feder. de Sen. *d. cons. 28. in prin. ver. & si intra illum terminum*, vbi, quod Iudex exequitur sententiam, si est certus de non obseruatione termi-
☞ norum. Vide, *Appellans si non seruat terminum præfixum, quando appel-*
9 *lationi renunciare censeatur. Concluſ. 385.* † Amplia, vt si Iudex exequutus fuerit sententiam; quia appellans non docuit de prosequutione in termino, licet alleget impedimentum; tamen non reuocatur exequutio, nisi ab euentu causæ appellationis, si constabit de impedimento; interim tamen non deseritur appellatio.
10 Feder. de Sen. *d. cons. 28. n. 2. ver. sed non mihi.* † Appellanti potest præfigi terminus ad prosequendum appellationem à Iudice, vel ab ipsomet appellante. Oldrad. *cons. 60. col. 1. ver. est terminus ad pro-*
11 *sequendum & cons. 308. in prin. & cons. 314. in princ.* † Et multo magis à lege, vel statuto, prout Florentiæ; qui habet appellans dies 60. post decem dies ad appellandum, & si appellatur primo die, currit instantia à die appellationis, neque deseritur ex præuentione, vt quia non expectauit lapsum decem dierum, plene Castr.
12 *cons. 117. n. 3. ver. super secundo, per tot. lib. 1.* † Limita, nisi Iudex simpliciter detulerit appellationi; quia terminum præfigere non potest. Oldrad. *cons. 317. n. 3.* vbi limitat, nisi simpliciter detulisset ob reuerentiam Sedis Apostolicæ; quia potest nunc illum præfige-
13 re. † Terminus iste ad prosequendum dicitur idem cum termino ad præsentandum se conspectui; quia Doctores videntur accipe-
14 re vnum pro alio. Oldrad. *d. cons. 60. ver. verum est tamen & id.* † Et idem est de termino ad impetrādum Iudicem; quia idem est cum termino ad prosequendum, & sic interpretatur Oldrad. *cons. 314. n. 6. ver. quarto. & n. 7.* vbi dicit, quod quando talis terminus præfigitur, sufficit protestatio per appellantem ad docendum de sua
15 diligentia. † Appellatus non potest præfigere hunc terminum,
16 sed appellans. Oldrad *cons. 60. ver. & isti termini.* † Appellanti etiam præfigitur terminus ad faciendum fidem de arreptione itineris, & præsentatione conspectui Principis, vel prosequutione, & hoc esse de consuetudine introductum, secus autem de iure as-
17 serit Feder. de Sen. *d. cons. 28. Punctus quæstionis, n. 2. vsq; in fin.* † Effectus huius termini operatur, quod si est datus mensis, non potest appellans præuenire impetrando literas etiā in vno die; quia non tenetur expectare vltimum terminum, *c. spe in fin. de appel* vbi Innocen. & præueniendo patitur pœnam contumaciæ; quia literæ
18 non valent, & tenetur ad expensas parti, vt ibi dicitur. † Declara, quod si præueniat appellans terminum hominis; non tamen patitur pœnam desertionis appellationis. Feder. de Sen. *cons. 172. per*
19 *tot.* † Item declara, quod non valeant literæ, & patitur pœnā contumaciæ, quando præuenit, si non fecit mentionem de termino; secus si mentionem fecit; quia tunc valent. Feder. de Sen. *cons. 108.*
20 *per tot.* † Limita; quia non potest Iudex apponere pœnam excommunicationis, neq; pœnam pecuniariam, etiam applicandā fisco appellanti ad se præsentandum, vel prosequendum; quia pœna iuris, per quam deseritur appellatio. Zabarell. *cons. 119.* vbi, quod
21 Iudex redditur suspectus ex huiusmodi pœna. † Limita; quia terminus debet esse honestus, alias non arctat. Zabarel. *d. cons. 119. in fin.* vbi, quod mensis est breuis terminus ex Ciuitate Taruisina ad
22 Vrbem tempore hyemali. † Limita; quia non potest Iudex præfi-
☞ gere terminū ad finiendam causam. Vide, *Appellanti non potest præfi-*
23 *gi terminus ad finiendū causam. Concl. prox. seq.* † Limita; quia in appellatione extraiudiciali à prouisione si Episcopus præfigat terminū appellanti ad prosequendā appellationē, non censetur recessum à prouisione *c. statuimus. de elect. in 6.* Old. *cons. 2. Vbi sunt duæ. per tot.*

Appellanti non potest præfigi terminus ad finiendam causam. Concluſ. 383.

APPELLANTI † non potest Iudex præfigere terminum ad 1
faciendum, seu finiendum causam; quia habet à iure annum, & ex causa biennium, quod non potest abbreuiari. Oldrad. *cons. 60. col. 1. in fin ver. & terminus ad faciendum.* † Amplia in tantum, vt 2
si talis terminus præfigatur, is non arctet, sed intelligi debeat, vt habeat effectum solum quoad prosequutionem, *cap. ex insinuatione. de appellat.* vbi gloss. penult. † Et in tantum iste terminus anni ad 3
finiendum non potest tolli appellanti, vt nec appellatus possit instare pro sententia, nisi quando solus mensis de termino anni restaret. Oldrad. *d. cons. 60. in fi. col. 1. & in prin. col. 2. ver. terminum iuris.* † Et quale debeat esse impedimentum, vt detur secundus annus, 4
vide Oldrad. *d. cons. 60. vers. quid si impeditus est.* vbi, quod probatur impedimentum per iuramentum, & quando incipiat currere annus, ibidem in fine, & quod etiam modicum impedimentum attendatur in primo anno, & detur secundus annus. Oldrad. *consil. 157. Casus talis est*, vbi in fin. quod ad probandum diligentiam non sufficeret confessio facta per Procuratorem partis aduersæ coram Iudice incompetenti. † Terminus prosequendæ, & finiendæ 5
appellationis est annus, & ex causa datur biennium, *authen. ei qui, C. de tempor. appellat.* Vide in *ver. Instantia causa appellationis quantum duret. Concluſ. 217.* Vide, *Appellationis prosequendæ tempora quæ sint. Concluſ. 378.*

Appellans quando teneatur exprimere præfixionem termini in commissione causæ. Concl. 384.

APPELLANS, † cui præfixus est terminus à Iudice à quo, si 1
absente parte impetrat commissionem appellationis durante termino præfixo ab homine, teneatur de eo facere mentionem, alias appellatio non valet; secus si post terminum Iudicem impetret, vel parte præsente. Feder. de Sen. *cons. 108. Punctus quæstionis. per totum.*

Appellans si non seruat terminum præfixum, quando appellationi renunciare censeatur. Concl. 385.

TERMINVS † decem dierum, si præfigatur appellanti per 1
Iudicem à quo ad prosequendum, operatur, vt causa deseratur, & appellationi videatur renunciasse appellans, si terminum non seruauit. Oldrad. *cons. 308. in princ. ver. nunc est in quæstione, & cons. 60. in prin. & cons. 314. in prin. ver. & absque dubio.* † Amplia, vt 2
procedat, etiamsi terminus esset præfixus Procuratori appellantis ad omnes causas constituto, ita est casus *consilij Oldrad. 308. nu. 2. & per totum.* † Amplia, vt idem sit, si Iudex præfigat terminum 3
ad impetrandum, vel prosequendum; quia licet terminus ad impetrandum non pendeat ab appellante; sufficit tamen diligentia & protestatio, & idem est cum termino ad prosequendum, & nulla diligentia facta deseritur appellatio. Oldrad. *d. cons. 314. n 6. ver. quarto, & n. 7.* & iste est casus consilii, iuncto toto consilio. † De- 4
clara, dummodo terminus præfixus, & non seruatus, fuerit honestus, alias non obligat. Zabarel. *cons. 119. in fin.* Vide supra, *Appellanti quæ tempora sint præfixa. Concl. 382.*

Appellationi an, & quando possit renunciari. Concluſ. 386.

APPELLATIONI † potest renunciari, si partes eligunt Iudices 1
sub conditione, & promissione, quod ab eorum sententiis non liceat appellare, gloss. & Doctor. in *c. si autem, 2. qu. 6.* Germin. *cons. 129. n. 7. ver. super secundo.* Angel. *cons. 187. A. & B. contraxerunt*, vbi pro vtraque parte allegat, & dicit esse verum, quando renunciatur appellationi certæ causæ motæ, vel cognitæ. † Vide regulā 2
cum fallentiis apud Soc. in *reg. 17. in tract. fallent.* † Declara; quia 3
non valet renunciatio simpliciter facta appellationi; quia iuri de futuro non potest renunciari; secus si renunciatio fit per pactum; quia valet renunciatio. Gem. *d. cons. 129. n. 7. ver. est tamen verum*, vbi dicit hanc * communē opinionem; vbi ponit rationem diuersi- *
tatis; quia plus potest consensus ambarum partium, quam vnius tantum, & hæc est ratio, & declaratio Salyc. in *l. fi. §. fi. C. de tempor. appel. n. 7.* vbi, quod valet renunciatio, si fiat in iudicio, sed non extra; pactū vero valet siue in iudicio, siue extra. Castr. *cons. 260. Visis compromisso, in pri. lib. 1. & cons. 282. In causa ista, in pri. lib. 1. & cons. 283. n. 2. ver. restat nunc. lib. 1.* vbi latius loquitur, quod sufficiat sola promissio

missio extraiudicialis in scriptis facta, quæ habet consensum ambarum partium. † Extende declarationem, vt valeat renunciatio appellationis etiam per vnam partem tantum, quando in iudicio est facta renũciatio, ita tenet Rota, prout refert Gemin. *d. cons. 129. in fin. ver. & hanc partem.* Castr. *cons. 283. nu. 2. lib. 1.* Vide, *Iudicij calor multa operatur. Concl. 483. n. 5. & seq.* † Extende; quia valet renunciatio appellationis facta cum iuramento, vel per pactum etiam in compromisso. Castr. *d. cons. 260. in princ. lib. 1. & cons. 282. lib. 1.* vbi, quod quando promissio est facta in manibus partis, habet vim iuramenti, etiam si non sit iuratum. † Extende, vt valeat etiam renũciatio appellationis, quando est facta extra iudicium per vnam partem tantum in præsentia alterius partis non contradicentis; quia habet vim pacti. Gemin. in *d. cons. 129. in fin. ver. si autem*, vbi, quod ita tenet Rota Castr. *d. cons. 283. n. 2. lib. 1.* † Extende; quia valet renũciatio appel ationis bona fide facta, Castr. *cons. 183. Super isto negocio. in prin. li. 1.* † Extende; quia renunciatio iuris de futuro, & sic appellationis valet extra iudicium facta in scriptis, quando interuenit consensus vtriusque partis, quia renunciatio in scriptis habet vim pacti. Castr. *cons. 287. n. 2. lib. 1.* † Extende; quia valet renunciatio appellationis in tantum, vt in casibus, in quibus repellit appellantem a diffinitiua, repellat etiam ante diffinitiuam, & sic non poterunt partes, quæ renunciarunt appellationi, appellare ante sententiam. Angel. *cons. 188. Sed nunc videndum, per tot.* † Extende; quia Iudex non tenetur remittere causam consulendam, etiam si exster statutum disponens, sed non necessitans, quod cõmittat causam consulendam; quia si partes renunciarunt appellationi, & promiserunt stare sententiæ ferendæ per Iudicem; tunc non datur appellatio, etiam à denegato consilio, seu spreto consilio. Angel. *d. cons. 188. n. 2. ver. sed an sibi inferatur.* † Restringe; quia si est renunciatum appellationi à sententia ferenda per Auditorem Rotæ de voto, & consilio aliorum Auditorum, & feratur sententia sine voto, poterit appellari; quia sententia ista sine voto non est illa, de qua fuit promissum non appellare. Castr. *d. cons. 282. in prin. ver. nec obstat id, quod, lib. 1.* † Declara; quia sufficit præsumptiua probatio, quod sit lata de consilio a iorum Dominorum Auditorum Rotæ, videlicet, si excipiens diu tardauit opponere exceptionem, quod non fuit lata de consilio; item si in ea narratur, quod fuit lata de consilio aliorum; item, quia solitum est, quod omnes sententiæ ferantur de consilio aliorum; ideo non erit locus appellationi. Castr. *d. cons. 282. in prin. ver. nec obstat, lib. 1.* † Restringe; quia non valet renunciatio appellationis etiam per pactum iuratum incerta, & generalis non restricta ad certam causam motam, vel quæ speretur moueri; quia hoc casu iura negatiua procedũt, quia non potest renunciari iuri publico, & defensioni naturali, neque potest dari materia doli faciẽdi. Angel. *cons. 187.* qui ponit septem rationes pro negatiua opinione, & ita Salyc. *n. 2. versi. finaliter salua saniori*, & hanc partem tenet Specul. in *tit. de appell. §. final. versi. & nota, quod cum sit.* † Declara restrictionem, vt non procedat, quando esset facta renunciatio generalis cum iuramento; quia valeret, ex quo iuramentum potest seruari sine interitu salutis. Angel. *d. cons. 187. col. penult. n. 3. in fin. versic. si vero partes*, vbi tollit contraria. † Amplia; quia post sententiam latam potest renunciari appellationi tacite, & expresse. Angel. *d. cons. 187. n. 3. versic. item post sententiam*, sequitur Barbat. *cons. 12. Illud asseram, lib. 4. in prin.* Bald. in *l. fi. §. fin. C. de tempo appell. num 5.* & ibi Salycet. & alii in apostil. ad Bal. & Fulgos. ibi, qui dicit * omnes cum gloss. transire. † Restringe; quia renunciatio appellationis facta per partem, siue expresse, siue tacite, non releuat Iudicem, quin teneatur in syndicatu, & faciat litem suam, si est iniusta. Barbat. *d. cons. 12. lib. 4. in princ.* vbi *nu. 4. in fin. & num. 7.* dicit * communem, reprobatis Bald & Abb. contrarium tenentibus, & vide pro hac opinione Bald in *l. fin. §. fin. num. 2. in fin ver. opponitur*, & ibi Barbat. *C. de tempor appell.* † Restringe, quando sententia esset lata dolo, vel corruptione procuratis à parte; quia non valeret renunciatio appellationis. Angel. *d. cons. 187. num. 3. col. penult. ver. plus etiam dico.* † Restringe quoad præiudicium pacisc entium, non autem tertii. Bald. *d. l. final. §. fin. num. 5. versic. extra quæro. C. de tempor. appell.* infra *num. 46.* † Amplia; quia compromittentes in arbitrum, qui renunciant appellationi, & promittunt non appellare, & non reclamare, & non petere reductionem, sibi præiudicant quoad appellationem, cui possunt renunciare (licet non sibi præiudicent quoad reductionem.) Castrens. *cons. 73. Visis compromisso, & laudo, lib. 1.* † Declara; quia differentia est, an quis renuncist appellationi à laudo, vel à sententia; quia in laudo intelligitur renunciare, quatenus æquum sit, in sententia vero secus est; quia siue æqua sit, vel non, valet renunciatio parti præsenti. Castr. *cons. 272. col. 2. versic item secundo non obstat, lib. 1.* Vide plene, *Recitio ad arbitrium boni viri non habet locum, & quando secus. Concluſ. 73.* † Amplia; quia potest renunciari restitutioni in integrum competituræ per maiorem. Angel. *d. consi. 187. col final. versic. omnia enim, quæ dixi.* † Extende etiam in minore, & Prælato renunciantibus cum iuramento restitutioni in integrum; quia iuramentum repræsentat eos maiores. Angel. *dict. consil. 187. col. final.* † Restringe; quia non valet renunciatio restitutioni in integrum facta per minorem, vel Episcopum, aut Prælatum, quando beneficio futuro restitutionis renunciatur; quia eo ipso est læsus. Angel. *dicto consi. 187. colum. final* † Amplia; quia valet renunciatio appellationis in iudicio facta re integra, antequam aduersarius adhæserit, vel si impugnabat appellationem; quia non poterit adhærere appellationi post renunciationem. Socin. *consi. 45. Visa appellatione, num 11. & sequen. lib. 1.* vbi ponit alios casus, & quando facta adhæsione possit per ambas partes, vel per vnam renunciari, vide eum. † Amplia; quia potest quilibet renunciare nedum appellationi futuræ, sed etiam iuri dicendi de nullitate laudi, ex quo ius priuatum respicit renunciatio, & quilibet est in re sua, & iure suo moderator, & arbiter. Castr. *cons. 260. in princip. lib. 1.* † Extende; quia eadem ratione potest renunciari defensionibus præsentibus, & futuris, quando agitur de iure priuato. Castrens. *dict. cons. 260. colum. 2. in prin. ip. lib. 1.* † Extende; quia mulier renunciat Velleiano; quia ius priuatum respicit. Castrens. *dict. consi. 260. colum. 2. in princip. lib. 1.* † Extende; quia eadem ratione pacto, & iuramento potest renunciari reductioni laudi, & arbitramenti ad arbitrium boni viri. Castrens. *d. cons. 260. num. 3. versf. si vero vellet, lib. 1.* vbi dicit * communem. † Amplia; quia appellationi si est expresse renunciatum, operatur renunciatio, etiamsi sententia non sit æqua; quia eodem modo operatur renunciatio tacita, puta, si non est appellatum, vel instantia transiuit deserta, & expressum non debet minus operari, quam tacitum. Castrens. *dict. consi. 282. col. 2. ver. item secundo non obstat, lib. 1.* † Extende; quia renunciatio appellationis expresse facta operatur per horam idem, quod operatur tacita per lapsum temporis ad appellandum, vel prosequendum. Castrens. *dict. consil. 282. num. 1. in fine, colum. 2. versi. sed paria sunt, lib. 1.* † Amplia maxime; quia renunciatio appellationis facta præsente parte tollit appellationem, etiam si non valeret, quando Iudex appellationis pronunciat nulliter fuisse appellatũ; quia si transiuit in iudicatum, claudit os appellanti, vt non possit audiri; quia res iudicata habetur pro veritate, & præiudicat contrariæ veritati. Castrens. *dict. cons. 282. num. 2. ver. secundo dico, lib. 1. & cons. 283. Super isto, in princ. lib. 1.* Vide, *Res iudicata quando pro veritate habeatur. Concluſ. 267.* † Amplia; quia appellans extra iudicium potest renunciare suæ appellationi, nec compellitur appellationem exhibere. Federic. de Sen. *consi. 248. ver. Item per iura noua, & consil. 260. ver. tertio quæritur.* † Amplia, vt imo etiam possit appellans renunciare appellationi in iudicio factæ, & rescriptum à se impetratum, antequam Iudicibus sit præsentatum, lacerare. Federic. de Sen. *d. consi. 248. num. 2. ver. optime facit.* † Et potest approbando sententiam expresse sibi præiudicare; quia cum approbet sententiam, dicitur renunciare appellationi. Crauett. *consi. 101. num. 12.* vbi latissime. † Amplia; quia imo valet renunciatio appellationis facta ante sententiam, & præiudicat, vt lata sententia non possit appellari. Ioan. de Anan. *consil. 50. In quæstione Eustachij, in princip.* vbi, quod non est dubium, & ibi Bologn. in *apostilla, in princip.* † Extende idem in appellatione in compromisso facto in arbitrum, vel arbitratorem. Ioan. de Anan. *dict. consi. 50. in princip.* & ibi Bologn. in *apostill.* † Extende; quia etiam valet renunciatio facta nullitati; quia si sententia, vel laudum feratur, non poterit dici de nullitate, cui est renunciatum, plene Ioan. de Anan. *dict. consi. 50. num. 2. & sequen. versi. si vero vult prosequi*, & ibi Bologn. in *apostill.* † Extende, vt idem sit, quando est renunciatum reductioni laudi, vel arbitramenti cum iuramento; quia si non adest maxima læsio, nec apparens sordes, dolus, vel gratia arbitri, vel arbitratoris, valet renunciatio, secundum * communem, de qua Ioan. de Anan. *dict. consil. 50. num. 5. & 6.* & ibi Bologn. in *apostill.* † Amplia; quia tacite appellationi censetur renunciatum, & valet renunciatio, si appellans post appellationem sponte soluit contenta in sententia, à qua appellauit. Bald. *consi. 233. Renunciatio non valuit, lib. 4.* † Extende, vt idem sit, si post appellationem petit terminum ad soluendum contenta in sententia, vel laudo. Roman *consi. 9. Quod pars condemnata, in fin.* vbi apostill. dat plurimos concordantes in *ver. beneficium*, dubitat tamen, an appellationi interponendæ dicatur renunciatum. † Extende; quia is, qui non vult appellare à sententia contra se lata, dicitur approbare sententiam. Vide supra, *Appellare nolens, Concluſ. 388.* † Vide; quia multi sunt casus, in quibus appellans dicitur tacite renunciare appellationi interpositæ, de quibus in *ver.*

Appellationi ex quibus censeatur renunciatum. Concluſ. proxima ſequente. † Limita; quia in criminali cauſa, vbi agitur de pœna capitali, non poteſt condemnatus renunciare appellationi indiſtincte. Bald. *conſ.* 382. *D cit lex. num. 2. ver. & nota quod, lib.* 1. vbi, quod de conſuetudine aſſeſſores non ſeruant, vt expectent lapſum decem dierum; ſed tamen ſi non appellat reus, non cenſetur renunciare appellationi; quia non poteſt. Bald. in *l. fin. §. fin. n. 2. verſ. opponitur. C. de tempor. appel.* & ibi Salycet. *in princ.* † Extende idem in cauſa ſtatus; quia non valet renunciatio appellationis. Bald. *dict. l. final.* §. *fin. num.* 5. *C. de tempor. appellat.* & ibi Salyc. *in princ.* † Extende, quando pactum, vel ſtatutum tollens appellationem præiudicaret Principi, vel ſuperiori. Bald. in *dict. l. final.* §. *fin. C. de tempor. appel. n.* 5. † Limita; quia non poteſt appellans renunciare appellationi ſimpliciter interpoſitæ in præiudicium appellantis, vel habentis intereſſe. Alexand. *conſ.* 36. *Viſo themate, in fin. num.* 21. *verſ. non obſtat, lib.* 4. & ſupra *num.* 18. Vide, *Appellatio vnius quando profit.* *Concluſ.* 363. *num.* 8. † Limita; quia non valet renunciatio facta beneficio dicendi de nullitate ſententiæ, quando nullitas eſt cauſata dolo aduerſarii ſolius, vel dolo ipſius, & Iudicis corrupti pecunia; quia non cenſetur huic nullitati renunciatum. Angel. *dict. conſ.* 187. *col. fin. verſi. an autem poſſit dici.* † Extende idem, ſi nullitas prouenit ex defectu iuriſdictionis. Angel. *dict. conſ.* 187. *in fin.* † Extende idem, ſi nullitas prouenit à perplexitate, vel repugnantia. Angel. *dict. conſ.* 187. *in fin.* † Extende idem, ſi nullitas prouenit ab expreſſo errore Iudicis. Angel. *dict. conſ.* 187. *in fin.* † Reſtringe, quando nullitas proueniret ex defectu ſolemnitatis; quia licet non poſſit ſolemnitas tolli; tamen poteſt quis renunciando ſibi auferre ius allegandi talem defectum. Angel. *dict. conſi.* 187. *in fin.* † Reſtringe; quia poteſt renunciari iuri dicendi de nullitate laudi, ſeu arbitramenti; quia in his, quæ reſpiciunt priuatam vtilitatem, quilibet eſt in re ſua moderator, & arbiter, & iuri ſuo de futuro poteſt renunciare per pactum, vel iuramentum. Caſtr. *conſi.* 260. *Viſis compromiſſo, in princ. lib.* 1. Vide; *Renunciare iuri de futuro quando quis poſſit, vel non. Concluſ.* 172. Vide, *Renunciatio facta quando comprehendat ius de futuro. Concluſ.* 173. Vide Concluſionem proximam ſequentem. Vide plene per Maſcard. *Concluſ.* 117. *Appellatio an & quando deſerta præſumatur, & appellationis renunciatio quomodo probetur.*

Appellationi quando, & ex quibus cenſeatur renunciatum. Concluſ. 387.

APPELLANS † ſi pendente appellatione petat terminum ad ſoluendum contenta in ſententia, à qua appellauit, cenſetur renunciare appellationi. Calcan. *conſi.* 22. *num.* 8. Grammat. *deciſ.* 103. *n.* 41. Afflict. *deciſ.* 78 Capici. *deciſ.* 169 *per totam.* Roman. *conſ.* 9. *Quod pars condemnata, in fin.* † Et petens terminum de iure communi ad ſoluendum habet quatuor menſes miſerationis cauſa. *l. ſi debitori,* & ibi Bart. *ff. de iudic.* Vide, *Dilationes, quæ dantur condemnatis. Concluſ.* 444. Vide plenius Anton. *Gabriel. lib.* 2. *tit. de appellat. Concl.* 3. *Condemnatus petens terminum dicitur appellationi renunciaſſe, & quando.* † Amplia; quia appellans ſimpliciter à ſententia continente plura capita, ſi proſequitur ipſam appellationem ſolum quoad vnum caput, quoad reliqua capita tranſit deſerta, & ſententia tranſit in iudicatum. Angel. Aretin. *conſ.* 60. *Clare videtur, n.* 2. *& ſeq. ver. ſecundo poſito.* † Extende; quia ſi quis intentet iudicium vniuerſale, & ſolum proſequitur vnum caput ſpeciale, ſententia lata in generali iudicio, & proſequuta appellatione in capite ſpeciali, tranſit in iudicatum, quoad non proſequuta. Angel. *d. conſi.* 60. *num.* 3. *& 4. ver. tertio hoc probatur.* † Amplia; quia is, qui non vult appellare, cenſetur approbare ſententiam contra ſe latam. Vide infra, *Appellare nolens. Concluſ. proxima ſequen.* † Amplia; quia appellans, ſi poſt appellationem comparet coram Iudice ordinario à quo ſimpliciter, cenſetur renunciare appellationi. Vide, *Appellans ſi comparet coram Iudice à quo. Concluſ.* 389. † Amplia, quando fatalia non fuerunt prorogata in tempore. Angel. Aretin. *d. conſi.* 60. *num.* 4. *ver. quarto aduertendum.* † Amplia, ſi appellans non ſeruat terminum præfixum à Iudice à quo, cenſetur appellationi renunciare. Vide, *Appellans ſi non ſeruat terminum præfixum. Concluſ.* 385. Vide, *Renunciatio tacita iuri ſuo ex quibus inducatur, vel non. Concluſ.* 179 *per totam,* maxime *num.* 29. *& ſequen.* Vide in *ver. Sententia quando, & ex quibus dicatur approbata. Concluſ.* 182. *num.* 11. *& ſequen.* Vide Maſcard. *Concluſ.* 117. vbi, ex quibus cenſeatur appellationi renunciatum, & ex quibus non.

* * *

Appellare nolens quando approbet ſententiam. Concluſ. 388.

NON † appellans dicitur approbare ſententiam latam, quoad iuſtitiam; ſecus eſt quoad nullitatem; quia poteſt de nullitate dicere. Feder. de Sen. *conſ.* 102. *col.* 1. *in fin. ver. ad ſecundum.* & idem, ſi appellauit, & appellationem non eſt proſequutus; quia de nullitate poterit dicere vſque ad 30. annos. Crauett. *conſ.* 108. *in fin.* Vide, *Res iudicata quando pro veritate habeatur, vel non. Concluſ.* 267. *in princ.* † Amplia; quia magis comprobat ſententiam is, qui non appellat, cum poſſit appellare, quam is, qui poſt appellationem patitur inſtantiam deſeri; quia primo caſu non habet regreſſum contra Iudicem, qui iniuſtitiam fecit, quaſi renunciauerit, non appellando; ſecundo vero caſu ſecus eſt. Angel. *conſ.* 188. *Sed nunc videndum, in fin. ver. eodem modo videtur.* † Amplia; quia etiam appellans, & non proſequens appellationem, dicitur approbare ſententiam, quæ inducit rem iudicatam. Dyn. *conſ.* 20. *Quæſtio talis eſt, Armaleone, in prin.* Crauett. *conſ.* 103. *in prin.* Cornie. *conſ.* 262. *nu.* 10. *lib.* 4. Vide, *Appellans quam diligentiam facere debeat. Concluſ.* 380. Vide, *Appellanti quæ tempora ſint præfixa. Concl.* 382. † Amplia; quia non appellans intra decem dies dicitur acquieſcere ſententiæ. Crauet. *conſi.* 103. *in prin. & conſ.* 108. *num.* 3. † Amplia, vt procedat non ſolum lata prima ſententia (quia non appellans cenſetur illam approbare) ſed etiam ſi lata prima ſententia, à qua fuit appellatum, feratur ſecunda contraria primæ, & ab ea non appelletur; quia cenſetur ſecunda approbata, & prima euaneſcit. Caſtillion. *conſil.* 34. *num.* 4. *ver. nam non appellando,* vt eſt ibi caſus de ſecunda ſententia. † Amplia; quia ſi Epiſcopus ferat ſententiam pro me, ſeu eius Vicarius, & A. meus aduerſarius appellet, & cauſa per Epiſcopum committatur alteri, qui pronunciat contra me; licet ego appellem ab hac ſecunda ſententia; tamen prima ſententia ad mei fauorem lata remanet valida, & tranſit in iudicatum, ex quo ſecunda eſt lata à Iudice incompetenti, ex eo, quod Epiſcopus functus officio ſuo non potuit cauſam appellationis à ſua ſententia committere, & propterea perinde eſt, ac ſi à prima non eſſet appellatum, ſed approbata fuiſſet. Caſtillio. *d. conſ.* 34. *num.* 5. *& ſeq. ver. ſed quippe.* Vide, *Deſertio appellationis quando confirmet ſententiam. Concluſ.* 223. Vide plenius, *Res iudicata quando pro veritate habeatur. Concluſ.* 267. Vide, *Sententia quando, & ex quibus dicatur approbata. Concluſ.* 182.

Appellans ſi comparet coram Iudice à quo, quando videatur appellationi renunciare. Concl. 389.

APPELLANS † ſi comparet poſt appellationem coram Iudice Ordinario à quo in eadem cauſa, videtur appellationi ſuæ renunciare. Petr. de Anchar. *conſi.* 6. *Viſo themate quæſtionis, nu.* 3. *ver. ſimiliter non videtur.* Alex. *conſi.* 146. *In cauſa, & lite, num.* 21. *in fin. lib.* 5. *per c. gratum, de offic. deleg.* Vide, *Sententia quando, & ex quibus dicatur approbata. Concl.* 182. *num.* 21. *& ſeq.* † Extende, vt maxime procedat in appellatione ab interloquutoria. Angel. *conſ.* 136. *In quæſtione, col. penult. n.* 4. *ver. ſed hac obiectio.* † Amplia, etiamſi proteſtetur, quod non intendit recedere ab appellatione ſua; quia ſi allegat aliquod intereſſe ratione ſententiæ, à qua appellauit, dicitur renunciaſſe appellationi, non obſtante proteſtatione contraria. Calder. *conſ.* 211. alias 5 *de appel.* Petr. de Anchar. *d. conſi.* 6. *num.* 3. *ver. ſimiliter non videtur.* Vide, *Proteſtatio contraria iuri, & facto non relevat. Concluſ.* 944. † Contrarium, quod reiiciatur, ac ſi non comparuiſſet. Zabarell. *conſ.* 52. *num.* 6. *ver. quarto ad idem,* infra *num.* 9. *& ſeq.* † Amplia, vt procedat etiam in eo, qui petiit nihil fieri per Iudicem, niſi cum conſilio ſapientis, ſtante ſtatuto, quod petito conſilio Iudex non procedat ſine eo; quia ſi poſtea is comparet coram eodem Iudice, & procedat ſimpliciter, cenſetur recedere à tali conſilio. Angel. *conſi.* 136. *num.* 4. *ver ſecundum eſt obiectum.* † Amplia; quia petens terminum ad ſoluendum cenſetur renunciare appellationi, *l. ad ſolutionem. C. de re iud.* † Reſtringe, vt non procedat quoad appellationem interponendam, ſecus quoad interpoſitam. Socin. *conſ.* 220. *Viſis compromiſſo in fi. lib.* 2. † Contrarium tenet poſt. ad Bart. in *d. l. ad ſolutionem. C. de re iud.* † Limita, niſi comparens, & excipiens proteſtetur, quod non intendit renunciare appellationi; quia præſeruat eam per proteſtationem. Oldrad. *conſ.* 301. *num.* 5. *ver. non obſtare videtur,* & quia appellationi non renunciat, qui iuriſdictionem ſemper declinat. Oldr. *conſ.* 303. *n.* 6. vbi ita reſpondet ad ea, quæ proxime contraria ponuntur. Zabarell. *conſ.* 52. *num.* 6. *ver. quarto ad idem.* Vide, *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis. Concluſ.* 938. † Contrarium Oldrad. *conſi.* 302. *num.* 10. *& 11. verſi. & quod dicit,* vbi limitat procedere, quando ſuper proteſtatione, vel poſt eam Iudex pronunciauit; quia debuit

debuit appellare, vbi, quod de facili protestatio iudicialis admittitur, & tollitur, supra *n.3 & seq.* † Declara; quia sibi non præiudicat, sed habetur pro non comparente; quia debuit repelli, ex quo est contrarius. Zabar. *d.cons.52.num.6.ver.quarto ad idem.* † Limita, quando sententia esset nulla; quia licet appellans redeat ad Iudicem à quo, cum protestatione, quod non intendit sibi præiudicare; tamen nullitatem potest prosequi, & dicere, quod sententia non est sententia. Petr. de Anch. *d.cons.6. Viso themate quæstionis, n. 9. & seq. ver. & pro hac parte.* † Limita; quando appellans comparet coram Iudice à quo, sed citra consensum in iurisdictionem; quia non censetur appellationi renunciare. Oldrad. *d. cons.303. Breuis responsio.num.6.ver.ad id, quod dicitur.* † Limita, quando comparens non agit, sed solum patitur aliquid fieri; quia non renunciat appellationi. Alex. in *addit.ad Bart.in l.si qui separatim. §. fin.in ver. approbare. ff. de appellat.* vbi ponit multas ampliationes, & limitationes. † Limita quinq; modis, vt per Socin. in *reg.25. Appellationi renunciare videtur.* Vide, *Appellationi quando, & ex quibus censeatur renunciatum. Conclus.387.* Vide plene Anton. Gabriel. *lib.2.tit.de appellat. Conclus.2. Appellans redeundo ad Iudicem à quo.*

Appellare quando non sit necesse. Concl. 390.

SENTENTIA † contra sententiam, quæ transiuit in iudicatum, si de ea fuit oppositum legitime, est nulla, & non est necesse appellare. *l.1. C. quando prouoc. non est necesse,* vbi Bart. & * omnes. Vide, *Sententia contra sententiam quando valeat, vel non. Concl.142.* Vide, *Sententia nulla nullum producit effectum. Concl.142.* † Amplia; quod non est necesse appellare, si Iudex interposita legitima appellatione post eam procedat, & pronunciet. Oldrad. *cons.301. circa fi. vers. nec obstat,* & latius, *cons.303. in fin.* † Contrarium videtur velle Oldrad. *cons.302. num.11. ver. mirabile,* vbi, quod sententia, quæ est lata contra ius litigatoris, non expresso in ea errore, est valida, & loquitur in casu præcedenti; quia consilium prædictũ est responsiuum ad *cons.301.* † Amplia; quia sententia contra ius, vel continens errorem iuris, puta, quod minor 12. annorum possit testari, est nulla, & non est necesse appellare à tali sententia. *l. 2. C. quan. prouoc. non est necess.* Vide, *Sententia lata contra ius quando nulla. Conclus.141.* † Vide Gabriel. *lib.2.tit.de senten.conclus.7.* vbi ponit ampliationes quinque, & totidem limitationes. † Extende in sententia continente errorem expressum calculi, & aliis casibus. Vide, *Sententia continens errorem quando sit nulla, vel non. Concl.140.*

Appellatio quando, & in quibus sit necessaria. Conclus. 391.

TERTIVS † possessor si conuenitur hypothecaria, non discusso prius principali debitore, contra tex. in *auth. hoc si debitor. C. de pignor.* licet protestetur debere fieri prius excussionem, alias de nullitate, & Iudex illum condemnet; tamen valet sententia mero iure; quia paria sunt, non excipere, vel excipere, & à reiectione tacita, vel expressa non appellare; igitur debuit appellare, quatenus procedatur, non facta excussione, alias sententia dicitur contra ius litigatoris, & valet. Abb. *cons.29. In quæstione, n.2. & seq. lib.2.* † Extende, vt idem sit, quando quis opponit de re iudicata, quia debet appellare à processu vlteriori contra rem iudicatã, alias censetur consentire. † Extende in exempto, qui compellitur soluere; quia non sufficit, quod protestetur, sed debet etiam appellare, vide pro vtraque parte Iaso. in *l. falso, circa fi. C. de diuers. rescript.* & quæ ibi addidi. Vide, *Exempti soluentes onera quando perdant exemptionem. Concl.575. n.7. & seq.* † Extende in exequutione rei iudicatæ in reali; quia exequutio debet primo fieri in bonis mobilibus, & secundo loco in stabilibus, & tertio loco in iuribus & actionibus, *l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud.* si tamen fiat in contrarium, & pars non appellet ab ista omissione ordinis, valet sententia, seu exequutio; si vero est appellatum, Iudex appellationis reuocabit sententiam, & seu exequutionem. Surd. *cons.39.* maxime *n.18. & seq.* & sic appellatio est necessaria in his, quæ mero iure valent, licet contra ius fiant. † Extende in reiectione appellationis à tacita interloquutoria, per quam reiicitur exceptio. Vide, *Appellatio quando interponenda à denegatione. Concl.368.*

Appellationi in dubio est fauendum, & qualiter procedat. Conclus. 392.

APPELLANTI † in dubio est fauendum, etiam in casu non appellabili, quando allegat causam inducentem legitimam appellationem, (licet negetur causa) quia in dubio præsumitur pro appellante. Bald. *cons.141. Præmissis verbis, num.1. vers. Considera, lib.1.* † Declara; quia prius summarie de causa debet constare, quę causam non appellabilem facit appellabilem, vt dicit Alex. *cons.139. Viso puncto, in fin.num.8. ver. habet tamen inprimis, lib.7.* † Amplia; quia vbi est dubium, an appellatio sit remota, vel non, semper est iudicandum, quod non sit remota. Socin. *cons.195. Circa primum, num.3. ver. præterea in re dubia, lib.2.* † Amplia; quia appellatio si est remota, & sit dubium, an debeat admitti, vel non propter iniustitiam sententiæ, vel grauaminis; tunc ea debet in dubio admitti. Deci. *cons.49. circa fin. ver. quarto suadetur,* vbi, quod saltem debet eligi consultor, qui videat. † Amplia; quia licet sint opiniones, an detur appellatio à sententia confirmante laudum petitum reduci, vel reiiciente reductionem; tamen in dubio defertur appellationi, saltem data cautione. Benintend. *decis.15.* vbi latissime. † Amplia; quia in dubio debet pronunciari, quod appellatio deuoluat. Alex. *cons.106. Viso themate, in fin. lib.3.* † Extende; quia si dubium sit an admitti debeat appellatio, vel ei deferri, in dubio est deferendum. Alex. *d.cons.139. Viso puncto, num.7. ver. accedit. lib.7.* vbi apostil. in *ver. deferri,* allegat Alex. *cons.113. num.2.* † Declara; quia tres sunt casus, in quibus datur, vel non datur appellatio. Primus est; quia si expresse prohibetur appellatio, non datur. Secundus est, si non est prohibita, semper datur. Tertius, quando dubium est propter opiniones Doctorum, & tunc aut appellatur cum expressione causæ, & datur appellatio; aut sine expressione, & sic incolorate, & non datur appellatio. Bald. pulchre *cons.367. Ad euidentiam præmittendum, lib.1.* vbi loquitur in appellatione, in spolio & possessorio. † Amplia, vt quod dicitur de appellatione, idem sit dicendum de supplicatione; quia in dubio est concedenda; quia denegatio potest perimere ius partis; concessio vero non operatur, nisi quod cognoscatur de nouo; ideo est magis fauorabilis; quia non perimit ius partis. Io. de Imol. *cons.145. in fin.* † Extende, vt idem sit in recursu à laudo; quia in casu dubio semper locus est recursui. Alex. *d.cons.139. Viso puncto nu. 7. ver. accedit ad confirmationem, lib.7.* † Amplia; quia in dubio fauendum est appellationi, vt non sit deserta. Signor. *cons.252. in fin.* quia si non est deserta, iustitia habet locum, quæ potest dici excluſa, si causa appellationis est deserta. Castr. in *l. ex ijs. ff. de his quæ in fraud. credit.* vbi reddit rationem; quia hoc modo vtrique parti consulitur, cum neutri lædatur, sed inclinando in partem affirmatiuam ius appellantis esset extinctum. † Extende idem in pace; quia in dubio tenendum est, quod non sit rupta. Vulpel. *de treuga & pac.q.56. in fin.* vbi reddit rationem, quia conseruatio pacis generat bonum publicum, & ruptura scandalum. † Amplia; quia Iudex primæ appellationis in dubio debet iudicare ad fauorem appellantis, & sic fauere appellationi, vt melius causa possit discuti per alios Iudices subsequentes, iuxta text. in *l. legaui. ff. de liber. legat.* † Amplia; quia si non constat, quod appellans à laudo, vel sententia habuerit notitiam laudi, vel sententiæ, ex quo erat absens, & tempora ad appellandum non currunt ignoranti, præsumitur appellare in tempore, ex quo de contrario non constat. Castr. *cons.241. In quæstione, quæ vertitur, circa fin. ver. nunc restat. lib.1.* † Extende, etiam si Notarius atteſtetur, quod ipse notificauit laudum latum in absentem; quia ipsi non creditur. Castr. *d. cons.241. col.2. in fin. ver. nunc restat, lib.1.* † Amplia; quia si sententia est dubia, vt quia potest dupliciter intelligi, semper intelligitur in eum sensum, qui minus præiudicat partibus; & ideo interpretatur, vt sit locus appellationi, non vt faciat conformitatem, & tollat appellationẽ. Dec. *cons.339. Visis his, in prin.* † Vide plene, *Defertio appellationis quando excusetur. Concl.225.* Vide, *Instantia in dubio non iudicatur deserta. Conclus.212.* † Amplia; quia stante legitimo impedimento appellantis, vel Iudicis, licet sint opiniones, an currat tempus, vel non; tamen datur restitutio in integrum. Vide, *Instantia causæ appellationis quando currat. Concl.209.* Vide, *Appellans quando restituatur aduersus desertionem. Concl. prox. seq.* † Amplia; quia etiam quod appellatio sit remota; si tamen est dubium, an sit admittenda appellatio propter iniustitiam, vel grauamen, in dubio debet admitti. Deci. *cons.49. Præstantissime Doctor. num.2. ver. quarto suadetur.* † Amplia; quia si statutum permittit semel tantum appellari, intelligitur semel à qualibet parte, non semel ab vna parte; quia statutum est odiosum, & appellationi fauendum. Deci. *d. cons.49. in prin. & per tot.* † Limita septem modis, de quibus Socin. in *reg.20. Appellare à statuto iniquo.*

Appellans quando restituatur aduersus desertionem. Conclus. 393.

APPELLANS † restituitur ex negligentia procuratoris sui, si causa transiuit deserta, quando procurator non sit soluendo. Oldr. *cons.157. Casus talis, ver. circa hoc.* † Amplia, vt etiam appellãs, qui non fuit prosequutus appellationem propter impedimẽtum

Iudicis,

Iudicis, vel infirmitatem, debeat restitui in integrum. Cald. *consi.* 210. *in prin. ver. attamen quia Iudex*, alias 4. *de appellat.* Vide plenius in *ver. Impedimentum legitimum excusat impeditum. Conclus.* 29 †Declara, dummodo cessante impedimento non fuerit negligens appellans; quia tempus propriæ negligentiæ corrodit tempus legitimi impedimenti. Calder. *d. consi.* 210. *in prin. ver. attamen*, alias 4. *de appellat.* Vide, *Instantia causæ appellationis quando currat, vel non. Conclus.* 209. Vide, *Instantia quando possit deserta restitui. Conclus.* 215. Vide, *Restitutio aduersus rem iudicatam an detur, & qualiter. Conc.* 291.

Appellatio an possit cumulari cum nullitate. Conclus. 394.

1 APPELLATIO † non potest cumulari cum nullitate; quia videntur remedia contraria; quia appellatio præsupponit sententiam aliquam, nullitas vero secus. *c. sollicitudinem. de appell.* vbi Innoc. & Hostien. & quia appellatio suspendit, seu extinguit iudicatum, nullitas vero non potest extinguere illud, quod est iam nullum. Alex. *consi.* 94. *In causa, & lite, n.* 3. & 4. *ver. sequitur. quod talis sententia, lib.* 7. † Contrarium tenet Ioan. Andr. in *d. c. sollicitudinem, de appell. ver. contra*, & sequitur Calder. *consi.* 219. alias 13. *de appel.* quia quoad effectum remedia non sunt contraria. Fulgos. *consi.* 112. *circa fin.* Ioa. de Anan. *consi.* 93. *in fin.* vbi, quod ista est communis ** opinio, & seruatur de consuetudine, & hanc esse * communem omnium, & à stylo approbatam, tradit Abb. *consi.* 97. *Attingam, in prin. lib.* 1. † Imo in tantum videtur cumulata nullitas in appellatione, vt si simpliciter sit appellatum à sententia, poterit Iudex appellationis de nullitate sententiæ cognoscere. *l. si expressim. ff. de appel l. quadam mulier. ff. famil. herciſc. c. dilecto. cum ibi not. de appel.* † Declara; quia secundum practicam hodiernam datur appellatio alternatiua, vt, *dico sententiam nullam. & si qua est, appello*, & hoc modo procedit Calder. *d. consi.* 219. *ver. attamen hæc esset superflua*, alias 13. *de appel.* & quod de iure, & in practica admittatur hæc appellatio, Cuman. *consi.* 36. *Proponitur, quod, in princ.* vbi circa fi. dicit * communem opinionem, vbi, quod possunt cõcurrere simul coram eodem Iudice, ex quo nullitas ineſt in appellatione; secus si dicatur de nullitate coram Iudice à quo, & appelletur coram superiore; quia cumulari non possunt. Bald. *consi.* 481. *In causa vertente, n.* 6. *ver. est videndum vltimo, lib.* 3. & quod valeat d. appellatio, *dico sententiam nullam, & si qua est, appello.* Angel. *consi.* 336. *Seius sententiam, n.* 2. *in fi. ver. similiter dicit Bart.* Fulgos. *consi* 112. *circa fi. ver. super alio, quia dicit*, vbi, quod si appellans dicat de nullitate sententiæ, & si qua est, appellat, facit, quod tacite ineſt, & ita seruari dicit Bart. *consi.* 225. *Clericus non sub nomine n.* 3. *lib.* 1. & hanc formam seruari in Curia Romana, atteſtatur Bolog. *in addit. ad consi. Io. de Ana.* 63. *n.* 10. *& seq. col. fi. ver. vlterius videndũ*, & quod pluries fuit ita pronunciatum, Alex. *consi.* 49 *In causa, & lite, n.* 4. *ver. & ideo cum pro parte, lib.* 7. vbi apostil. citat eundem Alex. *consi.* 2. *col.* 3. *lib.* 3. Vide, *Libellus alternatiuus procedit, & quando. Conclus.* 313. *in princ.* †Declara; quia sunt opiniones, quando quis dicit simpliciter; *appello à sententia lata in possessorio*; quia de iure ciuili non datur appellatio, sed potest dici de nullitate, idcirco; quia appellatio continet ét nullitatem; poterit principaliter dici de nullitate, non autem incidenter; quia incidenter posset dici de nullitate, si appellatio daretur, alias secus. Alex. *consi.* 2. *n.* 12. *ver. quamuis autem, lib.* 3. & concord. Guido Pap. *qu.* 38. Boer. *sing.* 6. *ver. nullitas.* Deci. in *l.* 1. *num.* 16. vbi Iaſ. *n.* 65. *C de bon. possess. secund. tabul.* Natta *consi.* 217. *n.* 6. Sylua. *consi.* 55. *col.* 1. & 2. *lib.* 2. Curt. Iun. *consi.* 163. *n.* 9. Grat. *consi fin. n.* 41. *lib.* 2. Menoch. *de adipisc. in quarto remed. n.* 879. Zuccard. in *l. fin. C. de edict. diu. Adrian. toll. nu.* 448. Franch in *cap. dilecto, n.* 110. *de appel.* † Contrarium tenet Saly. in *l. vnica. C si de moment. possess.* quod imo etiamsi dicatur, *dico sententiam nullam, & si qua est, appello*, quod nõ poterit appellare, (quia est prohibitũ expresse de iure Ciuili) nec dicere de nullitate principaliter, sed solum incidenter; ideo sublata causa appellationis tollitur nullitas, quæ secundario venit; & dicit, quod non obstat, quod inceperit à nullitate; ergo videtur principaliter dixisse de nullitate; quia dicit, quod ex mente iuris censetur principalis intentio appellandi, allegat *l. quadam mulier. C. famil. herciſc.* & ita tenet glo. in *l.* 1. *C. quand. prouoc. non est necess.* & sequitur Lanfranch. in *cap. quoniam contra, in ver. interloquutoriæ. n.* 59. *de probatio.* †Declarat plenissime Alex. *consi.* 2. *Consideratu, n.* 3. *& seq. vsq. in fin. ver. sed de vno possit esse dubium, lib.* 3. vbi reprobat Salyc. quia gloss. quam allegat in *d. l.* 1. *C. quand. prouoc. non est necess.* loquitur per verbum, *maxime*; & quia copulata simul æque principaliter sunt in dispositione, * & allegat plures, & dicit hanc veriorem, & * communem; sed tamen ad tollendũ omnem dubitationem dicit, quod potest is, qui ita appellauit, declarare mentem suam fuisse appellando sic velle dicere de nullitate principaliter, & cessabit omnis dubietas, & prolista parte facit apostil. ibi ad Alex. *n.* 13. *in ver. principaliter*, dat concordan. † Amplia; quia à sententia nulla non potest appellari secundum aliquos, & secundum alios potest appellari, & ista est ratio precedentis conclusionis, an possit cumulari nullitas & appellatio, pro quibus plene Cuman. *consi.* 36. *ver. sane ad rectorem, nu.* 2. vbi omnes recitat opiniones, & distinguit, sed tamen *consi.* 44. *Ab arbitrali, nu.* 4. *ver. in quæst. proposita*, dicit à sententia nulla posse appellari, & quod glo. tenens contrarium in *l.* 1. *C. quan. appell. non est necesse*, communiter reprobatur. † Contrarium tenet Fulgos. *consi.* 150. *n.* 1. vbi, quod à sententia nulla proprie non appellatur; ideo si Procurator ad appellandum appellet, & deserat appellationem, non prohibetur dominus dicere de nullitate; quia licet extet statutum, quod deserta appellatione, prout est Senis, non possit dici de nullitate; tamen secus est hoc casu; quia non potest facere incidere dominium in pœnam. Fulg. *consi.* 150. *n.* 1. † Declarat plene Alex. *consi.* 59. *Viso titulo in prin. lib.* 4. vbi, quod à sententia nulla potest appellari simpliciter, & appellatio licet non suspendat, quãdo sententia est nul a; quia quod nullum est, non potest suspendi; tamen operatur appellatio simplex, quod deuoluitur totum negocium ad Iudicem ad quem, qui poterit de iustitia, & iniustitia, ac de nullitate cognoscere, & sententiam nullam declarare, vel reformare; sed si appellatio fiat reseruata causa nullitatis, vel reseruato iure dicendi de nullitate; tunc si sententia est nulla, appellatio redditur frustratoria, & non releuat. ita Alex. *d. consi.* 59. *n.* 9. *& seq. ver. nec his obstat, lib.* 4. vbi apost. in *ver. includitur*, dat concord. & iterum *n.* 16. & 17. dicit, quod appellatio, reseruato iure dicẽdi de nullitate, dicitur conditionalis, prout est e iam, quando dicitur, *dico sententiam nullam, & si qua est, appello*; & ideo si sententia esset euidenter nulla, appellatio diceretur frustratoria. † Imo volens dicere de nullitate tutius facit, si appellat; quia appellatio continet nullitatem, & est magis priuilegiata; quia appellatio simpliciter, & indistincte impedit exequutionem; secus est in nullitate, nisi sit euidens. Cuma. *d. consi.* 44. *n.* 4. *ver. Vnde quamuis.* Fulg. *consi.* 112. *circa fin ver. super alio*, Bologn. in *addit. ad consi Ioan. de Anan.* 93. *in fin.* † Et Iudex appellationis potest pronunciare sententiã nullam, si est nulla. Dec. *consi.* 232. *Viso tenore, col.* 3. *n.* 3. *circa fi. ver. & videmus, quod Iudex*, vbi apost. *litera G. in ver. nulla*, dat multos concord. Fulgos. *consi.* 112. *in princ. & per tot.* †Imo, quod quando fuit dictum de nullitate sententiæ, & si qua est, appello, debeat Iudex pronunciare sententiam nullam, si est nulla; quia in tali casu non est appellatum, vel potest dicere, ex superuacuo appellatum. Alex. *d. consi.* 49. *n.* 4. *ver. & ideo cum pro parte, lib.* 7. † Amplia, vt quod dicitur procedere appellationem alternatiuam, videlicet, *dico sententiam nullam, & si qua est, appello*, vt procedat tam à sententia diffinitiua, quã ab interloquutoria. Bal. *consi.* 481. *n.* 6. vbi recitat opiniones, & dicit hanc veram, *lib* 3. quia semper nullitas ineſt tacite appel ationi. † Extende, quia talis appellatio continet vtrunq; principaliter, videl. nullitatem, & appellationem; ideo deserta appellatione potest ex integro principaliter agi de nullitate. Bal. *d. consi.* 481. *in fi. n.* 7. & 8. *ver. secundo est, lib.* 3. vbi recitat opiniones, & dicit, quod ita tenet pro tunc, & est Petri de Perusio. Card. Zabar. plene *consi.* 71. *n.* 3. *& seq.* vbi latissime tuetur. Castr. *consi.* 289. *Ad primum respondetur, col.* 2. *ver circa secundum, lib.* 1. vbi, quod perimitur instantia & appellationis, & nullitatis, deserta appellatione, ita vt Iudex appellationis deserta instantia non possit declarare nullitatem, sed bene potest intentari de nouo per viam actionis, vel etiam per modũ excipiendi; & quod deserta appellatione possit intentari nullitas, etiã post tres sententias latas super eodem articulo, probat Abb. *consi.* 97. *Attingam, in princ. ver. & quod plus est, lib* 1. vbi probat ratione, & authoritate. † Contrarium videtur tenere Bal. *consi.* 308. *Super prædicto lib.* 5. vbi, quod censetur deducta in consequentiam, quando est cumulata cum appellatione ipsa nullitas, & Fulgos. *consi.* 112. *circa fin. ver. super alio, quia dicit*, vbi quod deducitur nullitas connexe. Cuma. *d. consi.* 44. *n.* 2. *ver. in contrarium.* †Declara; quia in appellatione ineſt nullitas connexe; ideo remota appellatione vlteriori, ét remouetur nullitas. Fulg. *d. consi.* 112. *ver. secun. quæritur.* † Declara; quia si statutum præfigit terminum ad appellandum, & dicendum de nullitate, deserta appellatione, est sublata in totum nullitas; quia licet sententia nulla non conualidetur; tamen clauditur os dicere volenti de nullitate; de iure vero communi; quia nõ reperitur præfixum tempus nullitati, deserta appellatione, bene deferitur etiã instantia nullitatis, ita quod Iudex non põt declarare nullitatem, sed ea poterit intentari de nouo. Castr. *consi.* 289. *col.* 2. *ver. circa secund. lib.* 1. Vide, *Statutũ circa nullitates prohibens dici de nullitate. Conc.* 603. † Idẽ est in reductione laudi ad arbitriũ boni viri; quia si laudũ confirmatur, nõ põt nullitas laudi prosequi, quę fuit cõnexe in reductione cõprehensa, & sublata. Fulg. *d. consi.* 112. *ver. sec. quæritur.*

† Decla-

20 † Declara; quia si ex nullitate est cognitum, procedit conclusio, quod confirmatio sententiæ, vel reiectio appellationis tollit nullitatem; si vero de nullitate non est cognitum, secus est; quia poterit de ea agi separatm. Cuman. *d.consi.44.n.2.&3.* vbi hoc exa-
21 minat. † Declara; quia si sententia est nulla ex defectu iurisdictionis, quæ non possit consensu partium sanari, prout est, quando sententia est lata à delegato vltra vnam dietam, non facta mentione in delegatione; quia decretum irritans, de quo *in cap. statutum, de rescript. in 6.* operatur nullitatem, quæ consensu partium non potest sanari; ideo desertio, vel sententia super desertione appellationis non tollit nullitatem, ita Zabarell. *consi.71.n.3 & seq.* vbi late comprobat multis rationibus, & ea præcipue; quia si ex-
22 pressus consensus non sanat; ergo nec tacitus partium. † Amplia; quia appellationis & nullitatis causa possunt simul deduci in eodem libello, secundum omnes Doctores, & communem stylum
* iudiciorum, & ista est magis *communis opinio, licet aliqui antiqui contrarium tenuerint. Abb. *consi.97. Attingam. in princip. lib.1.*
23 † Extende; quia causa appellationis & nullitatis possunt etiam in diuersis libellis intentari, etiam diuerso tempore, *clement.1. de re*
24 *iud.* iuncta glos. *in ver. donec.* ita Abb. *d. consi.97. in prime. lib.1.* † Et ideo deserta causa appellationis potest causa nullitatis prosequi; quia vbicunque duæ causæ sunt commissæ, & non dicitur, quod simul, & semel terminentur, potest Iudex vnam terminare, & aliam prosequi, seu retinere. Abb. *d. consi.97. versic. & quod plus est,*
☞ *lib.1.* & dat exemplum de possessorio, & petitorio. Vide, *Iudex ordinarius, vel delegatus quando dicatur functus officio. Conclus.432. num.*
25 *46. & seqq.* † Limita in casu conuerso; qu. 2 si committitur causa nullitatis, non potest delegatus cognoscere de appellatione, sed de sola nullitate; secus si committitur sola causa appellationis; quia potest etiam cognoscere de nullitate. Bologn. *in addit. ad con-*
26 *sil. Ioan. de Anan. 93. in fin.* † Limita in appellatione à sententia interloquutoria; quia licet dicat appellans; *dico sententiam nullam, & si qua est, a pello;* tamen non potest deduci, nisi iniustitia ex grauamine; quia talis appellatio non deuoluit ab initio, nisi grauamen, ideo de solo grauamine poterit cognosci. Bologn. *in addit. ad Ioan.*
☞ *de Anan. d. consi.93. in fin. ver. plus dico.* † Vide *in v r. Nullitatis causa an*
27 *sit similis causæ appellationis. Conclus.149.* vbi de hac eadem materia, & quæ sit differentia, quando simpliciter cumulantur, vel euentualiter, & qualiter Iudex procedens super vno, non procedat super alio, vel è contra.

Appellationis causa an sit eadem cum principali. Conclusio 395.

1 CAVSA † licet per appellationem transferatur de vno tribunali ad aliud; tamen est eadem, & in ea proceditur, prout in prima; ideo si in prima instantia processum fuit sine parte, poterit pariter procedi sine parte in causa appellationis. Gemin. *tonsi.*
2 *73 n.4. versic. & pro hoc optime.* † Amplia; quia in tantum causa appellationis est eadem cum prima in substantia, vt si prima est summaria, etiam causa appellationis erit summaria. Bald. *consi.272. A*
3 *sententia lata, per tot.* maxime *in fin. lib.3.* † Amplia; quia mutatio Iudicis, & loci iudicialis non diuersificat causam, quin sit semper eadem, quando est super eadem re, & inter easdem partes; ideo qui promisit nihil impetrare in illa causa, non potest etiam in causa appellationis impetrare. Roman. *consi.379. Circa primum, n.4. ver.*
☞ *tertio propter verbum.* Vide, *Causa quid sit loquendo de iudiciali. Concl.*
4 *155. num.6. & seqq.* † Amplia; quia causa appellationis debet terminari secundum leges, & statuta, quæ erant tempore primæ sententiæ latæ, etiam si nouæ leges, & statuta essent condita. Alexand. *consi.96. Viso processu num.3. versic. sed præmissis, li.2.* & iterum
5 *num.5. versic. confirmo.* † Extende; quia leges, & statuta noua, quæ habent, quod trahantur ad præterita, non comprehendunt lites pendentes, siue in prima, siue inviteriori instantia; quia eadem est
6 causa pendens. Alex. *d. consi.96. num.4. ver. & item Bart. lib.2.* † Amplia; quia eadem causa dicitur post litem contestatam, donec terminetur, siue sit in prima, siue in posteriori instantia, vt *in rub. & in l.1. C. ne liceat in vna eademque caus. tertio prouoc.* Alex. *d. consil. 96. n.*
7 *5. versf. quod autem, lib.2.* † Amplia; quia donec instantia causæ appellationis durat, ita dicitur causa durare, quemadmodum si prima instantia esset; ideo quæ licita sunt in prima instantia, licita
8 sunt etiam in secunda. Oldr. *consi.255.n.4.* † Amplia, vt possit emptor denunciare venditori litem in causa appellationis, prout in prima instantia, *l si rem. ff. de euictio. § fin. cum ibi not.* Oldr. *d. consi.255.*
9 *n.4. versic. hinc est.* † Amplia, quod tertius admitti debeat pro interesse in statu, & terminis, in quibus reperitur. Oldr. *d. consi.255. n.*
10 *4. versic. non obstat.* † Amplia, vt obiectus omissi in prima instantia possint dari etiam per tertium venientem pro suo interesse in secunda instantia. Oldr. *d. consi.* 255. vbi casus consilij hoc continet.
† Amplia, vt error facti in prima instantia possit corrigi etiam in 11
secunda instantia. Oldrad. *d. consi.255. nu.5. ver. constat autem.* † Am- 12
plia, quod causa appellationis est eadem cum causa primæ instantiæ; quia non probatum probabo, sed instantia est diuersa. Castr.
consi.192. in fin. lib.2. Vide, *Iudex ad quem qualiter procedere possit, vel* ☜
non. Conclus.463. † Et ista est regula; quia non probatum in prima 13
instantia potest probari in causa appellationis, *l. per hanc. C. de temp.*
appellat. cap fraternitatis. de testib Roman. *consi.382. num.2.* Vide ple- ☜
nius, *Iudex ad quem in quibus iurisdictionem habeat. Conclus.464. num.*
16. & seq. † Extende, vt procedat etiam circa emergentia & inci- 14
dentia, puta, Sacerdos non potest esse procurator in causa profana coram seculari, nisi esset pro miserabili persona, fuit opposita exceptio; tu non potes esse procurator; quia es Sacerdos, & nihil fuit probatum, potest in causa appellationis probari, quod sit Sacerdos; item potest Sacerdos probare; quod est procurator miserabilis personæ. Rom. *consi.384. In casu propositæ, nu.2. versic. si tamen*
Sacerdos. † Declara; quia licet appellans possit non probatum pro- 15
bare in causa appellationis tamen intelligitur, dummodo ea, quæ allegantur, vel probantur in secunda instantia, vel tertia, non faciant rem nouam, vel diuersam actionem ab intentata in prima instantia, *l. per hanc. C. de temp. appellat.* vbi dicitur actorem in appellationis causa illis solis assertionibus posse vti, dummodo non pertineant ad nouum capitulum, videlicet rem, vel actionem diuersam ab intentata in prima instantia. Rom. clare *consi.381. Quæ-*
stio est. n.3. vsque in fin. Vide plenius per Mascard. *conclus.118. An, &* ☜
quomodo non probata præbentur in causa appellationis. † Ratio declara- 16
tionis est in promptu; quia appellatio reducit sententiam, & causam ad eum statum, in quo erat in prima instantia tempore litis contestatæ, quo tempore non potest libellus mutari, neq; variari, plene Rom. *d consi.381. n.m.2.* & ibi apostill. Vide supr. *Appella-* ☜
tio sic spendit iudicatum. Conclus.377. num.10. & seq. † Limita; quia 17
causa appellationis est diuersa à causa principali; ideo fideiussio, seu cautio de rato prastita in prima instantia non se extendit in causa appellationis; quia sunt diuersæ. Dyn. *consi.25. Quæstio talis est,*
tutor. n.2. vsq; in fin. † Extende, quia instantia appellationis est di- 18
uersa à prima, ideo tutor, vel procurator volens constituere procuratorem, vel substituere, debet primo effici Dominus instantiæ appellationis, alias non valet constitutio, vel substitutio. Fulgos.
consi.150. Quidam Ciues. n.2. † Extende; quia exceptiones dilatoriæ, 19
quæ possunt opponi ante litem contestatam in prima instantia, non possunt opponi in causa appellationis. Io. de Anan. *consi.26.*
In causa nobilium, n.9. in fin. versic. præterea non obstat. † Limita, quod 20
causa appellationis sit diuersa à causa primæ instantiæ, probat Alex. *d consi 96. Viso processu, in princip. lib.2.* ex multis. † Primo; quia 21
possunt fieri noua capitula, & nouæ probationes, quæ non poterant in prima. Alex. *d. consi.96. num.1. lib.2.* † Secundo; quia in ea- 22
dem causa duæ, & plures sententiæ diffinitiuæ fieri non possunt, & tamen constat, quod hic dantur plures sententiæ. Alex. *d. consil.*
96. in princip. lib.2. † Tertio; quia Aduocatus, qui promisit patrocinium in causa prioris instantiæ, non tenetur in causa appellatio- 23
nis pro eodem salario inseruire, secundum * omnes. Alex. *d. consi.* *
96. num.2. lib.2. † Imo dicit Alex. *dict. consi.96. num.2. lib.2. versic. per* 24
hoc etiam. vnum turpe. quod si tibi promisi patrocinium in tali causa, lata sententia, potero dare patrocinium aduersario tuo in alia instantia. † Quarto, iuramentum calumniæ in prima instantia 25
præstitum non seruit pro secunda instantia. Alex. *d. consi.96. num.*
2. versic. per prædicta. lib.2. † Quinto, procurator in causa, lata sen- 26
tentia, non tenetur prosequi appellationem. Alex. *d. consi.96. num.*
2. versic. per hoc etiam. lib.2. † Declara; quia causa appellationis, & 27
causa primæ instantiæ, non est penitus vna, neq; penitus diuersa, sed diuersis respectibus vna, & eadem, & diuersa, secundum * com- *
munem, de quia Alex. *d. consi.96. col. fin. n.5. in fin. versic. & communiter. lib.1.* vbi *n.6.* concludit, quod cum sit quoddam mixtum statutum exorbitans, vel odiosum, vel correctorium loquens de simplici, prout de causis simpliciter, vel de causis motis, & mouendis, non trahitur ad causas istas appellationis mixtas, & concord.
Castr. *consi.17. lib.1.* Gemin. *consi.73. n 4* † Limita aliis modis, 28
de quibus in *ver. Instantia causæ appellationis differt.* ☜
Conclusio. 218.

* *
*

Appellatio nulla ex quibus reddatur. Concl. 396.

1 APPELLATIO † redditur nulla interposita per procuratorem, si non exprimat, cuius nomine procuratorio appellet. Calder. *consi.* 103. alias 1. *de procurat.* †Extende, vt procedat, etiam si postea appareat, cuius esset procurator; quia ex quo hoc non expressit, appellatio nulla redditur. Calder. *d. consi.* 103. *in fin.* alias 1. *de procurat.* vbi extendit, etiam si dixerit procurator, *ante dictorum*, si nihil ante dictum sit. † Amplia; quia nulla redditur, si est incerta. Vide plene *in ver. Appellatio ad quem debeat fieri. Concluſ.* 352. *per totam*, maxime *num.* 61. *& seq.* † Amplia; quia appellatio interposita à sententia lata per Vicarium Potestatis Bononiæ est nulla, si Vicarius erat delegatus ab Antianis in causa, quæ non erat suæ iurisdictionis; quia si non expressit, lata per Vicarium, tanquam delegatum, appellatio est nulla. Calder. *consi.* 214. alias 5 *de appellat.* † Amplia, vt appellatio sit nulla, si non exprimitur, vel notatur dies appellationis. Calder. *consi.* 218. alias 12. *de appellatio.* † Amplia; quia appellatio redditur nulla, quando est facta à grauamine inferendo. Vide, *Appellare non potest non grauatus. Concluſ.* 361. † Amplia; quia nulla est, quando non est interposita coram Iudice à quo, si eius copia haberi poterat. Angel. *consi.* 130. *Visis omnibus. in princ.* Vide, *Appellatio coram quo, & qualiter interponenda. Concl.* 350. † Amplia, quando requirit causæ expressionem, & non est expressa, vel debet fieri in scriptis, & non est facta in scriptis. Vide, *Appellatio quando requirat causam exprimi. Concluſ.* 360. † Amplia, quia appellatio friuola redditur nulla. Fulg. *consi.* 165. *n.* 2. Vide, *Appellatio friuola quando dicatur. Conclus. prox. seq.* † Amplia; quia appellatio à sententia nulla interposita per procuratorem ad appellandum, est nulla; quia mandatum intelligitur de appellatione de iure admissa, & procedente, ideo si talis appellatio deferatur, non præiudicat Domino. Fulgos. *consi.* 150. *in princ. n.* 1. † Amplia; quia appellatio redditur nulla, si non fiat intra decem dies. Anch. *consi.* 345. *Iam desertam. n.* 2. Vide, *Appellatio debet constare, quod est interposita intra decem dies. Concluſ.* 354. † Amplia; quia si deseratur instantia appellationis, appellatio redditur nulla, & Iudex appellationis remanet incompetens. Anchar. *d. consi.* 345. *per tot.* †Extende etiam, quod prima sententia, à qua fuerit appellatum, sit nulla, vel iniusta; quia deserta appellatione non potest Iudex appellationis reuocare talem sententiam, ex quo caret iurisdictione. Anch. *d. consi.* 345. *per tot.* † Restringe, nisi esset alias Iudex competens, vel nisi pronunciasset se Iudicem competentem; quia tunc potest pronunciare, ita Anch. *d. consi.* 345. *in fin. ver. iura autem.* † Amplia multis modis, quando est prohibita, vel sublata. Vide, *Appellatio multis casibus non admittitur. Concl.* 402.

Appellatio friuola quando dicatur, & effectus illius. Concluſ. 397.

1 APPELLATIO † friuola non operatur effectum appellationis, nec debet admitti. Feder. de Sen. *consi.* 187. *Casus talis est, dominus*, vbi loquitur, quando est manifeste friuola. Bald. *consi.* 338. 2 *Ad euidentiam, n.* 4. *vers. huc accedit.* † Et dicitur friuola, quando est male proposita causa recusationis Iudicis, puta, quod eligantur arbitri, quando ad Iudicem superiorem erat recurrendum. Oldr. *consi.* 302. *in princ. num.* 2. *ver. item huius recusatio. & num.* 9. *vers. nec appellatio.* quia quando Iudex ordinarius recusatur, non eliguntur 3 arbitri, iuxta not. *in cap. si contra vnum. in fin. de offic. deleg. in* 6. †Item, quando appellatur à futuro grauamine, dicitur appellatio friuola. Gemin. *consi.* 102. *in princ.* † Et friuola dicitur appellatio interposita à Canonico super honesta correctione data per Capitulum propter contumaciam; quia ea non obstante potest procedere ad pœnam etiam alteratam, si perseuerat in contumacia, & 5 inobedientia. Anch. *consi.* 410. *Ponderata. num.* 7. *&* 8. †Item, si fiat ab admissione facta, si & in quantum de iure; quia Iudex admittens aliquid, si & in quantum, non grauat, ideo non admittitur appellatio. Imol. *in l. Iudex, in fin. ver. quid autem si Iudex dicat. ff. de re iudic.* Natt. *consi.* 32. *num.* 8. *ver. nec obstat.* vnde cum cesset causa finalis appellandi, quod est grauamen, & oppressus subleuetur, *cap. suggestum, de appellat.* sequitur, quod appellatio est frustratoria, quę à iure est prohibita. *cap. pastoralis, vers. per appellationem frustratoriam,* *de appell.* vbi Præpositus. Vide, *Clausulæ iudiciorum diuersæ, & quid operentur. Concluſ.* 361. Vide, *Statutum circa consilium Sapientis, vt à tali* 6 *sententia non appelletur. Concluſ.* 493. *n.* 3. † Amplia; quia appellatio manifeste friuola in tantum reprobatur à iure, vt taliter appellantem priuet iterum potestate appellandi in eadem causa, *cap. si appellationem, de dol. & contum.* Feder. de Sen. *consi.* 192. *col.* 2. *circa fin.* 7 *vers. si autem non detulit.* † Amplia; quia appellatio frustratoria, & friuola non admittitur, etiam interposita contra electionem factam. Bald. *d. consil.* 338. *num.* 4. *vers. huc accedit. lib.* 1. † Et dicitur friuola, quando euidenter est iniusta. Bald. *d. consil.* 338. *num.* 4. *vers. nec obstat. lib.* 1. † Item dicitur friuola, quando is, qui appellat, non grauatur; quia sententia eum non tangit. Fulgos. *cons.* 165. *In quæstione proposita. num.* 2. vbi late. Vide, *Appellare non potest non grauatus. Concluſ.* 361. † Item, quando appellatio reicitur tanquam friuola per Iudicem à quo, & pars appellans non appellat à reiectione; quia censetur acquieſcere, quod sit friuola. Card. Zab. *consil.* 32. *In decisione, in princ. vers. circa primum.* † Amplia; quia appellatio friuola est in tantum nulla, vt non impediat exequutionem, neque deuoluat, neque effectum aliquem operetur. Fulgos. *dict. consil.* 165. *num.* 2. † Extende multo magis, quando est notorie friuola, & nulla; quia non impedit processum, veluti, si quis alleget Iudicem suspectum, vel locum suspectum, postquam concordauit de Iudice, & loco procurator. Anch. *consi.* 158. *Ex narratis. num.* 29. *& seqq.* † Amplia; quia appellatio non ligat Iudicem, si non est eidem intimata, ideo valent gesta ab eo post appellationem interpositam, de qua ipse non habuit notitiam. Anch. *d. consi.* 158. *num.* 31. vbi dicit * communem. Vide, *Appellatio nulla ex quibus reddatur. Concluſ. proxim. præced.*

Appellatio remoueri per quos Principes possit. Concluſ. 398.

SOLVS † Papa & Imperator possunt tollere appellationem, & committere causam omni appellatione remota. Bald. *cons.* 362. *Quanquam super. num.* 5. *lib.* 3. † Contrarium in Duce Mediolani, qui potest committere causam, appellatione remota. Socin. *cons.* 195. *Circa primum, in princ.* vbi, quod non recognoscentes de facto superiorem, & habentes iura Imperatoris in suo statu hoc facere possunt. †Declara; quia licet tollatur appellatio, prout tollitur à 3 lege, vel statuto, aut Principe; tamen non tollitur supplicatio Principi, quando tria concurrunt. Primo, quod aliud remedium non superſit. Secundo, quod amplius non fuerit appellatum, vel supplicatum. Tertio, quod notorietas, vel enormitas delicti non obstet. Ioan. de Imol. *cons.* 145. *num.* 3. *in fin. vers. & vt breuiter, & num.* 8. *ver. item quia.* Vide, *Supplicatio Principi oblata quid sit, & quando prohibita, vel non. Concluſ.* 905. Vide, *Renisio quid sit, & importet. Concluſ.* 313. †Declara; quia licet isti Principes absoluti hoc facere 4 possint; tamen per commissionem factam, vt Iudex procedat in causa commissa, prout Iudex datij procedit, non censetur sublata appellatio, etiam si Iudex datij procedat in causis datiorum, remota appellatione; quia in hoc, quoad remouendam appellationem, non sufficit subrogatio generalis. Ita Socin. *d. cons.* 195. *in prin. lib.* 2. vbi late. † Declara; quia imo statutum, vel lex, vel Princeps 5 tollens appellationem, intelligitur, vt non habeat locum, quando manifeste quis grauatur; quia contineret iniquum. Deci. *cons.* 49. *Præstantissime Doctor, in fin. ver. quinto, & vltimo.* † Amplia; quia 6 habentes authoritatem legis condendæ à Principe, vel à consilio generali Ciuitatis, non possunt tollere appellationem à diffinitiua, sed tantum ab interloquutoria. Bartol. *consil.* 172. *Dubia in* 2. *dubio. num.* 4. *vers. licet Princeps. lib.* 1. vbi apostill. *in ver. condendi.* & est ratio; quia est de seruatis Principi. †Amplia; quia neque sta- 7 tutum potest tollere appellationem à diffinitiua, nisi sit confirmatum à Principe. Vide, *Appellatio quando tolli possit per statutum. Concl. prox. seq.*

Appellatio quando tolli possit per statutum, & sublata, de qua intelligatur. Concl. 399.

APPELLATIO † à diffinitiua tolli non potest per statutum 1 non confirmatum à Principe, secus si sit confirmatum. Bald. *consi.* 354. *An statutum prædictum, in princ lib* 2. *& consi.* 2. *Visa petitione. lib.* 5. *n.* 3. Vide, *Appellatio remota ex quibus verbis censeatur. Concluſ.* 407. † Restringe; quia valet statutum prohibens appellationem 2 ab interloquutoria; etiam si non sit confirmatum à Principe. Bal. *d. cons.* 354. *in princ. lib.* 2. *& concl. prox. seq. in princ. & per tot.* Vide, *Statutum tollens appellationem. Concluſ.* 466. *num.* 18. *& sequen.* † Et ideo 3 valet statutum, quod à pronuncia, quod Iudex est competens, non detur appellatio; quia est interloquutoria. Bald. *consil.* 2. *num.* 3. *lib.* 5. †Declara; quia licet statutum non valeat; tamen Iudex, qui 4 iurauit illius obseruantiam, non potest allegare statuti nullitatem. Bald. *d. cons.* 354. *in princ. lib.* 2. †Declara; quia licet non valeat 5 statutum tollens appellationem, secundum * communem opinionem; tamen contrarium de consuetudine seruatur in practica. Clarus *in §. final. quæst.* 94. *n.* 3. *vers. caterum.* † Restringe; quia 6

Ciuitas

Ciuitas habens cognitionem primæ, & secundæ appellationis potest tollere appellationem; imo si habet primam appellationem, posset illam tollere, & duæ sententiæ sufficerent. Corn. qui
7 loquitur in Ciuitate Anconæ, *cons.* 262. *n.* 9. *lib.* 4. † Ampliat; quia prohibita appellatione censetur prohibita tam respectu exequutionis, quam respectu deuolutionis. Capic. *decis.* 34. *n.* 3. Vide omnino Socin. *in reg.* 20. *Appellare à statuto iniquo non permittitur*, vbi, quod licet à tali statuto non appelletur; tamen appellatur à sen-
8 tentia lata vigore talis statuti, & limitat septem modis. † Limita; quia prohibita appellatione, non prohibetur recursus. Gramma. *decis.* 35 *num.* 4. neque supplicatio. Natt. *consil.* 172. *num.* 8. *lib.* 1. vbi
9 *num.* 11. *& seq.* declarat, qualiter procedat. † Declara; quia suppli-
☞ catio non suspendit exequutionem. Vide, *Supplicatio quid sit, &*
10 *quando prohibita, vel non. Conclus.* 905. † Restringe; quia si ex lege, vel priuilegio prohibetur appellatio; non tamen supplicatio; secus si est prohibita ex pacto, vel conuentione. Natt. *consil.* 914.
11 *num.* 4. *& seq. lib.* 3. † Limita; quia prohibita appellatione nunquam intelligitur prohibita, quando constat ex actis de manifesta iniustitia. Natt. *consil.* 51. *num.* 21. *lib.* 1. allegat Alexand. *cons.* 107.
12 *Viso themate, col. fin. lib.* 3. latius Natt. *consil.* 172. *num.* 4. † Extende,
13 etiamsi dolo sit pronunciatum. Natt. *d. consil* 172. *num.* 6. † Limita; quia prohibita appellatione per statutum intelligitur de appellatione friuola. Bart. *in l.* 1. § *hoc interdictum. ff. quand. vi, aut clam.* Zabar. *cons.* 120. *In casu*, incip. *Titius obligauit, in fin.* Rom. *in rubric. ff. de*
☞ *arbitr.* allegat *cap. pastoralis. & cap. ex parte il* 2. *de offic. deleg.* Vide *in*
14 *ver. Statutum tollens exceptionem. Conclus.* 526. *num.* 30. *& seq.* † Contrarium tenet Alexand. *cons.* 139. *Viso puncto, in princ. lib.* 7. vbi plures citat, & reprobat tenentes contrarium, quod inaduertenter loquantur; quia in lege, & statuto intelligitur de appellatione generaliter, secus si tollatur per rescriptum; quia intelligitur solum
15 de friuola. † Imo, quando grauamen est notorium, quod semper permittatur appellatio etiam in casu prohibito. Deci. *consil.* 49. *in*
16 *fin. vers. quinto, & vltimo.* † Extende, vt procedat in rescripto Principis. Zabarell. *dict. consil.* 120. in fine, casus ibi positi, in quo inferuntur allegationes. † Limita; quia etiam in interloquutoria pro-
17 hibita appellatione, intelligitur de ea, quæ potest reparari, alias
18 non. Natt. *dict. consil.* 172. *in princip.* vbi late. † Limita; quia clausula, *appellatione remota*, non intelligitur de appellatione, qua quis pro-
19 nunciat se Iudicem competentem. Ruin. *consil.* 1. *num.* 4 *lib.* 4. † Limita; quia si est renunciatum à partibus appellationi, intelligitur de appellatione principali, non autem de appellatione ex defectu processus, vel iurisdictionis, vt quia laicus Iudex iudicet super instrumento, non obstante exceptione vsuraria. Zabarel. *dict. consil.*
20 120. *num.* 3. *ver. ad secundum.* † Limita; quia si statutum prohibet semel appellari tantum, debet intelligi semel à qualibet parte, non
21 ab vna tantum. Deci. *d. consi.* 49. *Præstantissime Doctor.* † Limita; quia si statutum prohibet appellationem, & nullitatem laudi, & sententiæ, & mandat exequi ipso facto, ac si esset homologatum: licet loquatur generaliter de omni sententia; tamen non habet locum, si esset latum ex dolo Iudicis, vel partis, aut per sordes, vel falsos testes; quia ad istos casus non extenditur statutum, & si extenderetur, non valeret; quia est nutritiuum peccati. Alex. *consil.*
22 139. *Viso puncto, per totum. lib.* 7. † Declarat Alexand. *d. cons* 139. *in fin. num.* 8. *vers. habet tamen inprimis, lib.* 7. vt prius summarie debeat constare de dolo, & sordibus, aut falsitate, alias secus, & ponit pra-
☞ cticam seruandam, vide eum. Vide plenius, *Statutum circa appellationem, & nullitatem. Conclus.* 466. *n.* 40. *& seq.* Vide Concl. proximam sequentem.

Appellatio remota in rescripto, vel alias, qualiter, & de qua intelligatur. Concl. 400.

1 APPELLATIO † si est remota per Principem in statuto, vel lege, non debet appellans audiri, neq; aduersus interloquutoriam, neque diffinitiua m; secus si sit remota à statuto non confirmato à Principe; quia non tollit appellationem à diffinitiua.
☞ Bald. *cons.* 354. *An statutum prædictum, in princ. lib.* 2. Vide, *Appellatio*
2 *quando possit tolli per statutum. Concl. prox. præced.* † Restringe, quando esset sublata à statuto non confirmato à superiore; quia tunc statutum non tollit appellationem à diffinitiua. Bald. *d. cons.* 354.
3 *An statutum, in princ. lib.* 2. † Amplia; quia appellatione remota in commissione causæ emanata à signatura PP. discusso negocio, nulla admittitur appellatio suspensiua exequutionis; & ideo appellatio non impedit exequutionem, nec debet per viam attenta-
* ti reuocari talis exequutio secundum * communem opinionem, de qua Rota, vt per Vestan. *decis.* 70. *Hæc clausula, lib.* 1. *In vna Hispa-*
4 *len. coram S. Cruce, inter manuscript.* † Restringe in rescripto Papæ emanato per viam contradictarum; quia ex quo talis clausula pas-

sim concedi solet, nihil operatur, ex quo non adhibetur causæ cognitio. Vestan. *d. decis.* 70. *lib.* 1. vbi dicit ita tentum coram Sancta Cruce in vna Hispalen. † Restringe; quia remota appellatio- 5
ne, non censetur ea remota, vbi quis manifeste grauatur. Deci. *consil.* 49. *Præstantissime Doctor, circa fin. num.* 3. Portius Imol. *consil.* 209. *n.* 15 Alex. *cons.* 77. *Visis dubitationibus num.* 17. *& consil.* 106. *Viso themate, n.* 27 *lib.* 3. plene idem Alex. *consil.* 91. *In causa inter Antonium. lib.* 6. *in princ.* vbi posui concord. † Amplia; quia appellatione 6
remota per statutum, quid censeatur prohibitum. Vide, *Appellatio quando possit tolli per statutum. Conclus. proxim. præced.* Vide plenius, *Statutum circa appellationem, & nullitatem. Conclus.* 466. † De- 7
clara; quia tale statutum dicitur odiosum, & debet stricte intelligi. Deci. *d. cons* 49 *in princ. & per totum*, vbi, quod statutum permittens appellari semel tantum, intelligi debet semel à qualibet parte. † Limita, vbicunque appellatio prohibetur à lege, vel statuto 8
propter abbreuiationem litium; quia semper potest appellari expressa causa à iure approbata, quæ si probetur, appellationem permittit. Bald. *d cons.* 354 *circa fin. vers. quandoque propter abbreuiationem. lib.* 2. † Limita, quando appellatio est remota in rescripto 9
Principis; quia cum rescriptum sit contra ius, debet intelligi de appellatione friuola, non autem de appellatione releuanti. Bald. *d cons.* 354. *in fin. vers. quandoque appellatio. lib.* 2. Alex. *cons.* 113. *Viso themate. num.* 9. *vers. plus dicit, lib.* 5. vbi loquitur in exceptione, & *decis. Pedemont.* 88. *n.* 12. Rom. *cons.* 211. *Allegationes. n* 2. *vers. item adducitur*, vbi apost. *in ver. iustum*, citat concord. † Declara; quia non 10
habet locum in appellatione à diffinitiua; quia semper est iusta, sed solum ab interloquutoria, quæ potest esse, vel est friuola, & ita tenuisse Rotam attestatur apost. ad Rom. *d. cons.* 211. *num.* 2. *ver. iustam.* † Restringe; quia speciale est in commissione facta Cardi- 11
nali, omni appellatione remota; quia nullo modo potest appellari etiam à diffinitiua. apostill. ad Roman. *d consil.* 211. *num.* 2. *in vers. iustam, circa med. vers. a... autem hæc procedant*, vbi citat plurimos. † Limita; quia clausula, *appellatione remota*, in rescripto, nihil ope- 12
ratur, si literæ sunt nullæ, & quandiu durat nullitas super literis, talis clausula nihil operatur. Lap. *alleg.* 123. *quantum ad nunciationem, num.* 3. *in fin vers. vide ibi, quod cla...sula.* † Limita; quia non tol- 13
lit appellationem, per quam appellans dicit se innocentem. Alex. *consil.* 113. *num* 7. *vers. non solum. lib.* 3. † Limita, si appellatio per Pa- 14
pam sit commissa; quia clausula in primo rescripto, *appellatione remota*, perdit vires. Lap. *d. allegat.* 123. *num.* 4. *vers. item clausula.* † Li- 15
mita; quia clausula, *appellatione remota*, non habet locum, si procedit absque parte, & extra iudicium. Lapus *d. allegat.* 123. *num.* 4. † Limita, quia clausula, *appellatione remota*, inter duos non præiu- 16
dicat tertio. Lap. *d. alleg.* 123. *num.* 4. *vers. item si clausula.* vbi, quod non se extendit ad eum, qui negat vacationem narratam, sed dicit suum esse beneficium, de quo agitur. Vide, *Tertio non præiudicat rescriptum, vel dispositio. Conclus.* 88. † Limita; quia clausula, *appel-* 17
latione remota, simpliciter intelligitur de diffinitiua, non autem de interloquutoria. Gemin. *in cap. vt inquisitionis. num.* 8. *&* 9. vbi Franch. *num.* 4. dicit esse notandum, *de hæret. lib.* 6. Felin. *in cap. causam, quæ num.* 27. *de rescript.* † Limita; quia licet non possit appella- 18
ri; tamen potest de nullitate dici. Alexand. *consil.* 2. *Consideratis his, de quibus. num.* 12. *lib.* 3. cum iis, quæ ibi posui in margine: vbi loquitur in sententia professorij, à qua licet non detur appellatio; tamen potest dici de nullitate. † Extende, vt procedat, etiam si esset 19
d ctum; *dico sententiam nullam, & si qua est, appello*; quia valet talis dictio nullitatis. Alexand. *dict. consil.* 2. *num.* 13. *vsque in fin. lib.* 3. vbi recitat opiniones, & dicit hanc veram contra Salycetum volentem contrarium; sed tamen pro temperamento dicit taliter dicentem de nullitate debere declarare, quod dixit de nullitate principaliter, non autem incidenter. † Limita; quia commissa causa, appel- 20
latione remota, non est sublata appellatio, quando ille Iudex pronunciat ad relationem alterius. Socin. *cons.* 195. *Circa primum num.* 5. *lib.* 2. Vide, *Appellatio à sententia lata de consilio, vel ad relationem al-* 21
terius admitti debet. Concl 419. † Limita; quia clausula, *appellatione remota*, non operatur, quando iniustitia sententiæ est detecta, & notoria; quia tunc datur appellatio. Bald. *cons.* 141. *Præmissis verbis, n.* 8. *in fin. vers. item quando iniquitas. lib.* 1. † Limita; quia si est appellatio 22
remota, & sit dubium, an sit admittenda appellatio propter iniustitiam, vel grauamen, debet admitti. Deci. *dict. consil.* 49. *circa fin. ver. quarto suadetur.* Vide, *Appellationi in dubio fauendum. Conclus.* 392. † Extende; quia saltem eligi debet consultor, qui videat, an ap- 23
pellatio sit concedenda. Deci. *dict. consil.* 49. *in fin.* † Limita; quia 24
per clausulam, *appellatione remota*, non censetur remota supplicatio. Franch. *in cap. pastoralis. n.* 6. *de appellat.* Vide, *Supplicatio remota* 25
quid sit, & quando prohibita, vel non. Concl. 905. † Limita; quia si Papa

mandat præcisè aliquid exequi propter causam expressam, appellatione remota, cum excommunicatione, datur appellatio, si is, contra quem exequutio mandatur, probat causam expressam non esse veram; quia omne rescriptum habet clausulam, *si preces veritate nitantur*. Anch. *consil.* 240. *Per prædicta. num.* 4.

Appellatio remota ex quibus verbis censeatur. Concluſ. 401.

1 APPELLATIO † censetur remota, si statutum, vel lex mandat aliquid fieri in possessorio, vel ad confouendam possessionẽ sine lite, vel statim; quia censetur velle tollere ex præmissis omnem appellationem in possessorio, etiam quod iudicium possit dici mixtum. Bald. *consil.* 330. *Statuto cauetur. lib.* 1. *num.* 7. *ver. pro*
2 *qua opinione, vsque in fin.* † Limita; quia appellatio non dicitur remota, licet Princeps committat causam Iudici, vt procedat more datiario; quia licet à sententiis Iudicis datij, vel vbi agitur de datio, non detur appellatio; tamen non censetur Princeps propterea tollere appellationem. Soc. *consil.* 195. *Circa primum. lib.* 2. vbi est casus: vbi, quod subrogatus ad vnam causam, loco Iudicis à quo non appellatur, non dicitur subrogatus circa hoc, vt non possit
☞ appellari. Vide plenius per duas conclusiones proximas præcedentes per discursum.

Appellatio multis casibus non admittitur. Conclusio 402.

1 APPELLATIO † non datur Religioso condemnato, seu correcto à suo Prælato Religioso; quia inter Religiosos non est locus subtili strepitui Iudiciali, *c. ad nostram, de appell.* Lap. *alleg.* 54.
2 *num.* 3. *versi. nec ordo* † Amplia; quia appellatio non datur in 37. casibus positis per Specul. *tit. de appell.* §. *in quibus autem casibus*, quem citat Soci. *consil.* 195. *in princip. ver. sed præmissu. lib.* 2 vbi, quod ponit
3 omnes casus, in quibus non datur appellatio. † Vide omnino
☞ Corrad. in suo *Breuiar. fol.* 200. *num.* 9. *& seq.* vbi ponit casus 80. in quibus non datur appellatio, quos videas omnino, Specul. *tit. de appel.* §. 2. quem Soci. citat, non posuit omnes casus, in quibus non
4 detur appellatio. † Amplia; quia non datur appellatio ei, quæ tenetur soluere tributum. Feder. de Sen. *consil.* 81. *Lacus, circa fin. ver.*
5 *nam sicut ille.* † Amplia; quia petita reductione laudi ad arbitrium boni viri coram Iudice ordinario, non datur appellatio à sententia tali; quia Iudex procedit tanquam arbiter, & persona subrogata loco arbitri. Anch. *inter consi. Cald.* 114. *num.* 2. *ver. in progressu et-*
☞ *iam*, alias 5. *de arbitr.* Vide, *Appellatio an detur à sententia confirmante*
6 *laudum. Concluſ.* 414. † Amplia; quia appellatio non datur à correctione; quia prohibitum est appellare, ne quis corrigatur. Calder. *consil.* 209. alias 3. *de appell. in princ.* allegat *c. licet. de offic. ord. & c. re-*
7 *prehensibilis. de appellat.* † Amplia; quia non datur ab indicta purgatione Canonica, nisi excedatur modus. Rom. *consil.* 351. *In proposito,*
8 *in fin.* † Amplia, vt appellatio non detur maxime in notorio. Cald.
☞ *d consil.* 209. alias 3. *de appell. in princ.* Vide, *Appellatio super notorio non*
9 *admittitur. Concluſ.* 404. † Amplia; quia confessus in iure non appellat. *cap. Romana. §. si autem, de appell. in* 6. Cald. *d consil.* 209. *in prin.*
☞ *ver. item confessus*, alias 3 *de appellat.* Vide, *Appellare an possit confessus.*
10 *Concluſ.* 417. † Amplia; quia appellatio à futuro grauamine non
☞ datur. Gemin. *consil.* 102. *in princ.* Card. *in lem. sicut, de appell.* Vide,
11 *Appellare non potest non grauatus. Concluſ.* 361. † Amplia; quia ab exequutione facti non datur appellatio. Gemin. *consil.* 99. *in prin. num.*
1. *& 2. versic. quando, præfertur sententia.* & quod non detur de consuetudine à carceratione facti. Clar. *in prax. crimin. §. fin. q.* 46. *num.*
☞ 2. *ver. sed quid si reus.* Vide, *Appellatio ab exequutione an admittenda.*
12 *Concluſ.* 410. † Amplia; quia verus contumax non potest appellare, & non admittitur appellatio ab eo interposita, siue sit princi-
☞ palis, siue procurator. Gemin. *consil.* 2. *Istud dubium, per tot.* Vide, *Contumax verus non potest appellare, & qualiter procedat. Concl.* 1025.
13 † Extende in contumace manifesto appellante; quia eius appellatio non recipitur, *clem. si ante, de dol. & contum.* Gemin. *consil.* 102.
14 *num.* 3. *& seq. versiam ille, qui recedit.* † Extende; quia appellatio à diffinitiua non datur, quando est lata contra contumacem, qui friuole appellauerat ab interloquutoria; quia dicitur manifestus contumax. Abb. *consil.* 48. *Tria sunt. num.* 3. *ver. ex his concludo, lib.* 1.
15 † Appellatio non recipitur pro eo, cuius non interest. Gemin.
☞ *consil.* 117. *in fi. ver. nec obstat.* Vide, *Interesse non habens non auditur. Con-*
16 *cluſ.* 315. † Extende; quia non citati, & nullum interesse habentes, non possunt appellare; quia non grauatus non appellat. Alexan.
* *consil.* 89. *num.* 8. *lib.* 1. *cap. omnis oppressus.* 2. *quæst.* 6. Doctor * *in cap.*
☞ *vt debitus*, per illum text. *de appellatio.* Vide, *Appellare non potest non*
17 *grauatus. Concl.* 361. † Amplia; quia non datur à sententia super a-
☞ limentis futuris, secus super præteritis, & qualiter procedat. Vide,

Alimenta habent multa priuilegia. Concl. 286. *num.* 47. *& seq.* Amplia; quia non datur ab his, quæ sunt in facultate Iudicis; ideo non valet appellatio à reuocatione substituti Iudicis; quod Iudex ordinarius vult per se cognoscere, quia hoc habet in facultate à lege. Bald. *consil.* 111. *Processus factus. lib.* 5. † Extende in his, quæ arbi- 18
trio Iudicis commissa sunt secundum distinctionem, de qua infra in *ver. Appellatio non datur in his, quæ sunt arbitraria Iudici, & quando. Concluſ.* 415. † Amplia; quia appellatio non datur ab excom- 19
municatione, vel sententia excommunicationis, & interdicti. Angel. *consil.* 188. *Sed nunc videndum, in princ. & num.* 2. *col.* 3. *in princ. versic. non obstat, quod dicimus*, vbi, quod habet multa specialia sententia excommunicationis. Vide, *Excommunicatio lata quando non* ✎
liget excommunicatum propter appellationem. Concluſ. 460. † Am- 20
plia; quia appellatio à decreto interposita super aliquo actu, vel instrumento non datur, quæ suspendat, de quibus Afflict. *decis.* 261. *per tot.* vbi fere omnia decreta enumerat, in quibus non datur appellatio. † Amplia; quia vbicunque non datur appellatio à 21
sententia super negocio principali, prout à laudo lato inter consanguineos vigore statuti, ita non datur à sententia præambulæ compulsionis de compromittendo tanquam accessoriæ. Petrus Anch. *consil.* 78. *Ex verbis sententiæ, per totum* † Declara; quia vbi- 22
cunque appellatio non datur; tamen conceditur, si appellans exprimat talem causam, quæ si esset vera, constaret de grauamine. Vide, *Appellatio quando requirat causam exprimi Concluſ.* 360. † Am- ✎
plia; quia appellatio non datur contra tres sententias conformes. 23
C. ne liceat ter. prouoc. Vide, *Appellatio contra tres sententias non admittitur. Concluſ.* 403. † Extende in tantum, vt neque Princeps de or- 24
dinaria potestate possit ex rescripto concedere, quod tertio prouocari possit. Socin. *consil.* 158. *versic. circa primam difficultatem, cum*
seqq. lib. 2. † Restringe, quando sententiæ sunt tres conformes, si 25
vero sunt difformes, appellatur toties, quoties tres sint conformes. Castr. *consil.* 163. *Proponitur in facto, num.* 2. *lib.* 2. † Restringe, 26
nisi Papa intellecto, quod essent latæ tres, nihilominus committeret appellationem; quia censetur illam concedere. Alex. *consil.*
77. *In causa, & lite. num.* 3. *versic. secundo principali fundamento. lib.* 2.
† Amplia; quia neque admittitur dictio nullitatis, quando sunt 27
latæ tres conformes. *clem.* 1. *de re iudic.* Vide, *Nullitas quando impe-* ✎
diat exequutionem trium conformium. Concl. 136. † Amplia; quia non 28
datur appellatio in causa summaria à sententia lata super incidenti. Castr. *consil.* 39 *Quod à sententia. versic. sed regula est. lib* 1. † Amplia; 29
quia non datur appellatio aduersus sepulturam mortui commissam. Anch. *consil.* 189. *Tribus de causis. num.* 2. † Extende; quia vbicun- 30
que res esset peritura, si appellatio suspenderet exequutionem, non datur appellatio, ne res pereat. Anch. *d. consil.* 189. *n.* 2. † Am 31
plia; quia is, qui obtinet sententiam fauorabilem, non appellat ab omissa condemnatione expensarum. Vide, *Expensarum condemna-* ✎
tio omissa quando præiudicet, vel non Concluſ. 628 † Amplia; quia non 32
datur in his, quæ committuntur alicuius conscientiæ; & ideo si alicui committitur, quod faciat, quod in conscientia sibi videtur, non datur appellatio, neq; reductio ad arbitrium boni viri. Rom. ✎
consil. 27. *Viso themate. num.* 3. *col.* 2. *versic. tertio videndum.* Vide, *Con-*
☞ *scientia quid sit, & qualiter regulanda. Concluſ.* 742. † Amplia in cri- 33
minalibus, in quibus non datur appellatio in multis; nam à decreto carcerationis rei non datur appellatio de consuetudine, licet forte secus sit de iure, ita Clar. *in §. fin. q* 46. *num.* 2. *ver. sed q uid*
si reus, vbi, quod alias eluderetur materia criminalis. † Extende; 34
quia licet detur appellatio à decreto de torquendo, imo & à comminatione de inferenda tortura, secundum * communem; *
tamen secus est, si Iudex differat tale decretum in tempus, quo reus cœptus est spoliari, vt torqueatur; quia ex quo est cœptum tormentum, & exequutio, non datur appellatio, ita Clar. *in §. fin.*
quæst. 64. *n.* 27. *ver. sed quid agendum, & num.* 35. *in fin. ver. quæro nunc*, vbi, quod tale decretum fit secreto, & stati m deuenitur ad illius exequutionem. † Limita; quia in omnibus casibus, in quibus non 35
appellatur, potest appellari, quando sententia est notorie iniusta, vel iniqua. Anchar. *consil* 363. *num.* 5. *versic. ad sextum, cum seq.* vel quando manifeste constat de grauamine. Dec. *consil.* 49. *Præstantissime Doctor, in fin. ver. quinto, & vltimo*, vel saltem non denegatur supplicatio. Vide, *Supplicatio quid sit, & quando denegetur, vel non.* ✎
Concluſ. 905. vel per viam recursus. † Limita; quia in casibus, in 36
quibus non datur appellatio, multoties datur ex causa expressa releuanti, si probatur. Vide incertum authorem post regu- ✎
las Socin. *in reg.* 16. *Appellatio iuste fit*, vbi restringit nouem modis.

* *
*

Appella-

Appellatio contra tres sententias conformes non datur. Concl. 403.

1 APPELLATIO † non admittitur contra tres sententias conformes; quia non licet tertio prouocare. *clem. vt calumnijs, de*
2 *re iudic.* vbi, quod reiicitur tanquam calumniosa. † Et quod non liceat tertio prouocare, est text. *in l.1. C. ne liceat tertio prouoc.* Soc. ponit *in regul.50. Prouocare tertio in vna eademque causa non licet*, vbi limitat duobus modis, ab vna parte, & nisi inferatur nouum gra-
☞ uamen. Vide, *Appellatio multis casibus non admittitur. Conclus. prox. præced. num.23. & seq.* Vide *d. Clement.1. vt calumnijs, de re iud. Conclus.* 374. Vide, *Nullitas quando impediat exequutionem trium conformium. Conclus.136.* Vide, *Sententia iniusta, & iniqua ex multis. Conclus.155.*
3 Vide, *Notoria iniustitia quæ, & quando dicatur. Conclus.112.* † Declara, vt idem sit contra duas conformes, stante statuto, quod duæ conformes faciant iudicatum. Alexand. *consil.75. In causa, & lite, in*
4 *princ. lib.7.* † Declara; nisi in vna fieret reseruatio iurium, quæ non esset in aliis, quia daretur appellatio in ea parte, in qua iunt difforsmes. Alexand. *d. consil.75. in princ. & per tot. lib.7.* † Limita; quia vbi
5 euidenter, & notorie constat de iniustitia trium conformium, datur appellatio & remedium grauato, & suspendi ur exequutio. Alexand. *consil.106. Viso themate. num.28. versic. in quibus locis. lib.3.* & idem repetit Alexand. *consil.77. num 17. eod. lib. & consil.113. num.* 8. *lib.5. & consil.91. num.2. lib.6.* Deci. *consil.49. num.3.* Oldrad. *consil.*
6 106. Bald. *in l.1. in princ. C. ne lice. tert. prouoc.* † Extende, vt idem sit, quando esset vnica sententia, à qua statutum prohiberet appellari, supplicari, de nullitate dici per viam exceptionis, vel restitutionis, etiam implorando officium Iudicis; quia si constat euidenter, & notorie de iniustitia, admitti debet appellatio. Alexan. *d. consil.106. num.26. in fin. cum seq. ver. ex alio. lib.3. & num.25. eum*
7 *seq.* vbi, quod statutum non debet trahi ad iniquum, sed redigi ad ius commune, quantum fieri potest. † Contra limitationem, & extensionem tenet Alexand. *consil.225. Ponderatis. num.16. versic. comprobo ex hu l.b.6.* vbi allegat Anto. de Butr. Io. de Imol. & Abb. *d. clemen. vt calumnijs, de re iudic.* & apostill. ad Alex. citat. eundem *consil.111. lib.5.* Felin. *in rub. de for. compet.* quod imo habet locum, vt tollatur & appellatio (licet notorie constet de grauamine) & nullitas (licet ex actis sit euidens, & notoria,) quia prius debet fieri, & dari exequutio trium conformium; quia non agitur de graui præiudicio, & irreparabili; quia competit restitutio in integrum, & nullitas intra 30. annos potest proponi, & ibi *in ver. præ-*
8 *terea*, dat concord. qui reprobant Bald. † Declarat Alex. *d. consil.* 225. *num.16. & seq. ver. per hoc patet. lib.6.* quod vel verius sit contrarium, vel saltem data veriori limitatione, illa sit in terminis *d. clement. vt calumnijs*, secus si extaret statutum, quod non appellans intra certum terminum, vel non dicens de nullitate excludatur; quia talis exclusio statuti non est necessaria, sed voluntaria ex
9 negligentia non appellantis, &c. † Limita, quando notorie constaret de nullitate ex defectu iurisdictionis. Alexan. *consil.77. num.*
10 8. *& seq. lib.3.* † Limita; quia debet appellans exprimere causam
☞ releuantem Soc. *reg.14. Appellans à sententia diffinitiua limit.3.* Vide plenius per Anton. Gabriel. *lib.2. tit. de re iud. Concl.1. Exequutio post tres conformes statim fit, non obstante quacunque exceptione.*

Appellatio super notorio non admittitur. Conclusio 404.

1 APPELLATIO † interposita à decreto, vel sententia, per quam aliquis declaratur non sufficiens, de quo est notorium, non suspendit exequutionem, nec operatur reuocationem attentatorum; imo non admittitur super notorio, & potest talis sententia exequi etiam non expectatis decem diebus. Oldrad. *consil.18. Circa primum. ver. ad tertium. & consil.311. circa fin. ver. secundo quia. num.10.* allegat *c. Romana. §. si autem, de appell. in 6.* & quod non detur appellatio, si sit vere notorium, vel probatum sit. Lap. *alleg.85 in fin. num.12. vers. sed pone.* Zabarell. *consil.101. in fin. ver. quo-*
2 *ad secundum.* Calder. *consil.209.* alias *3. de appellat. in princ.* † Et licet ordine non seruato processerit super notorio, & sic extraiudicialiter, quod fieri potest; tamen appellatio dicitur iudicialis, licet ibi non sit assistentia trium personarum. Oldrad. *dict. consil.18. vers.*
3 *ad quartum. & versic. ad quintum.* † Amplia; quia non datur appellatio in *l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollend.* quia causa est summaria super notorio, ex quo per productionem scripturæ apparet notorium. Castrens. *consil.39. Quod à sententia lata, in princ. lib.1.* † Amplia; quia Iudex non tenetur deferre appellationi interpositæ à
4 sententia lata super notorio, etiam si notorium sit iuris tantum, & poterit Iudex a quo procedere, donec inhibeatur, & gesta post talem appellationem non reuocantur, vt attentata. Zabarell. *consil.* 101. *in fin. versic quoad secundum.* Felin. *in cap. Rodulphus, in fin. versic. & appellari, num.42. de rescript.* † Contrarium, quod imo appella- 5
tio sit licita, & admittenda super notorio iuris, puta, non obstante sententia, vel confessione, tenet Salycet. *in l. ea quidem. num.89. & 90. C. de accus.* vbi late recitat opiniones pro vtraque parte, & dicit secundum Iuristas deferri appellationi, secundum Canonistas secus. † Declarant Canonistæ, quod non admittatur appella- 6
tio super notorio iuris, nisi quando condemnatus allegat causam rationabilem, puta, si confessus dicit confessionem erroneam, vel quod potuit impune interfici, aut aliam causam similem, & admittitur, alias non ita Hostiens. Io. Andr. & alij *in c. cum speculi. §. porro, de appell.* vbi, quod iste est casus, in quo causæ debent exprimi in appellatione a diffinitiua, & hanc declarationem admittit Rom. *consil.324. In proposita, n.4. & seq. ver. verum amen, vsque in fin.* vbi apost. *in ver. deferre*, dat concord. † Contrarium tenet Salyc. *in d.* 7
l. ea quidem. n.90. C. de accus. vbi late disputat, quod sola notorietas iuris non tollit appellationem, neque sola confessio, nisi sit confessus, & conuictus, vide eum; quia disputat plenissime, & tuetur hanc partem. † Amplia; quia non datur appellatio super crimine, 8
seu criminoso ex euidentia iuris, quando in sententia expr. mitur, alias secus. Salycet. *d. l. ea quidem. num.91 C. de accusat.* vbi monet Iudices, ne hoc exprimant, nisi ipsis constet, & dicit, quod debet examinari maior pars viciniæ; quia si non constabit de notorio, omnia essent nulla facta tanquam super notorio. † Amplia; 9
quia regula notissima est, quod in notoris non datur appellatio. Rom. *consil.324. In proposita consultatione. num.2. v.r. secundo quia notissima*, vbi apostill. *in ver. non posse*, dat concordantes, & hanc communem * dicit Io. de Anan. *in cap. quam pernicioſum, post num.1. de* *
vsur. † Ratio est duplex; prima; quia appellatio est introducta, vt 10
Iudicis iniquitas detegatur, quod cessat in notoriis; secunda; quia sententia super notorio non est sententia, sed exequutio, & ab exequutione regulariter non appellatur. Rom. *d. consil.324. num.3.* 11
vers. & huius duplex, & ibi apost. *in ver. exequatio.* † Declarat Clar. *in §. fin. q.94. n.2. ver. solet etiam dici*, quod non sit simpliciter verum, sed cum distinctione, quam ipse posuit circa probationem notorii *in quæst.9. num.5. versic. quæro nunquid.* Vide, *in ver. Notorium habet* 12
multa specialia. Conclus.110. in princ.

Appellatio à sententia iuris non admittitur. Conclusio 405.

APPELLATIO † non admittitur à sententia iuris, *l. si qua pœ-* 1
na. ff. de verb signific. Oldrad. *consil.311. in fin. num.10. ver. nec obstat.* Abb. *consil.68. Quanquam, col.2. n.4. lib.2.* † Contrarium videtur vel- 2
le Lap. quod detur appellatio, *alleg.85. nu.12. ver. sed pone*, dic, quod Oldr. loquitur, quod non datur appellatio à pœna imposita à iure. Lap. quod datur à declaratione hominis, puta, quia negat incurrisse pœnam iuris. Declara, & vide *in ver Declaratio an requiratur contra ipso iure priuatum. Conclus.98.* † Amplia; quia non datur 3
appellatio à sententia, quæ recipit fomentum à statuto, quod non appelletur, prout est sententia interloquutoria, quod quis sit Iudex competens; quia cum habeat iuris fomentum, non datur appellatio. Bald. *consil.2. Visa petitione, num.3. lib.5.* † Amplia; quia 4
non datur appellatio à sententia legis viuæ, & sic Principis. Anch. *consil.240. n.4.* † Limita; quia datur appellatio à sententia 5
declaratoria super pœna inflicta à iure, vel à lege viua, vel mortua. Ancha. *d. consil.240. Per prædicta à num.4. vsque in fin.* & est ratio; quia potuit Iudex male declarasse. Abb. *consil.68. col.2. num.4. ver. hinc dixit gl. lib.2.*

Appellatio à sententia Principis an detur, & quando. Concl. 406.

APPELLATIO † non datur à sententia Principis, *l.1. ff. à quibus appell. non lic.* quæ loquitur de Imperatore. Alex. *consil.2. Visis codicillis, in fin. n.20. lib.1.* Rom. *consil.521. Circa propositam, in princ.* 1
† Et ideo non potest appellari à sententia Papæ, vt *in cap. ipsi sunt* 2
Canones. 9. quæst. vlt. & hanc esse regulam dicit Roman. *d. consil.521. Circa propositam, in princ.* vbi prima apostill. dat concordant. † Et in 3
casu, in quo posset appellari à sententia Papæ, vel propter id, quod sit lata ad relationem, vel quia sit notorie iniusta, vel tollat defensiones ad Concilium, si est apertum, potest appellari, & debet admitti per Concilium generale, in quo Papa præsidet, prout idem disponitur de sentent a Archiepiscopi; quia potest appellari ad Prouinciale Concilium, si est apertum. Roman. *dict. consil.521. in princip. & num.3. versic. hoc ergo præsupposito* vbi, quod Orbis est maior Vrbe, & sic Concilium totam Ecclesiam repræsentat, in quo

est Papa præsens, & in hoc consistit decisio; quia Papa præsens
4 est, & consentit, & infra proxime, alias secus. † Contrarium, quod non possit appellari à sententia Papæ ad Concilium, nisi in tribus casibus, in quibus Concilium est supra Papam, videlicet si esset contra fidem, vel si super eo, quod Ecclesia vniuersalis decoraretur, vt quia ageretur de schismate, vel contineret peccatum mortale, ex quo scandalum in Ecclesia posset oriri. Abb. in sua q. 1. incip. *Episcopus. num. 17. & seq. ver. in 2. quæst. col. 12 & seq.* vbi pro
5 vtraq; parte plene allegat, & ita distinguit. † Declara; quia si Papa consentiret, valeret appellatio, alias non. Abb. *d. q. 1. col. 14. in fin. ver. ad solutionem.* vbi, qui potest nolle consentire, si ipsi non placet; igitur totum consistit in voluntate Papæ, alias secus. Vide,
6 *Appellatio ad quem debeat fieri. Conclus. 352. n. 16.* † Amplia; quia neq;
7 datur à sententia Præfecti prætorio, *l. 1. ff. de offic. præfect. Prætor.* † Declara; quia licet Cardinales æquiparentur Præfecto prætorio; tamen appellatur à sententia Cardinalis, *cap. cum parati. de appel.* Ro-
8 man. *cons. 334. Circa primum. num. 3. in fin. & num. 4.* † Amplia; quia appellatio non datur à sententia Senatus. Angel. *cons. 188. num. 2.*
9 *vers. quandoque non potest appellari.* † Amplia; quia vbcunque non potest appellari à diffinitiua sententia ob reuerentiam personæ iudicantis, non etiam potest appellari ab interloquutoria; secus est, si appellatio à diffinitiua sit prohibita ratione causæ; quia poterit appellari ante diffinitiuam ab interloquutoria. Angel. *consil.*
10 188. *Sed nunc videndum. num. 2.* † Limita, quando sententia Principis esset lata ad relationem alterius; quia propter iniustitiam relationis potest appellari; & idem est propter male calculatam rationem. Bald. *consil. 354. An statutum præfatum, circa med. vers. tertio est sciendum. lib. 2.* Socin. *consil. 195. Circa primum, num. 4. & 5. vers.*
11 *postremo. lib. 2.* † Extende etiam in Papa, quia si pronunciat ad relationem alterius, potest appellari; quia tunc appellatio potius arguit errorem relatoris, quam Papæ. Rom. *d. cons. 521. Circa propositam, in princip.* vbi loquitur in sententia Papæ lata ad relationem
12 Cardinalis, & ibi apostill. *in ver. relatione,* dat concord. † Extende in Imperatore, *l. 1. in princ. ff. quando appellandum sit,* quæ est canonizata *in §. biduum, vers. siquidem. 2. quæst. 6.* secundum Rom. *d consil.*
13 521. *in princ.* † Extende in omni alio Iudice dato, ap[illegible]latione remota; quia si pronunciat ad relationem alterius, datur appella-
14 tio. Soci. *d. cons. 195. n. 5. lib. 2.* † Limita; quia datur appellatio à sententia Papæ hoc modo, videlicet appellatur à Papa ma e informato ad Papam bene informatum. Abb. *in 1. quæst.* incip. *Episcopus.*
15 *col. 15. in princ. vers. facit, quod legitur.* † Extende, vt idem sit à sententia Imperatoris qualificati, puta à Cæsare irato, ad Cæsarem non
*16 iratum, vt dicunt * Doctor. † Extende; quia à sententia iniusta Papæ, & Imperatoris, licet non admittatur appellatio propria; tamen admittitur quædam appellatio, quæ est prouocatio; quia cum Papa iniuste agit, non est Papa; ideo tanquam alia persona fingitur in melius reformare; quia Iudex, qui iniquam fert sententiam, in illo actu non est Iudex. Abb. *d. quæst. 1. col. 15. in princip.*
17 † Limita, quia licet non detur appellatio à sententia Regis; tamen secus est, si pronunciat non tanquam Rex, & supremus Princeps, sed tantum Comes, vel Baro, Collegium Bononiæ *cons. 1. post cons. Zabarell. n. 25.* allegat Bartol. *in l. si quando. C. de appellatio.*
☞ Vide Anton. Gabriel. *lib. 2. tit. de appell. conclus. 1. An à sententia Principis appelletur.*

Appellatio non datur in possessorio, & quando. Conclusio 407.

1 APPELLATIO † à sententia lata in possessorio non admittitur de iure Ciuili, *l. 1. C. si de moment. possess.* Bald. *cons. 379. Sequitur, quod de anno Domini, circa fin. num. 9. vers. Circa primum. lib. 1.*
* & hanc communem * dicit Menoch. *in tract. de adipiscen. possess. remed. 4. n. 286. & seq.* vbi dat multas extensiones, & limitationes.
* Fulg. *cons 145. Quoniam plurimæ. vers. ad secundum,* & communem *
* dicit Io. de Imol. *cons. 55. n. 5. vers. circa primum,* & hanc magis * communem de iure Ciuili in terris Imperij dicit Alex. *cons. 2. Ponderatis, in fin. n. 15. ver. quantum autem. lib. 3. & cons. 81. Lecto, & discusso, in*
2 *princ. lib. 3.* vbi dicit indubitatum. † Contrarium, quod detur appellatio à sententia in possessorio lata de iure Ciuili, sed non suspendatur exequutio, dicit Bartol. *in l. vnica. C. si de momentan. possess.* Castr. *cons. 85. In causa mota. in fine. ver. præterea. num. 3. lib. 2.* plenius Abb. *cons. 55. In causa, in princ. lib. 2.* vbi allegat Bart. *in l. 2. ff. de appell. recip.* & dicit Abb. quod appellatur de iure Canonico, & propter eaius Ciuile est restringendum, vt non appelletur de iure Ciuili quoad impediendam exequutionem, & sic appellatur, quoad effectum deuolutiuum, & dat plura exempla in appellatione ab
3 exequutore, ab interloquutoria, & similibus. † Extende, vt minus appelletur de iure Ciuili à sententia lata pro hærede scripto, vt mittatur in possessionem; quia siue ista missio sit diffinitiua, siue interloquutoria; de iure Ciuili non appellatur. Bald. *cons. 141. Præmisis verbis, num. 1. ver. & ad euidentiam, lib. 1.* & infra *num. 8. & n.*
10. † Et procedit conclusio, tam in actore, quam in reo, prout 4
Rota Rom. per Put. *decis. 316. in vna Asinaten. lib. 2.* Vide, *Appellatio* ☞
an detur ab immissione ex testamento. Conclus. 409. † Declara extensionem, vt non procedat de iure Canonico, si grauamen fieret 5
manifestum, vel notorium; ideo si Iudex misit in possessionem ex testamento, quod de iure non valeret, & hoc constet, datur appellatio. Bald. *d. cons. 141. in princ. lib. 1. & cons 203. Pronunciatum fuit. lib. 4.* vbi pro vtraque parte allegat, & distinguit, quod non datur de iure Ciuili, sed de æquitate datur ex causa legitima expressa de iure Canonico. † Extende, vt procedat etiam stante sta- 6
tuto, prout Bononiæ; quia licet permittat appellari semel à sententia possessorij; tamen intelligitur quoad deuolutionem. Menoch. *d. tract. de adipiscen. in 4. remed. n. 833.* † Amplia; quia appella- 7
tio non datur in possessorio, quando extat statutum, quod colonus non possit priuare dominum sua possessione; quia si colonus vendat rem conductam, & per longum tempus emptor possideat; tamen colonus semper soluerit pensionem, à sententia lata pro locatore super possessorio non datur appellatio. Bald. *consil. 330. Statuto cauetur. in princ. lib. 1.* † Extende; quia quando agitur 8
solo possessorio de immittendo hæredem in possessionem bonorum defuncti, stante statuto, quod possessio continuetur in hæredem, (licet opponatur præscriptio,) non datur appellatio. Bald. *consil. 331. Super prædicto puncto. lib. 1. in fin.* supra *num. 3. & seq.* † Am- 9
plia in omni possessorio, in quo statutum, vel lex mandat sic fieri sine lite, aut velociter, vel similia verba; quia censetur sublata omnis appellatio. Bald. *cons. 330. n. 7. vers. pro qua opinione. lib. 1. vsq; in fin.* † Ampl. a; quia appellatio non datur à sententia de immitten- 10
do aliquem in possessionem. Fulg. *cons. 145. vers. ad secundum,* supra *n. 3. & n. 8.* † Amplia maxime procedere, quando sententia lata 11
est super manutentione possessionis; quia non appellatur secundum * omnes. Angel. de Perusio *cons. 46. Statuto Ciuitatis. num. 3.* *
vers. contrarium est veritas, vbi, quod omnes ita tenent. † Extende, 12
vt procedat etiam contra tertium contendentem de sola possessione; nam si quis fuit missus in possessionem ex primo decreto pro instrumento guarentigiato secundum formam statuti, & compareat tertius, qui dicat se possidere, & Iudex pronunciet contra tertium, quod possessio immissi sit confirmanda, non datur appellatio; quia est in possessorio retinendæ. Ang. *d. cons. 46. n.* 4. vbi in fin. hoc declarat procedere, quando tertius non opponit, nisi de possessione. † Extende, vt procedat, etiamsi ille missus 13
in possessionem deberet lucrari ex forma statuti aliquos fructus, prout Florentiæ, vbi lucratur fructus ad rationem quinque pro centenario; quia non datur appellatio ratione fructuum, ex quo sententia non est, quæ faciat illos deberi, sed statutum. Ang. *dict. cons. 46. n. 4. ver. non obstat statutum.* † Idem est, quando missio fieret 14
in possessionem pro vsufructu legato certorum bonorum; quia si in exequutione instrumenti, vel testamenti fiat missio secundum statutum, non datur appellatio, licet vsufructuarius consequatur fructus ratione vsus fructus. Angel. *d. cons. 46. n. 4. vers. non obstat statutum.* † Extende, vt procedant prædicta etiam de iure 15
Canonico; quia bene appellatur ob omni grauamine per interloquutoriam in possessorio momentaneæ, sed non appellatur ab ipsa sententia diffinitiua. Angel. *d. cons. 46. in fin. num. 5. vers. non obstat,* vbi dicit notabile. † Amplia; quia quod dicitur, reum non ap- 16
pellare à sententia contra se lata, idem est in actore. Rot. Rom. apud Put. *decis. 316. lib. 2.* quod procedit, quando superest remedium petitorij, prout Bartol. *in l. 2. num. 5. ff. de appell. recipien.* Castr. *cons. 36. in fin. lib. 1.* Abb. *cons. 55. col. 1. lib. 2.* † Contrarium tenent 17
plures, quos citat Menoch. *de adipiscend. possess. remed. 4. num. 876. & seq.* quia cessat causa celeritatis in actore. † Limita de iure Ca- 18
nonico; quia potest appellari etiam in possessorio, *ca. ex conquestione, de restitut spoliat.* Speculat. *in titul. de appellat. §. in quibus autem. n. 8. vers. sexto non appellatur,* vbi Ioann. Andr. *in apostill.* glos. penult. *in cap. cum ad sedem, de restit. spoliat.* & communem * dicit *
Feder. de Sen. *cons. 76. in princip.* Bald. *consil. 141. in princip. ver. & ad euidentiam. lib. 1.* vbi dicit hodie hoc esse decisum ex *clement. 1. de caus. possess. & proprie.* Alexand. *cons. 99. Visis processibus, in princ. lib. 5.* vbi dicit * communem, & quod attentata veniunt reuocanda. *
† Declara; quia vbicunque appellari permittitur à sententia in 19
possessorio, intelligitur ad effectum deuolutiuum tantum. Menoch. *d. tract. de adipiscen. remed. 4. num. 874. Pedemont. decis. 25. num.*
19. † Declara, dummodo causa rationabilis allegetur in ap- 20
pellatione. Bald. *consil. 379. num. 9. versic. sed de iure Canonico. lib. 1.*

plenius

plenius *conf.* 367. *Ad euidentiam, circa med. verſic. interdum eſt dubium,*
1 *lib.* 1. † Reſtringe, vt non procedat, quando ſententia fertur ſuper momentanea poſſeſſione; quia licet appelletur à quolibet grauamine, & à qualibet interloquutoria; non tamen appellatur à ſententia diffinitiua. Angel. *d. conſil.* 46. *Statuto Ciuitatis, in fine. verſic. non obſtat*, vbi, quod eſt notatu dignum; quia *l.* 1. C. *ſi de momentan.*
2 *poſſeſſ.* eſt canonizata de iure Canonico. † Declara; quia de iure Canonico, videlicet in locis, vbi ſeruatur ius Canonicum, eſt
3 controuerſa opinio. Alexand. *conſil.* 81. *in principio. lib.* 3. † Limita de iure Ciuili, quando diæ cauſæ ſunt complicatæ, quarum vna admittit appellationem, alia non; quia ſi ſuper vtraque eſt pronunciatum ſimul, ſuper vtraque datur appellatio. Bald. *conſ.* 141. *Præmiſſis verbis, in fine, verſic. illud etiam non omitto. lib.* 1. ſequitur Rota, vt atteſtatur Dominus Cotta *deciſ.* 15. & quod in mixto poſſeſſorio poſſit appellari. Bald. *conſil.* 330. *Statuto cauetur, verſic. porro omnes, num.* 5. *lib.* 1. vbi dicit * communem, & dicitur permixta, ſi agatur petitorio, & poſſeſſorio, & reus negat vtrumque. Bald.
conſil. 331. *circa med. verſic. porro licet. lib.* 1. Roman. *conſil* 324. *In propoſita conſultatione, in princip.* vbi apoſtill. *in ver. poſſeſſorio*, citat plu-
*24 res, & dicit * communem. † Extende, vt procedat, quomodocunque fuerit pronunciatum; quia ſi libellus eſt complicatus reſpiciens petitorium, & poſſeſſorium, & pronuncietur etiam in ſolo poſſeſſorio, datur appellatio; quia ſententia eſt nulla non conformis libello; & idem, ſi eſt lata ſuper vtroque, & ſic appellabilis eſt ex ſola mixtura libelli. Bald. *conſ.* 153. *Nouum dubium, in*
25 *princip. lib.* 1. † Et ideo ſi admixta eſt cauſa proprietatis, datur appellatio. Cuman. *in l.* 2. C. *quorum appellat. non recip. num* 31. *verſic. vbi*
26 *autem cauſa.* † Contrarium, quod imo detur appellatio reſpectu fructuum duntaxat, non autem reſpectu poſſeſſionis; quia mixtura hoc non operatur, late Menoch. qui alios citat *de adipi. cend. poſſeſſ. in* 4. *remed. num.* 869. *& ſequent.* vbi maxime allegat Afflict.
27 *deciſ.* 78. *circa fin.* Roland. à Vall. *conſil.* 77. *num.* 13. *lib.* 2. † Extende, vt procedat etiam, quando ſententia eſſet lata in poſſeſſorio habente admixtam cognitionem proprietatis, veluti ſuper conſtituti exequutione; quia ſi allegatur nullitas inſtrumenti, in quo eſt conſtitutum, dicitur agi de vtroque, & datur appellatio. Caſtr.
28 *conſil.* 43. *Videtur dicendum, in princip. lib.* 1. † Declara extenſionem procedere, quando tria concurrunt. Primum, quod via ordinaria eſſet actum dato libello. Secundum, quod plene de nullitate eſſet cognitum. Tertium, quod nullitas eſſet oppoſita ad finem nullitatis; ſecus ſi iudicium fuiſſet ſummarium, vel non eſſet plene cognitum, vel nullitas ad finem poſſeſſorij eſſet oppoſita; quia
* non datur appellatio. Caſtrenſ. *dict. conſil.* 43. vbi in fin. dicit * com-
29 munem. *lib.* 1. † Reſtringe, vt non procedat, quando fructus venirent à diſpoſitione ſtatuti, non à ſententia, vel condemnatione, veluti ſi ſtaret ſtatutum, quod habens inſtrumentum guarentigiatum mittatur in poſſeſſionem, & lucretur certos fructus; nam ſententia lata ſuper immiſſione, vel poſtquam eſt miſſus ſuper manutentione contra tertium, non admittitur appellatio ſub prætextu, quod contineat mixturam propter fructus; quia fructus non debentur ex ſententia. Angel. *conſ.* 46. *Statuto Ciuitatis.*
30 *num.* 4. *verſic. non obſtat ſtatutum.* † Reſtringe, quando quis haberet inſtrumentum guarentigiatum, vel teſtamentum habens exequutionem paratam continens vſum fructum; nam ſi mittitur in poſſeſſionem vigore ſtatuti, non datur appellatio prætextu, quod conſequatur fructus; quia illos conſequitur ex inſtrumento, &
31 non ex ſententia. Angel. *dict. conſil.* 46. *num.* 4. *& per totum.* † Reſtringe in fructibus pendentibus; quia non datur appellatio pro illorum condemnatione. Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed.* 4.
32 *num.* 873. † Reſtringe; quia in prophanis hodie in ſtatu Eccleſiaſtico ſeruatur ius Ciuile, & non datur appellatio in poſſeſſorio propter conſtitutiones Ægidianas Marchiæ extenſas ad totum ſtatum Eccleſ. vt per Bullas ſummorum Pontificum videri poteſt, maxime Pauli III. & Sixti V. & extant infinitæ deciſiones Rotæ, vt dicit apoſtill. 1. ad Roman. *dict. conſil.* 324. *in ver. in poſſeſſo-*
33 *rio.* † Reſtringe, quando ſententia eſt in poſſeſſorio contra manifeſtum, & notorium ſpoliatorem. Roman. *dict. conſil.* 324. *in prin.* vbi apoſtill. citat Ripam *in cap. ſæpe. colum.* 2. *poſt num.* 3. *de reſtitut. ſpoliat.* & dicit Roman. eſſe caſum *in cap. cum ſit Romana. §. præterea,*
34 *de appellatio.* † Limita, quando ſententia eſt notorie iniuſta; quia datur recurſus. Bald. *dict. conſil.* 141. *in fin. num.* 7. vbi dicit hunc eſſe
* *communem intellectum, gloſſ. *in l. arbitro. ff. qui ſatisd. cogan. lib.* 1. *& num.* 8. *verſic. item quando iniquitas.* Alexand. *conſil.* 91. *num.* 2.
35 *lib.* 6. † Extende idem, quando poſſeſſio aufertur iniuſte, ſiue ex ſententia iniuſta, ſiue alias; quia tunc agitur de magno præiudi-
36 cio. Abb. *conſil.* 55. *In cauſa, in princip. lib.* 2. † Limita in ſententia lata c. condict. one, *l ſi quis in tantam. C. vnd. vi.* quia licet ſit ſuper poſ-
ſeſſorio; tamen datur appellatio; quia excedit terminos ſimplicis poſſeſſorij. Bald. *conſil.* 141. *Præmiſſis verbis, in fin. num.* 8. *verſi. ad præ-*
dicta facit. lib. 1. *& conſil.* 379. *in fin. num.* 9. *verſic. item ſi ſit poſſeſſorium. lib.* 1. vbi, quod ſi fieret exequutio pendente appellatione,
debet reuocari tanquam attentata. † Limita; quia appellatio da- 37
tur in poſſeſſorio, ſi allegatur cauſa iuſta; quia licet negetur, procedit appellatio. Bald. *dict. conſil.* 141. *num.* 1. *lib.* 1. cauſa tamen debebit probari, vt idem Bald. *conſil.* 354. *lib.* 2. vbi dicit, quod allegatio
iuſtæ cauſæ hoc operatur, & declarat *conſil.* 367. *lib.* 1. vt allegetur in appellatione; quia tunc operatur, quod in dubio defertur appellat oni, & ita etiam Bald. *in l.* 1. C. *ſi de moment. poſſeſſ.* † Contra- 38
rium, quod ſolum datur de iure Canonico expreſſa cauſa; quia eſt interloquutoria, quæ poſtea in petitorio cognoſcitur, dicit Alexand. *conſ.* 225. *Ponderatis, num.* 17. *verſic præterea. lib.* 6. citat Salyc.
in dict. l. 1. C. *ſi de moment. poſſeſſ.* Vide Socin. *in regul.* 14. *Appellans à*
ſententia diffinitiua, vbi, quod expreſſa cauſa releuanti datur appellatio etiam in cauſa non appellabili. † Limita; quia licet de iure Ci- 39
uili non appelletur à ſententia lata in poſſeſſorio; tamen appellatur ab omiſſa probatione, & lapſu termini in poſſeſſorio. Bald.
conſil. 208. *Præſuppoſitis tribus. lib.* 1. *num.* 1. *in fin. verſic. & eſt ſimile, quod*
dicimus. † Limita in actione ad exhibendum, quæ eſt præparato- 40
ria rei vendicationis; quia datur appellatio. Bald. *conſil.* 330. *num.* 5.
verſic. porro, lib. 1. † Extende multo magis; quia à ſententia lata in 41
rei vendicatione datur appellatio. Bald. *conſil.* 319. *num.* 4. *verſic.*
porro etiam. lib. 3. † Limita; quia licet non detur appellatio de iure 42
Ciuili à ſententia lata in poſſeſſorio; tamen Eccleſiæ, & minori daretur reſtitutio in integrum, ſi ſunt enormiter læſi. Bald. *conſil.*
379. *in fine, num.* 9. *verſic. de reſtitutione autem in integrum. lib.* 1. † Ex- 43
tende, vt etiam detur reſtitutio de iure communi minori læſo ex ſententia poſſeſſorij per implorationem auxilij ſuperioris. Bald. *dict. conſil.* 379. *num.* 9. *in fin lib.* 1. vbi, quod ſi de iure ſpeciali ſuccurritur minori læſo, quare non idem eſt per recurſum Principis; quaſi quod idem ſit dicendum. † Limita; quia licet non ad- 44
mittatur appellatio; tamen admittitur nullitatis dictio, & recurſus ad ſuperiorem. Abb. *conſil.* 55. *colum.* 2. *verſic. quoad ſecundum. lib.*
2. Vide *Coneluſ.* 394. *num.* 5. vb. plene, & hanc eſſe regulam, quod licet non poſſit appellari; tamen poteſt de nullitate dici. Alexand.
conſil. 2. *Ponderatis. num.* 12. *verſic. quantum autem. lib.* 3. † Intelli- 45
gas, dummodo principaliter nullitas proponatur vi actionis, non vi appellationis: ita Bald. *in l.* 1. C. *ſi de moment. num.* 11. *verſic.*
quæro, nunquid ſententia, & ibi Salycet. *num.* 5. vbi, quod non procederet dictio nullitatis annexa appellationi, *dico nullam, & ſi qua*
eſt, appello, & quod nullitas debeat eſſe per viam principalis actionis. Alexand. *conſil.* 2. *num.* 10. *lib.* 3. Curt. Iun. *conſil.* 163. *num* 9. Sylua. *conſil.* 55. *colum.* 1. *& 2. lib.* 2. Natt. *conſil.* 217. *num.* 6. † Extende, 46
etiam ſi ſtatutum excluderet nullitatem; quia non intelligitur de ea, quæ eſt patens, vel quæ incontinenti offertur probari. Abb.
dict. conſil. 55. *colum.* 2. *num.* 2. *Præterea ſtatutum, lib.* 2. † Extende; quia 47
vtilius eſt dicere de nullitate; quia Iudex in declaratione nullitatis ſententiæ poterit expreſſe reuocare attentata. Alexand. *dict.*
conſil. 2 *in fine, verſic. tamen puto. lib.* 2. † Limita; quia datur appella- 48
tio à ſententia lata in poſſeſſorio ratione contractus, vel hypothecæ; quia cum non agatur de momentanea poſſeſſione, datur appellatio. Bald. *conſil.* 210. *Punctus inſtrafcripti, in fin. lib.* 5. † Limita; 49
quia licet appellatio non detur in poſſeſſorio de iure Ciuili; tamen datur, ſi Iudex in ſententia excedat modum; quia non reperitur caſus, in quo non admittatur appellatio ab exceſſu. Bald.
conſil. 319. *poſt med. verſic. porro nunquam. lib.* 3. † Limita, quando Iu- 50
dex admiſiſſet appellationem, vel ei detuliſſet. Alexand. *conſil.* 2.
Ponderatis, in fin. num 15. *verſic. quantum autem, lib.* 5. † Limita; quia 51
appellatio datur à ſententia lata in poſſeſſorio, & ſpolio, etiam de iure Ciuili, quando ſpoliator intentauit remedium *cap. ſæpe. de reſtitut. ſpoliat.* vel remedium *can. reintegranda. 3. quæſtio.* 1. quia cum ſint remedia incognita de iure Ciuili, & prodita à mero iure Canonico, & de iure Canonico non prohibeatur appellatio, & ius Ciuile prohibeat appellari in poſſeſſorio, & remediis poſſeſſoriis cognitis à iure Ciuili; idcirco dabitur appellatio; quia ſi replicabitur, ius Ciuile eſt ſeruandum, poterit reſponderi; ergo de iure Ciuili ſine actione expertus es. Bald. plene, & pulchre *conſil.*
319. *Ad euidentiam præmittendum, lib.* 3. † Limita; quia appellatur à 52
ſententia lata in poſſeſſorio intentato per interdictum, quod metus cauſa. Bald. *conſil.* 319. *circa med. verſ. præterea condictio ex cano-*
ne. lib. 3. † Limita, quando ſententia in poſſeſſorio eſſet nulla. Fulg. 53
conſ. 162. *Viſis actu, in fin.* † Limita, quando ſententia patitur vitium 54
formæ; quia in omni poſſeſſorio appellatur. Bald. *dict. conſil.* 319.
circa med. verſic. præterea quando ſententia, lib. 3. vbi tamen, quod id potius eſt; quia eſt nulla, quam quod ſit appellatio à ſen-

55 tentia isto casu. †Extende, vt idem sit, quando sententia esset lata super inepto libello; qui dicitur appellari à processu, non à sententia in possessorio, & sic hoc respicit nullitatem. Bald. *d. consil.*
56 319. *circa fin. num. 3. ver. item viso libello. lib. 3.* †Extende, quando sententia est lata vltra petita, vt si petiit restitui ad possessionem ciuilem, & sententia mandat restitui ad ciuilem, & naturalem; quia
57 nulla est non conformis libello. Bald. *d. consil. 319. in fin. lib. 3.* †Vide etiam Soc. *in reg.* 18. *Appellare à sententia lata in causa momentaneæ possessionis non licet*, vbi limitat quinque modis.

Appellatio non datur in spolio, & quando secus. Concl. 408.

1 APPELLATIO †non datur à sententia lata in interdicto recuperandæ possessionis, & exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur. Bald. *cons. 141. Præmissis verbis. n.*
☞ *1. ver. quæ enim requiruntur. lib. 1.* Vide, *Appellatio non datur in possessorio. Concl. prox. præced.* †Declara, vt non procedat, quando esset intentatum remedium recuperandæ possessionis competens solum de iure Canonico, prout est *c. sæpe. de restit. spoliat. & can. reintegranda. 3. quæst. 1.* quia cum sint remedia incognita de iure ciuili, & inducta à solo iure Canonico, quod non prohibet appellari, appellatio admitti debet etiam in foro seculari, & de iure Ciuili.
3 Bald. plene *consil. 319. Ad euidentiam, per totum lib. 3.* †Limita, nisi spoliatus passus sit discuti petitorium; quia si est disputatum, & probatum, exceptio dominij præualet ad exclusionem possessorij, *c. 1. de restit. spol.* quem casum singularem dicit Bald. *d. consil. 141. num. 2. ver. secundo præmitto. lib. 1.* & clarius *num. 6. versic. ex his, quæ præmissa sunt, vsque in fin.* vbi, quod ratione mixturæ in possessorio,
4 & in casu appellabili appellatur in totum †Limita de iure Canonico, quando rationabilis causa appellandi allegaretur in appellatione; quia esset admittenda. Bald. *consil. 217. Verba libelli, in fin. ver. aduertendum. lib. 2.* vbi dicit hoc procedere, quando appellans
5 non habet aliud remedium, & hoc esse æquum. †Limita, quando sententia esset lata inimicitia, vel dolo Iudicis, vel eius latissima culpa; quia datur nedum appellatio, sed etiam restitutio. Bald. *d.*
6 *consil. 217. in fin. ver. concludendo ergo. lib. 2.* †Limita, quando appellaretur ab excessu sententiæ latæ in possessorio; quia nullus casus reperitur, in quo prohibeatur appellatio ab excessu. Bald. *d. consil. 319. post med. versic. porro nunquam. lib. 3.*

Appellatio an detur ab immissione ex testamento, & quando. Concl. 409.

1 APPELLATIO †non datur à sententia de immittendo hæredem ex testamento in possessionem hereditatis de iure Ciuili, siue sententia dicatur interloquutoria, siue diffinitiua. Bald. *consil. 141. Præmissu verbo, num. 1. in princip. versic. sed ne scriptus hæres. lib. 1.* vbi *num. 1. versic. quæ enim requirunt*, dicit hoc iudicium regulari, prout interdictum recuperandæ, vt exceptiones requirentes
* altiorem indaginem non admittat, & hanc * communem ostendit Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. num. 826. & seq.* Castr. *consil.*
2 *39. Quod à sententia lata. lib. 1.* †Declara multis modis, de quibus Menoch. vbi supra *de adipiscen. possess. remed. 4. num. 826. & sequent.*
3 †Amplia, vt nec detur appellatio à sententia lata pro hærede, in quem, ex forma statuti possessio defuncti continuatur; quia licet sit ficta possessio, & requirat verificationem, quod sit hæres, & consequenter iudicium sit mixtum, & appellatio detur; tamen secus est, quando sumus in hærede suo; quia ex quo non potest dubitari, an sit hæres, cessat petitorium, & sententia dicitur lata in mero possessorio, & non appellatur. Bald. *consil. 330. Statuto cauetur, num. 5. versic. pro solutione, lib. 1.* Vide, *Statutum circa possessionem defuncti continuandam in hæredem. Concl. 626.* †Extende ampl a-
☞ 4 tionem, vt idem sit in extraneo hærede, quando non fit quæstio, an sit hæres, vt quia reus fatetur eum esse hæredem; quia tunc non datur appellatio, ex quo cessat controuersia petitorij. Bald. *consil. 331. Super prædicto puncto. per tot. lib. 1.* vbi secus dicit, si sit con-
5 trouersia, an sit hæres. †Amplia, vt procedat, quando est quæstio de sola immissione; quia non negatur hæres, sed opponitur præscriptio in possessorio; quia non appellatur. Bald. *d. consil. 331. in fin.*
6 *versic. nec obstat, lib. 1.* Castr. *d. consil. 39. lib. 1. in princ.* †Amplia in edicto Diui Adriani; quia immissio, quæ fit ex illo remedio, non recipit appellationem ex iure speciali, quando testamentum est in scriptis, vel notorium. Bald. *d. consil. 330. num. 5. ver. pro solutione. lib.*
7 *1.* †Amplia, vt procedat, quod non detur appellatio à sententia lata super immissione vigore statuti volentis possessionem defuncti transire in hæredem, quando statutum dicat fieri sine lite, vel veloci ter, aut similia verba; quia tunc censetur tollere appellationem. Bald. *d. consil. 330. num. 7. ver. pro qua opinione, lib. 1. vsque in fin.* †Declara; quia appellatio non datur de iure Ciuili ab im- 8
missione ex *l. fin. C. de edict. Diui Adriani*, sed tamen de æquitate Canonica, si exprimitur causa releuans, datur. Bald. plene *consil.*
203. *per tot. lib. 4.* †Amplia; quia non datur ab immissione in pos- 9
sessionem vigore testamenti, vel instrumenti guarentigiati, quando extat statutum, quod testamenta, & instrumenta guarentigiata habeant exequutionem paratam. Ang. de Perusio *cons. 46. Statuto Ciuitatis, per tot.* †Extende, vt procedat, etiamsi missus in pos- 10
sessionem faceret fructus suos vigore statuti; quia per hoc non datur appellatio, ex quo sententia non est, quæ inducat lucrum in fructibus. Ang. *d. consil. 46. num. 4. ver. non obstat statutum.* †Ex- 11
tende, vt procedat, etiamsi tertius se opponeret ratione possessionis; quia non datur appellatio, secus si ratione dominij. Ang. *d.*
consil. 46. num. 4. ver. non obstat dictum Iacobi. †Extende, vt procedat 12
etiam de iure Canonico in possessorio retinendæ, quando tertius ratione possessionis comparuit contra missum in possessionem; quia si est facta confirmatio possessionis missi per sententiam, non appellat ille tertius, etiam de iure Canonico. Ang. *d. consi. 46.*
in fin. †Amplia, et amsi deductum esset ius in proprietate per 13
eum, qui prætenderet dominium, & possessionem post obitum defuncti; quia cum deducatur, vel dicatur deduci incidenter, non impedit exequutionem, sed cognoscitur in iudicio plenario de iure proprietatis. Castr. *d. consil. 39. Quod à sententia lata, ver. ex quibus tollitur. lib. 1.* †Amplia; quia neque datur appellatio à sententia 14
de immittendo in possessionem. Fulgos. *consil. 145. versic. ad secundum.* †Limita de iure Canonico; quia appellatur, si grauamen est 15
manifestum, vel per se notum. Bald. *dict. consil. 141. num. 1. ver. sed ne scriptus hæres. lib. 1.* †Imo, quod de iure Canonico detur appellatio 16
in hoc remedio. Castrens. *dict. consil. 39. colum. fin. ver. Item dicit, lib. 1.*
†Extende, vt limitatio procedat etiam de iure Ciuili, quando 17
missio esset facta ex testamento, quod prima facie erat nullum; quia saltem datur recursus. Bald. *dict. consil. 141. num. 1. ver. & etiam de iure Ciuili. lib. 1. & consil. 203. Pronunciatum fuit, lib 4.* †Limita; 18
quia appellatio datur ab immissione facta vigore statuti disponentis, quod possessio defuncti continuet in hæredem; quia intelligitur de vero, & proprio hærede, & sic cum cognitione proprietatis. Bald. *consil. 141. num. 6. versic. ex his, quæ præmissa sunt. lib. 1.* quod procedit, si negatur hæres. Bald. *consil. 331. per tot. lib. 1.* alias secus. Declara, vt limitatio non procedat in suo hærede; quia in 19
eo non potest cadere disputatio, quod non sit hæres vere; ideo stante statuto prædicto, dicitur agi de mero possessorio, & non appellatur. Bald. *consil. 330. Statuto cauetur. num. 5. versic. pro solutione, lib. 1.* vbi, quod procedit in hærede extraneo. †Limita, quando 20
fuit disputatum, & doctum de nullitate testamenti; quia licet non debuerit de validitate cognosci; tamen si est cognitum, & probatum, filium esse præteritum; tunc non datur missio ex edicto, & si pronunciat super materia mixta, datur appellatio. Bald.
d. consil. 141. num. 6. ver. ex his, quæ præmissa sunt, vsque in fin. lib. 1. †Li- 21
mita, quando esset pronunciatum negatiue; nam licet non detur appellatio, quando affirmatiue pronunciatur; secus tamen est, si negatiue pronuncietur, videlicet non competere remedium, ita Menoch. *de adipiscen. remed. 4. num. 876. & sequent.* Castrens. *consil.*
39. in fin. lib. 1. vbi reddit rationem; quia actor non habet aliud remedium; secus, quando sententia fertur pro actore; quia cognoscetur de iuribus rei in petitorio. Vide, *Appellatio an detur in possessorio. Concl. 407. num. 3. & seq. & num. 10. & seq.* Vide, *Lex finalis. C. de edicto Diui Adriani tollend.* quod hæres mittatur in possessionem. *Concl. 287.*

Appellatio ab exequutione non datur, & quando secus. Concl. 410.

APPELLATIO †ab exequutione facti non admittitur. Ioan. 1
de Anan. *cons. 26. In causa nobilium in prin.* * communem dicit *
Roland. à Vall. *cons. 43. in prin. lib. 1.* Rom *consil. 41. In præsenti consultatione in prin.* Alex. *cons. 95. Visis processibus, num. 4. versic. Item si ab exequutione*, vbi dicit * communem, *lib. 2. & consil. 113. Viso themate,* *
col. fin num. 10. versic. dum tenent, lib. 5. & consil. 181. num. 12. lib. 5. Geminian. *cons. 99. in princ. num. 1. & 2. versic. quandoque profertur sententia.* †Contrarium; quia appellatur tam ab exequutione facti, 2
quam à sententia de exequendo, dummodo appelletur in scriptis, & expressa causa; & est ratio; quia si non datur exequutio facti, potest pars, quæ non obtinet, appellare; igitur debet etiam posse appellare is, contra quem datur exequutio; & ideo, quod dicitur non dari appellationem ab exequutione facti; intelligi debet sine expressione causæ legitimæ, ita Castr. *cons. 289. Ad primum respondetur, in prin. lib. 1* & ita etiam videtur tenere Rom. *cons. 41. in princ.*

quod

quod licet non detur appellatio ab exequutione; datur tamen, si exprimitur causa; secus si non exprimitur, & ita tenet ibi apost. *in* * 3 *ver. videndum*, quæ dicit * communem, & citat plurimos. † Cognitio causarum expressarum spectat ad Iudicem ad quem; quia pronunciabit appellationem legitimam, vel friuolam, & sic respectu pronunciæ spectat ad Iudicem ad quem; sed tamen potest spectare etiam ad Iudicem à quo, respectu retardationis facti, vel non; quia si videt friuolas causas, antequam sit inhibitum, potest exequi; quia est sententia interloquutoria, si videt releuantes, potest supersedere in exequutione, donec pronuncietur per Iudicem ad quem. Castr. *d. cons.* 289. *colum.* 2. *in princ. ver. & si Iudex, lib.* 1.
4 † Declara; quia ab exequutione facti datur appellatio, quando exequutio fieret in personali actione, nisi pars citetur, vel si citata petat copiam petitionis, & sibi denegetur; quia debet audiri, si quid releuans deducat, alias licite appellat, tanquam grauata, ita Abb. *cons.* 30. *Prædicta, lib.* 1. vbi dat consilium decisiuum, & dicit procedere de iure communi, & de iure municipali, etiam si statutum esset dubium; quia in dubio secundum ius commune intelligitur; secus forte, si exequutio fieret in re, in qua extat res iu-
5 dicata. † Causæ sunt, si excedit modum in exequendo, siue in re, siue in quantitate, siue in tempore, vel persona, vel quia non admittit exceptiones, quæ post sententiam debent admitti. Alex.
6 *cons.* 95. *num.* 6. *ver. nec in dicta pronuncia, lib.* 2. † Amplia; quia appellatio non datur à commissione de exequendo facta in vim rei iudicatæ ab vno Iudice ad alium in iuris subsidium. Castr. *consil.* 21.
7 *Super primo, in princ. lib.* 1. † Extende, vt idem sit à mandato de exequendo; quia si id est in vim rei iudicatæ, non datur appellatio. Rom. *dict. cons.* 41. *in prin.* vbi apost. *in ver. videndum*, citat Alex. *cons.*
* 8 95. *n.* 3. *lib.* 2. attestantem de * communi. † Amplia; quia qui non appellat a prouisione, seu electione, non admittitur ad appellandum ab exequutione facti ipsius prouisionis, & electionis. Gemi.
9 *cons.* 99. *n.* 1. & 2. *ver. quandoque profertur*. † Extende in tantum, vt etiamsi feratur excommunicatio pro exequutione sententiæ, quę transiuit in iudicatum, licet à tali excommunicatione appelletur intra decem dies; tamen excommunicatio est valida, vt tenet
10 Gem. *d. cons.* 99. † Restringe ampliationem, vt licet appellans nullo modo ab exequutione facti admittatur per viam exceptionis ad impediendam exequutionem; tamen admittitur per viam actionis, vt postea agat. Gemi. *d. cons.* 99. *n.* 2. *ver. dat enim talis appel-*
11 *lans*. † Amplia; quia appellatio non datur ab exequutore, apost.
* ad Rom. *d. cons.* 41. *in prin. in ver. videndum*, vbi de * communi; & citat plurimos. Ang. Aret. *cons.* 136. *In themate, num.* 20. *in fin. cum seq.*
12 *ver. vltimo est singulariter*. † Extende; quia non valet appellatio ab exequutione interposita per Procuratorem, nisi habeat mandatum speciale; quia cum dominus, si non obtineret, caderet in pœnam 500. librarum, ex quo posse facere cadere dominum in pœnam, non potest appellare. Ang. Aret. *d. cons.* 136. *In themate, in fin.*
13 *ver. vltimo est singulariter, vsque in fin.* † Amplia; quia non datur appellatio à sententia lata de immittendo aliquem in possessionem.
14 Fulg. *cons.* 145. *ver. ad secundum*. † Amplia; quia non datur appellatio à pronuncia de exequendo, quando fit in exequutionem rei iudicatæ; quia cum sit interloquutoria, debet exprimi causa certa, & in scriptis, alias non valet appellatio, nec recursus. Bald. *cons.* 146. *Quia ex facto, num.* 1. *ver. & ad euidentiam, lib.* 3. Soc. Iun. *consil.* 138. *num.* 7. *lib.* 3. Rol. *cons.* 43. *num.* 5. *lib.* 1. Caputaq. *decis.* 427. *lib.* 1.
* & hanc magis * communem, & communem dicit Rolan. à Vall. *d. cons.* 43. *num.* 5. *in fin. cum seq.* vbi respondet ad omnia contraria,
* *lib.* 1. * communem dicit apostill. ad Rom. *cons.* 41. *In præsenti, in ver. videndum*. Alex. plene *consil.* 95. *num.* 4. *versic. quod autem à sententia,*
* *lib.* 2. vbi pluries, quod est * communis opinio, à qua in iudicando, & consulendo non est recedendum. Alex. *cons.* 89. *n.* 8. *lib.* 1. &
* *cons.* 181. *num.* 12. *lib.* 6 & * communem dicit Soc. *in reg.* 24. *fal.* 2. & *reg.* 26. Alex. *cons.* 113. *Viso themate, num.* 10. *ver. & licet quidam, lib.* 5.
15 † Contrarium; quia appellatio datur à sententia de exequendo præceptum factum in vim guarentigiæ; quia habet vim diffinitiuæ; quia diffinit litem, licet non oriatur actio ex ea. Bald. *cons.* 201.
* *Punctus petita, lib.* 5. *circa med.* & hanc magis * communem dicit
16 Corn. *cons.* 71. *Super primo, num.* 20. *vers. ab exequutione, lib.* 1. † Et pro contrario, quod imo detur appellatio à sententia de exequendo, plurimos allegat Roland. à Vall. *d. cons.* 43. *in princ.* vbi adducit rationem; quia habet vim diffinitiuæ, vel est diffinitiua. Item quia inducit nouum grauamen, licet ibi teneat contrarium, & dicat *
magis communem in contrarium, *lib.* 1. Ita Io. de Anan. *cons* 26.
17 *In causa nobilium, in prin.* Alex. *cons.* 113. *num.* 7. *lib.* 5. † Declara; quia à sententia de exequendo datur appellatio, sed ab exequutione facti, vt si Iudex tradat mandatum exequutori pro exequutione, non datur. Io. de Anan. *d. cons.* 26. *in princ.* plures allegat pro hac vltima exequutione facti Roland. à Vall. *d. consil.* 43. *in princ.* vbi dicit * omnes tenere, quod non detur appellatio à commissione * exequutionis, *lib.* 1. Corn. *cons.* 71. *Super primo, num.* 20. & 21. *versic. ab exequutione*, vbi, quod non datur ab exequutione facti, neque quando Iudex mandat exequutori, vt exequatur, nisi excedat modum, *lib.* 1. † Declara; quia datur appellatio à pronuncia de ex- 18
equendo expressa causa in scriptis, puta, quia fuerunt admissæ exceptiones minus legitimæ ad impediendam exequutionem, vel quia non fuerunt admissæ exceptiones legitimæ ad impediendam exequutionem. Castr. *cons.* 289. *Ad primum respondetur. lib.* 1. *in princ.* vbi, quod ita debet intelligi, quod non detur appellatio, nisi expressa causa. Et an sit diffinitiua, vel interloquutoria. Vide, *Sen-* ¶ *tentia interloquutoria quæ dicatur. Conclus.* 111. *num.* 65. *& seq.* † Ex- 19
tende; quia si scriptura priuata fuit pronunciata pro recognita, & pro confessa per primum Iudicem, & pronunciatum exequutionem mereri, non datur eo casu appellatio à pronuncia de exequendo. Bartol. *in l. ab exequutione. C. quorum appellat. non recip.* in simili Corn. qui dicit * communem. *cons.* 71. *col.* 4. *num.* 20. & 21. v- *
bi, quod si prohibetur exequutio, etiam prohibetur pronuncia de exequendo, per quam peruenitur ad exequutionem prohibitam. *lib.* 1. Maran. *in praxi, parte* 6. *num.* 259. & 260. & maxime, quia cum scriptura sit pronunciata pro recognita, & confessa, debitor conuictus, & confessus non appellat. *l.* 2. *C. quor. appell. non recip.* Franch. *in cap. cum specialiter. §. porro, de appell.* Bald. & alij, quos refert Marant. vbi supra *n.* 292. quia in confessum nullæ sunt partes Iudicis, nisi in exequendo. † Declara; quia si talis pronunciatio 20
pro recognita, & confessa esset nulliter facta, vel indiscreta, tunc non procederet extensio, & quando sit nulla, Vide *in ver. Recognitio apochæ priuatæ qualiter facienda, vt probet. Concl.* 50. † Declara; 21
quia licet non detur appellatio à pronuncia de exequendo, vel ab exequutione; tamen datur à grauamine in procedendo ad exequutionem, veluti si detur exequutio rei iudicatæ, vel apochæ recognitæ habentis exequutionem paratam in personali contra non citatum, vel si est citatus, & petiit copiam petitionis, si est denegata copia, & denegatus terminus defensionis, ita Abb. *consil.* 30. *Procedam multum succincte, per tot. lib.* 1. vbi dicit secus fore, si exequutio esset in re, super qua est iudicatum. † Declarat Alex. *cons.* 22
113. *num.* 10. *& seq. lib.* 5. quod datur appellatio sine dubio à sententia, vel declaratione de exequendo, quando non præcedit res iudicata; secus si præcedit; quia tunc non datur. † Limita; quia ap- 23
pellatur ab excessu exequutionis, & non datur casus, in quo non liceat appellare propter excessum. Bald. *consil.* 319. *Ad euidentiam præmittendum post med. v. sic. porro nunquam reperitur. lib.* 3. † Decla- 24
ra, si excessus exprimitur, alias secus; quia non sufficit in genere dicere; quia excessistis modum in exequendo. Roland. à Vall. *cons.* 43. *n.* 6. *lib.* 1. † Limita quinque modis, de quibus Socin. *reg.* 25
26. *Appellare ab exequutione sententiæ quis non potest.* Vide, *Sententia de* ¶ *exequendo qualis, & an detur appellatio, & quando secus. Concl.* 167. Vide Conclusionem proximam sequent. Vide Anto. Gabr. *lib.* 2. *tit. de appell. conclus* 4. *Appellari an possit à decreto de exequendo.*

Appellatio à sententia exequutoris an suspendat exequutionem. Concl. 411.

APPELLATIO † à sententia exequutoris non datur secun- 1
dum aliquos, & gloss. *in cl. m.* 1. *de offic. Iud.* Vide, *Appellatio ab* ¶
exequutione non datur. Conel. prox. præced. † Contrarium tenet Lap. 2
quod imo detur appellatio, & suspendat sententiam exequutoris, nisi sit sublata appellatio, vt *in allegat.* 85. *in fin. versic. si autem, vt merus*, & concordat Fed. de Sen. *consil.* 187. *Casus talis est, per tot.* maxime *in fin. vers. & idem.* † Extende hoc contrarium, vt in tantum 3
detur appellatio ab exequutore, vt liceat extra iudicium appellare coram honesta persona, quando breuitas termini non patitur, vt coram ipso exequutore interponatur. Fed de Sen. *cons.* 248. *per tot.* vbi, quod talis appellatio deuoluit negocium ad Papam, & suspendit. † Declara; quia exequutor datus ad conferendum, vel ex- 4
equendum, si reperit possessorem, debet cognoscere vt Iudex, & tenetur admittere appellationem rationabilem, quia quando extra munus suum exequitur, admittitur appellatio inserta causa. Bald. *consil.* 428. *Delegatus Apostolicus, in princ. lib.* 1. † Si vero est nu- 5
dus exequutor, non debet admittere appellationem, sed tamen datur recursus ad principem. Bald. *d. cons.* 428. *num.* 1. *ver. licet secus esset. lib.* 1. † At vero Abb. *consil.* 55. *In causa, quæ in colum.* 2. *in princip.* 6
videtur tenere, quod non detur suspensiua exequutionis, sed tamen deuolutiua. Vide, *Exequutio sententiæ non retardatur multis casibus. Conclus.* 488. Vide, *Exequutores literarum* ¶
Apostolicarum quando, & qualiter exequi possint. Conclus. 507.

Appel-

Appellatio à correctione quando admittatur, vel non. Concl. 412.

1 APPELLATIO † regulariter non admittitur à sententia lata super correctione, *cap. licet, de offic. ordin. c. reprehensibilis, de*
2 *appell.* † Amplia, vt non detur appellatio Religioso correcto à suo Prælato; quia inter Religiosos non est locus subtili strepitui iudiciali. Lap. *alleg. 54. num. 3. ver. nec ordo.* † Amplia; quia Canonico
3 correcto decenter à Capitulo non datur appellatio, & quando correctio non excedit delictum, illi perseueranti in contumacia potest Capitulum aliam pœnam dare maiorem, non obstante appellatione, quæ dicitur friuola. Anchar. *consi. 410. Ponderata. num.*
4 *7. & seq.* † Amplia; quia hodie ex forma Concil. Trident. *sess. 13. cap. 1. de reform.* non datur appellatio in causis visitationis, & correctionis, seu habilitatis, vel inhabilitatis, neque ab interloquutoria in criminalibus. & *sess. 22. c. 1. de reform.* declarat, quod appellatio non suspendat in his, quæ ad morum correctionem pertinent, & *sess. 24. cap. 10. de reform.* appellatio, & inhibitio non suspendit. † Amplia; quia in his, quæ spectant ad residentiam, non
5 datur appellatio etiam prætextu Eugenianæ in fauorem Curialium editæ, nec inhibitio, seu appellatio suspendit, vt in Concil.
6 Tridentino *sess. 23. cap. 1. de reformat. in fin.* † Extende; quia circa sufficientiam, vel insufficientiam examinatio, & approbatio lectorum in seminariis spectat ad Episcopum remota appellatione, in eodem Concil. Trident. *sess. 23. cap. 18. de reformat. colum penult.*
7 † Extende, vt procedat in causis præcedentiæ, vt in eod. Concil. *sess. 25. cap. 13. de reformatio.* vt Episcopus, amota appellatione, com-
8 ponat etiam inter Religiosos, & exemptos. † Limita, nisi modus correctionis excederetur; quia tunc datur appellatio ab excessu; quia appellare, ne quis corrigatur, est prohibitum, sed appellare, vt superior corrigat sententiam correctionis, non est prohibitum. Calder. *cons. 209. in princ.* alias 3. *de appell. in princ. ver. sed prædicta sunt vera.*

Appellatio non datur à sententia arbitri. Conclusio 413.

1 DE † iure communi appellatio non datur à sententia arbitri, *l. 1. C. de arbitr. l. diem proferre. § fiat ff. eod.* Roman. *consil. 400. Quæritur, an stat. tum, in princ.* vbi apostill. *in ver. non permittitur*, dat pr.res concordan. & idem Rom. *consil. 27. colum. 2. in fin. ver. aut di-*
2 *ctum fuit.* † Extende, etiamsi arbiter sit subrogatus loco Iudicis ordinarij; quia licet à Iudice ordinario posset appel ari; non tamen à sententia arbitri loco Iudicis, plene Menoch. *quæst. 54. num.*
3 31. *& sequent.* vbi late. † Amplia multo magis in laudo arbitratoris; quia secundum * communem non datur appellatio, idem
* Menoch. *de arbitrar. quæst 70. num. 11.* vbi de magis * communi.
4 † Limita; quia appellatur in casu speciali, quando arbiter iuris pronunciauit. Roman. *dict. cons. 400. in princ.* vbi apostill. *in ver. ab*
5 *arbitris*, dat concord. † Limita in casu *l. arbitro. ff. qui satisd. cogan.*
6 Roman *consil. 27. colum. fin. in princip.* † Contrarium tenet ibi apostill. *in ver. vnam lecturam*, quæ dicit, quod loquitur de perito in ar-
7 te, non de arbitro. † Limita, quando ex laudo oritur actio; quia tunc datur appellatio. Bart. *in l. nemo potest. ff. de leg. 1.* Roman. *dict.*
8 *consil. 27. colum. fin. in princip.* † Contrarium tenet apostill. ad Ro-
* man. *dict. consil. 27. in ver. ex alio* quæ dicit * communem in contra-
9 rium. † Limita de iure Canonico, quia sententia arbitri potest per superiorem peti corrigi, & moderari, Roman. *dict. consil. 27.*
10 *col. fin. in prin.* vbi apost. *in ver. emendari*, vbi dat concord. † Declara; quia vbi datur appellatio, illa intra decem dies debet interponi. Roman. *d. consil. 27. colum. fin. in princ.* vbi apostil. *in ver. decendium*, dat concord. Vide, *Reductio laudi, & arbitramenti petita an impediat*
☞ *exequutionem. Conclus. 75.* Vide Conclusionem proximam sequen.
11 † Limita quindecim modis, de quibus Soc. *in reg. 17. Appellare à sententia arbitri non licet.*

Appellatio an detur à sententia confirmante laudum. Concl. 414.

1 APPELLATIO † non datur à sententia confirmante laudum, & reiiciente reductionem laudi petitam ad arbitrium boni viri. Calder. *consil. 114. Cui incumbat, num. 2. versic. in progressu*, alias 5. *de arbitr.* vbi, quod ita pridie consuluit, & idem tenet Fulg. *cons. 110. Supponitur ex facto, & cons. 112. circa fin. vers. super alio dubio, an posit appellari.* Salycet. *inter consil. Zabar. cons. 139. num. 22. & seq.* Cardin. Zab. *consi. 140. in fin. ver. ad quartum.* Ioan. de Anan. *cons. 51. In causa illorum*, vbi Bologn. in apostill. dicit non esse recedendum in consulendo, & iudicando. Roman. *consil. 261. Super eo, quod. in*
* *princ.* vbi recitat tres opiniones, & dicit * hanc esse Ioann. Andr. & Bart. & licet ipse reprobet; tamen apostill. ibi in *ver. quod non*, citat plurimos, & dicit credere, quod hæc sit verior, * & communior. Abb. *consil. 48. Tria sunt. versic. condescendo ad secundum, vsque in fin. lib. 1.* vbi cita pro vtraque opinione, & hanc tuetur; quia Iudex reductionis dicitur tanquam bonus vir assumptus, non tanquam Iudex, ideo ab eo non appellatur, & pro hac parte arguit plene Alexand. *consil. 106. Viso themate. in princip. lib. 3.* vbi plures citat, licet ipse teneat contrarium; & potissima ratio est; quia Iudex subrogatur loco arbitri; & quia non appellatur ab eo, qui habet arbitrium, & ibi apostill. citat plures, *in ver. quod non, & in ver. maiori*, vbi attestatur hanc crebriorem. † Contrarium, quod de- 2
tur appellatio, tenet Ben nten. *decis. 15 per totam*, vbi recitatis opinion bus pro vtraque parte dicit * hanc magis communem. Ro- *
man. *consil. 261. Super eodem*, ex mente Bald. *in l. 1. & 2. C. de his, quæ pœn. nomi.* Ioan. de Anan. *consil. 31.* Alexan. *consil. 106. lib. 3. num. 6. & seq.* vbi, quod ista est æquior, verior, & à maiori parte Doctorum * approbatur, vbi tollit omnia contraria; quia non subrogatur eo *
modo, quo arbitrator, & arbitrium non est liberum, & hanc partem tenet Bald. quod imo simpliciter detur appellatio *in cap. 1. §. final. quo tempore miles inuest. in vsib. feud. & in l. vnica. C. ne liceat in vna, eademque causa tertio prouoc.* & consuluit Ioan Bapt. à S. Blasio, vt ipse refert *in tractat. de arbitr. quæst. penult.* † Declara; quia hæc 3
appellatio est multum controuersa ex his, quæ late Alexan. *in l. 1. ff. de legat. 2.* maxime Florentiæ: vbi ex forma statutorum duæ sententiæ faciunt rem iudicatam, vt in statuto *de appell. lib. 2. cap. 127. versic. & si sententiæ alicuius iudicis.* Roman. *consil. 261.* & Alexand. *d. consil. 106. lib. 3.* † Declara; quia quandoque datur exequutio, nisi 4
prætetur cautio, vt per Beninten. *d. decis 15. in fin.* † Declarat Abb. 5
consi. 48. num. 3. lib. 1. vt non detur appellatio, quando appellans etiam friuole appellasset ab interloquutoria coram ipso Iudice, & fuit contumax; quia tunc tanquam manifestus contumax non appellat. † Declara aliis modis, de quibus *in vers. Reductio laudi, &* 6
arbitramenti petita impedit exequutionem, & quando secus. Conclus. 75. num. 11. & sequent. † Declara; quia si petitur reductio arbitramenti 7
ad arbitrium boni viri, tunc non datur appellatio; quia arbitramentum habet naturam contractus, non Iudicij, & quia Iudex, ad quem recurritur, succedit, non vt Iudex, sed vt bonus vir; ideo sicut ab arbitratore non datur appellatio; ita nec à Iudice loco arbitratoris, ita Zabarell. *cons. 139. num. 22. & seqq.* quod est Salyceti, & plenius *consil. 140. in fin. versic. ad quartum.* & idem videtur tenere Ioan. de Anan. *consil. 51.* dum loquitur in arbitramento, cuius reductio fuit reiecta, & ista est prima opinio Ioann. Andr. Bart. plene in sua *quæst. 1. post consilia, 2. vol.* incipit: *Petitum fuit*, vbi pro vtraque opinione allegat, & hanc tuetur *in ver. in contrarium*, & *in ver. Solutio per totam.* † Declara; quia si sententia Iudicis ap- 8
pellationis à laudo, seu reductionis parum lædit, non appellatur; secus si multum lædit. Bald. *in l. 1. col. 3. C. de his, quæ pœn. nomi.* Rom. *consil. 261.* Alexan. *dict. consil. 106. num. 14. & 15. lib. 3.* vbi citat alios. † Declara; quia sicut potest peti reductio à laudo, & arbitramen- 9
to, quæ est species appellationis; ita etiam à sententia confirmante laudum; quia si est subrogatus, eo modo potest peti reductio. Alex. *d. consi. 106. n. 17. ver. posset etiam, lib. 3.* † Tertia fuit opinio Bal. 10
in l. vnica. C. de his, quæ pœn. nomi. quia aut Iudex lædit in modico, & non datur appellatio; aut lædit in magna quantitate, & datur appellatio; quia si habet etiam naturam causæ principalis coram arbitro, & arbitratore, & Iudex, qui hoc casu vti bonus vir est assumptus, eodem modo, quo arbiter, vel arbitrator reputatur, ita Rom. *cons. 261. Super eo, quod, num. 3. col. 2. ver. tertia fuit*, vbi late tuetur, vbi apost. *in ver. opinionem*, citat plurimos. † Declarat Alexan. 11
cons. 85. Viso themate, num. 5. & seqq. ver. nec obstat, lib. 5. quia si laudum non habet exequutionem paratam, agendum est ex compromisso via ordinaria; si vero laudum habet exequutionem paratam; tunc si lata est sententia super exequutione, non datur appellatio; si vero via exequutiua non est intentata, sed via ordinaria, & Iudex pronunciauit eodem modo, quo laudum, tunc datur appellatio, & loquitur in laudo homologato. † Restringe declara- 12
tionem; quia semper datur appellatio à sententia confirmante, vel exequente laudum, quando fuit opposita exceptio, quæ non impugnat laudum, & reiicitur, prout si fuit opposita solutio, vel nouatio laudi, quæ habet vim solutionis; tunc dari debet appellatio; quia reiicitur exceptio, quæ releuat, & extinguit, si est vera. Alex. *d. consi. 85. Viso themate, per tot.* maxime *n 5. & seq. lib. 5.* vbi tollit omnia contraria. † Amplia; quia petita reductione laudi, si 13
confirmetur, vel reformetur laudum, non potest dici de nullitate laudi, ex quo nullitas connexe fuit in reductione petita, & subsubata reductione, tollitur etiam nullitas. Fulgos. *consil. 112. Arbitrator tulit, versic. secundo quæritur.* † Amplia; quia non etiam datur 14

appel-

appellatio à sententia, quæ fertur per Iudicem ordinarium aditum per modum recursus; quia si limitat laudum, vel moderatur, non datur appellatio, sicut non datur, quando confirmat laudum. Fulgos. *consil.* 112. *num.* 2. *ver. tertio quæritur*, vbi, quod quando Iudex aditur vir bonus vir; tunc non datur appellatio. Bart. *in l.* 1. *in fin. ff. de legat.* 2. † Contrarium tenet Bald. *in l.* 1. *C. ne liceat in vna eademque causa, tertio prouoc.* † Declara; quia controuersa est opinio, vt dicit Castrens. *consil.* 121. *Circa primum, in fin. ver. circa tertium, lib.* 2. † Declara primo, vt per Bartol. *in* 1. *quæstio. post consilia lib.* 2. incip. *Petitum fuit, ver. solutio, col.* 2. *versic. certum est*, vbi appellatur à sententia lata tanquam à Iudice inter subditos; secus si ex iurisdictione prorogata inter non subditos, si Iudex vt arbiter cognoscit inter non subditos, appellatur; secus si vt arbitrator, quia datur reductio, non appellatio. † Amplia; quia neque à laudo habente exequutionem paratam datur appellatio, sed reductio ad arbitrium boni viri, nisi statutum induceret appellationem, prout Parmæ, super quo Castrens. *cons.* 150. *Viso statuto, lib.* 1. † Amplia; quia si extat statutum loci, quod sententia lata super reductione, siue sit confirmatoria, siue infirmatoria, non possit appellari, neque querelari, supplicari, de nullitate dici, etiam per viam exceptionis, restitutionis in integrum, peti officium Iudicis, vel aliquod aliud remedium implorari, sed firma maneat, prout supra de laudo, & arbitramen o diximus, tunc non poterit appellari, etiam si constet de dolo, vel læsione enormissima tertiæ partis, licet in supradicto statuto duo casus in laudo excipiantur. Ita Alex. *consil.* 106. *num.* 18. *& sequen. versic. modo venio, lib* 3. quia debet adaptari ad casum proportionabilem denegantem appellationem, non autem permittentem. † Contrarium tenet per plura Alex. *dict. consil.* 106. *num.* 20. *& sequent. versic. sed prædictis non obstantibus, lib.* 3. quia dictio illa, prout supra de laudo, & arbitramento diximus, cum referatur ad aliquid diuersum ab eo, quod propositum est, stat similitudinarie, *l. iuris gentium*, §. *quinimo, ff. de pact. in princip.* & relatio, seu extensio similitudinaria recipit omnes qualitates proportionatas; ideo potest appellari, si est lata ex dolo, vel si adest læsio in tertia parte, prout in laudo disponitur; & iste sensus tenendus est; quia minus lædit ius commune; item quia non continet iniquum. † Declarat ex alio capite Alexand. *d. consi.* 106. *num.* 25. *in fin. cum sequent. lib.* 3. *versic. ex alio.* quia vbicunque denegatur appellatio, vel aliud remedium defensionis, nunquam denegatio procedit, quando euidenter, & notorie constat de iniustitia, etiam si latæ essent tres sententiæ conformes, & confirmat Alexand. *consil.* 77. *num.* 8. *lib.* 2. *cum sequent. & consil.* 77. *num.* 17. *lib.* 3. *& consil.* 113. *num.* 8. *lib.* 5. *& consil.* 91. *num.* 2. *lib.* 6. vbi dedi concord. Deci. *consi.* 49. *num.* 3. Vide Conclusionem proximam præcedentem.

Appellatio non datur in his, quæ sunt arbitraria Iudici, & quando secus. Concl. 415.

1 APPELLATIO † non datur ab his, quæ sunt in facultate Iudi-
2 cis. Bald. *consil.* 111. *Processus factus, lib.* 5. † Extende; seu amplia regulam prædictam septem modis, in quibus non appellatur. Primo, quando habet Iudex liberum arbitrium. Secundo, quando actus consistens in arbitrio Iudicis, non esset præiudicialis. Tertio, quando Iudex pronunciat super exequutione eorum, quæ spectant de iure ad eius officium. Quarto in his, quæ committuntur conscientiæ Iudicis. Quinto in facultate dispensandi collata Iudici. Sexto, quando pronunciat super negatione eorum, quæ posset, si vellet, cum tribus declarationibus. Septimo, quando Iudex esset aditus, & arbitratus tanquam bonus vir, ita
3 Felin. *in cap. super his, n.* 7. *& sequent. de accusat.* † Vide alios casus in-
4 fra *in ver. Arbitrio Iudicis, quando standum. Concluf.* 475. † Amplia; quia non datur appellatio ab his, quę consistunt in mera facultate Iudicis ordinarij, puta, quia reuocat substitutum, & vult cognoscere per seipsum; quia hoc habet in facultate à lege. Bald. *dict.*
5 *consil.* 111. *Processus factus, lib.* 5. † Amplia in his, quæ committuntur alicui in conscientia indeterminate; secus si determinate. Ant.
☞ de Butr. *consil.* 62. *in fin. ver. non obstat.* Vide, *Conscientia quid sit. Con-*
6 *clus.* 742. † Amplia; quia arbitrarium est Iudici deferre iuramentum in litem, & non deferre, quando probatio est dubia, & arbitraria, & propterea non debet appellari, & quatenus appelletur, si non probatur de iniquitate, seu iniustitia primi Iudicis, sententia est confirmanda, & laudum. Bartol. *consil.* 149. *Litteras, in fin. lib.* 1. & plenius *consil.* 150. *eod. lib. num.* 5 *versic. sed quid si Iudex*, vbi *num.* 6. quod licet sit in arbitrio Iudicis deferre, & non deferre iuramentum; tamen intelligitur secundum bonam fidem, ita quod si reperiatur iniuste detulisse, vel denegasse, Iudex appellationis reformabit. † Amplia; quia si committitur aliquid Iudicis arbitrio, 7
vel Iudex succedit loco bono viri, vt arbitrio suo iudicet, non datur appellatio. Alex. *consil.* 106. *Viso themate, in princ. lib.* 3. † Con- 8
trarium, quod imo, quando aliquid committitur arbitrio Iudicis, censeatur arbitrio boni viri commissum, & arbitrium boni viri intelligitur arbitrium Iudicis ordinarij. *l. vir bonus. ff. iudic. solui*, & ideo potest appellari à sententia lata per Iudicem habentem arbitrium boni viri, *l. si qua pœna.* & ibi gloss. & Bart. *ff. de verbor. significat.* Alexand. plene *dict. consil.* 106. *num.* 8. *& seq. lib.* 3. *ver. secundo quia.* † Declarat Gemin. *cap.* 1. *de iuram. calum. in* 6. quia si commit- 9
titur libero arbitrio Iudicis, non appellatur; quia potest iniquum æquo præferre; si vero committatur arbitrio Iudicis non libero, sed simpliciter, distinguitur; aut agitur de magno præiudicio, & appellatus; aut de modico præiudicio. & non appellatur, quem refert, & sequitur citando alios Alexand. *d. consil.* 106. *num.* 10. *& seq. lib.* 3. † Limita; quia Iudex, qui potest aliquid facere ex officio, 10
si non facit, dicitur grauare partem; ideo poterit appellare. Bart. *in l.* 1. *n.* 11. *ff. de iurisd. omn. iudic.* Felin. *in cap. per tuas de testib. num.* 6. † Contrarium dicit Felin. *cap. super his, de accusat. num.* 13. *ver. sexto* 11
limita, vbi, quod si aliquid committitur potestati officialis, seu Iudicis, non appellatur, si non facit, & sic à facto negatiuo, secus ab affirmatiuo. † Declarat Feli. tribus modis, vt si fiat aliquid af- 12
firmatiue, detur appellatio; idem, quando imploratur officium Iudicis, & ille non impartitur; idem est, quando ex facto negatiuo appellans læderetur. Felin. *d. cap. super his, n.* 113. *de accusat.* † Li- 13
mita; quia appellatio datur in his, quæ Iudicis arbitrio, tanquam boni viri committuntur. Roman. *cons.* 261. *Super eo, quod, in fin. ver. ad secundum fundamentum*, vbi ponit plura exempla, videlicet, quod à Iudice declarante dilationem appellatur; quia licet ea committatur arbitrio Iudicis; tamen appellatur. † Declarat Alex. 14
consi. 70. *Viso consilio, num.* 5. *ver. & in dubio, lib.* 2. vbi, quod in dubio præsumitur pro arbitrio Iudicis super dilatione data, licet detur appellatio. † Declara totam hanc materiam; quia non datur ap- 15
pellatio in his, quæ libero arbitrio Iudicis committuntur; secus si arbitrio; quia intelligitur de regulato, & si grauat, appellatur, & ista est regula, quam ponit Felin. *in cap. super his, num.* 7. *& seq. de accusat.* & idem plenius Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæstio.* 70. vbi latissime, maxime *num.* 13.

Appellatio à sententia capitali quando detur, vel non. Concl. 416.

APPELLATIO † regulariter admittitur aduersus sententiam 1
capitalem de iure communi, plurimos citat ad hoc Farinac. in suo *tract. crimin. q.* 11. *n.* 48. † Extende, vt procedat, siue sit lata 2
contra præsentem, siue contra contumacem; quia datur appellatio, vt per eundem Farin. *d. q.* 11. *n.* 48. † Amplia, vt procedat etiam 3
stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso; quia adhuc potest condemnatus in contumaciam, qui habitus fuit pro confesso, appellare. Farinac. *d. q.* 11. *n.* 48. *versic. limita octauo.* † Con- 4
trarium tenent multi, quos idem Farin. tenet *d. qu.* 11. *n.* 48. *versic. contrarium.* † Declara; quia si statutum habet reum contumacem 5
pro confesso, & conuicto, tunc non appellat; si vero pro confesso tantum, appellat. Farin. *d. q.* 11. *n.* 48. *ver. in hac opinione*, vbi adducit distinctionem Nelli *de Bannit. in* 4. *parte primi temp. quæst.* 1. † Con- 6
trarium ipse tenet; quia dicit, quod licet confessus, & conuictus non appellet; tamen illud procedit in vere confesso, & conuicto; secus si ficte, & dicit * communem, *d. q.* 11. *num.* 48. *versic. hac tamen* * *Nelli.* † Declara; quia appellatio admitteretur, quando iustum im- 7
pedimentu, vel iusta causa in appellatione narraretur, quod impediret statutum operari, si verum est impedimentum. Cartar. *tit. de exequut. sentent. capto bannito. cap.* 1. *n.* 261. *& seq.* † Amplia; quia si 8
contumax mittat procuratorem ad appellandum, bene admittitur, licet non posset audiri per procuratorem super delicto, plures allegat Farinac. *dict. quæst.* 11. *num.* 49. *versic. sed quid.* † Contra- 9
rium dicit fuisse decisum idem Farinac. *dict. quæst.* 11. *num.* 49. *versic. contrarium.* † Declara; quia si condemnatus intra decem dies 10
se constitueret, tunc appellatio esset bona; quia sicuti si esset constitutus tempore appellationis, admitteretur; ita etiam si intra decem dies se constituat, prout dicimus de appellatione interposita à non habente mandatum, quæ non valet, nisi intra decem dies superueniat mandatum. † Idem crederem, si allegaretur im- 11
pedimentum licitum, puta, carceratio, infirmitas, vel quid simile, quod postea probaretur ex his, quæ late idem Farinac. *d. quæst.* 11. *num.* 50. *cum sequent.* † Limita; quia in statu Ecclesiæ non ad- 12
mittitur appellatio condemnati in contumaciam, nisi se constituat sponte, & intra annum, etiamsi statutum habeat cum pro

confesso

confessio tantum, & idem est ex constitutionibus Marchiæ, Fa-
13 rin. *d.q.11.n.48. ver. apud nos tamen.* † Vide etiam Bullam Pij IV. de non admittendis appellationibus in causis fiscalibus, vbi, quod non auditur contumax appellans in causa capitali, nisi se constituat, & in causa pecuniaria, nisi facto actuali depositi, & fuit reformata per Pium V. quod sufficiat fideiussio loco depositi, ex-
14 ceptis confessis, qui non audiuntur in causa pecuniaria. † Et necesse est, quod appellantes expediant causas intra sex menses ex alia Bulla Pij V.

Appellare an possit confessus. Concluſ. 417.

1 CONFESSVS † crimen, secundum Canonistas, non appellat; quia confessio inducit notorium iuris, & secundum Iuristas appellat; quia confessio potest esse erronea, vel posset constare de causa excusante, puta, si ad defensionem delictum commisisset, vide Salyc. *in l. ea quidem. C. de accusat. num.* 89. & 90. vbi late. *cap. Romana. § si autem; de appellat. in* 6. Calder. *consi.* 209. alias 3.
2 *de appell. versic item confessus.* † Amplia; quia ficte confessus in criminalibus (veluti si extat statutum, quod contumax habeatur pro confesso) potest appellare; quia non est confessus, & conuictus. Castr. *consi.* 141. *Visa quadam inquisitione, in prin. lib.* 1. vbi, quod
3 ita consulerunt, Bald. Guil. & Comes de Perusio. † Extende; quia etiam recusans iurare ad mandatum Iudicis habetur pro confesso. *l. generaliter. § sin autem. C. de reb. cred.* Castr. *d. consi.* 141. *in prin. lib.*
4 1. † Limita; quia confessus, & conuictus non appellat, secus si tantum confessus, vel tantum conuictus. Salycet. *d. l. ea quidem. num.* 90. *C. de accusat.* vbi latissime. Castr. *d. consi.* 141. *in princ.* & ista est
* communis * opinio, vt attestatur Clar. *in præx. crim. § fin. in princ.*
5 † Declara; quia licet aliqui hoc tenuerint esse verum in quinque casibus exceptis, prout homicidij, veneficij, adulterij, maleficij,
* & vis publicæ; tamen communis * est opinio, quod indistincte confessus, & conuictus non appellat. Clar. *q.* 94. *in princ.* vbi di-
6 cit, quod etiam ita de consuetudine seruatur. † Limita; quia verus contumax ad sententiam; qui apprehensus dixit nolle comparere, non appellat; secus si est contumax ad processum. Castr.
7 *d. consi.* 141. *in princ. lib.* 1. † Limita; quia confessus tantum coram Iudice in atrocioribus, & maxime, quando fuit in flagranti repertus, non appellat, sed sententia mandatur exequutioni; quia inducitur notorium. Gramm. *decis.* 36. *num.* 39. *& multis seq.* & ite-
8 rum *n.* 61. *& seqq.* vbi latissime. † Extende; quia confessus tantum non appellat, si non reuocauit suam confessionem, sed sententia exequutioni mandatur. glos. *in d. c. Romana. § sin autem, in vers. vel*
* *de quo, de appellat. in* 6. quam in practica teneri, & communem * esse opinionem, dicit Clar. *d. quæst.* 94. *in princ. versic. aut est confessus*
tantum, & quod omnes Iudices illam seruant; & quod est magis
* 9 * communis. † Contrarium tenet Bald. *in l. 2. n. 11. C. quorum appellat. non recip.* vbi, quod requiritur, quod sit confessus, & conuictus;
* & communem * dicit Ant. Gomez. *cap. 3. Delict. n.* 31. etiam si aga-
10 tur de crimine læsæ maiestatis. † Declarat Clarus *d. § fin. quæst.* 94. *n. 1. in fin. versic. Bald. autem*, quod Iudex possit admittere appellationem, vel exequi, allegat *decis. Tholos.* 176. quæ dicit, quod ita seruatur, dicit tamen Clar. *d. quæst.* 94. *num.* 2. *in fin.* quod si deli-
11 ctum esset notorium, Iudex peccaret non exequendo. † Limita, quando solum esset confessus, vel conuictus, & extaret statutum, vel constitutio tollens omnem appellationem, & mandans debere exequi; quia valet de consuetudine. Clar. *d. quæst.* 94. *num.* 3.
12 *versic. cæterum*, vbi, quod ita Mediolani seruatur. † Contrarium, quod non valet statutum tollens defensionem, quæ est de iure
* 13 naturæ. Clar. *d. quæst.* 94. *num.* 3. vbi dicit * communem. † Declarat Clarus *d. quæst.* 94. *num.* 3. vt de consuetudine valeat, si ita est consuetudo, quod seruetur.

Appellans quando remittatur ad Iudicem grauantem. Concluſ. 418.

1 APPELLANS † grauatus à Iudice, qui ignorauit grauamen, remitti debet ad eundem Iudicem; quia non est grauamen.
2 Bar. *consi.* 225. *Clericus. n.* 3. *lib.* 1. † Amplia multis modis, quando appellans renunciasset appellationi, de quibus *in ver. Appellationi*
☞ *quando, & ex quibus censeatur renunciatum. Concl.* 387.

Appellatio à sententia lata de consilio, vel ad relationem alterius admitti debet. Concluſ. 419.

1 APPELLATIO † datur à sententia lata ad consilium consultoris, etiamsi Iudex pronunciet omnino, prout in consilio. Alex. *consil* 185. *Viso titulo. colum. fin. lib.* 2. Bald. in simili, *consi.* 229. *Primum dubium. lib.* 1. Felin. *in cap. cum venerabilis. num.* 46. *de exceptio.*
qui licet loquantur, quando consilium non erat in actis; & ideo sententia erat nulla; tamen conclusio est in se vera, quod sententia lata secundum consilium sapientis in actis, nunquam transit in iudicatum, plene Roman *cons.* 228. *Pro plena discussione, in fin. n.* 15. & 16. *ver. quia imo.* vbi apost. *in ver. retractari*, dat concord. &
dicit * communem. † Amplia, vt idem sit in sententia lata ad re- * 2
lationem peritorum, seu alterius; quia semper potest appellari; quia nunquam transit in iudicatum. Alex. *consi.* 148. *Excellentissime Domine, n.* 6. *versic. per prædicta patet non obstare, lib.* 2. vbi apostil. *in ver. nunquam*, dat concord. pro, & contra. Bero. *consi.* 144. *n.* 53. *& seq. lib.* 3. Vide, *Sententia quibus casibus non transeat in iudicatum. Concluſ.* 173. Vide; *Peritis in arte standum est. Concluſ.* 286. † Amplia 3
in tantum, vt si causa sit commissa, appellatione remota, si Iudex ad relationem alterius pronunciat, adhuc debet dari appellatio. Socin. *consi.* 195. *Circa primum, num.* 5. *lib.* 2. † Amplia, vt procedat 4
etiam in sententia Papæ, & Imperatoris lata ad relationem alterius; quia datur appellatio ab ea, plene Rom. *consi.* 521. *Circa propositum, in princ.* vbi apostil. dat concord.

Appellans non compellitur ab appellato prosequi appellationem, & quando. Concl. 420.

APPELLANS † non compellitur prosequi appellationem 1
ab appellato, quando est interposita extra iudicium, nisi intra mensem fuerit legitime intimata in causa beneficiali. Lap. *alleg.* 39. *n.* 3. Feder. de Sen. *consi.* 248. *versic. item per iura noua.* quia est in facultate appellantis lacerare appellationem non intimatam. † Amplia in tantum, vt neque possit compelli appellans ab ap- 2
pellato ad exhibendam appellationem extraiudicialem, si illam non vult exhibere. Feder. de Sen. *d. consi.* 248. *per tot.* vbi est casus, & *consi.* 260. *in princ. ver. tertio quæritur, & in fin. ver. super tertio.* † De- 3
clara, nisi esset effecta de actis, & communis. Feder. de Sen. *d. consi.* 260. *in fin. versic. super tertio.* † Amplia; quia non etiam compellitur 4
appellans prosequi appellationem iudicialiter interpositam, nisi per mensem ante finem anni. per *cap. oblatæ, de appell.* Vide, *Appellatus quando, & qualiter possit præuenire appellantem in commissione. Concluſ.* 422.

Appellans an teneatur exhibere sententiam, & acta, an appellatus. Concl. 421.

APPELLANS † tenetur exhibere sententiam, & acta, non au- 1
tem appellatus, quando ipse appellatus negat illam habere. Inno. *in c. G. perpetuus, de fid. instrum.* quem sequitur Fed. de Sen. *consi.* 202. *Audiui*, vbi, quod D. Rainerius de Montebiano ita consuluit, alias Iudex appellationis potest sententiam, si qua reperitur, cassare. Angel. *consi.* 194. *Visis processibus, in fin. ver. nunc descendo.* † De- 2
clara, vt per Feder. *d. consi.* 202. propter perplexitatem; quia Iudex appellationis non potest pronunciare super appellatione, nisi sibi constet, quod intra decem dies fuerit appellatum. † Amplia; 3
quia hodie in causis Ecclesiasticis data est forma ex Concilio Tridentino *sess.* 24. *cap.* 20. *de reformat. ver. causæ omnes, in fin.* vt appellans teneatur acta, & sententiam transportare expensis suis, & reus comparens, si vult vti actis, soluat ratam suam, si vero appellatus præueniat, ipse exhibeat acta, vt sup. cum eadem distinctione, si actor comparens velit vti actis, soluat suam partem. Vide
plenius per Masc. *Concluſ.* 115. *Nonnulla alia recensentur*, vbi, quod exhibere debet acta, libellum: & alia plura docere, & facere. † Li- 4
mita, vt procedat, quando appellatus confiteretur, sententiam esse latam; quia tunc appellans non tenetur illam producere; quia sufficit confessio appellati. Angel. *d. consi.* 194. *num.* 4. vbi loquitur, etiamsi extet statutum, quod deferatur appellatio, nisi appellans produxerit sententiam intra certum tempus; quia sufficit, quod appellatus confiteatur, & potest etiam de hoc interrogari. † Li- 5
mita; quia appellans à sententia iniusta, & nulla, vel petens reductionem à laudo, vel arbitramento, licet non producat aliquid in termino statuto ad docendum de nullitate; tamen contra eum non potest fieri exequutio, si sententia, & laudum condemnatorium fuit latum sine probationibus, & non datis dilationibus; quia ex quo nullitas inest in primis actis, impeditur perpetuo exequutio. Bald. *consi.* 340. *Statuto Papiæ, lib.* 1. *per tot.* Vide omnino Sacrum Concilium Tridentinum *sess.* 24 *c.* 20. *de reformatio.* per quod datur prouisio appellanti, vt exhibeat acta, & quod eidem tradantur. Vide plenius Anto. Gabriel. *lib.* 2. *tit. de appellatio. Concluſ.* 5. *Appellatus, an appellans debeat probare.*

* *
*

Appellatus quando possit præuenire appellantem in commissione appellationis. Concl. 422.

1 APPELLATVS †non potest præuenire appellantem in impetratione litterarum appellationis ante terminum præfixum à Iudice, sicut nec appellans potest isto casu præuenire appellatum, vt per text.in *cap.sæpe.de appell.*& per glos.in *cap.oblata. eod. tit. in vers. pars*
2 *appellata* † Amplia, vt nec possit præuenire nimis præcurrens, quando terminus iuris est datus, quia tunc cum appellans habeat annum à lege ad impetrandum, non potest appellatus nimis præcurrere, & supplantare appellantem *c.oblatæ.de appellat.* vbi glos. in *vers.*
3 *pars appellata.* † Extende etiam stante statuto, prout Cæsenæ. Alex. *cons.19.Viso processu, num.4.& 5.lib.1.*vbi, quod statutum intelligitur secundum ius, vt non possit præuenire nimis propere, & præoccupando appellantem, nisi prout de iure, videlicet, quando appellans
4 esset negligens, & istud est arbitrarium Iudici. † Limita; quia durante termino hominis potest appellatus impetrare litteras, etiam ante terminum, quando in litteris facit mentionem de termino. Feder.de Sen.*cons.173.in princ.* quia hoc ipsum permittitur etiam appellanti, facta eadem mentione. Feder.*cons.108.per tot.* Vide Conclusionem proximam sequentem.

Appellatus quando possit præuenire, vel non appellantem in prosequutione causæ. Conclusio. 423.

1 APPELLATVS †non potest præuenire appellantem in prosequutione causæ appellationis, quando terminus legis solus est statutus, nisi per mensem ante finem anni. Innoc.in *cap.oblatæ, de appellat.in princip.* Feder.de Sen.*cons.248.in princip.ver.sed posito.* Car. Za-
2 bar.*cons.87.num.3.ver.ad secundum.* † Amplia, vt procedat, etiamsi sit statutus terminus ab homine; quia licet ante terminum facta mentione de termino possit impetrare appellatus litteras, vel post terminum præfixum; tamen non poterit appellationem prosequi, nisi in fine anni, quando solum mensis supereſt de anno, Feder.de Sen.*cons.173.In causa Hospitalis*, & ibi Abb.antiq.est eiusdem opinio-
3 nis. † Amplia in appellatione extraiudiciali, quando intra mensem in causa beneficiali fuit intimata, quia tunc potest appellatus prosequi appellationem contra appellatem inuitum post mensem. Feder.de Sen.*d cons.248.vers.item per iura nouæ*, vbi, quod intelligitur,
4 *clement.1.de appellat.* † Limita, quando appellans esset negligens in committendo causam, & sic dummodo nimium non præcurrat, & istud est arbitrarium Iudici. Alex.*cons.19.Viso processu, num.4.& 5.lib.1.*
5 Zabarell.*cons.87.num.3.in fin.ver.sed quoad id.* † Declara hanc materiam, quia si appellans non prosequitur appellationem, potest appellatus in vltimo mense ante finem anni, vel biennii, etiam non citato appellante, petere confirmari sententiam, si vero appellatus velit prosequi appellationem, citato appellante, potest facere, dummodo nimium non præcurrat, quod est arbitrarium Iudici, & non est necesse expectare vltimum mensem. Cardin. Zabar.*cons.87.nu.3.*
& 4.ver.ad secundum. Vide Conclusionem prox.seq.

Apostasia quid sit, & quis dicatur apostata, & qualiter probetur. Concl. 424.

1 APOSTASIA † triplex est, quædam fidei, quædam inobedientiæ, & quædam religionis. Calder.*cons.498.*alias *vnico, de apostatis*, & ita omnes * tenere dicit Clar.in §.*fi.quæst.78. num.4.ver.apostata.*
2 † Apostata fidei dicitur ille, qui à Christiana religione transit ad Iudaismum, vel aliam sectam infidelium, prout consuluit Alciat. *consil.478.* Clar.§.*final.quæst.78.num.4.*vbi, quod isti sunt peiores hæreticis; quia in totum recedunt, licet reuertentes recipiantur vt
3 hæretici, secundum * communem. † Apostata religionis proprie dicitur, qui ad seculum redit, dimisso habitu religionis, quasi abeat retro, si vero retinet habitum, proprie non est apostata, sed vagabundus. Calder.*cons.498.*alias *vnico, de apostat.* communem * dicit. Clar.
4 *d.§.fi.quæst.78.num.4.* † Extende; quia etiam beneficiatus secularis Clericus, si dimittat habitum, dicitur apostatare, secus si non est be-
5 neficiatus, communem * dicit Clar. *§.fin.quæst.78.num.4.in fin.* † Apostasia inobedientiæ est, quando religiosus non seruans regulam efficitur vagabundus retento habitu, sed non est proprie apostasia.
6 † Limita, quia apostata non dicitur monachus vagabundus, quando non dimisit habitum. Calderin.*d.cons.1.de apostatis.* Clar.*d.§.fin.q.*
7 *78.num.4.in fin.* † Extende; quia Clericus non beneficiatus, licet dimittat habitum, non dicitur apostata, secus si esset beneficiatus, communem * dicit Clar, *d.§.fin.quæst.78.num.4.in fin.* † Pœna apo- * 8
stantium est confiscatio bonorum, si non extant filii, vel cognati, ad quos bona deferuntur *leg.1.C.de apostat. iuncta authen.si qua mulier, C.de Sacrof.Eccles.* Clar.§.*fin.quæst.78.num.4.ver.apostata.* † Imo, quod 9
apostata possit compelli ad reassumendum habitum, & redeundum ad suam religionem, alias non possit carcerari, ita, quod sola misera vita reseruetur, donec assumptionis nequitia resipiscat. Roman. *consil.268.In causa proposita, in fine*, allegat *capit.à nobis extra, de apostat.* † Extende, quia longinquitas temporis, quo apostatauit ne- 10
dum non excusat, sed maioris trangressionis argumentum præbet. Rom.*d.cons.268.in fin.* Vide, *Monachus dimittens habitum, quando est excommunicatus, vel non. Concl.328.* Vide, *Religiosus ad laxiorem religionem transiens non est apostata. Concl.143.* Vide Mascard. *Concl.112. Pluribus modis aliquem esse apostatam probari.*

Apostatantes religiosi à quibus possint absolui. Concl. 425.

RELIGIOSI † apostatæ, qui demiserunt habitum, & incurrerunt 1
excommunicationem, *c.vt periculosa, ne clerici, ne monachi, libr.6.* possunt absolui à suo Prælato immediato, quia hoc non reperitur reseruatum Papæ. Cald.*cons.538.*alias *6.de sent.excomm.* † Amplia, vt 2
procedat, etiam si vltra ius commune adesset eadam pœna vigore constitutionis, & regulæ, quia adhuc possunt absolui à suo superiore immediato. Calder.*d.cons.538.*alias *6.de sent.excommuni.* † Limita, 3
nisi consuetudo sit in contrarium, quod absolutio sit reseruata Capitulo generali, vel alteri superiori generali, quia attendi debet in hoc consuetudo. Calderin. *cons.538.* alias *6.de sentent. excommun. in fin.*

Apostilla quando vitiet, & quando probet, vel non. Concluſ. 426.

APOSTILLA † in testamento, vel instrumento vitiat testamen- 1
tum, si Notarius de illa in subscriptione sua non facit mentionem, maxime, quando est manu aliena etiam testatoris, quia debet specifice facere mentionem. Ioan.de Anan.*cons.28.Visis, & ponderatis, in princ.* Alex.*cons.41.Viso tenore, in princ.lib.1.* † Imo, quod debeat 2
attestari posuisse de voluntate testatoris, est text.in *l.1.ff. de his, quæ in test.delen.ver.& ideo.* † Extende, quia si apostilla in margine manu 3
aliena non habet diem, & consulem, & non fit mentio specialis de ea, vitiat, quod operatur multa, quia expleri non potest in mundum, nec apostillæ, cum non sint rogatæ, possunt inseri, & in summa remouent fidem instrumenti, cum sint connexæ. Ioann.de Anan.*d.cons.28.*plene ibi Bologn.in apostil.qui multa dicit, maxime *num.13.* † Contrarium, quod imo sicuti cancellatio particularis le- 4
gati facta in testamento perfecto non vitiat institutionem non cancellatam, quia præsumitur facta de consensu testatoris, ita etiam apostilla addita in margine non vitiat residuum instrumenti perfecti, sed solum vitiatur ipsa apostilla, nisi Notarius illam approbet, vel nisi sit manu Notarii, & ratio est, quia si manu aliena, non præsumitur eodem tempore, sed addita, ita plene Alex.*cons.14. Visis, & consideratis, num.5.ver.tertio, quia plenius, & num.27.& seq.ver.non obstat quod secundo, lib.6.& n.28.ver.& eodem modo*, vbi dicit * communem. *
† Amplia, quia ea, quæ dicuntur de subscriptione speciali pro ap- 5
probatione apostillæ, procedunt etiam in cancellatione facta in loco substantiali, & idem est, quando manu aliena est scriptum originale. Bologn.in apostill.ad *cons.10.de Ana.28.num.13.& nu.15. cum seq.*
† Amplia, quia scriptura, & matrix instrumenti scripta manu diuer- 6
sarum personarum redditur suspecta. Alexan.*cons.14.Visis, & consideratis, in princ.lib.6.* † Restringe, quia instrumentum non probat, 7
quando matrix diuersa manu est scripta, quando Notarius dicit esse manu sua scriptam, secus vero, si facit mentionem, quod aliena, & diuersis manibus est scripta, quia probat, tex.in *c.inter dilectos, de fi.instrum.* Alexan.*d.cons.14.n.25.ver.& licet, lib.6.* † Restringe, quia etiam 8
si Notarius non faceret mentionem, quod diuersa manu est scripta, quando hoc euidenter patet, & sine fraude, vel suspicione, veluti si constat, quod testamentum est scriptum manu Notarii, & aliena manus est testatoris, & inserta in medio instrumenti, seu testamenti, quia tunc probat, ac si fecisset mentionem, quia non potest dici aliquid additum post rogitum Notarii. Alex.*d.cons.14.num.25.ver.ex prædictis.lib.6.*vbi *num.26.in fin.* quod præsumitur de voluntate testatoris scriptum. † Declara, quia non procederet restrictio, quando 9
aliena manus esset superaddita, vt quia appareret rasura, & scriptum super rasura, vel in margine aliquid scriptum, vel in ventre tanquã additum, quia tunc esset scriptura suspecta, & non probaret. Alex.
d.cons.14.num.26.vers.redderetur etiam, lib.6. † Restringe, quia imo 10

si Notarius subscribat instrumentum scriptum ab alio, licet ipsa imbreuiatura non sit manu eius, qui fuit rogatus, scripta tamen valebit, etiam si in margine dictæ imbreuiaturæ sint aliæ apostillæ manu incognita scriptæ. Alexand. *d cons.14. num.18. ver. quinto probatur, libr. 6.* vbi apostill. citat eundem Alexand. *cons.147. num.4. lib.2.* & Alex. *d.cons.14. num.19.* vult, quod generalis subscriptio sufficiat, non fa-
11 cta mentione de manu aliena. † Contrarium dicit Patis. *cons.12. nu.*
12 *120. & seq. lib.2.* vbi reprobat Alex. † Declarat Alexand. *d. cons.14. nu.18. & seq. lib.6.* quia subscriptio non est necessaria in matrice perfecta, habente perfectionem ex verbis, *actum, &c.* secus in sumpto,
13 vel exemplo authentico. † Amplia; quia non statur cancellationi, neque apostillæ, etiam si sit in ventre instrumenti scripta, nisi Notarius attestetur se addidisse, vel cancellasse de voluntate testatoris. Bart. in *l. si vnus C. de testam.* Castrens. *cons.131. Dubium facit prope fin. ver. ad aliud, lib.2.* vbi, quod cancellatio non attenditur, quia potuit fieri post stipulatum instrumentum, & ignoratur à quo, & dato, quod à Notario fuerit facta cancellatio debet apponere diem, & annum,
14 & quod fecit de voluntate testatoris. † Extende, quia scriptura in qua sunt cancellationes, redditur suspecta, maxime, quando Nota-
15 rius non facit mentionē de cancellationibus. Alexand. *d. cons.14. nu.2. & seq. vers. secundo quia lib.6.* † Et ideo licet testamentum repertum cum cancellationibus, & interlineaturis possit releuari authenticum, & in publicam formam; tamen Notarius debet omnes interlineaturas, rasuras, & cancellationes describere, & de eis mentionem facere, vt sic nō plus fidei sit authenticum exemplatum; quam originale. Alexand. *d. cons.14. numer.4. vers. quod si testamentum, lib.6.*
16 † Restringe, quia cancellationes in testamento circa particularia legata, non vitiant institutionem sine cancellatione, quando testamentum est in reliquis perfectum; quia cancellationes factæ præsumūtur de voluntate testatoris. Alexand. *cons.14. numer.27. vers. non obstat. quod secundo lib.6.* & plenius ibi, *num.10. vers. secundo adduco,* vbi quod solum vitiat cancellatum, si de eo agitur, secus si de alio non cancellato, & *num.13.* extendit, etiamsi esset cancellata institutio particularis, quia valet institutio vniuersalis, & è conuerso, quando adest clausula codicillaris, quæ substinet legata, & testamentum.
17 † Idem in simili, si instrumentum in aliqua parte, non potest legari, quia non vitiatur in alia parte, quæ potest legi. Alexand. *d. cons.14 n.*
18 *11. & seq. lib.6.* † Declara, quia cancellatio, seu rasura est circa substātialia, videlicet, crimum, mensem, diem, indictionem, nomen tabellionis, vel nomen partium, & instrumentum non valet in aliquo, si vero esset in eo, quod est de substantia vnius capituli, non autem totius instrumenti, vitiatur illud capitulum, & non totum instrumentum, nisi esset falsitas manifesta in vno capitulo, quia totum vitiatur, quia fides tabellionis fundatur in iuramento, licet eius officium fundetur in decreto superioris. Alexand. *d. cons.14. n.12. vers. di-*
19 *cendum est. lib.6.* † Amplia, quia apostilla, & rasura præsumitur facta
20 ab eo, ad cuius commodum facit. † Restringe, nisi apostilla, vel rasura reperiatur facta in scripturis sigillatis, & sequestratis, quando altera partium dissigillauit, & subripuit, quia contra eum præsumitur, non contra eum, pro quo facit apostilla, vel rasura. Rom.
21 *cons.346. In hac causa, num.12. & seq.* † Amplia, quia originale testamentum habens apostillas, quando est diuersa manu, & redditur suspectum, potest releuari, si habet perfectionem suam, maxime, quando extant duo testes, qui de veritate disponunt, quod Notarius mortuus fuit rogatus, etiam si sint legatarii, quando lis est inter hæredem scriptum, & hæredem ab intestato. Alex. *cons.14. Visis. n.22.*
22 *& seq. vers. septimo est attendendum. lib.6.* † Extende, quia apostilla addita ad testamentum, non reddit testamentum falsum, imo substinetur, quando concurrunt plures præsumptiones, & coniecturæ excludentes falsitatem. Castrens. *cons.131. Dubium facit. colum.2. ver.*
23 *sed ad ista potest responderi.* † Extende in rasura, & scriptura facta in ipsa rasura, quia si aliunde constet de veritate, vel adiuuetur, non vitiat, prout si pater fecit testamentum, in quo filiam viuentem instituere volebat, sed ea mortua tempore stipulationis testamenti fuit facta rasura, & aliud nomen positum. Alex. *d. cons.14. n.14. vers. tertio com-*
24 *probatur,* vbi apostill. in *ver. alijs,* dat concor. *lib.6.* † Limita, quando apostilla in margine testamenti est scripta manu Notarii; quia tunc non præsumitur falsitas, licet non apposuerit approbationem, & contraria loquuntur, quando ignoratur, cuius manu sit apostilla.

☞ Castrens. *cons.131. col.2. vers. præterea posito, lib.2.* Vide, *Falsitas ex multis arguitur & præsumitur. Concl.44. n.32. & multis seqq.* Vide plene etiam per Mascard. *Concluſ.113. An, & quando fides habeatur apostillæ.*

* *
*

Apostoli appellationis multiplices, & de natura singulorum. Concl. 427.

APostoli † reuerentiales dicuntur, quando Iudex detulit ap- 1
pellationi ob reuerentiā, & ideo si dat apostolos reuerētiales, dicitur detulisse. *l. eos. §. super ijs, C. de appell.* Si vero defert simpliciter, nec dicatur, quod dat reuerentiales, tunc appellantur dimissorii apostoli. *l.1. C. de libel. dimissor.* † Et idem in multis casibus, quando ni- 2
hil respondet; quia censetur detulisse. Vide, *Apostolorum denegatio habet vim delationis. Concl.429.* † Refutatorios Apostolos dat Iudex 3
appellationis, quando denegat admittere appellationem. *c. cum appellationibus, de appellat. in 6.* † Mixti dicuntur apostoli, quando iu- 4
dex denegat admittere appellationem, nisi si & in quantum, quia expresse dantur refutatorii, quia non admmittit appellationem, sed tacite dantur reuerentiales, quia subijcit, nisi si & in quantum cuius natura est, si sequitur negatiuam, includere affirmatiuam. Bald. *cons.428. Delegatus Apostolicus. num.2. vers. sed vltra hoc, lib.1.* vbi, quod sunt mixti. † Extende, quia delatiui dicuntur tales apostoli; quia 5
Iudex denegat de iure deferre, & retinet iurisdictionem, tamen ob reuerentiam defert, & Iudex superior cognoscat, ad quem defertur ista cogniti propter mixturam, & dubietatem. Bald. *d. cons.428. n.3. vers. secundo casu. lib.1.* † Quando non apparet de responsione Iudi- 6
cis, vt quia Notarius scripsit solam appellationem, an Iudex præsumatur tacuisse, & sic dedisse refutatorios, an potius terminum iuris, vt appellans teneatur redire. Anchar. *cons.224. Iste Dominus, n.3. & seq. vers. sed restat,* dicit, quod præsumitur dedisse terminum iuris, maxime, si Iudex hoc attestatur, quia non repugnat instrumento. † Ex- 7
tende etiam ad effectum desertionis appellationis, si appellans non redit pro apostolis, maxime, quando sunt petiti in porta, & sic in loco incongruo, qui præsumitur Iudex dedisse terminum iuris. Anch. *d. cons.224. per tot.* maxime *in fine.* † Testimoniales dicuntur, quando 8
coram Notario, vel honesta persona appellatur, quia Iudicis copia haberi non potest. Cassad. *decis.8. n.7. vers. item, quod locus domicilij, de appel.* † Conuentionales dicuntur, quando pars defert, *cap. 1. de for.* 9
compet. in prin. lib.6. † Iuris terminum etiam dare potest Iudex loco 10
Apostolorum, & operatur, quod appellans tenetur reuerti intra 30. dies pro apostolis, & si non reuertitur, habetur pro non appellante, etiam si veniret ante, & Iudex non responderet; ideo ne appellans grauetur, datur terminus iuris, & interim quandocunque, &c. quia tunc sufficit, quod reuertatur quandocunque, vide circa præmissa Vestrium in *prax. lib.7. tit. de appell.* & apost. *circa si. ver. consueuerunt etiam,* & infra. *concluſ.429.* vbi plenius.

Apostoli ab appellante qualiter petendi. Concluſ. 428.

APostoli † debent peti ab appellante sæpe, & sæpius cum in- 1
stantia, tamen sufficit, si petantur contextualiter sæpe, & sæpius cum instantia; quia non requiritur, quod separatim, & diuisim petantur diuersis vicibus. Bald. *cons.171. Punctus quæritur, lib.5.* † Ra- 2
tio, ob quam cum instantia, & pluries petendi sunt, est, vt Iudex mitigetur, & ira eius; quia vt plurimum irascitur Iudex contra appellantem. Lap. *alleg.39. num.7. versic. quare apostoli.* † Amplia, vt sicut 3
congruo loco, & tempore debēt peti apostoli ab appellante, ita hæc congruentia cōuenit Iudici, vnde si assignaret terminum hora incōgrua, puta ad octo dies, horam tertiarum, & dies octaua esset Natalis Domini, & sic incongrua, potest in vigilia comparere appellans, & non est deserta appellatio. Feder. de Sen. *cons.75. Iudex a quo, per tot.* † Et ideo apostoli petiti in via, vel in porta non censetur congruo 4
loco petiti, ideo tenetur petens redire pro eis loco congruo. Anch. *cons.224. Iste Dominus. n.5. & seq.* † Limita; quia licet apostoli debeant 5
peti ab appellante, etiam ex forma statuti, tamen si non sint petiti, & Iudex illos concesserit, vt quia detulerit appellationi, satis est, & valet appellatio. Bald. *cons.99. Statuto Ciuitatis, numer. 1. vers. item dico. lib.3.*

Apostolorum denegatio habet vim deuolutionis appellationis. Concl. 429.

IVdex † denegans respondere de apostolis, quando debita cum 1
instantia congruis loco & tempore est requisitus, dicitur deferre appellationi, ita, quod quidquid postea agit, nullum est, *clem. quamuis, §. si. de appel.* quæ facit tres casus. † Primus casus est, si

Iudex

Iudex in termino ab eo statuto requisitus non responderit de apostolis, quia censetur deferre. *d. clem. quamuis. §. fi. de appellat.* Feder. de Sen. in simili. *cons. 95. Iudex à quo.* † Secundus, si dixerit se daturum, nec apposuit aliquem terminum, quia etiam censetur deferre. *dict. clem. quamuis. §. fi. de appell.* † Tertius casus est, quando assignauit terminum iuris, & in termino expectato fine termini illos nihilominus non dedit, quia dicitur detulisse. *d. clem. quamuis. §. fi. de appellat.* vbi gloss. in *ver. ex tunc*, quia si in termino mensis non respondet, censetur deferre. Federic. de Senis. *cons. 187. in princ.* † Quartus casus est, si Iudex respondit se postea daturum, & deinde in termino iuris citauit appellantem ad recipiendum, quia adhuc censetur detulisse, ita quod procedendo vlterius nulliter agit. Lap. *alleg. 125. Factum, super quo*, & iste casus videtur cadere in secundo, nisi quod Iudex postea citauit. † Quintus casus est, si Iudex nihil respondit, quia censetur detulisse, & plus est respondere se daturum apostolos sine termino, & nihilominus censetur deferre, quam si nihil omnino respondeat. Lap. *alleg. 125. Factum super quo, in fin.* vbi dicit se ita obtinuisse, idem dicit Zabarel. in *d. clem. quamuis. §. 1. in 2. quæst. n. 3. de appellat.* Feder. de Sen. *cons. 187. in princ.* qui loquitur in Iudice exequutore, qui nihil respondit appellant i, postea citauit illum ad recipiendum apostolos, & appellante comparente, nihil respondit, quia detulisse censetur. † Sextus casus est, si Iudex dixit, quod non admittebat, nisi si & in quantum de iure, quia cum nihil respondeat de apostolis, habetur pro deferente. Car. Zabar. in *d. clem. quamuis. §. fin. num. 4. ver. tertio quaro. de appel.* † Regula igitur est, quod Iudex denegans dare apostolos appellanti, dicitur deferre appellationi. *clem. quamuis. §. fi. de appellat.* vt supra Feder. de Sen. *cons. 192. numer. 2. vers. secundo membro principali.* † Ratio est, quia non deferendo grauat appellantem, & ex denegatione grauamen illatum iustificat appellationem. Bald. *consil. 44. Ad euidentiam, in fine. versic. dicit enim Bartol. libro 3.* † Declara, vt procedat, dummodo Iudex fuerit legitime requisitus, & non fuerit legitime impeditus; quia tunc nō habetur pro deferente, *cap. vt super, de appellat.* Feder. *d. cons. 192. num. 2. vers. secundo membro principali, & num. 3. vers. differunt autem.* † Amplia, vt Iudex appellationi deferre censeatur, nedum si non respondet de apostolis, sed etiam si non admittit appellantem ad probandum causam sufficiētem appellationis ab interloquutoria, secus est, si causam ineptam, & non releuantem adduceret. Innocent. in *cap Romana, de appellat. in 6.* Feder. *d. cons. 192. nu. 2. ver. secundo membro principali*, ibi, *& idem erit, &c.* † Declara, quod non tantum operatur recusatio admissionis ad probandum causam appellationis, quantum operatur dilatio, quia dilatio transfert iurisdictionem, etiam si à principio sit friuola, & peccet in forma, secus est in recusatione admissionis probationis causæ. Feder. de Sen. *d cons. 192. in fine. vers. differunt*, vbi ponit alias differentias, & conuenientias. † Limita, quia Iudex potest denegare delationem, & non grauat, quādo appellatio est prohibita, vel quādo est nulliter interposita. Bald. *cons. 44. Ad euidentiam, in fin. ver. super septimo. lib. 3.*

Apotheca quid sit. Concluſ. 430.

APotheca † est locus, seu statio ad merces, vel exercitium aliquod, *l. 1. C. de verb. signif.* plenius in *l. si quis intra. C. de bonis proscrip.* † Et apotheca non est domus, sed meritoria domus, licet contineatur appellatione domus, quando est subtus domum, & vnita domui. Castrens. *cons. 454. in princ. lib 1.* † Est tamen nomen vniuersale, quia appellatione apothecæ veniunt omnes merces, quæ sunt in ea. Alexan. *cons. 47. Circa primum. num. 2. lib. 1.* Iaſ. in *l. si res obligata. nu. 24. ff. de leg. 1.* Et quando appellatione domus veniat apotheca, vel nō, Vide plene, *Domus an, & quando vna dicatur. Concl. 619. nu. 16. & seq. & Concl. ibi sequen.*

Approbare quando quis dicatur, & quomodo non. Concluſ. 431.

OPinio † glos. & Doctor. dicitur approbata ab aliis scriptoribus in eadem materia, & loco non improbant, quia non improbare est approbare. glo. 1. in *l. inter omnes. ff. qui satisd. cog.* Curt. Sen. *cons. 58. col. 3.* Alex. *cons. 139. num. 14. lib. 6.* Cor. *cons. 24. n. 3. lib. 2.* & sic arguit Ant. de Butr. *cons. 22. in princ.* quod glosa nemine reprobata sit approbata. † Et facit in simili; quia omnia, quæ non sunt prohibita, censentur permissa, & sic est de genere permissorum non improbare. Vide, *Permissa censentur omnia non prohibita. Concluſ. 190.* † Amplia, quia personam, quam in aliqua qualitate existere ad mei fauorem volo, & approbo, compellor etiam approbare contra me. Roman. *cons. 331. In casu propositæ. num. 2.* vbi apostil. in *ver. contra me*, dat concor. vbi, quod ille, quem volo esse meum procuratorem ad mei fauorem, necesse est etiam, vt approbem eundem talem contra me. † Extende, quia si produco aliquid pro me in iudicio, compellor stare contra me illi producto. Vide, *Producens in iudicio aliquid censetur fateri contenta in ea. Concl. 872.* † Extende, quia si volo, quod aliquid exhibeatur, quia volo vti pro me, & contra me statur producto. Vide, *Editionem petens an teneatur stare pro, & contra se. Concluſ. 42.* Vide, *Impugnans aliquid non potest se fundare in eo. Concluſ. 57.* † Limita, quia non inducitur approbatio ex eo, quod quis plus non possidet, quia non potest, nam possidēs quattam partem eius, quod sibi debetur, quia totum habere non potest, non dicitur contētari de quarta parte, & residuum renunciare. Crauet. *cons. 747. Causa primogenturæ. numer. 15.* Vide, Mascard. *concluſ. 121. Approbatio sententiæ, vel scripturæ quibus modis probetur.* Vide, *Concluſ. prox. seq.* † Idem est, si quis per metum vendit, licet pretium sponte recipiat, tamen non approbat meticulosam venditionem, quia ex alia causa potuit recipere, vt minus perderet, Crau. *d cons. 747. n. 16.* † Idem est, quia creditor in centum, si petat quinquaginta solum à suo debitore, non remittit residuum, quia nisi addat pro residuo, reliquum petere potest. Crau. *dict. cons. 747. num. 19.*

Approbatio personæ alicuius non extenditur ad aliam, & quando secus. Concl. 432.

APprobatio † vnius actus non infert ad alium actum diuersum, & ideo approbans factum potest improbare qualitatem. Dec. *cons. 54. n. 69. & seq.* vbi late, *lib. 2.* † Extende, quia approbans vnum capitulum testamenti inualidi, non censetur approbare totum testamentum, & substitutionem in eo factam. Alexand. *consil 123. Discussis, num. 8. ver. vnde non sequitur. lib. 1. & cons. 2. prope fin. libr. 4.* quia in capitulis separatis nō infertur de vno ad aliud. † Sicut et an. fideiussio coram vno Iudice, & in vno loco non extenditur ad alium Iudicem, & alium locum. Rom: *cons. 62. num. 2.* † Amplia, quia approbans personam Iudicis, non censetur approbare eius dictum, vel sententiam. *cap. super quæstione, de offic. deleg.* Gemin. *consil. 15. num. 17. in fi. ver. quantum ad secundum.* † Extende ad testes, quia approbata fuit persona testis, non approbatur eius dictū. *c. præsentiam de testib.* Gem. *d. cons. 13. num. 17. in fine.* † Extende in Notario, quia approbata legalitate personæ transumentis instrumentum non censetur approbatum ipsum instrumentum. Gemin. *d. cons. 15. num. 17. ver. quantum ad secundum.* † Extende, quia in dubio approbatio censetur facta sine præiudicio iurium in reliquis. Decian. *d. cons. 54. n. 74. & seq. lib. 2.* † Et renuncians instrumento, non censetur remittere debitum contentum in instrumento, Decian. *d. cons. 54. n. 75. lib. 2.* † Amplia, quia approbatio, quæ insurgit ex facto, non includit, nisi ea, quæ necessario veniunt. Decian. *d. cons. 54. num. 65. lib. 2.* † Limita, quia approbās fideiussorem dicitur obligari pro eo, si non est idoneus. *l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui satisd. cogan.* vbi Ang. & ceteri, qui dicūt, quod caueat quilibet, ne approbet fideiussorem, vel alium pro idoneo, quia eo ipso, quod approbat, tenetur pro eo. † Contrarium dicit tex. in *l. eleganter. ff. de dol.* vbi quod si non lucri gratia approbauit animo decipiendi, non tenetur de dolo. † Declarat Bar. secundum aliquos primū dictum procedere, quando magna est quantitas, secundum contrarium, quando est parua, vel dicit melius esse; quia contrarium procedit, quando approbauit sine dolo, vt quia laudabat, prout faciunt homines aliquando ex sui natura, vide Bar. *d. l. eleganter. §. fin. ff. de dol.* † Declarat Fulgos. *d. l. si vero, §. qui pro rei.* vt primum procedat, quando in iudicio, secundum, quando extra iudicium. *ff. qui satisdar. cogan.* vel quod sit speciale in satisdatione in illo titulo. † Declarat melius, vt per Iaſ. *d. l. si vero. §. qui pro rei. num. 2. ff. qui satisd. cogan.* vt illi, qui sunt deputati ad approbandum, omnino teneantur ex approbatione, alij vero non teneantur, nisi eorum interfit; quia si non sunt in dolo, non tenentur. Vide plene, *Inclusio vnius est exclusio alterius. Concluſ. 71.* Vide, *Limitatio legis in vno casu non extenditur ad alium casum. Concl. 356.* Vide, *Dispositio limitata non extenditur. Concluſ. 494.* † Limita, quia is, qui dicit habere scribentem hominem veracem, & integerrimum in eius dictis, censetur approbare eius scripturam, vel eius examen, licet in specie non dicat, & qualiter procedat. Vide plene Mascard. *Concluſ. 121. Approbatio sententiæ, vel scripturæ.*

* *
*

Approbatus ad vnum beneficium potest reprobari ad aliud etiam simile. Concluſ. 433.

1 APPROBATVS † per Episcopum ad duas parochiales Ecclesias, potest ad tertiam vocatus reprobari. Oldrad. *cons.* 18. *Circa primum articulum, in princ.* † Amplia idem in medico, & alijs similibus propter periculum in exercitio artis suæ. *l.* 2. *C. de profess. & medi. lib.* 10. & ibi Bar. qui dicit idem in Doctore, qui male legit scholaribus. Oldrad. *d. cons.* 18. *in princ.* Vide, *Medicus semel approbatus potest reprobari.*
3 *Concl.* 160. † Limita, in eo, qui semel fuit approbatus ad audiendum confessiones ab Episcopo, quia talis licentia non potest reuocari, quando est simpliciter concessa. Old. *cons.* 230. *ver ad secundum. n* 3. tamen videtur distinguendum, an subsit causa, & possit, alias secus, prout in simili, de dispensatione facta de studendo, vt non reuocetur. Oldr. *cons.* 203. *ver ad tertium.* Vide, *Reuocari non potest sine causa dispensatio, & licentia de non promouendo. Concl.* 317. † Limita, quia imo est
4 regula, quod semel placuit, amplius displicere non potest, *c. quod semel placuit, de reg iur. in* 6. † Restringitur, quia in habentibus tractum successiuum possum semel approbatum, & placitum ex noua causa reprobare, & impugnare. Anton. de Butr. *cons.* 22. *nu.* 3. *ver. excluso nisi*, vbi, quod Dominus si recepit scienter canonem ab emphyteuta, qui alienauit rem emphyteuticam, censetur remittere caducitatem causam vsque tunc, sed si continuet in ipsa alienatione, quia quotidie dicitur alienare, potest Dominus declarare caducitatem, tanquam ex noua causa.

Apuliæ statuta, consuetudines, & priuilegia Concluſ. 434.

1 FEVDA † de consuetudine Apuliæ transeunt ad fœminas non extantibus masculis. Apostil. ad Rom. *cons.* 367. *in ver. non succedere, circa fin.* vbi plurimos citat. Vide, *Rex Apuliæ qualis, & eius successio* Cō-
cluſ. 340. Vide, *Consuetudo diuersorum locorum circa feudalia. Concl.* 862.

Aquæductus; & ius irrigandi quando competat, & qualiter probetur. Concl. 435.

1 IVS † irrigandi fundum emptum si quis habere prætendat, debet probare, quod istud ius competeret venditori iure reali, nec sufficeret docere, quod venditor irrigabat; quia potest competere iure personali. Castrens. *cons.* 235. *Viso puncto, in princip. & per totam. libr.* 2.
2 † Vendens aquas intrantes per talem buccam, & discurrentes in eis, censetur vendidisse etiam aquas, quæ ex fundo venditoris miscebantur cum aquis buccæ post ipsam buccam, & solutæ erant simul discurrere ad commodum irrigandi, ita, quod venditor non potest auertere, & aliunde velle deducere. Castr. *cons.* 246. *Visis supradictis,*
3 *lib.* 2. vbi late discutit plura de aquis venditis, & deriuari solitis. † Aquam in solo meo nascentem possum auertere, dummodo faciam, vt mihi prosit, non autem, vt alteri noceam. *leg. Proculus. ff. de damn. infect. l.* 1. §. *denique Marcellus. ff. de aqua pluui. arcend.* & maxime, quando
4 est aqua priuata. Castr. *cons.* 323. *in princ. vers. videndum est. lib.* 2. † Restringe, si nasceretur in fundo alieno, vel publico, & ingrederetur cursum; quia licet transeat per meum agrum; tamen non possum auertere. *l.* 1. §. *illud in fin. de aqua quotid. & æstiua.* Castrens. *d. cons.* 323. *ver.*
5 *in contrarium. lib.* 2. † Declarat Castrens. qui ponit prædicta omnia, *cons.* 246. *col.* 2. *ver. secundo dicit per tot. lib.* 2. quod prædicta procedunt duobus concurrentibus primum est, quod is, ad quem deriuat aqua, non habeat causam à superiore, quia tunc habens aquam deriuantem ad fundū suū inferiorem, si fundum inferiorem alienet, censetur cum iure decursus aquarum vendere; secundum requisitum est, quod inferior iure seruitutis non acquisiuerit, quia tunc non potest
6 auferre. † Declara alio modo, vt per Castrens. *cons.* 323. *Visa supradicta col.* 2. *ver. sed contrarium, lib.* 2. quia *l.* 1. §. *denique Marcellus, ff. de aqua pluui. arcend.* procedit, quando aliquis in feudo suo fabricat, & ex tali fabrica confert commodum vicino, quia potest illud commodum auferre; secus, si ædificat in alieno, quia non potest auferre commo-
7 dum causatum vicino. † Amplia etiam, quod quilibet possit aquas decurrentes ex fundis alienis acquirere, & facere suas per diuisionem sine opere manufacto in alieno, est tex. in *l.* 1. §. *ijdem aiūt aquam pluuiam, ff. de aqua pluuia arcend.* Castrens. *cons.* 323. *Visa supradicta, in princ. lib.* 2. vbi, quod ex tali præoccupatione sciente domino, à cuius prædio deriuat aqua, per 30. annos acquiritur dominium. † Et saltem licet aqua non sit occupantis, antequam fundum ingrediatur, tamen saltem acquisiuit ius ducendæ aquæ per prædia aliena, ne possint diuertere, *leg.* 1. §. *Aristo,* & §. *quæsitum,* & sic poterit confessoriam intentare. Castrens. *dict. consi.* 323. *colum.* 2. *in fin. vers. vel si dicimus, libr.* 2. † Imo, quod alienam aquam diuertens ad sui commo- 9
dum per 30. annos illam acquirat, si est in bona fide, alias secus est. Castrens. *d. cons.* 323. *in fin. ver. quantum vero, lib.* 2. † Declarat, quia li- 10
cet non acquiratur proprietas aquæ minori spacio triginta annorum, tamen acquiritur ius aquæ ducendæ spatio longi temporis; quia tanto tempore seruitutes habentes, causam continuam perdunt, *l. sicut, C. de seruitut. & aqua.* † Imo, quando seruitus est rustica, 11
ea perditur spacio 10. annorum, etiam aduersario existente in mala fide. *l. sequitur,* §. *via. ff. de vsucap.* Castrens. *cons.* 323. *in fin. lib.* 2. † De- 12
clara, quia contra minores non currit talis præscriptio decem annorum; quia debent restitui. Castrens. *d. cons.* 323. *in fin. lib.* 2. † Et aqua, 13
quæ ducitur ex flumine publico, qualiter fiat priuatorum. Vide, *Flumen publicum quando dicatur & quæ in eis fieri sint permissa. Concl.* 405. *num.* 16. *& seq.* † Qualiter autem probetur istud ius aquæ duc- 14
dæ acquisitum esse dicas, quod si aquæ defluunt naturaliter absq; facto hominis, nullum ius potest in eis acquiri, etiam si per mille annos ita defluerent. Iacob Mandel. *cons.* 299. *num.* 23. plene apost. ad Alexand. *consil.* 69. *Circa primum, in princ. in ver. ius lib.* 5. † Exten- 15
de idem esse in aquis, quæ scaturiunt ex prædio alieno; quia si defluunt per riuulos ex se nullus potest diuertere aliunde ex prædiis alienis, quia riuus dicitur esse eorum, qui habent ripas contingentes. Alexand. *cons.* 69. *Circa primum, in prin. lib.* 5. vbi apostilla. † Restringe, 16
nisi quis sit solitus spatiare, irrigationes facere. Mandell. *d. cons.* 299. *num.* 4. *ver. quarta ratio, cum sequen.* vbi requirit tempus antiquissimum. † Restringe, quando quis esset in possessione vsus aquæ di- 17
riuandæ per cursum manufactum bona fide, & dicitur bonæ fidei, si per decennium esset vsus. Alexand. *d. cons* 69. *num.* 2. *& seq. ver. sed præmissis, lib.* 5. ✕ ita declarat apostill. ibi in *ver. ius.* † Limita, quia aqua 18
quæ defluit per formulam ad molendinum meum dicitur priuata, & mea, ideo non potest per alium alio diuerti. Alexand. *consi.* 108. *In causa, & lite, in princ. lib.* 2. † Restringe, quia aqua si, postquam ex 19
meo molendino defluit, transit per fundum alienum, efficitur illius, qui est dominus fundi, qui potest diuertere, vbi velit. Alexan. *dict. consil.* 108 *nemer.* 2. *lib.* 2. vbi apostil. citat Ias. *consil.* 150. *libr.* 1. & alios. † Declara, quia is, qui est in possessione vsus aquæ ducendæ 20
per decennium, habet duo remedia, vnum est interdictum, ne impediatur, alterum est actio confessoria. Alexand. *consil.* 69. *num.* 4. *& seq. ver. secundo principaliter, lib.* 2. quæ confessoria præscribitur, & acquiritur per 10. annos inter præsentes, & 20. inter absentes cum scientia, & patientia eius, contra quem præscribitur. Vide, qualiter aqua probetur esse propria alicuius, vel non plene per Mascard. *Concluſ.* 123. *Aqua an & quibus modis probetur esse propria alicuius. ff. de aqua quotid. & æstiua.*

Aquæ ducendæ ius quando, & qualiter conseruetur, vel perdatur, & aquæ bonitas qualiter probetur. Concl 436.

HABENS † ius ducendi aquam ad molendinum suum ex flumi- 1
ne dicitur præoccupasse istud ius, ita quod potest prohibere alium volentem diuertere aquam, vt conducat ad nouum molendinum suum. Alexand. *cons.* 130. *Vertitur dubium, in prin. lib.* 6. vbi hoc admittit, quando is, qui præoccupauit, vel priuilegio, vel consuetudine, aut præscriptione, potuit facere, & quando aqua non est sufficiens pro ambobus molendinis. † Extende, vt procedat et- 2
iam si molendinum huius præoccupantis esset destructum, & demolitum; quia retinet ius aquæ ducendæ. Alexand. *dict. cons.* 130. *in princ. lib.* 6. † Declara, quia destructio molendino, ius aquæ ducen- 3
dæ conseruatur, & potest dominus molendini destructi prohibere alium, ne vtatur dicto iure aquæ ducendæ, quando molendinum non est in totum destructum, & aqua non recipit cursum suum naturalem, si vero molendinum esset in totum destructum, & aquam permisisset recipere cursum suum naturalem, tunc dominus molendini destructi perdit ius præoccupationis, etiamsi permiserit hoc per annum. Bart. in *l. fi. in princ. ff. de vsucap. & in leg. quominus quæstio* 15. *ff. de fluminib.* plene Alexand. *dict. consil.* 130. *num.* 4. *& sequ. per tot. vers. sed præmissis, lib.* 6. vbi dicit * communem opinionem. † Cautela * igitur datur, vt non perdat ius prohibendi, & conseruetur aquæ 4
ducendæ ius primæuum, quod dominus molendini declaret per instrumentum, quod intendit continuare possessionem aluei, & quod pro signo apponat palos, & alia signa, & hoc modo conseruabit. Alexander. *consil.* 130. *numer.* 5. *versicul. & idem dicit Angel. libr.* 6. 5
† Limita, quia vsus ducendi aquam per fundum alienum ad molendinum, vel alias etiam iure seruitutis perditur per non vsum decem annorum inter præsentes, & viginti annorum inter absen-

absentes. Alex. *d. cons.* 130. *in fin. lib.* 6. Vide, *Aqueductus, & inuirrigandi, quando competat. Concluſ. præcedent.* A quæ bonitas quomodo, & qualiter probetur, Maſcar. *cons.* 112. *Aqua bonitas.*

Aquilegienſis Ciuitas, & eius ſtatuta, priuilegia, & conſuetudines. Concluſ. 437.

1 CIVITAS † Aquilegienſis eſt Patriarchalis, habens dominium
2 temporale in Patria Fori Iulij. † Et conſtituebat officialem Marchionem in Hiſtria, quæ erat de temporali iuriſdictione Patriarchæ, vt per Cardin. Zabarel. *conſ.* 83. In caſu ibi poſito, & per totũ conſilium, vbi Anton. Caraffa de Neapoli fuit conſtitutus Marchio, & poſtea ſe rebellauit occupando Caſtrum, & Ciuitas Iuſtinopolis
3 erat de Iuriſdictione Patriarchæ temporali, vt ibi. † Iuriſdictionem habet temporalem, & Ciuitas Tergeſtina, & multæ terræ in patria Fori Iulij ſunt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ Aquilegien. Car.
4 Zabar. *conſ.* 72. in caſu, qui ibi ponitur ante conſilium. † Recognoſcit reſpectu temporalium Papam in ſuperiorem, vt dicit Zabar. *conſ.* 83. *in fin.* quod eſt Collegij Paduani, vbi, quod de conſuetudine
5 Fori Iulii fit iuſtitia contra ipſum in Parlamentis. † Contrarium, & male dicit. Caſtrenſ. *conſ.* 125. *Dubitatur in princip. lib.* 2. quem ſequitur Iaſ. *conſ.* 123. *lib.* 1. & quod dicat male, videatur idem Caſtrenſ. *conſ.* 155. *In cauſa, quæ vertitur, num.* 2. *lib.* 2. vbi, quod eſt de temporali iuriſ-
6 dictione Eccleſiæ, & quod in ea ſeruatur ius Canonicum. † Caſtrum Sancti Danielis eſt de iuriſdictione Patriarchæ Aquilegien.
7 Caſtrenſ. *conſil.* 155. *in princ. per totum libro ſecundo.* † Caſtrum Zopolæ eſt de iuriſdictione Eccleſiæ Aquilegienſ. in temporalibus. Zaba-
8 rel. *conſ.* 148. *Nobiles Viri.* † Caſtrum Petræpiloſæ eſt de iuriſdictione dictæ Eccleſiæ temporali, quod fuit occupatum, poſtea reſtitutum per Antonium Caraffam de Neapoli officialem Patriarchæ,
9 Zabarel. *d. conſ.* 83. *In themate præcedenti*, vbi ponitur ſeries facti † Caſtrum Sauorgnani penes Vtinam cepit Patriarcha, & ſpoliauit Comites omnibus monitionibus, qui fuerunt reſtituti. Zab. *conſ.* 134. *per*
10 *tot.* † Prætendebat Patriarcha Aquileg. ſuperioritatẽ, videlicet cauſas appellationis etiã reſpectu temporalium in Epiſcopatu, Cenetenſ. quia Epiſcopus habet iuriſdictionẽ tẽporalẽ, ſed Iaſ. *conſ.* 123. *lib.* 1. cõſuluit, & male; quod male, quod imo ſuperioritatis ſpectat ad dominium Venetorum, quia iuriſdictio temporalis fuit ab Imperio con-
11 ceſſa. † Sed in facto dicas, quod non ſpectat ad dominium Venetorum, neque ad Patriarcham, ſed ad Papam ſpectat, ex quo ſicuti Patriarcha ſubijcitur Papæ reſpectu temporalis iuriſdictionis, vt per Cardin. Zabar. *d. conſ.* 63. *in fi.* Ita etiam Epiſcopus Cenetenſ. & maxime quia ex conuentione inter Commune Cenetæ & Epiſcopum Cenetenſ. de anno 1429. dicitur, quod ſpectat appellatio Vicarij Cenetenſ. ad Epiſcopum; quia antiquitus non appellabatur, niſi ad Epiſcopum. & hæc conuentio eſt facta coram deputatis à Republica die 19. Nouembris in Palatio S. Marci, rogatis duobus Notarijs.
12 † Vide Caſtrenſ. obiter dicentem, quod temporalis iuriſdictio Patriarchatus Aquilegiẽſ. prouenit ex donatione Principum, & quod valet legitimatio Imperialis in terris Patriarchatus, quia Principes donantes non cenſetur abdicaſſe à ſe omnem iuriſdictionem, prout abdicatur, quando fit donatio Eccleſiæ Romanæ. Caſtrenſ. ita
13 *conſ.* 345. *Circa primum, in prin. lib.* 2. † Contrarium; quia quando Imperator donauit Patriarchæ, nihil ſibi reſeruauit, & eadem libertas
* eſt, ſi donatur Eccleſiæ inferiori, ſicut ſi donatur Eccleſiæ Roma-
* næ, ſentit de * communi opinione atteſtans Iacob. Mandel.
14 *practi. quæſt. cap.* 4. *numer.* 2. † Patriarcha Aquilegienſ. de anno 1445. *conſil.* 52. *numero* 14. *& ſequ.* & magis * communem dicit Couarr. ex tranſactione tranſtulit omnem iuriſdictionem, quam habebat in pluribus Ciuitatibus in dominium Venetorum, exceptis tribus,
15 vt dicit Iaſ. *conſ.* 123. *col.* 1. *in fi. lib.* 1. † Schiſmatica fuit, vt in *c. quia diligentia, de electio*, Ideo non mirum, ſi propter peccata veniunt aduerſa. Nam propter iniuſtitias humiliantur Regna, & Principatus, vt dicit
16 Pſalmiſta. † Patriarcha Aquilegienſ. fuit Antonius Caietanus po-
17 ſtea translatus. Zabarel. *conſ.* 145. † Delictum Prælati non debet nocere Eccleſiæ. Bald. in terminis de Eccleſia Aquilegienſ. loquens *d. c.*
18 *quia diligentia, de electio.* † Epiſcopus Gurgenſis erat æmulus Patri-
19 archæ Aquilegienſ. Zabar. *d conſ.* 83. in caſu, quẽ ibi præmittit. † Cõſtitutio Aquileg. quod non poſſit purgari mora, non valet tanquã contra Canones, vel ſaltem non ligat minores, ex quo de eis non facit mentionem. Zabar. *conſ.* 148. *in princ.*

Acquirens quando omnibus hæredibus acquirat, vel non. Concluſ. 438.

1 ACquirens † poteſt, ſibi & quibus velit acquirere, & quos velit ab acquiſitione excludere in his, quæ ſunt tranſitoria ad quoſcunque. Vide, *Hæredes cenſentur nominati in omni diſpoſitione hominis ſimpliciter facta. Concl.* 75. vbi plura per diſcurſum. † Amplia, quia procedit in acquiſitione feudi abſolute hæreditarii, alias ſecus. Vide, *Feudum hæreditarium quando dicatur, vel non. Concluſ.* 157. Vide, *Feudum pro ſe, & hæredibus, de quibus intelligatur. Concluſ.* 159. † Extende in emphyteuſi priuati, quia illa poteſt acquiri pro quocunque, & tranſit ad quoſcunque. Vide, *Emphyteuſis conceſſa vni, & hæredibus ad quos hæredes tranſeat. Concluſ.* 166. † Limita, quia in his, quæ in dando, vel teſtiendo conſiſtunt, licet quis ſe obliget daturum aliquibus hæredibus, & aliquibus non, etiam exceptuati debent habere. Caſtrenſ. *conſ.* 190. *Cum tempore, in fi. lib.* 1. † Reſtringe, quia ſi non extarent, niſi hæredes excluſi, ipſi nihil conſequi poſſent; ſecus ſi ipſi, & alii, & obligatio eſt in dando. Caſtr. *d. conſ.* 190. *in fin. lib.* 1. † Limita in feudo proprio, quia non tranſit ad fœminas, neque ad extraneos. Vide, *Feudum quando tranſeat ad fœminas, vel non. Concluſ.* 161. † Extende in emphyteuſi Eccleſiaſtica; quia nõ tranſit ad fœminas, neque ad extraneos. Vide, *Emphyteuſis Eccleſiaſtica an tranſeat ad fœminas. Concluſ.* 160. Vide, *Emphyteuſis Eccleſiaſtica quando ad extraneos tranſire poſſit. Concluſ.* 163.

Acquirens pro ſe, & filiis, an filiis poſſit præiudicare. Concluſ. 439.

TRES † ſunt caſus. Primus eſt, quia pater aliquando acquirit filio, vt filio, aliquando, vt filio, & hæredi; & aliquando ſimpliciter. In primo caſu non requiritur, quod ſit hæres. In ſecundo requiritur vtrunque, quod filius ſit, & hæres. In tertio caſu videtur filio vti hæredi ſtipulatum fuiſſe. Anch. *conſ.* 319. *in prin.* quod vltimum intellige in emphyteuſi priuati. Doct. * in *l. ſi tibi.* § *ſi pactus. ff. de pact.* *
Corn. *conſ.* 131. *Præmittendum eſt. col. fin lib.* 2. Ruin. *conſ.* 169. *In primis eſt videndum, num.* 2. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 129. *Perſpectis his. col.* 1. *lib.* 5. Anchar. *conſ.* 125. *Viſis, & diligenter, num.* 5. & hanc eſſe veritatem * dicit Caſtr. *
conſ. 244. *num.* 3. *ver. ſuper tertio lib.* 2. vbi loquitur tam in feudo, quam in emphyteuſi. † Declara tertium caſum, niſi res deducta in ſtipulationẽ aliter ſuadeat, quia tunc cenſetur in dubio, vt filio, non etiã hæredi conceſſa, prout in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quæ de ſui natura ad tertiam generationem cenſetur conceſſa. Anchar. *d. conſ.* 319. *num.* 2. *& ſeq.* † Et procedit declaratio, quod cenſetur acquiſita emphyteuſis perſonæ filiorum, non vti hæredum, quando prima acquiſitio eſt facta à tranſuerſali, puta à patruo pro linea ſua, & indefectum pro linea fratris, quia tunc poterunt nepotes habere emphyteuſim, & non eſſe hæredes patris. Bart. in *l mortis cauſa capitur. ff. de donatio. cauſ. mort. & in l. iuriſiurandi.* § *ſi liberi. ff. de oper. libert.* † Declara plene, vt per Roman. *conſ.* 35. *Viſa facti, num.* 2. vbi apoſtill. in *ver. licet non hæredes*, quæ citat concor. & quod emphyteuſis priuata, quæ tranſit ad omnes hæredes, intelligatur acquiſita pro filiis, & nepotibus hæredibus ſecundum * communem; Eccleſiaſtica vero non, ſe- *
cundum Alex. *conſ.* 129. *Perſpectis, col.* 2. *lib.* 5. ſed ramen dicit apoſtil. ad Alexand. quod etiam in Eccleſiaſtica debeãt eſſe hæredes, & quod iſta eſt communis opinio. † Pater acquirens pro ſe, & filiis ſuis maſculis, quibus voluit acquiri ex prouiſione ſua, non poteſt præiudicare filiis, quibus ius eſt quæſitum, neque alienare. Feder. *conſ.* 228. *Factum tale eſt, in fin.* qui loquitur in emphyteuſi. Fulgoſ. *conſ.* 121. *Quidam ſer Secretus. col.* 2. *in fin. verſ. nec hic obſtat*, vbi hanc iuſtiorem * partem afferit Anch. *conſ.* 319. *Caius conuentus, n.* 2. *& ſeq.* communem * dicit apoſtil. ad Alexand. *conſil.* 8. *lib.* 3. *ſub num.* 15. vbi alios citat. Couar. *var. reſolut. cap.* 18. *num.* 2. dicit * communem, & magis communem *
dicit Alexand. *conſ.* 106. *num.* 8. *Viſo themate*, vbi dicit magis communem, * & *conſ.* 107. incip. *in cauſa, in princip. lib.* 4. vbi dicit magis * cõ- * *
munem, cum aliis, quos allegat Clar. in §. *emphyteuſis, quæſt.* 16. *ver. his præmiſſis.* & magis * communem dicit Gabriel. *de iur. emphyt. concluſi.* *
2. *num.* 46. Menoch. *conſi.* 155. *num.* 38. *& ſeq.* vbi dicit * communem, *
quod non poteſt omnibus filiis præiudicare, quia ſunt duæ acquiſitiones, vna pro ſe, & alia pro filiis; ideo non poteſt primus acquirẽs repudiare, neque delinquendo præiudicare filiis, & hanc magis cõmunem * dicit Alexand. *conſi.* 107. *In cauſa Nicolai, in princip. lib.* 4. & *
tuetur *conſ.* 106. *eodem lib. col. fin. num* 8. vbi dicit magis communem, * & hanc partem tenet Couar. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 2. *ver. tertia* *
concl. Iaſ. in *l.* 2. *in pen. char. C. de iur. emphyt.* Decius *conſi.* 239. *col.* 3. incip. *Primo non videtur, in* 3. *dubio*, qui dicit * communem. Iaſ. *conſil.* 168. *col.* *
penultim. lib. 4. Corne. *conſi.* 149. *In præſenti conſultatione, libr.* 2. *& conſil.* 110. *Viſa dicta copia, lib.* 4. Pinel. in *l.* 1. *verſ. ſed receptior opinio eſt, C. de bon. mater.* Deci. *conſ.* 239. *n.* 5. *& ſeq.* vbi dicit * de communi. Pariſ. *conſ.* 98. *
num. 10. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 8. *num.* 7. *lib.* 1. Cephal. *conſi.* 12. *num.* 30. *& conſ.* 29. *num.* 23. vbi dicit * communem, & magis * communem dicit Iaſ. *
in *l.* 2. *num.* 202. *cum ſeq. C. de iur. emphyt.* Ang. Aret plene *conſi* 64. *Quoad primum*, vbi allegat pro vtraq; opinione, & hãc tuetur. † Et quod 6

non possit pater primus acquirens præiudicare filijs, pro quibus fuit stipulatus in emphyteusi Ecclesiastica; quia dicuntur filij habere ab Ecclesia, plenissime Angel. Aretin. *consil. 124. In casu, in princip.* vbi pro vtraque opinione allegat, & hanc tuetur, apostill. ad Alexan. *cons. 22. num. 13. in ver. revocare, lib. 5.* quando ex lege inuestituræ vti filijs, non vt hæredibus acquisiuit, licet dicat, quod si simpliciter pro filijs acquirat, censeatur vti hæredibus acquisiuisse. † Contrarium tenet Cuman. *cons. 166. Visa copia, circa fin. ver. tertia consideratio*, vbi allegat Bald. contrarium tenentem: vbi adducit tationem, quod filio vtilis actio solum quæritur, quæ tolli potest. Alex. *cons. 18. Attentis narratis, num. 5. & 6. lib. 5.* vbi loquitur in feudo acquisito pro se, & filijs vti hæredibus, vel simpliciter, quia præsumitur vti hæredibus, idem tenet Bald. *consil. 337. in fin. ver. restat vnum libr. 1.* plene Alexand. in simili *cons. 19. num. 10 lib. 5.* vbi apost. in *ver. creditores*, dicit hanc opinionem habere magnam æquitatem, vt quod à patre causatur, satisfaciat primo creditoribus, licet non transeat, nisi ad filios, & loquitur in operibus à liberto stipulatis per patrem, concord. Castrens. *cons. 179. In causa quam magnificus*, maxime *n. 3. lib. 1.* Anch. *cons. 143. Casus talis est. n. 2.* vbi, quod est ius in spe, in quo præiudicat pater primus acquirēs, quando est ex liberalitate patris, quia potest reuocari donatio facta
* filio, & hanc partem tenet Zabarell. *cons. 124. in fi.* & communem * dicit Angel. & Alex. in *l. apud Iulianum. § si quis alicui. post n. 4. ff. de legat. 1.*
* Socin. *cons. 127 num. 10. lib. 3.* & communem * dicit Ias. *cons. 213. nu. 4.*
* *lib. 2.* & magis communem * dicit Alex. *cons. 124. Consideratis. n. 8. libr.*
* *5. ver. quinimo*, vbi dicit * magis communem, plures citat Tiraq. *de retract. lignag. § 11. gloss. 6. nu. 25.* & hanc sibi placuisse semper dicit Clar. in *d. § emphyteusis. quæst. 16. ver. contrariam autem*, Ruin. *cons. 42. num. 11. lib. 1.* & hæc fuit opinio Bar. in *authen. quas ruinas. col. pen. vers. iuxta hoc quæro. C. de Sacros. Eccles.* Bald. in *l. 1. ad fi. C. per quas pers. nob. acquir.* Alex.
* in *l. idem Iulianus. § si quis alicui. ff. de leg. 1.* vbi dicit * magis communē. Cor. *cons. 282. Viso dicto puncto, & cons. 37. Circa primum. lib. 3.* Roman.
8 *cons. 35. Visa facti serie, in fi.* † Et quod pater possit legare emphyteusim Ecclesiæ receptam pro se, & filijs, & nepotibus, siue vt filijs, & nepotibus siue etiam vti hæredibus, vni particulari nepoti, te-
* net Roman. *cons. 35. Visa facti, in fin.* vbi apostil. in *ver. potuerit*, citat
* concord. & dicit * hanc communem, licet controuersam, & communem dicit * Angel. Aretin. *consil. 124. in princip.* licet postea teneat ibi contrarium, & hanc in primo acquirente tuetur Alexand. *cons. 22. Viso titulo. numer. 12. & sequ. ver. sed ita est*, vbi, quod ex acquisitione tali videtur filijs donasse, quæ donatio potest reuocari, & plenius repetit in primo acquirente feudum pro se, & filijs, & descendentibus, vt possit cum consensu Domini alienare in præiudicium filiorum. Alex. *cons. 28. In causa, & lite, num. 2. & 3. lib. 5.* vbi
* *n. 16.* dicit * communem, & quod contraria procedunt in feudo antiquo, in quo pater non præiudicat, etiam de licentia Domini, non autem in primo acquirente, & feudo nouo, & multo magis, si esset quæsitum pro filijs, & hæredibus, vt ibi *num. 18. cum seq. vers. confirmo rationes, quare posit pater alienare*, quia cum acquirat filijs in potestate, censetur causa mortis donare, quæ potest reuocari, & per alias rationes relatas per Alexan. *cons. 107. per tot. lib. 4.* quæ non militant in
* filijs, licet ibi teneat Alex. magis * communem in contrarium. † Et
9 pro contrario facit, quia pater potest renunciare iuri patronatus Ecclesiæ in præiudicium legitimorum hæredum. Alexand. *consil. 18. nu.*
10 *6. lib. 5.* vbi apostil. in *ver. patronatus*, dat concord. † Declara, quia si filij, quibus quæritur per patrem, aut ascendentes, non sunt in potestate acquirentis, non potest acquirens eis præiudicare, secus si sunt in potestate. Fulgos. *cons. 131. Quidam ser. Secretus, col. 2. in fin. vers. nec his obstat*, & ita etiam Alexand. *cons. 22. num. 12. & seq. libr. 5. vers. sed*
11 *ita est.* † Declarat Castrens. plene *cons. 164. In præsenti causa, num. 7. ver. nec obstat. si dicatur, lib. 2.* vbi, quod potest pater reuocare; quia filij dicuntur habere mortis causa capione à primo acquirente, sed dicit hoc esse verum, quādo pater acquisiuit simpliciter pro se, & liberis, quia assignare posset vni ex liberis; quia verificantur verba; sed non posset extraneo assignare; si vero acquisiuit pro se, & primogenito,
12 vel pro se, & Lucio, & Titio filijs, non posset illis præiudicare. † Declara, vt per Bald. *cons. 337. in fin. ver. restat vnum, lib. 1.* quia si feudum est acquisitum filijs, vt filijs per patrem, non potest pater filijs præiudicare, si vero est quæsitum filijs vti hæredibus, vel etiam filijs simpliciter, quam in dubio præsumitur vti hæredibus, tunc potest præiudicare, & hanc eandem distinctionem tenet Alex. *cons. 18. nu. 5. & seq. lib. 5* & plenius apostil. ad Alex. *cons. 22. num. 13. lib. 5. in ver. revocare,*
* & hanc * communem, vt vni filio soli possit legare, accedente consensu Domini, & alienare, dicit Gabriel. *de iur. emphyt. conclus. 2.* vbi in
13 fine infinitos allegat Angel. Aretin. *cons. 64. nu. 16. & sequen.* † Contrarium, quod siue acquisiuit pro se, & hæredibus, vel pro se, & filijs possit præiudicare plus relinquendo vni, quam alteri. Ang. Aretin.
14 *consil. 73. num. 47. vers. & prædicta confirmantur*, vbi citat plures. † Declara in feudo non transmissibili ad hæredes, prout feudum dignitatis; quia pater non præiudicat filijs, & in dubio non censetur hæreditarium, sed filijs quæsitum. † Declara, quia non potest pater 15
delinquendo filijs præiudicare. Menoch. *cons. 155. num. 28.* vbi dicit
* communem. † Declara, quia potest præiudicare pater, & primus * 16
acquirens plus legando, vel totum legando vni, dummodo sit de vocatis, quando non est datus ordo præcisus vocatis, ita Aretin. *consil. 73. num. 44. & seq.* vbi ponit plura similia, quæ videas in *ver. Fideicommissum non potest alienari, & quando secus. Conclus. 283. num. 85. & seq.*
† Declara, quia in aduentitiis non præiudicat, quando acquire- 17
rentur filijs non ordine successiuo, vel etiam si præcederent merita filiorum, ita videtur velle Anchar. *d. cons. 143. num. 2. & seq.* † Decla- 18
ra, quia licet pater possit vni prælegare ex filijs, non tamen potest auferre ab omnibus feudum, vel acquisitum pro se, & filijs, quia sunt duæ inuestituræ, vel duæ acquisitiones. Menoch. *d. cons. 155. num. 28. & 29.* † Declara, quia pater potest præiudicare filijs, pro quibus or- 19
dine successiuo acquisiuit, quando ipse pater fuit primus acquirens, & pater acquisiuit sibi, & filijs, secus si acquisiuisset sibi, & Dominico filio & sic filio nominato per nomen proprium, quia tunc non præiudicat, ita distinguit in emphyteusi. Clar. in *§. emphyteusis, quæstio. 16. ver. contrarium, & in feudo in §. feudum, quæst. 41. ver. & hæc quidem in fi.* & est de mente Castren. *cons. 244. Viso, & examinato, num. 3. ver. super tertio, lib. 2.* vbi dicit, quod ista est veritas recitatis opinionibus, & quod non possit extraneo alienare, dicit absolute, vocatis autem filijs expresse idem, secus si filij vocantur tacite; quia censentur in dubio vocati vt hæredes, quibus potest præiudicare. † Declara, quia si 20
emphyteusis est recepta pro se, & filijs, ex acquisitione patris, & tunc potest præiudicare; si vero est acquisita beneficio concedentis, secus est, ita Socin. *dict. cons. 127. col. 4. vol. 3.* vt etiam attestatur Gabriel. qui alios citat *de iur. emphyt. conclus. 2. num. 47.* Ias. in *l. 2. C. de iur. emphyt. num. 207. & seq.* † Declara, quia siue possit sibi præiudi- 21
care, siue non, in dubio non censetur præiudicare, nisi dicat expresse; ideo si pater instituat filiam in re certa, & quod plus non possit petere, non censetur præiudicare, quin petat, & consequatur emphyteusim sibi debitam; quia prohibitio censetur restricta, vt plus non petat de bonis defuncti, & iure hæreditario, ita Bar. *cons. 55. Dominus Amatus, lib. 1.* vbi plura, & ibi apostil. in *ver. de bonis*, & Bernard. Lanfr. dant concor. plurimos. † Declara, quia si pater acquisiuit ex 22
propria pecunia, & sic acquisitio est de proprio patris acquirentis, tunc potest præiudicare filijs, pro quibus acquisiuit, ita declarat, seu limitat Angel. in *d. l. apud Iulianum. § si quis alicui lapidem. ff. de leg. 1.* Bal. in *l. 1. in fin. num. 17. C. per quas person. nob. acquir.* sequitur Laurent. de Palat. in *tract. quod stant. masc. in prin. num. 46.* quia isto casu filij dicuntur habere ex tacita donatione patris, quæ potest reuocari, quando sunt in potestate patris; si vero primus acquirens nihil de suo impendit; quia succedunt ex mero beneficio concedentis, primus acquirens non potest illis præiudicare, & ita etiam Aretin. in *dict. l. apud Iulianum. § si quis alicui. ff. de leg. 1.* Ruyn. *cons. 42. num. 11. lib. 1.* & ita declarat Gozad. *cons. 75. num. 12. & seq.* † Declarat Bart. *cons. 1. Proponitur*, 23
in fin. lib. 2. quod primus acquirens non teneatur restituere filijs, pro quibus acquisiuit, sed bene tanquam minister dicitur filius acquisiuisse, & sic videtur tenere primam opinionem, quod eis quæsiuit, vt minister, ergo non præiudicat. † Declara, quia dato, quod in 24
primo acquirente procederet, non tamen procedit in aliis descendentibus vocatis, quia neque feudum, neque emphyteusim possunt alienare, etiam de consensu domini, in præiudicium aliorum vocatorum vltra vitam suam. Alexand. *d. cons. 106. Visis per tot.* maxime *in fin. lib. 4.* & plenius *cons. 107. In causa Nicolai, eod. libr. per totum.*
† Declara, nisi consensissent filij renunciationi feudi, quia sibi præ- 25
iudicarent etiam in feudo antiquo. Zabarell. *d. cons. 129. in fin.* † De- 26
clara, quia articulus est valde dubius, & vtraque opinio potest sustineri, & quod sit dubius, vide Paris. *cons. 17. num. 16. lib. 1.* Socin. Iun. *cons. 110. num. 25. lib. 2.* Ruin. *cons. 7. num. 16. lib. 1.* Bart. in *leg. iurisiurandi. § si debitori. ff. de oper. libert.* Bald. in *l. item videndum, §. nunc videamus. ff. de petit. hæred. & in l. quoniam nouella, col. fin. C. de inoffic. testam.* Anchar. *cons. 25. col. penul.* plures citat Crot. in *l. qui Romæ, §. duo fratres. ff. de ver. oblig. num. 68.* apostil. ad Roman. *cons. 35. in ver. potuerit.* † Decla- 27
ra, quia procedit prima opinio, quando adsunt vocati in stipulatione, quibus non potest primus acquirens præiudicare, etiam dando plus vni, quam alteri, in emphyteusi Ecclesiastica contrarium procedit, quando non extant vocati. Angel. Aretin. *d. cons. 124. In casu, n. 13. & seq. ver. secundo posito.* † Declara, quia non potest præiudicare in 28
feudo antiquo, etiamsi dominus consentiat, vocatis ex inuestitura primi acquirentis; secus in feudo nouo, & sic in primo acquirente. Alex. *cons. 18. num. 5. & seq.* maxime *num. 8. lib. 5.* vbi apostil. in *ver. præiudicare*, dat concordan. & plenius *cons. 22. numer. 13. & sequ.* maxime *num. 14. circa fi. lib. 5.* & ibi alia apostil. in *ver. revocare.* † Amplia, quia 29

non

rata sua, illud dicitur quæsitum fratri ex conquestu; quia est ex contractu reciproco, prout si dotauit sororem renunciantem. Ægid. *dict. consil.*43. *numer.*1. 2. *&* 3. quod est D. Iuniani. † Contrarium, & 6
sic est limitatio, seu restrictio, quando sorores renunciarunt, antequam adiuerint, quia ex quo portio cessa accrescit portioni masculorum, quibus est cessum, dicitur potius ex prouidentia, & successione, quam ex conquestu. Ægid. Bellam. *cons.*43. *nu.*13. *verb. ad aliud.*
vsque inst. quod est D. Io. de Armion. † Vtilitas potest esse, quia in 7
multis locis, prout Bisunti, est consuetudo, quod in conquestis succedatur vno modo in paternis, & maternis alio modo, vt in *d. consil. Ægid.*43. *in prin.* † Pluribus modis dicitur acquisitum ex prouidentia 8
patris, vel ascendentium, quandoque acquirens acquirit pro se, & filiis suis, vt filiis, quandoque filiis, vt hæredibus, quandoque vt filiis & hæredibus simul, seu hærede vt filio, quandoque filio vt extraneo. Bal. *cons.*448. *Primo considerandum est. lib.*3. *in prin.* Vide, *Emphyteusis quando dicatur ex prouidentia maiorum, vel hæreditaria. Conclus.*175.
† Primo casu, quando stipulatio est concepta pro filio vt filio, tunc 9
acquirens non potest alienare in præiudicium filii; imo si alienaret, acquiritur filio. Bal. qui loquitur in feudo, *cons.*337. *In primis videndũ, circa fin. num.*18. *verb. restat vnum. libr.*1. Vide, *Emphyteusis Ecclesiastica an*
☞ *transeat ad filios non hæredes. Conclus.*159. † Secundo casu, quando ☞
stipulatio est concepta pro filio vt hærede; tunc emphyteusis potest a- 10
lienari per acquirentem. Bald. *d. cons.*337. *in fin. ver. restat. lib.*1. Alexan. *consil.*28. *In causa, & lite, in princip. num.*2. *&* 3. *ver. stante itaque. lib.*5. vbi
*num.*16. dicit * communem. † Tertio casu, quando est concepta sti- * 11
pulatio pro filio, vt filio, & hærede simul, tunc necesse est quod cõcurrat vtrunq; quod sit filius, & hæres vniuersalis; & ideo filia exclusa à statuto stantibus masculis, licet in re certa pro legitima debeat
institui, tamen non succedit ex hac stipulatione stantibus masculis. Bald. *cons.* 448. *Primo considerandum. libr.*3. vbi loquitur in emphyteusi recepta per patrem pro se, & filiis suis, & hæredibus, vt fœmina non admittatur, quæ non est hæres vniuersalis. Vide *Feudum* ☞
*hæreditarium quando dicatur. Conclusio.*157. † Quarto casu, quando ☞
stipulatio est concepta pro filio, vt extraneo, quia in his, quæ sunt 12
transmissibilia ad extraneos, non consideratur filiatio. Bald. *d. consil.*
448. *Considerandum est. in princ. lib.*3. † Quinto casu, quando stipula- 13
tio est facta simpliciter, non expresso, an filio, vt filio, neque filio vti
hæredi, neque vti filio, & hæredi simul, neque filio extraneo; & tũc
si sumus in feudo, vel materia transmissibili, censetur vti hæredi, alias secus Bald. *d. cons.*337. *in fine. vers. restat vnum. lib.*1. Vide, & declara, vt in *ver. Feudum pro se, & filiis, an etiam pro hæredibus. Concl.*158. *num.* ☞
3. *& seq.*

Acquisiuisse an quis in dubio præsumatur de suo, vel de alieno. Concl. 443.

NEGOCIORVM † gestor priuati diues factus non præsumitur di- 1
tatus de alieno, quod habuit in administratione. Bald. *consil.*
449. *ista est subtilis, in fi. lib.*2. † Et ista est regula, quod administrator 2
rei alienæ non præsumitur acquisiuisse de bonis eius, cuius fuit administrator, nisi adsint præsumptiones in contrarium. Alex. *cons.*82.
*Perspectis. numer.*14. *ver. & regulariter. lib.*2. & agens probare hoc debet
contra possidentem. Vide, *Administrator de quibus acquisiuisse. Conclusi.* ☞
212. † Amplia, quia Hospitalarius habens de suo proprio, si acqui- 3
rat, præsumitur de suo acquirere, non de bonis Hospitalis, nisi probetur. Bald. *cons.*7. *Visis testamentis. numer.*2. *vers. proponitur etiam libr.*4.
† Extende, vt procedat, etiamsi Hospitalarius carceratus pro fide- 4
iussione, vel alia causa soluat aliquid, quia præsumitur de suo, non de pecunia Hospitalis soluisse. Bal. *d. cons.*7. *in fi. lib.*4. † Amplia, quia 5
coheres, qui administrauit bona communia, non præsumitur acquisiuisse ex bonis communibus sed ex sua parte, maxime si reddidit rationem socio. Castre. *cons.*397. *Præmittenda sunt. in fin. versic. super*
*eo vero. libr.*1. vbi, quod præsumeretur furtum fecisse, quod est alie- ☞
num à præsumptione. Vide Mascard. *conclus.*31. *Acquisita per fratrem*
cum aliis fratribus, vbi ponit regulam, quod de communi præsumatur ☞
acquisiuisse, nisi aliunde habuerit vltra communia bona. † Amplia; 6
quia socius, qui ante societatem habet proprium patrimonium, si post factam societatem cum aliquo acquirat, præsumitur acquisiuisse de suo, non de communi in societate. Rom. *cons.*346. *In hac causa. n.*16. *ver. quoad octauum.* vbi apost. in *ver. propria.* Idẽ Rom. *cons.*274.

Dicta

Dicta mater, vbi apostill. magna in *ver. præsumantur*, dat plurimos con-
7 cord. † Extende, quia etiamsi non haberet proprium patrimonium, sed esset homo industriosus, quia non præsumitur de administratis, vel socialibus acquirere, sed de sua industria. Roma. *d. cons.* 274. *in fi.*
8 *& cons.* 346. *n.* 16. *ver. vel etiam.* † Extende, vt procedat etiam in filio socii administratoris, quia si negociatus est nomine suo pecunijs patris debitis ex administratione, tenetur restituere, & cum nihil proprij haberet, præsumitur ex pecunia patris, & consequenter ex debito societatis acquisiuisse. Alex. *cons.* 13. *Circa primum in fin. ver. circa*
9 *quintum lib.* 3. † Restringe, si constat administratorem, vel socium nihil habuisse ante administrationem, seu societatem, neque constat de industria, neque quod in alio se exercuerit, quia præsumitur de administratis, vel socialibus acquisiuisse. Rom. *cons.* 247. & ple-
10 nius *cons.* 346. vbi apostil. in *ver. societatis.* dat concord. † Declara, vt quod dicitur de administratore, & socio, habeat locum in hærede, & fideicommissario; quia si in hæreditate erant pecuniæ, & hæres fideicommissarius de suo nihil habebat, & factus est diues, & pecuniæ non extant amplius, præsumitur de hæreditate fideicommissaria acquisiuisse; secus in casu contrario. Rom. *cons.* 276. *n.* 7. *ver. quoad*
11 *nonum.* † Declara, quia non sufficit, quod administrator pauper esset industriosus habitu tantum, sed actu, vt de suo acquisiuisse dica-
12 tur. Rom. *d. cons.* 346. *n.* 18. *& seq. vsque in fi.* † Amplia in tutore facto diuite; quia non præsumitur ex bonis pupilli acquisiuisse *l. si defunctus. C. arbitr. tutel.* Roma. *cons.* 159. *num.* 5. *ver. nec huic membro refragatur*, vbi tollit contraria, quia Clericus non potest negociari, & alij, qui propterea de alieno præsumitur acquisiuisse. Abb. *cons.* 36. *Circa primum, col.* 2. *in prin. lib.* 2. allegat tex. in *l. si defunctus. C. arbit. tutel.* plenius Roman. *cons.* 346. *in fin. vers. neque aliquid in oppositum.* vbi, quod sufficeit, quod tutor, licet nihil haberet; tamen esset industriosus habitu,
13 & actu. † Extende, quia procedit etiam in matre paupere facta diuite post administrationem tutelæ filiorum, vt de suo præsumatur acquisiuisse, non de bonis filiorum, plene Alex. *cons.* 62. *Serenissmus, n.* 13. *& seq. ver. sed nunc lib.* 4. vbi pro vtraque opinione, & hanc tue-
14 tur, & est cons. Franc. Cremensis de Placentia. † Amplia, in filiofamilias habente artificium, & patrem pauperem, quia præsumitur de suo artificio acquisiuisse. Rom. *d. cons.* 159. *in fin. vers. & ad hoc acce-*
☞ *dat.* Vide, *Filius an præsumatur acquisiuisse ex bonis patris. Concl.* 353 † Re-
15 stringe, secus esse, si pater esset diues, filius pauper, & nullam exerceret industriam. Roman. *d. cons.* 346. *n.* 20. *ver. quarto ad idem.* Alex. *cons.*
16 31. *Visa testamento. n.* 5. *& seq. vers. quæritur etiam, lib.* 4. † Imo, quod etiam in dubio filius acquirens, si non apparent coniecturæ, vnde acquisiuerit, præsumatur ex bonis paternis acquisiuisse, quando pater erat diues. Alex. *d. cons.* 31 *nu.* 8. *vers. quod imo, libr.* 4. Amplia in officialibus Principis, quia de suo acquisiuisse præsumatur, vide Masdard.
17 *Concluf.* 216. † Limita in administratoribus publicis, qui præsumuntur ex publica administratione ditati. gl. in *l. facultas. C. de iur. fisci. libr.*
10. Bal. *d. cons.* 449. *in fi. lib.* 2. idem Bal. in *leg. si cum seruum. col.* 3. *ff. si cert.*
pet. Salycet. in *l. fin. C. de priuil. fisci.* Roman. *cons.* 159. *Super eo. nu.* 4. *vers.*
18 *item facit.* † Contrarium tenet Boss. *titul. de fisco, & priuil. eius, num.* 51.
* vbi dicit falsissimam conclusionem, & quod communis * est in cō-
19 trarium, allegat Deci. *cons.* 6. † Declarat Rom. *cons.* 346. *In hac causa, col. fin. num.* 19. vt procedat, quando administrator Reipublicæ, non habebat aliquid ante administrationem, prout in Clerico, quia non
20 exercent industriā isti. † Declarat Deci. in *d. cons.* 6. *in fin.* vt si exactor vel officialis publicus tenetur statim pecuniam exactam restituere, vel inuestire, in aliis rebus, lucrum non facit suum ex tali pecunia, si
21 vero non tenetur inuestire, vel restituere, secus est. † Extende limitationem in administratore Clerico, qui bona Ecclesiæ administrauit, quia præsumitur de bonis Ecclesiæ acquisiuisse. Deci. *d. cons.* 6. *n.*
1. Vide plene per Mascar. *concl.* 161. *Bancherius communis*, vbi pro vtraque opinione distinguit, si est publicus præsumitur acquisiuisse de publico, secus si priuatus est, maxime post redditam rationem, ante vero secus est Vide eundē Mascar. *Concl.* 212. vbi, quod imo mater vidua administrans bona filiorum, præsumitur acquisiuisse de bo-
22 nis filiorum, nisi doceat de contrario. † Limita in vxore, vel filiafamilias, quia de bonis mariti, vel patris præsumitur acquisiuisse. Roman. *d. cons.* 159. *n.* 3. *col.* 3. *in prin. ver. facit, quod dicimus*, & plenius *consil.*
☞ 346. *n.* 17. *ver. primo ex eo.* Vide, *Vxor præsumitur acquisiuisse ex bonis mari-*
23 *ti. Concl.* 394. Vide Mascar. *Concluf.* 213. *&* 214. † Limita in concubina, quia præsumitur acquisiuisse ex bonis amasii. Masc. *Concl.* 340.
24 *Concubina an præsumatur*, vbi pro vtraque parte allegat, & tuetur cōclusionem veram quoad præsumptionem. † Limita in Clerico beneficiato, quando non habet patrimonium ante beneficium adeptum, neque industriam, quia præsumitur acquisiuisse de bonis Ecclesiæ, alias secus. Rom. *dict. cons.* 159. *n.* 4. *col.* 2. *ver. ego vero*, & plenius *cons.* 346. *n.* 18. *ver. secundo idem.* Vide, *Bona per Prælatum acquisita an sint*
25 *Ecclesiæ, vel hæredum. Concl.* 112. † Limita in officiali Reipublicæ, qui non habet patrimoniū ante officium, seu magistratum quia licet habeat industriam; tamen quia non potest negociari durante magistratu, ideo factus diues præsumitur ex magistratu, & de bonis Reipublicæ acquisiuisse. Rom. *d. cons.* 346. *num.* 19. *vers. tertio quia*, & ibi a-
26 postill. fin. dat concor. eundem Rom. *cons.* 159. *n.* 5. † Limita, in administratore, etiam patre, vel socero; quia si administrat dotem nurus, vel rem filii liberam, & acquirat pro nuru, vel pro filio, præsumitur ex pecunia nurus, vel filii acquisiuisse, cuius habet administrationē. Roman. *cons.* 426. *Negociorum. n.* 5. *& seq. vers. dum autem*, vbi extendit, siue sit pecunia peruenta ad manus ementis ad illum effectum, siue alias ab eo administretur. † Et idem est, si soluit administrator, præ-
27 sumitur soluisse de bonis administratis, non de suo, & quando secus sit, vide plene Masc. *concl.* 53. *Administrator soluens.* † Declara pro quā-
28 titate pecuniæ sufficientis ad emptionē, quia si non sufficit, præsumitur residuum ex pecunia propria acquirētis. Rom. *d. cons.* 426. *n.* 7.
ver. & hæc est vera. Vide, *Præsumitur quis acquisiuisse de suo, non de alieno.* ☞
Concl. 628. *& Concl. ibi prox. seq.* Vide plene per Mascar. *Concl. sua* 1089.
Pro negociatore præsumendum. Vide eundem Mascar. *Concl.* 31. *An acquisita per fratrem*, vbi, quod frater in communione acquirere præsumitur de communi, & quando secus.

Arrharum datio quid operetur, & quando probetur datio arrarum in sponsalibus. Concl. 444.

ARRHARVM † datio est argumentum emptionis & venditio- 1
nis; sed tamen non est modus tollendæ, vel inducendæ emptionis. Bald. *cons.* 458. *Quidam emit in princ. lib.* 1. † Extende, quia datio 2
arrharum non facit desinere rem esse integram, ideo si partes recedunt à contractu, recedunt etiam ab arrhis, quæ restitui debent, nisi sint datæ pro parte pretii, quia tunc res non est integra. Iaf. in *l. ab emptione, n.* 4. *ff. de pact.* † Declara, quia si arrha datur pro parte pretii in 3
contractibus, qui consensu perficiuntur, vel pretio, tunc contractus non potest rescindi sine consensu amborum. Bald. *cons.* 469. *Tria dubia. num.* 2. *ver. super secundo, lib.* 2. quod duplicatur *cons.* 370. *lib.* 4. vbi, quod res non dicitur integra, si interuenerunt arrhæ, plene Iaf. in *l. ab emptione. n.* 4. *ff. de pactis*, vbi, quod communiter arrhæ dantur pro parte pretii, vt non possit recedi à contractu. † Et ideo Romæ extat 4
statutum, *lib.* 1. *c.* 112. per quod disponitur, quod datio arrhæ in quolibet contractu perficiat emptionem, nec liberetur emptor volens arham amittere, neque venditor volens duplicatam restituere. † Arrhæ perditio an sit pœna, vide Iaf. in *l. Titia, n.* 20. *ff. de ver. obl.* vbi, 5
quod videtur esse pœna, sed tamen differt in aliquo, quia pœna promittitur, arrhæ vero dantur. *l. si. C. de sponsal.* Vide Cōclusionem proximam seq. † Qualiter autem probetur datio arrharum in sponsalibus, Vide Mascar. *Concl.* 129. *Quo pacto.*

Arrha data quando perdatur, vel restituatur duplicata. Concluf. 445.

ARRHA † potest dari pro matrimonio contrahendo, vt si non 1
sequatur matrimonium, restituatur duplicata (licet pœna non possit promitti) communem * dicit Feder. de Sen. *cons.* 169. *Domino* *
Corrado, in prin. & per tot. vbi ponit rationem differentiæ. † Amplia, 2
vt idem sit, etiam si essent infantes, qui debent contrahere matrimonium, quia potest dari, & amittitur arrha. Feder. de Sen. *cons.* 194. *In dubijs, in princ.* & in sponsalibus, quod possit dari, & perdatur arrha. *l.*
1. *C. de sponsal.* Bald. *cons.* 148. *n.* 12. *lib.* 1. † Amplia, vt valeat etiam datio 3
pignoris pro arrhis, & amittatur, & restituatur arrha. Feder. de Sen.
d. cons. 194. *circa fi. vers. secus si à principio*, & quod pignus possit dari pro
arrha, est communis * opinio. Iaf. in *d. l. Titia. n.* 35. *ff. de ver. obl.* † Ex- * 4
tende, quia pignus, & arrha potest dari in re immobili, quia imo proprie pignus cadit in re immobili, & in speciebus, ita Bald. & Salycet.
in *l. si. C. de spons.* Imol. Cuman. Castrens. & Alex. in *d. l. Titia. ff. de verb.*
oblig. quos ibi citat Iaf. *n.* 35. & communem * dicit Conar. in *c.* 3. §. 7. *
n. 7. *de sponsal. fol.* 167. † Contrarium Bar. in *d. l. Titia, n.* 2. & plenius *n.* 5
10. vbi, quod non potest dari fundus, & species non multiplicabilis, quem sequuntur Ant. de Butr. & Abb. in *c. Gemma, de sponsal. n.* 8. & tenent alii, quos Iaf. *d. l. Titia, n.* 12. *& seq. ff. de verb. oblig.* & quod pignus non possit dari, quia non redditur duplicatum, & claudicat contractus. Io. Brunell. *tract. de spons. concl.* 16. *declarat.* 4. *n.* 6. *&* 7. † Declara, 6
quia opinio Bar. procedit in specie, vel re non multiplicabili, & quæ non recipit æstimationem, alias secus, quia si res recipit æstimationem, potest recipere multiplicationem. Iaf. *d. l. Titia. n.* 35. *ff. de verb. oblig.* † Amplia, quia valet confessio arrhæ receptæ pro matrimonio 7
contrahendo, & reddi debet duplicata, si stat per recipientem, quia licet non probetur traditio; tamen sufficit confessio Bart. *dict.*
leg. Titia. num. 7. *ver. item quid si altera. ff. de verb. obl.* vbi Cuman. Arer. &
Iaf. qui

Iason, qui istos citat, *num.26.& 27.verb.tene conclusionem*, commu-
*8 nem * dicit Couar.*cap.3.§.7.num.10.de sponsal.fol.167.* † Contra-
rium tenent Angel.Imol.& Castrens. quos refert Ias.*d.l.Titia. nu.*
27.ff.de verb.oblig. qui dicunt allegata per Bartol. non loqui in ca-
9 su, in quo vera traditio requiritur. † Declarat Iason tribus modis
d.l.Titia.num.27.ff. de verb.oblig. & sunt tres limitationes. Prima
est, quando confessio esset reprobata ratione præsumptæ frau-
dis. Secunda, quando lex vult posse opponi contra confessio-
nem, vt in mutuo, & dote. Tertia, quando præsumitur simulatio.
10 † Declara; quia si arrhæ non sunt datæ, sed solum promissæ, non
valet promissio. Bartol.*cons.45.Vannes.lib.1.* vbi apostilla *in ver.&*
11 *non datæ*, quæ dat concordant. † Restringe, quando confessio es-
set reciproca arrharum; quia confiteor habuisse centum, & tu
alia centum à me; quia reducitur ad nudam promissionem ver-
balem, quia perinde est, ac si nihil esset solutum. Bartol.*d.l.Titia.*
num.8.ff.de verbor.oblig. & alii, quos allegat Iason ibi, *num.29.& seq.*
*12 vbi *num.31.* dicit magis * communem. † Contrarium tenent
Bald.& Castrens. quos idem Iason cum aliis citat *d.l.Titia.nu.29.*
& seq.ver.contra istam decisionem, vbi alios citat, & *num.31.* dicit opi-
nionem Baldi magis substantialem, & eam sequitur Couar.*cap.3.*
13 §.7.*num.8.de sponsal.fol.167.* † Declarat Cuman. vt procedat opi-
nio Baldi, quando arrha hinc inde datur in diuersa specie, vt Ias.
14 ibi, *num.30.in fin.* † Limita; quia pœna non potest promitti in
sponsalibus, & promissa non tenet. Bartol.*in d.l.Titia.ff.de verb.ob-*
lig. quia est impeditiua liberæ voluntatis in matrimonio. Vide,
15 *Matrimonium debet esse liberum, & voluntarium. Concluſ.133.* † Decla-
ra; quia potest promitti, & stipulari inter tertios, & valet secun-
* dum * communem, de qua Ioan Brunel.*de sponsal. concluſ.16. de-*
16 *clar.4. num 6.* † Limita; quia arrha non data pro matrimonio
contrahendo, sed solum promissa non committitur, neque resti-
tuitur; quia censetur in fraudem vsurarum, Feder.de Sen.*d.consil.*
169.Domino Corrado.versic præterea, & circa fin. & consil.194.num.2.
verb.tamen quia hodie, vbi dicit, quod talia instrumenta exeque-
rentur per Iudices seculares, nisi in foro Ecclesiastico inhibeantur, & quod si est promissa, non tradita, non committatur, Bart.
d.cons.45.Vannes populi.lib.1. sequitur Iason, qui alios citat *in d l.Ti-*
17 tia.num.24.ff.de verb.oblig. vbi *num.25.* dicit * communem. † Con-
trarium Bald.*in l.2.in 7.quæst.C.quando liceat ab emptio.disced.* quem
18 citat Ias.*d.l.Titia.num.24.ff.de verb.oblig.* † Limita; quia licet arrha
data pro matrimonio contrahendo inter sponsos perdatur, vel
restituatur duplicata; tamen secus est, si mitteretur libellus repu-
dii de licentia Episcopi; quia tunc non perduntur arrhæ. Bald.
consil.148.In casu proposito, circa fin. num.12. ver.nunc venio ad capitu-
lum.lib.1. vbi, quando Episcopus debeat dare hanc licentiam, vel
19 non. † Limita; quia si non detur actu ipsa arrha, vel pignus, non
valet, nec sufficit ficta traditio per constitutum; & est ratio; quia
pœna promittitur, quæ pro matrimonio prohibetur; quia impe-
dit libertatem matrimonii, sed arrha facto traditur, quæ inuitat
ad matrimonium; & ratio differentiæ est; quia facilius aliquid
promittitur, quam detur. vide Bart.*d.l.Titia.num.4.* vbi ponit dif-
ferentiam inter arrham, & pœnam, latius Ias.*num.21.& seq.ff.de*
verbor.oblig. vbi plures adducit rationes, & *num.31.* dicit, quod opi-
* nio Bart est magis * communis, quod requiritur vera traditio, &
non sufficit constitutum, & quod requiratur traditio, Tiraquell.
de retract.conuen.§.7.num.55. sequitur Couar.*c.3.§.7.nu.10.de spons.*
20 *fol.167.* † Contrarium, quod imo sufficiat constitutum, tenet
Bald.*in l.2.in 7.q C.quan.lice.ab emptio.disced.* Castr.*in l.1.§ si rem ff.*
depos. quem ad hoc citat Tiraq.*de constit.part.1. n.76.* clarius *in 3.p.*
limit.26.in fin. nam in deposito, & pœnalibus requiritur vera tra-
ditio, prout in arrhis; & tamen sufficit constitutum pro traditio-
ne, & hanc partem videtur tenere Alex.& Ias.*d.l.Titia.nu.31.* dum
dicit, quod si confessio sufficit, licet non sit facta traditio; ergo fi-
cta traditio sufficit, prout Bartol.tenet in seq.ampliatione, & est
*21 communis * opinio; ergo sibi contradicit. † Declara; quia si ex-
tat statutum, & promissio sit guarentigiata, quæ habeat exequi-
tionem paratam, dabitur exequutio de iure Ciuili, licet secus sit
de iure Canonico, per prædicta.

Aratro si subiiciatur terra, qualiter redimi possit. Concl. 446.

1 VILLA † supposita aratro dicitur morti destinata; ideo sicu-
ti licitum est cuicunque redimere vitam & sanguinem pecu-
nia; ita is, qui pro liberanda villa à tali pœna reperiit pecunias,
non patitur pœnam aliquam; quia facit rem licitam. Signor.*cons.*
☞ *158.Factum sic se habet.* Vide, *Transact.o super quibus fieri possit, vel non.*
Concl.347.

Arbitri & arbitratores esse qui possint, vel non. Concluſ. 447.

ARBITER † esse potest homo liber maior 25.annis, siue pa- 1
ter, siue filiusfamilias, dummodo compos mentis sit, etiamsi
esset infamis. Bart.*in tract.de arbitr.in prin.* † Amplia; quia Clericus 2
potest esse arbiter, & arbitrator, *l.non d ſtinguemus, §.ſacerdotio.ff.de*
arbitr. Ioan.Andr.*in addit ad Spec.tit de arbitr.§.poſt.* † Restringe in 3
sacerdote; quia non potest esse arbiter, in tantum, quòd si fiat
compromissum in eum, quando est laicus, & pendente compro-
misso fiat sacerdos, expiret.*d.l.non diſtinguemus. §.ſacerdotio.ff.de ar-*
bitr. † Amplia in excommunicato, & bannito; quia valet laudum 4
latum, & compromissum in eum factum. Ias.*in l.ſi quis arbitratu. in*
6.q. post Bart.*ff.de verb.oblig.* vbi dicit magis * communem, sequi- *
tur apost.ad Bart.*conſ.17.lib.2.in ver.limita.in fin.* † Restringe, nisi 5
bannum & excommunicatio superuenerit post factum compro-
missum. Ias.vbi supra. † Restringe, quando laudum haberet exe- 6
quutionem paratam; quia non valet latum ab excommunicato,
vel bannito. Ias.vbi supra. † Amplia in deportato; qui licet non 7
possit esse arbiter, vel Iudex; quia amittit ea, quæ sunt iuris ciuilis;
tamen potest esse arbitrator. Bartol.*d.conſ.17.n.3.ver.præterea video,*
quod deportati.lib.2. vbi apost.*in ver.arbitratores.* † Amplia; quia in- 8
famis potest esse arbiter, & arbitrator. Bartol.*in d.tract.de arbitr.in*
prin. & in conſ.17.Viſo quodam.in prin.lib.2. vbi, quod si non potest
esse arbiter; quia est adinstar iudiciorum; potest esse arbitrator.
† Extende; quia Iudæus potest esse arbiter, & arbitrator, Bartol. 9
d.conſ.17.Viſo quodam.in prin.& per tot.lib.2. † Declara; quia etiamsi 10
Iudæus non posset esse arbiter; tamen potest esse arbitrator sine
dubio. Bart.*d.conſ.17.in prin.* vbi apost.*in ver.Iudæus.* † Limita; quia 11
monachus non potest esse arbiter, vel arbitrator; quia non habet
velle, neq; nolle, & habetur pro mortuo, ideo laudum ab eo la-
tum non valet. Anchar.*conſ.fin.Primo el ciamus, in prin.* vbi neq; va-
let compromissum. Abb.*in c. Quintauallis, in 6.differrent. de iureiur.*
Alex.*conſ.80.Viſis themate, in prin.lib.1.* † Extende etiam in aliis re- 12
ligiosis; quia non possunt esse arbitri, gloss.& Bart.*in l. Padius ff.de*
arbitr. sed bene poterunt esse arbitratores. Lanfr.de Oria.*in tract.*
de arbitr.in chart.4.in 2.& 3.col. Ias.*conſ.12.lib.1.* Alex.*conſ.80.lib.5.*
in prin. vbi de * communi, nisi quando de licentia sui superioris e- *
ligeretur arbitrator, alias sine licentia non potest esse etiam pro
bono pacis, & concordiæ. † Extende in fratre Ordinis Minorum; 13
quia non habet participationem temporalium. Alex.*conſ.80.col.*
1.lib.5. vbi, quod non potest esse arbiter, neq; arbitrator; quia non
est capax temporalium, etiam habentium pietatem admixtam.
Ang.*conſ.343.* Bald.*conſ.313.lib.5.* & apostilla ad Alex.*d.conſil.80.in*
ver.arbitrator. dat concord. † Extende; quia ex quo frater Ordinis 14
Minorum non potuit eligi, laudum, & arbitramentum est nul-
lum. Bald.*conſ.343.lib.5.* Alex.*d.conſ.80. Viſis themate, in princip.lib.5.*
† Declara, vt per Felin.*in c.decernimus.de iudic.* † Restringe; quia 15
valet laudum latum à fratre Minore, quando partes cum iura- 16
mento promiserunt stare, & non opponere de nullitate, maxime
si latum est, præsentibus partibus, late Corne.*conſ.2. lib.2.per tot.*
† Restringe, nisi de licentia sui superioris. Anchar.*d.conſ.fin.in prin.* 17
& nu.6.ver.sed in contrarium. vbi, quod potest esse arbitrator de li-
centia superioris, alias non. Alexan.*d.conſ.80.in prin.lib.5.* vbi dicit
* communem, *nu.3.* † Et quod monachus, seu frater Ordinis Mi- * 18
norum possit eligi in arbitratorem de licentia sui superioris, Bal.
in l.ſi quis ex conſenſu.C.de epiſcop.audien. Corn.*conſ.2.lib.2.* vbi, quod
licentia præsumitur, quando latum est partibus præsentibus. Ias.
conſ.12.lib.1. † Restringe in Abbatibus monachis; quia possunt es- 19
se arbitri, & arbitratores, & valet compromissum in eos factum.
Anchar.*d.conſ.ſi.n.6.ver.sed in contrarium.* † Restringe, etiamsi mo- 20
nachus haberet administrationem, prout Prioratum; quia potest
esse arbitrator. Anchar.*d.conſ.fin.n.7.* † Limita; quia sicuti Iudex 21
in causa propria esse non potest; ita neq; arbiter, Franc.Aret.*conſ.*
14.Viſo, & diligenter.n.9.ver.nec potest dici. † Extende; quia socius 22
non potest esse arbiter in causa societatis; quia esset in causa pro-
pria, *l ſi de re ſua ff.de arbitr.* † Restringe secus in arbitratore, prout 23
est arbiter de iure, & de facto. gloss.& Doct.* *in l.vnica. C. ne quis* *
in ſua cauſa l.ſi libertus.l.2.C.de oper.libert. Ias.*in l.qui iuriſdictioni. ff.*
de iuriſdict.omn.iudic. † Et quod possit quis in causa propria eligi 24
arbitrator, sed non arbiter. Abb.*conſ.116.Illud de iure.col.3. n.2.circa*
fin.verſ.vnde ponderando diligenter.lib.2. & plene Franc.Aret.*conſ.14.*
n.9.ver.nec potest dici. † Declara, quod licet quis arbitrator possit 25
esse in causa propria; tamen verba quamcunque liberam volun-
tatem denotantia isto casu important semper arbitrium boni vi-
ri propter suspicionem, cum iudicet in causa propria, vnde sem-
per erit locus reductioni, ac si essent verba importantia arbi-

trium boni viri. Franc. Aretin. *d. consil. 14. num. 9. ver. nec potest dici,*
26 vbi late. † Limita; quia tertius in casu discordiæ arbiter non po-
teſt esse Collegium, & Vniuersitas. Decian. *consil. 42. per tot.* maxi-
27 me *num 9. & seq. ver. circa tertiam difficultatem. lib. 3.* † Limita; quia
in fœminam non valet compromissum, tanquam in arbitrum,
nec firmatur etiam iuramento. Abb. *in cap. dilecti filij, in 3. not. de*
arbitr. & in cap Quintauallis, in 2. not. de iureiur. Dec. *in l. 2. col. 4. post*
28 *prin. ff. de regul. iur.* † Fœmina non potest esse Iudex, vel arbiter, sed
potest esse arbitratrix, & amicabilis compositrix, Signorol. *consil.*
238. *num. 6. & 7.* Abb. *in cap. dilecti filij, in 3. not. de arbitr. & in cap.*
29 *Quintauallis, in 2. not. de iureiur.* † Limita; quia minor vigintiquin-
que annis non potest esse arbiter. *l. cum lege. ff. de arbit.* Specul. *tit. de*
arbitr. §. potest. ver. item minor. Hostiens. *in summa, in tit. de arbitr. §. 1.*
30 Lanfranc. de Orian. *tract. de arbitr. in chart. 5. verb. quinto quæro.* † Ex-
tende in tantum, vt si tempore laudi superueniat ætas legitima,
nihilominus laudum sit nullum. Specul. *tit. de arbitr. §. possunt. verb.*
quid si pendente. quod extendit Socin. *cons. 99. Serenissimus Rex. col. 4.*
& 5. lib. 3. procedere in omni materia, quod non sanatur actus per
31 superuenientem habilitatem. † Declara; quia non valet compro-
missum factum in minorem 20. annis, siue compromittatur in
arbitrum, siue in arbitratorem; si vero est maior 20. annis, licet
minor 25. non compellitur acceptare, sed si acceptauerit, com-
pellitur iudicare, nisi petat restitutionem in integrum, ideo valet,
ita loquitur text. *in l. cum lege ff. de arbitr.* prout declarat Abb. *in cap.*
32 *cum vigesimum. num. 5. de offic. deleg.* † Limita in Iudice, qui licet pos-
sit esse arbitrator, non tamen potest esse arbiter. Bart. *cons. 17. Viso*
☞ *quedam. num. 2. ver. ecce lib 2.* Vide, *Compromitti in quas personas possit,*
v. l non. Concl. 504.

Arbiter & arbitrator in quo differant. Concl. 448.

1 ARBITER † & arbitrator differunt, prout etiam arbitri &
arbitratoris sententia, quia sententia arbitri debet ferri in
scriptis; quia est adinstar sententiæ; in arbitratoris vero senten-
tia secus est; quia adinstar contractus est. Ias. *in l. cum te transegisse,*
2 *in 2. not. C. de transact.* † Legatum non potest conferri in meram
voluntatem hæredis tanquam arbitri; & tamen confertur in
eundem, tanquam in arbitratorem, videlicet, tanquam in volun-
tatem boni viri. Oldr. *cons. 156. in prin.* & sic arbiter in causa propria
3 non potest esse, sed arbitrator sic. † Arbitri, & alii Iudices in causa
propria non possunt iudicare, arbitrator vero sic. Anchar. *consil.*
208. *Iudex de iure. n. 14.* Zabar. *cons. 140. nu. 3.* Signor. *cons. 238. n. 5. in*
4 *fin.* † Arbiter debet habere liberum & absolutum arbitrium, a-
lias non valet compromissum, neque laudum; secus in arbitrato-
5 re, seu amicabili compositore. Ægid. Bellam. *cons. 24. in prin.* † Re-
ductio sententiæ arbitri non fit ad arbitrum boni viri; secus in
sententia arbitratoris. Oldrad. *cons. 156. ver. secundum dubium,* idem
tenet Fed. de Sen. *cons. 125. num. 2. ver. nam si ponamus.* Ægid. *cons. 24.*
6 *n. 2. ver duo tamen.* Rom. *cons. 264. In casu proposito, in prin.* † Contra-
rium, quod imo detur reductio, tam à sententia arbitri, quam ar-
bitratoris, si grauat enormiter; secus si in modico lædat. apost. ad
* Rom. *cons. 261. n. 5. ver. non est verum,* vbi plures citat, & dicit * com-
7 munem. † Declarat Rom. *cons. 27. Viso themate, col. 2. in fin.* vt non
detur appellatio à sententia arbitri; secus, quando est arbiter iu-
ris, vbi apostil. *in ver. arbiter,* & clarius *in cons. 400. Quæritur, an sta-*
tutum, vbi apost. *in ver. non permittitur, & in ver. ab arbitris,* quæ dat
8 concord. plurimos. † Exequutionem paratam non habet laudum
arbitratoris; quia potius est contractus, quam sententia; quia
contractus de iure communi non habent exequutionem para-
tam; secus in laudo arbitri. Io. de Anan. *cons. 16. Viso puncto, n. 5. ver.*
circa vero secundum. plenius *consil. 50. n. 7. ver. circa vero secundum. &*
num. 8. vbi declarat, nisi arbitramentum habeat guarentigiam.
9 † Actio in rem vtilis competit ex laudo arbitri, maxime sequuta
traditione, sed ex arbitramento sola personalis competit. Alexan.
cons. 1. Ponderatis. n. 5. & seq. maxime *n. 7. lib. 5. ver. præterea id, quod ha-*
☞ *betur.* Vide, *Laudum quam actionem producat. Concl. 19.* † Compro-
10 mitti non possunt spiritualia, & ius decimarum etiam laicis con-
cessarum, in laicos, tanquam arbitros, quia arbitria sunt adinstar
iudicium; tamen potest fieri compromissum in laicum, tan-
quam in arbitratorem. Petr. de Anchar. *cons. 34. n. 7. & seq. ver. vl-*
tra prædicta, & cons. 98. Istam quæstionem, in prin. sequitur Rom. *consil.*
11 *173 prope fin. ver. vltimo.* † Restringe in arbitratore; quia licet sit
laicus; tamen potest fieri compromissum in eum de decimis, &
aliis spiritualibus, in quibus valet amicabilis compositio; non ta-
men de beneficiis potest compromitti in arbitrum, neq; in arbi-
tratorem; quia non valet compositio. Petr. de Anch. *d. cons. 34. nu.*
12 *10. ver. ista prima facie.* † Restringe; quia potest laicus audire, &
cognoscere de spiritualibus, si non opponitur exceptio incom-
petentiæ perimens iudicium. Petr. de Anch. *d. cons. 98 Istam quæ-*
stionem. n. 2. & seq. † Restringe; quia licet non valeat compromis- 13
sum de re spirituali in laicum arbitrum, vel arbitratorem, tamen
valet, & saltem compellitur pars obseruare, quæ iurauit. Anchar.
d. cons 98. circa fin. vers. vltimo. † Fœmina an possit esse iudex, vel ar- 14
biter, vide supra *concl prox. præced. n. 28.* † Extende idem in mona- 15
cho, qui de licentia sui superioris potest esse arbitrator, sed non
arbiter. Abb. *d. c Quintauallis, in 6. differ. de iureiur.* & idem in aliis
religiosis. Lanfran. de Orian. *in tract. de arbitr. in 4. chart. col. 2. &* 3.
Ias. *cons. 12. lib. 1.* Alex. *cons. 80. vol. 5. in prin.* vbi dicit * communem, *
etiamsi fiat pro pace; quia non potest sine licentia. † Actio non 16
oritur ex arbitratoris sententia, sed ex præambulo cõsensu com-
promittentium; secus ex sententia arbitri; quia arbitri sententia
est adinstar iudiciorum, & sententia arbitratoris adinstar trans-
actionis, quæ titulum non confert. Pet. de Anch. *d. cons. 34. nu. 10.*
& seq. ver. ista prima facie. † Ordo iudiciarius non requiritur coram 17
arbitratore, secus coram arbitro. Sign. *cons. 238. n. 3.* † Citatio non 18
est necessaria ad sententiam coram arbitratore, maxime si fuit di-
ctum, quod possit procedere etiam partibus absentibus, secus
coram arbitro; quia cum arbitria sint adinstar iudiciorum, dicta
clausula non operatur coram arbitro, nisi partibus citatis. Cum.
cons. 7. per tot. incip. *Primum videndum,* quod est subscriptum à Cu-
mano, Fulgosio, Christophoro Castillioneo, Francisco eius filio,
Thadeo de Vicomercato, & nouem aliis Doctoribus, quos vide,
& ita etiam videtur velle Bald. *cons 8. Punctus quæstionis. nu. 2. vers. sed*
obstare videtur. lib. 3. vbi non bene soluit; quia sub dubio relinquit,
licet *in fin. nu. 5.* dicat hoc procedere, quod in arbitratore non est
necessaria, quando causa fuit plene discussa, plene Anchar. *consil.*
269. *Pro declaratione. n. 5. & seq.* vbi secus in arbitro. Salyc. *inter cons.*
Zabar. cons. 139. n. 6. & seq. vbi, quod statur arbitratori, & Zabarell.
cons. 140. n. 2. ver. ad aliud. Alexand. *cons. 238. Visis verbis. num. 7. lib. 2.*
† Contrarium tenet Bart. *in l si quis arbitratu. n. 7. ff. de verb. oblig.* v- 19
bi, quod fuit reuocatum laudum nullum in contradictorio, tan-
quam ex abrupto latum parte non audita, quem sequitur Salyc.
inter cons. Zabar. d. cons. 139. num. 2. ver. & pro tanto, idem dicit Zabar.
cons. 140. in prim. ver. & dicit Bald. vbi allegat Bald. attestantē vidisse
declarari nullum. † Declara; quia si compromissum est in arbitra- 20
torē de causa, quæ requirat informationē, requiritur citatio, alias
si potest sententia ferri ex sola informatione arbitratoris, non re-
quiritur citatio. Ita Bald. *cons. 64. Nūquid arbiter. lib. 3.* Zabar. *d. cons.*
140. n. 5. verb. item de facto. † Declara; quia nō requiritur citatio for- 21
malis, si audiuit partes, quando fuit lata ab arbitratore, vel arbitro
cum ista facultate, & sufficit probatio, etiam per arbitratorem.
Zabar. *d. cons. 139. n. 5. & seq. verb. pro parte fratrum, & cons. 140. nu. 5.*
vers. item de facto. † Differentiæ multæ ponuntur inter arbitrum & 22
arbitratorem, per Innoc. & alios *in c. Quintauallis,* vbi plene Imol.
ponit 23. differentias, *de iureiur.* Specular. *tit. de arbitr. §. 1.* vbi ple-
nissime Abb. quem videas. † Compromitti non potest in arbi- 23
trum, vt certam ferat sententiam, & laudum est nullum. *l. qualem.*
ff. de arbit. secus in arbitratore. Rom. *cons. 141. Eximie Doctor. col. 2. &*
cons. 175. in prin. † Arbitria sunt adinstar iudiciorum, & iudicū, ar- 24
bitramēta sunt adinstar cōtractuum, & transactionis; ideo potest
arbitrator ferre arbitramentū die feriata etiam in honorem Dei;
quia potest fieri transactio; arbiter vero secus, & laudū arbitri, si
feratur die feriata in honorē Dei, est nullū. Bald. *cons. 470. Statuto*
cauetur. lib. 1. & quod Anchar. *cons. 208. nu. 13. ver. item sententia.* Za-
barel. *cons. 140. n. 12.* vbi latissime, & *cons. 141. in prin.* quod est Io. de
Imol. † Contrarium videtur velle Ægid. Bellam. *cons. 24. n. 3.* vbi, 25
quod arbitramentum habet vim transactionis, & adinstar iudi-
ciorum, non sic arbitrium. † Extende; quia arbiter tenetur serua- 26
re solemnia iudicii; alias laudum est nullum, secus in arbitratore.
Ang *cons. 198. n. 2.* Zabar. *d. cons. 141. in prin.* † Ideo non porrigitur 27
libellus ex necessitate coram arbitratore, item non sedet, & die
feriato procedit; secus est in arbitro. Anchar. *cons. 208. n. 14.* † Ex- 28
tende; quia arbiter est adinstar iudicii, arbitrator adinstar transa-
ctionis. Pet. de Anch. *cons. 98 Istam quæstionem, in pr. & cons. 34. n. 10.*
& seq. † Et sententia arbitri appellatur sententia, illa vero arbitrato- 29
ris appellatur mandatum. Anchar. *d. cons. 208. n. 13. in fi.* † Declara; 30
quia licet quoad solemnia iudicii arbitrator nō teneatur vllo mo-
do seruare solemnia; secus in arbitro; tamen quoad iustitiam, &
rectitudinē perquirendam, & amplectendam pares sunt, vt vnus
indicialiter, alius extraiudicialiter procedat; ita tamē, quod secun-
dum naturalem æquitatem possit apparere, videlicet per duos te-
stes, alias daretur materia decipiendi, vide plene Io. de Imol. *inter*
cons. Zabar. cons. 141 per tot. vbi pulchre declarat. † Declara; quia li- 31
cet multæ sint differētiæ inter arbitrū & arbitratorē, tamē si non
affertur differētia, non valeret generalis allegatio, nisi in illo casu

addu-

adducatur. Io. de Anan. *cons.* 19. *n.* 4. *in fi. & n.* 5. vbi, quod compromissum, & verbum arbitri ita congruit arbitro, sicut arbitratori.

32 † Iurare debet arbiter, cuius relationi partes stare promiserunt super aliquo articulo, vel consuetudine; quia æquiparatur testi, sed arbitrator non tenetur iurare. Bald. *cons.* 472. *Statuto Communis. n.* 4. *verb. tertio dicitur. lib.* 1.

33 † Suspectus allegari potest arbiter, prout Iudex; sed arbitrator nō potest allegari suspectus, nisi pro-

34 pter grauem causam. Bald. *cons.* 472. *n.* 4. *ver. tertio dicitur. lib* 1. † Appellatio non datur à laudo arbitri de iure communi. *l.* 1. *C. de arbit. l. diem proferre. §. stari. ff. eod.* secus est in laudo arbitratoris; quia est compromissum de iure, & de facto; quia dicitur arbitrator. Alex.

35 *cons.* 106. *lib.* 3. *& cons.* 22. *n.* 16. *lib.* 5. † Declara; quia de iure ciuili nō

* appellatur à sententia arbitri; secus de iure Canonico, * commu-

36 nem dicit Alex. *cons.* 22. *in fin. lib.* 5. *n.* 20. † Petitionem partium sequi non tenetur arbitrator, secus in arbitro; & ideo subtilitatem iuris non sequitur arbitrator; quia non tenetur pronuntiare in solo possessorio, suspenso petitorio, sicut arbiter. Bald. *consil* 496.

37 *Tenor literarum n.* 2. *circa fin. vers. & ideo considero. lib.* 1. † Imo conscientiam suam informare habet de his, de quibus debet arbitrari. Signorol. *cons.* 238. *n.* 3. & plenius *n.* 5. *circa fin.* vbi, quod non sequitur petita, sed veritatem, & æquitatem ex conscientia. † Causæ

38 cognitionem tenetur adhibere arbiter, & non præsumitur adhibuisse, si non cōstat, sicut in iudice; quia est adinstar Iudicis; secus est in arbitratore; quia eo ipso, quod pronuntiat, præsumitur adhibuisse causæ cognitionem. Bald. *cons.* 334. *Considerato compromis-*

39 *so. circa med. vers. præterea hæc conclusio. lib.* 2. † Et arbitratori soli creditur de causa, de cognitione, & aliis, & illa verba, *visis*, probant plene in arbitratore. Zabarell. *cons.* 139. *n.* 6. & 7. secus in arbitro.

40 † Præsumitur pro sententia Iudicis, & laudo arbitri; secus est pro arbitramento arbitratoris; quia non habet authoritatem Iudicis, sed est quædam transactio, & actus extraiudicialis. Cuman. *consil.*

41 23. *Viso compromisso, circa fin.* † Contrarium, quod imo præsumatur pro sententia arbitratoris, tanquam rite & recte lata. Bald. *cons.* 8.

42 *in fin. verb. item videtur. lib.* 3. vbi allegat consil. Dyn. † Declara; quia præsumitur etiam pro sententia arbitratoris in arbitrariis, puta in probationibus, non solum quoad iustitiam animi, sed etiam

43 quoad iustitiam actus. Bald. *cons.* 32. *Tria sunt, in fin. lib.* 4. † Potest

* arbitrator auferre ab vno, & dare alteri, secundum * communem opinionem, de qua Dyn. *cons.* 50. *in quæstione præmissa. nu.* 3. secus in

44 arbitro. † Item arbitrator componit, & compellit partes ad concordandum, si causa est dubia, non sic arbiter. Caccialup. *in repet.*

45 *l. precibus. C. de impub. & aliis substit.* † Authoritatem latiorem habet arbitrator; quia potest credere vni testi super extraiudiciali confessione simulationis cum iuramento partis. Bald. *d. cons.* 32. *lib* 4.

46 vbi est casus. † Compromissum in arbitratorem, & eius arbitramentum habet vim transactionis, & non arbitrii, ideo operatur, quod nō potest adiri Iudex, dum pendet coram arbitratore; quia transactio impedit litis prosequutionem, parte opponēte. Alex. *cons.* 21. *Consideratis. n* 8. *& seq. vers. nunc descendo. lib.* 7. & ibi apost. *in*

☞ *ver. transactio*, infra, *n.* 63. Vide, *Compromisso pendente, an possit agi in-*

47 *dicio ordinario. Concl.* 524. † Tertius arbiter eligi debet in discordia arbitrorum primo electorum; secus est in arbitratoribus; quia de iure communi non deuenitur ad tertium, nisi statutum vel conuentio partium aliter disponat. Bald. *cons.* 8. *Punctus quæstionis, in fi.*

48 *verb. & si dicatur. lib.* 3. † Generaliter autem differunt; quia arbitrator non tenetur seruare solemnia iudiciorum, arbiter vero secus. Bald. *d. cons.* 8. *n.* 5. *ver. quicquid dictum. lib.* 3. & quando non seruauit ordinem iuris, censetur vt arbitrator; si vero seruauit, vt arbiter

49 processisse. Anchar. *cons.* 208. *n.* 13. † Libellus non requiritur coram arbitratore, sed sufficit narratio facti sine conclusione. Bald.

50 *cons.* 169. *In primis sciendum. nu.* 3. *vers. tertio sciendum. lib.* 3. † Imo ineptitudo libelli, & ineptitudo comparentis nō attenditur coram arbitratore, secus coram arbitro. Signorol. *cons.* 238. *col.* 2. *nu.* 1. *ver.*

51 *item partes sunt, & n.* 2. *& n.* 3. *in fin.* † Instantia currit coram arbitro secundum ius commune, tam in prima, quam vlteriori instantia, coram arbitratore vero secus; quia durat per 30. annos. Bald. *cons.*

52 350. *Verba compromissi. lib.* 5. *in prin.* † Fatalia non currunt in reductione laudi arbitratoris, licet sit disputabile in arbitro. Zabarell.

53 *cons.* 116. *n.* 2. † Arbiter dicitur, quando de iure tenetur pronunciare; si vero potest, de iure, & de facto; tunc dicitur arbitrator. Bald. *cons.* 351. *Ioannes & Federicus. nu.* 9. *ver. nec obstat. si dicatur, lib.* 5.

54 quod est Ang. † Literas suam non facit arbitrator, iudicans ex imperitia, sed solum ex dolo tenetur; arbiter vero tenetur, prout Iudex, ex imperitia, Castren. *in l. si filius familias. n.* 4. *ff. de iud. & in l. cum*

55 *in plures. §. mandaui. n.* 6. *ff. locati.* † Confessio facta coram arbitratore dicitur extraiudicialis; ideo sine causa non valet, etiamsi extet statutum, quod arbitramenta mandentur exequutioni inter consanguineos; quia extra consanguineos nō habet exequutionem, secus coram arbitro; quia maius dubium est. Alex. *cons.* 13. *n.*

56 5. *& seq. lib.* 1. † Homologatio laudi arbitri potest fieri ex quocunque consensu, in arbitratoris vero secus est; quia nisi adsit stipulatio, non valet homologatio. Anchar. *cons.* 249. *In quæstione. n.* 3. & 4. *verb. sed dices.* vbi, quod testes deponentes, quod promisit stare laudo arbitratoris, non probant; quia non concludunt stipulationē.

57 † Imo laudum si homologatur, oritur ex eo actio, arbitramentum vero etiam homologatū non parit actionem; quia agitur ex compromisso. Zabar. *cons.* 139. *n.* 8. vbi late. † Arbitramentum dicitur

58 latum in forma arbitramenti, seu in forma declarationis; si vero in forma diffinitiuæ sententiæ, dicitur laudum arbitri. Bald. *consil.*

59 463. *Quod sententia. in fin. lib.* 1. † Arbitramentum non requirit, nisi veritatem, & æquitatem, laudum vero requirit etiam solemnitatem. Anchar. *cons.* 269. *n.* 6. † Et ideo arbiter & Iudex iudicant se-

60 cundum acta, & probata, & veritatem apparentem ex scripturis productis, die non feriata; secus in arbitratore; quia etiam in diebus festiuis in honorem Dei inquirit veritatem. Zabar. *consil.* 141.

61 *in prim.* quod est Io. de Imol. † Extende; quia arbitramentum non requirit, nisi nudum verbum arbitratoris, & compromissum in arbitratorem valet etiam in aduersarium; secus in arbitro. Anch.

62 *d. cons.* 269. *nu.* 5. † Dolus arbitratoris non reddit arbitramentum nullum, dolus arbitri secus, rationem adducit Zabarel. *d. cons.* 139.

63 *n.* 8. quod est Salyceti; quia dolus arbitratoris dicitur dolus tertii, ideo rescindi debet per actionem de dolo: vbi loquitur in vero dolo; quia præsumptus non cadit in arbitratore, vt ibi *n.* 8. † Finitur magis de facto compromissum in arbitrum; quia etiam altera parte tantum recurrente ad Iudicem finitur, licet incidat in pœnam; secus si in arbitratorem, siue de iure, siue de facto. Roman.

64 *cons.* 338. Bart. *in l. qui fidem. ff. de transact* supra *nu.* 46. † Nullum est compromissum factum in duos arbitros cum facultate eligendi tertium incertum, *l. item si vnus. §. si in duos. ff. de arbitr.* glos. *in c. cum speciali, de appell.* secus si in arbitratores; quia valet, Lanfran. de Orian. *tract. de arbitr. in* 7. *char. col. fin. ver. secundo quæro.* Alex. in apost. ad Bart. *in l. si tres. in §. Celsus. ff. de arbitr.* Deci. *d. c. cum speciali. de ap-*

* 65 *pell.* vbi dicit * communem. † Compromissum factū in arbitrum, & arbitratorem, licet teneatur pronunciare, prout de iure; si tamen hoc exprimitur in specie, expressio operatur formam, ita quod laudum erit arbitri, & non arbitratoris, etiamsi in compromisso detur facultas procedendi diebus feriatis, & non feriatis, stando, sedendo, quæ soli arbitratori conueniunt; quia præualet expressio in pronunciando. Alex. *cons.* 22. *Viso titulo. nu.* 15 *& seq. lib.* 15. vbi

66 *nu.* 16. dicit, quod si laudum feratur iniuste, erit nullum ipso iure, tanquam latum contra formam compromissi. † Qualiter cognoscatur, an tanquam arbiter vel arbitrator processerit, vide *Conclusionem prox. seq. nu.* 43. *& seq.* Vide, *Arbitramentum quid sit, & quid laudum, & in dubio quid præsumatur. Concl.* 465. Vide, *Arbitrator quis dicatur, & quid possit, & quis arbiter. Concl. prox. seq.*

Arbitrator quis dicatur, & quid possit, & quis arbiter. Concl. 449.

1 ARBITRATOR † dicitur quasi vir bonus electus, ideo multa permittuntur fieri per arbitratorem, quæ denegantur per arbitrum. Oldr. *cons.* 156. *Primum quæritur.* Petr. de Anchar. *cons.* 34. *n.* 10. *& seq.* & quid sit bonus vir, Dyn. *cons.* 50. *In quæstione præmissa, n.* 8. *vers. præterea arbitratores.* Rom. *cons.* 199. *In proposita, in prin.* vbi, quod multa denegantur arbitro, quæ potest arbitrator. † Et ideo 2 compromissum factum in arbitrum communem amicū, & compositorem, dicitur factum in arbitrū, & arbitratorē, qui est communis amicus, & amicabilis cōpositor. Rom. *cons.* 265. *In casu proposito, in prin. & cons.* 299. *n.* 9. *ver. quod autem.* † Potest enim arbitra- 3 tor iudicare, & sequi veritatem sibi quomodolibet notam. Bald. *cons.* 240. *Donatio facta, in fi. lib.* 1. Lap. *alleg.* 78. *in fi. n.* 9. *ver. quinto, & vltimo.* Cuman. *cons.* 7. *col.* 14. Hostien. *in c. Quintauallis, de iureiu.* vbi dicit verū, etiamsi per garritū aliud habeat veritatem. Bald. *in l. fi. C. de contrah. empt.* † Extēde; quia in arbitro, & arbitratore simul 4 nō requiritur ita exacta probatio, prout in iudicio. Castr. *in l. nam & postea. § si minor. ff. de iureiur.* † Extēde; quia si arbitrator, reiecto 5 iuris rigore, viam veritatis amplectitur, gloria & honore dignus est. Ang. *cons* 243 *Visis attestationib.* † Extende; quia arbitrator reii- 6 cit exceptionē præscriptionis tanq̄ rigorosam, & cōtra æquitatē, quā principaliter amplectitur arbitrator. Fulgos. *cons.* 108. Cum. *cons.* 67. *in fi.* † Contrariū Rom. *in rubr. de arbit. in* 1. & 2. *col.* pulchre 7 Lanfr. de Orian. *tract. de arbitr. q.* 25. † Declara, vt procedāt, quæ di- 8 cūtur de veritate attendēda, quomodocunq; illā habeat, dūmodo id fiat citata parte. Cur. *cons.* 23. † Vide, quia adinstar arbitrorū 9 sunt calculatores electi à partibus, & quid si sunt electi à Iudice,

& quando vere sunt electi à partibus, dicũtur quasi arbitratores. Alex.*cons.*21.*Consideratis,in princ.lib.*7.plenius Corn.*cons.*43.*n.*5.*&
☞ *seq.lib.*1. Vide,*Calculatores quomodo eligendi, & quam iurisdictionem*
10 *habeant.Concl.*4.*n.*11.*& seq.* † Et quod arbitrator possit amplecti probationem verisimilem,seu veritatem ex verisimilitudine tantum.Corne.*cons.*251.*In hac consultatione.nu.*5.*lib.*3.Bald.*in l.solam.in fin.C.de testib.* Aret.*cons.*126.*In causa D. Antoniæ.col.pen.* vbi,quod licet verisimilitudo non concludat necessario; tamen concludit bono viro,qui ex æquitate procedit, & idem Aret.*cons.*84.*Diligẽ-*
11 *ter ponderatis.col.*3.*ver & hoc maxime.*† Arbitramẽtum est quædam transactio,& vbi cadit transactio,cadit etiam arbitramentũ; quia neutrum eorum confert titulum; ideo sicut de decimis infeudatis in laicos potest inter eos transigi;ita etiam in laicum vanquam arbitratorem compromitti, & valebit tale arbitramentum, Petr.
12 de Anch.*cons.*34.*n.*10.*ver.ista prima facie.* † Potest tamẽ arbitrator in totum absoluere reum conuentum,non obstante, quod compromissum & laudum arbitratoris sit species transactionis, quæ supponit semper aliquid hinc inde remitti. Bart.*in l.quod si Ephesi.*
13 *ff.de eo,quod certo loco.* Ang.*cons.*93 incip.*Præmitte.*† Arbitrator potest multa,quæ non potest arbiter, & ideo potest cõponere inter partes,& statuere,q᷑ vni remaneat res, alteri vero dare recompẽ-
14 sam.Bald.*cons.*414.*Verba dicunt,in prim.lib.*1. † Itẽ, secundũ aliquos potest causa spiritualis in arbitratorẽ compromitti, nõ in arbitrũ. Rom.*cons.*299.*in prin.* licet *n.*6.*& seq.* teneat cõtrarium, sed prima
* 15 est * communis,vt ibi prima apostilla. † Amplia;quia arbitrator potest pro bono pacis pronuntiare super nõ petitis. Cum.*cons.*7.
16 *Primum videndum. n.*17.*vers.præterea considerandum.* † Amplia; quia creditur assertioni arbitratoris,q᷑ se informauerit,& etiam potest esse testis pro solemnitate, alias nõ possent subsistineri arbitramẽta; quia non fiunt solemnia. Cum.*d.cons.*7.*Primum videndum.n.*7.
☞ *vers.pro quo facit,& in fi.vers.itẽ pro hoc faciunt verba.* Vide,*Testes om.nes*
17 *sunt idonei.nisi sint prohibiti.Concl.*190.*num.*9.*& seq.* † Extende,quia statur attestationi arbitratoris,q᷑ se informauerit,q᷑ causæ cognitionẽ adhibuerit,secus in arbitro. Card.Zabar.*cons.*139.*nu.*6.*&* 7.
☞ Vide,*Arbitru in quibus credatur,vel non.Concl* 469. † Restringe,nisi
18 attestetur super aliquo impossibili;quia in fi nõ creditur,imo cen-
19 setur in dolo,*l.Solemus.& l.quoties.ff.de iudic.* † Amplia;quia arbitrator potest procedere,& ferre arbitramentũ, non citatis partibus ad sententiam.Cum *d.cons.*7.*Primum videndum.n.*3.*vers.pro parte vero.cum seq.& per tot.* vbi sunt subscriptiones multorũ Doctorum, & maxime si in compromisso sit dictum,*n.*17.*verb.ex his etiam,* vbi
* dicit * communem, & *n.*18.*ver.præterea quod de iure.* Bald.*cons.*8.*n.*
20 2.*verb.sed vbi stare.lib.*3.*& cons.*64.*Nunquid arbiter,in prin.lib.*3. † Cõtrarium,q᷑ sit nullũ, & requiratur citatio partis,tenet Bart.*in cons.*
* 166.*Calamanus de Spoleto*, vbi apostill.magna dicit * communem, Ias.*in l.si quis arbitratu,n.*21.*ff.de verb.oblig.* vbi recitat plurimos pro
* vtraq; opinione & dicit hanc * communẽ, & q᷑ in iudicando ab ea non est recedendum; quia authoritas Bart.in actu practico est maxima.Io.de Anan.*cons.*83.*in prin.* dicit hãc veriorem,& maioris
* authoritatis,& ibi Bologn.in fi.dicit magis * communẽ, & magis
* * communem dicit Ias.*in d.l.si quis arbitratu.ff.de ver.oblig.* licet ipse
21 teneat contrariam. † Declara,vt procedat, dummodo arbitrator audiuerit partes,& fuerit informatus, quãdo est electus super re litigiosa,alias non valeret arbitramentũ latum, non auditis partibus,& non citatis. Cum.*d.cons.*7.*n.*6.*verb.Idem tenet Bal.* & clarius distinguit ibi,*n.*15.*vers.sed quia opiniones sunt*, q᷑ est Iacobi Salyceti subscriptio.Bald.*cons.*8 *Punctus quæstionis.n.*5.*ver.quicquid dictum sit. lib.*3.*& cons.*64.*in prim.lib.*3. ita declarat Iason *in d.l.si quis arbitratu.*
22 *num.*22.† Declara; quia creditur assertioni arbitratoris circa hoc; quia alias arbitramẽta omnia essent nulla; quia cum non teneantur seruare solemnitatem,nec illam seruent, non posset probatio
23 fieri. Cum.*d.cons.*7.*n.*7.*ver.pro quo facit.* † Vide decẽ limitationes, quas ponit Ias.*in d.l si quis arbitratu. nu.*22.*ff.de verb.oblig.* quæ sunt extensiones ampliationis, & eas etiam ponit relatiue apostilla ad
24 *cons.Bart.*166. † Extende,vt ampliatio procedat, etiamsi in compromisso sit dictũ,quod possit citare partes,vel sit dictũ,*dantes facultatẽ citandi,&c.*quia inducta ad augmentũ, nõ operantur diminutionem,nec necessitati subiicitur, quod potestati relinquitur. Cum.*d.cons.*7.*n.*7.*vers.ad ea,quæ pro aduersa.& n.*17.*vers.in quæstione*
25 *& differentia*, quod est consilium Florian.de S.Petro. † Extende, quando vltima die termini proferret laudum; quia valet sine citatione. Abb.*in cons.*54.*Venio ad primum.col.*5.*vers.nunc restat.lib.*1.
26 † Extende,vt procedat de generali consuetudine vbique,q᷑ arbitratores nõ citant ad sententiã.Cum.*d.cons.*7.*n.*7.*vers.& ad horum*
27 *omnium.* † Extende maxime,quando fuit dictũ,quod possit ferre laudum,partibus præsentibus,vel absentibus, citatis, vel nõ cita-
28 tis.Ias.*cons.*12.*in fi.lib.*1. † Extende,vt procedat, quando tertius arbitrator fuit electus à Iudice de consensu duorum arbitrorum
29 quia valet arbitramentũ latũ sine citatione ad sententiã, etiamsi alter ex duobus primis fuerit absens ex malitia; quia noluit adesse,si modo partes fuerunt auditæ, & informatæ. Bald.*d.cons.*
8.*per tot.* vbi est casus.*lib.*3. † Restringe, nisi arbitrator assumeret
29 partes arbitri;quia requiritur citatio. Cum.*d.cons.*7.*n* 16.*ver ex his infero.* q᷑ est subscriptio Iacobi Salyceti, vbi, q᷑ cognoscitur, quod ex modo adhibito in procedendo, & ex denominatione sua: vbi
* 30 dicit hãc * communẽ opinionem. † Restringe,quãdo arbitrator esset ad declarandũ,vel constituendũ pretium;quia debet iurare,
31 igitur requiritur præsentia partium.Bart.*cons.*166.*n.*4. † Declara, vt per Bald.*d.cons.*8.*n.*2.*vers.sed obstare,cũ seq.lib.*3. quia potest arbitrator, si vult,velle, q᷑ pars citetur,& bene facit;sed tamẽ non tenetur; quia absentia partis nõ potest impedire potestatẽ arbitratoris,sed mentis declarationẽ; secus ipso nolente, & maxime,vbi partes audiuit pluries; quia non est necessaria citatio,vt ipse dicit
32 *n.*5.† Restringe,quãdo arbitrator est super re cõtrouersionali,vel est dictũ,quod de iure procedat. Bald.*cons.*147.*Inuentariũ heredis.*
33 *n.*4.*vers sequitur videre.lib.*4. † Restringe in laudo arbitratoris,per q᷑ incipitur ab exequutione,veluti si agatur redhibitoria; quia bene requiritur citatio partis. Bald.*d.cons.*8.*nu.*3.*ver.sed in tertio.lib.*3.
34 †Restringe,quando in compromisso arbitratoris est dictũ,quod debeat ferre sententiam,vel de iure procedere; quia debet partes citare,ex quo nõ est merus arbitrator eo casu. Bal.*d cons.*147.*n.*4.
35 *lib.*4.† Amplia; quia potest arbitrator nedũ proferre laudũ suum non citata parte,quãdo partes audiuit,sed etiam quãdo compromissum est de re,quæ sine informatione partium sciri potest; tuc enim valet arbitramentũ,non auditis,neq; citatis partibus. Bald.
36 *cons.*64.*Nunquid arbiter.lib.*3.*in prin.* † Amplia;quia potest arbitrator procedere, & definire de iure, & de facto omni solemnitate iuris omissa. Alex.*cons.*13.*n.*5.*ver.præterea,& fortius.lib.*1. † Amplia;
37 quia potest arbiter, & arbitrator habẽs facultatẽ de iure, & de facto in rebus multũ arduis ex æquitate cõponere partes, *l.non sine.*
§.1.*ff.de bon.qua liber.* & ita plures consuluisse,refert Cacci.*lup.in*
38 *repet.l.precib.C.de impub.& aliis subsit.* † Extende; quia potius sequi debet arbitrator concordiam partiũ, & illud, quod credit partes posse acceptare pro concordia, quam illud, quod est de iure, & potest auferre ab vna parte aliquid,& dare alteri. Abb.*cons.*64.*lib.*
1.*infra num.*47.*& seq.* Vide, *Præsumitur pro Iudice, & pro sententia,* &
39 *quando secus.Concl.*621.*n.*36.*& multis seqq.*maxime *n.*67.† Limita; quia nõ potest declarare laudum,seu arbitramentũ,sed id spectat ad Iudicem,qui bene potest informari ab arbitratore. Cum.*cons.*
40 143.*Ser Petrus,in prin.* † Limita; quia imo arbitrator, quando fert arbitramentũ condemnatorium, nihil plus potest, quam Iudex, licet habeat plenissimam authoritatem; quia debet tali casu ferre sententiam cum causæ cognitione, & data competenti dilatione, alias arbitramentum est nullum,sicut sententia, Bald.*d.cons.*540.
41 *Statuto Papiæ.n.*5.*ver.in contrarium.lib.*1.† Contrarium tenet Cum. *cons.*7.*Primũ videndum.n.*4.*vers.non autẽ ex eo,* vbi,quod hoc modo esset negare, arbitratorem posse ferre arbitramentum pro iustitia,quod non est dicendũ. † Limita;quia non potest iubere,quod
42 alter vendat rem suam alteri, si non est dictum. Bald.*cons.*414.*in*
43 *fin.vers.in contrarium.lib.*1. † Cognoscitur arbitrator ab arbitro ex modo procedendi; quia si assumpsit partes arbitri in procedendo,dicitur arbiter. Cum.*d. cons.*7.*Primũ videndum.n.*3.*verb.proparte*
* *vero.& n.*4.vbi dicit * communem, & quod ex præambulo modo procedendi cognoscitur, quam partem elegerit, & *n.*16.vbi dicit
* 44 * communem. † Et multo magis, si declarauit,cum esset arbiter & amicabilis compositor,se velle eligere viam arbitratoris; quia tunc non est dubium,quod tanq᷑ talis potuit arbitrari. Rom.*cons.*
45 265.*in prin.*vbi apostilla *in ver.arbitratoriam*,dat concor.†Declara, quod licet arbitrator sit quidam cõpositor, & transactor; tamen etiamsi in totum condemnet, vel absoluat, non propterea cessat, quod sit arbitrator; quia alias sequeretur, quod nõ posset iustum arbitramentum proferre. Cuman.*d.cons.*7.*n.*4.*ver.non autem ex eo.*
46 † Declara; quia licet dicatur in laudo arbitratoris, *Visis actis,&c.* non tamen propterea censetur elegisse viam arbitri. Cum.*d.cons.*
7.*n.*17.*verb.similiter nec ex eo.* q᷑ est Floriani de S.Petro, & Ioan.de Imol.†Declara;quia arbitrator dicitur,quãdo in cõpromisso fuit
47 dictũ, q᷑ possit procedere diebus feriatis, & non feriatis, stando, & sedendo,quomodocunq; sibi videbitur; sed tamẽ si postea fuit dictũ,quod teneatur pronũtiare,prout de iure,necessario erit arbiter,nõ arbitrator;quia attenditur magis finis pronũtiandi,& solũ erit remissa arbitro solemnitas ordinis iudiciarii.Alexan.plene
*cons.*21.*Viso titulo,n.*15.*lib.*5. vbi apost.*in ver.de iure.*dat concordant.
48 †Auferre potest arbitrator de iure vni᷑ partis,& dare alteri. Dyn.
*cons.*50.*In qstione pmissa.n.*3. vbi dicit *cõmunẽ.† Et maxime,quãdo *49
facit

facit pro bono pacis, & concordiæ. gloss. & Bart. *in l. si de meis. § recepisse. ff. de arbitr.* † Restringe, dummodo modice lædat, secus in
50 arbitro; quia si in specie non est data facultas lædendi, non potest lædere. Abb. *in c. Quintauallis. in* 20. *differ. de iureiur.* & quod arbitrator non possit lædere, nisi in modico, auferendo ab vno, & dando alteri. Bart. *in l. cum Aquiliana. ff. de transact.* Soc. *cons.* 104. *nu.*
51 8. *lib.* 4. † Extende; quia etiam arbiter, si fuit sibi data facultas auferendi ab vna parte, & dandi alteri, poterit in modica quantitate
☞ auferre ab vno, & dare alteri, & *n.* 52. *& seq.* Vide, *Clausulæ compromissorum, & earum importantia. Conclus.* 293. † Si vero fuit dictum,
52 ꝙ possit auferre ab vno, & dare alteri, siue in parua, siue in magna quantitate; quia semper intelligitur, dummodo in non magna animis lædat. Bart. *in l. societatem. § arbitrorum. col.* 4. *in fin. cum seq. ff. pro*
53 *socio.* sequitur Castrens. *in l.* 2. *§. illud etiam. ff. de aq. pluu. arcend.* † Declara; quia etiamsi arbitratori sit data facultas auferendi ab vna parte, & dandi alteri, non potest excedere sextam partem. Bartol.
☞ *in d. l. societatem, §. arbitrorum. ff. pro socio.* Vide, *Reductio laudi vt habeat locum, quam læsionem requirat. Concl.* 70. Vide, *Arbiter & arbitrator in quo differunt. Concl. præceden.* Vide, *Compromissum quando in arbitrum vel arbitratorem dicatur. Concl.* 523.

Arbitrorum iurisdictio quamdiu duret. Concl. 450.

1 ARBITRIA † à lege concessa, non durant, nisi per annum, sicut officium magistratus, & ideo si feratur laudum post annum, redditur nullum. Bald. *consil.* 463. *Quod sententia secunda, in prin. lib.* 1. *& cons.* 395. *De principali. nu.* 3. *vers. præterea ista. lib.* 5. vbi loquitur in compromisso facto in monachum, vt non valeat latum
☞ post annum in his, quæ respiciunt substantiam contractus. Vide,
2 *Compromissum quando & qualiter expiret, vel non. Conclus.* 531. † Restringe, vt non procedat, quando causa esset talis, quæ propter arduitatem non posset anno expediri. Bald. *d. cons.* 463. *in princip. vers.*
3 *nisi forte esset tale lib.* 1. † Restringe, quando fieret compromissum in arbitrum, vel arbitratorem super lite decidenda, quia non finitur anno; ideo laudum latum post annum non erit nullum.
4 Bald. *cons.* 495. *Præsupposita valitura. lib.* 4. † Declara; quia si statutum dat instantiam, vel tempus arbitro, vt teneatur laudare intra certum tempus, sub pœna, si post tempus non fuit laudatum, valebit laudum, licet arbiter incurrat pœnam; quia non imponitur nullitas laudi. Bald. *cons* 495. *circa fin. lib.* 4. secus si meta temporis
5 esset imposita ad compromissum finiendum. † Ampliа, quia lato laudo expirat iurisdictio arbitri; quia non potest reuocare laudum latum prærextu etiam erroris; quia functus est officio suo. Signorol. *cons.* 88. *In quæstione vertente, per tot.* Fulgos. *cons.* 144. *Syn-*
☞ *dici Communis. vers. ad secundum.* Vide, *Iudex ordinarius, vel delegatus,*
6 *quando dicatur functus officio suo. Concl.* 432. *n.* 33. *& seq.* † Extende, etiamsi in compromisso sit dictum, quod semel, & pluries possit laudare; quia intelligitur circa diuersa, non circa eadem. Signo-
7 rol. *cons.* 88. *per tot.* Fulgos. *cons.* 144. *vers. ad secundum, in fin.* † Declara; quia potest arbiter, qui condemnauit sub pœna intra certum tempus partem ad consignandum, reseruata facultate, prout in laudo, pluries declarandi iuxta compromissum, declarare pœnam non incursam, & iura esse sibi consignata in termino, & illi
8 statur Ias. *cons.* 10. *lib.* 1. *in* 3. *&* 4. *quæsito.* † Extende, etiamsi sit dictum, quod possit laudare, corrigere, & emendare; quia licet arbiter in laudo sibi reseruauerit facultatem corrigendi, reuocandi, &c. tamen correctio & reuocatio postea facta est nulla. Ful-
9 gos. *d. cons.* 144. *ver. ad secundum.* † Declara; quia secundum laudum est nullum, quando est contrarium primo, etiamsi esset dictum, quod posset semel, & pluries laudare. Bald. *cons.* 47. *lib.* 2. Anchar.
☞ *cons.* 111. *per tot.* & si in laudo sibi reseruasset facultatem; quia non
10 potest. Vide, *Arbiter licet habeat. Concl.* 454. *n.* 27. *& seq.* † Maxime, quando primum laudum à partibus fuit homologatum. Anchar.
☞ *d. consil.* 111. *Ex supradicta narratione.* Vide, *Arbitramentum quando, &*
11 *ex quibus nullum. Concl.* 468. *num.* 3. *& seq.* † Amplia; quia publicatis bonis alterius compromittentis expirat compromissum, & laudum latum post confiscationem non valet; quia resoluitur conditio, quæ est, si fuerit laudatum. Bartol. *consil.* 166. *in fin. lib.* 1. vbi,
12 quod licet transeat ad hæredes, & sic post mortem; tamen secus est in præiudicium Fisci, qui non est proprie hæres. † Amplia; quia mortuo arbitro expirat omne compromissum; quia perso-
13 nam non egreditur. *l. fin. C. de contrahen. empt.* † Restringe, quando facultas arbitrandi, vel declarandi accedit obligationi; quia transit in successorem. Bald. & Salyc. *in d. l. fin. C. de contrahen. empt.* Ias. *in l.*
☞ *quo minus. n.* 175. *de flumin.* Abb. *cons.* 80. *n.* 5 *lib.* 2. Vide, *Declaratio an*
posit fieri post mortem, & per quos. Conclus. 101. *num.* 10. *& multis seqq.*
14 † Limita in arbitriis ab homine concessis; quia durant pro tempore, pro quo fuit data potestas in compromisso, ideo vsque ad illud tempus possunt arbitri & arbitratores pronuntiare. Bald. *consil.* 470. *Statuto cauetur. lib.* 1. vbi secus est post illud tempus, & ista est communis * opinio, de qua Bologn. *in addit. ad cons.* 19. *Ioan. de* *
Anan. n. 19. *ver. & posita communi.* † Et currit tempus compromissi 15
de momento ad momentum, maxime, quando fuit data facultas arbitrandi hinc ad decem dies, vel intra decem dies. Angel. *consil.* 16
404. *Paulus Centulini. per tot.* vbi late. † Extende; quia in causa appellationis commissa in arbitrum, & arbitratore.n, non currit tempus, neque biennii. Bald. *cons.* 64. *Nunquid arbiter. n.* 2. *ver. secundo nunquid. lib.* 3. qui loquitur in arbitratore. † Extende; quia si est 17
compromissum in A. cum pacto, si moriatur Vicarius Potestatis, sit arbiter, etiam quod A. moriatur post annum, adhuc tamen durat, quod Vicarius Potestatis possit arbitrari; quia tacite videtur data facultas, donec viuat A. primus arbiter. Io. de Anan. *d. consil.*
19. *n* 4. *& seq.* Vide, *Laudum arbitri ex quibus nullum. Concl.* 29. *n* 3 *&* ☞
seq. † Limita in arbitratore simpliciter electo; quia non labitur 18
instantia per annum, neque per aliud tempus. Bald. *d. cons.* 64. *n.* 2.
vers. sed nunquid. vbi reprobat Bart. *lib* 3. & dicit, nulla lege caueri, quod finiatur anno, & *consil.* 472. *Ptuctus quæstionis. lib.* 1. vbi, quod Bart. iuit per somnium tenendo contrarium. † Extende idem in 19
arbitro; quia quando est compromissum à partibus, siue in arbitrum, siue in arbitratorem, non reperitur iure cautum, quod anno finiatur, ita Io. de Anan. *d. cons.* 19. *nu.* 4. *& seq.* vbi respondet ad contraria, vt procedant, vel in vltima voluntate, in qua sit speciale, ne diu stent in suspenso, vel quando compromissum fit à lege, vel à tertio, secus si à partibus: & ibi Bolog. *in addit. num.* 19. dicit, quod licet inuentum sit compromissum ad lites dirimendas; tamen imputatur partibus, si tempus non apposuerunt. ☞ † Limita 20
in arbitro; quia instantia currit, prout Iudici, de iure communi, quando simpliciter est factum compromissum in arbitrum sine tempore; quia triennio durat à die litis contestatæ. Bald. *cons.* 355.
Præsumendum est, circa med. nu. 2. *ver præter hoc. lib.* 5. & plenius *consil.*
350. *Verba compromissi, in prin. lib* 5. † Contrarium, quod si ponatur 21
in conditione, si arbitratus fuerit, finiatur alio modo. Bart. *consil.*
166. *n.* 6. *&* 7. vbi, quod Spec. qui dicit, non finiri triennio, non intellexit, distingue, vt per eum, distingue omnino per Ias. *d. l. si quis*
arbitratu. n. 24 *ff. de ver. oblig.* † Extende, vt idem sit, quando simul 22
esset arbiter, & arbitrator; quia instantia est triennalis. Bald. *d. cons.*
355. *n.* 2. *vers. si autem est mixtus. lib.* 5. † Declara; quia non potest ar- 23
bitrari tanquam arbitrator post annum, sed solum tanquam arbiter, nisi dicas, quod instantia triennalis proroget annalem, prout considerat Bald. *cons* 350. *num.* 1 *vers. aut loquimur. lib.* 5. † Extende, 24
quia, quod dicitur de arbitro, vel arbitro & arbitratore simul, ꝙ prima instantia sit triennalis, prout in Iudice de iure communi, procedat etiam in instantiis vlterioribus appellationis. Bald. *d.*
cons. 355. *nu.* 2. *vers. præter hoc. lib.* 5. † Extende in arbitratore, quoad 25
primam instantiam, quia durat triennio de iure communi, licet quoad appellationis desertionem non currat instantia. Bald. *d.*
cons. 355. *post med. ver si vero loquimur, lib.* 5. † Contrarium, quod 26
imo in arbitratore duret prima instantia solum per annum, quasi videatur ita actum, ad instar vltimarum voluntatum. Bart. quem refert, & sequitur Bald. *consil.* 150. *Casus talis est, post med. ver. quarta*
ratio. lib. 1. & duplicatur *consil.* 457 *lib* 5. vbi, quod ista est veritas.
Bald. *in cap.* 1. *§.* 1. *de lege Corradi, in vsib. feud.* † Declara, quia imo in- 27
stantia arbitratori non est præfinita; quia potest de iure declarare intra 30. annos. Bald. *d. cons.* 350. *in prin. vers. aut loquimur in arbitra-*
tore. lib. 5. & ista est * communis opinio contra Bart. vt per Ias. *in l.* *
si quis arbitratu. n. 24 *ff. de verb. oblig.* † Declara; quia si expirat per 28
annum compromissum, incipit solum currere à die, quo potuit arbitrator arbitrari partibus præsentibus, ita Ludouic. Bologn. in apostilla ad *cons.* 19. *Ioan de Anan. n.* 18. & ad hoc allegat Bald. *d.*
c. 1. *§.* 1. *de lege Corradi.* † Restringe in arbitro; quia si potest sine or- 29
dine iudicii procedere, instantia durat per 30. annos, prout in arbitratore. Bald. *cons.* 350. *in prin. lib.* 5. † Restringe, nisi partes ap- 30
posuerint certum terminum præfinitum ad laudandum sine facultate data ad prorogandum; quia seruandum est compromissum, & idem, si esset data facultas prorogandi. Bald. *d. cons.* 350. *nu.*
2. *vers. modo videamus. lib* 5. † Restringe; quia omne arbitrium de- 31
clarandi id, quod est de substantia contractus, expirat per annum.
Bald. *consil.* 457 *circa med. versic. quarta ratio. lib.* 5. quod duplicatur
lib. 1. *cons.* 150. & ita debet intelligi Bald. *cons.* 395. *n.* 3. *lib.* 5. † Con- 32
trarium, quod imo duret perpetuo, tenet Io. de Anan. *cons.* 19. *Visis instrumentis, nu.* 4. *& seq ver. circa vero secundum,* vbi, quod non reperitur iure cautum, & tollit omnia contraria, & ibi Ludou. Bologn. *in addit. n.* 18. allegat Bald. in pluribus locis. † Declara; quia si 33
fiat venditio pura, & pretium committatur, seu compromittatur in declarationem Titii sine termino cum pacto, quod si moria-

tur ante declarationem, succedat Vicarius Potestatis; certe venditio est pura, & declaratio potest fieri post annum, & si moriatur Titius post annum, compromissum deuoluitur ad Vicarium Potestatis. Io. de Anan. *d. cons. 19 per tot.* vbi est casus, maxime *nu. 4. &* 34 *seq.* & ibi Bologn. † Declara; quia expirat per annum, quando fuit requisitus, & constat, quod non voluit arbitrari; secus si nunquam fuit requisitus, ita Io. de Anan. *d. cons. 19. num. 5. vers. præterea* 35 *alio respectu.* † Declara totam hanc materiam alio modo per Bart. *cons. 166. Calamanus de Spoleto. n. 6. & seq. ver. super secundo, lib. 1.* quia si fiat compromissum, & arbitrium confertur in aliquem ex contrahentibus in casu præmisso, debet arbitrari intra 60. dies, si aliud tempus non est expressum, & hoc, quando arbitrium est circa substantialia contractus; si vero circa non substantialia, debet arbitrari, cum primum potest, & alias conditio, si fuerit arbitra- 36 tus, euanescit. † Si vero arbitrium consistit in tertium, puta, circa personam, cui debeat acquiri, & non dicitur conditio lapsa, neq; tempus, donec in iudicio sit interpellatus; quia ante potest moram purgare. Bart. *d. cons. 166. n. 7. vers. aliquando facta interpellatione* 37 *dicitur nolle.* † Si arbitrium est circa res; quia persona est certa; tunc siue simus in vltima voluntate, siue in contractu, habet annum; sola differentia est, quod in vltima voluntate arbitrium transit de hærede negligente in legatarium, in contractu extin- 38 guitur. Bart. *d. cons. 166. n. 7. & 8. lib. 1.* † Contra hanc vltimam di- * stinctionem tenent communiter * Doct. vt dicit Ias. *in l. si quis arbitratu. n. 24. ff. de verb. oblig.* vbi tenet præcedentes, sed vltimam reprobat, quod sit propter tempus ad arbitrandum in contracti- 39 bus, in vltimis voluntatibus post annum deuoluitur. † Limita; quia authoritas arbitri & arbitratoris in tantum dependet à compromisso, vt illo expirato euanescat authoritas data, vt non possit ipsemet arbiter, vel arbitrator pronuntiando per laudum sibi reseruare authoritatem vltra compromissum. Alex. *consil. 18. Circa dubia, in prin. lib. 7.* & ibi apost. *in ver. arbiter.* dat concordant. 40 † Extende, vt procedat, siue fiat per modum facultatis sibi datæ, siue sibi reseruatæ, quia licet valeat reseruatio, & facultas, durante compromisso; non tamen valet eo finito, & ideo quatenus in laudo reseruet facultatem condemnandi in expensis, vel taxandi expensas, potest hoc facere durante compromisso, non postea. ☞ Alex. *d. cons. 18. in prin. lib. 7.* Vide, *Instantia de iure Ciuili quando, & in quibus attendatur, vel non. Concl. 203.* Vide, *Compromissum quando, & qualiter expiret. Concl. 531.*

Arbiter an extra locum compromissi possit laudare. Concl. 451.

1 AN † arbiter, in quem factum est compromissum in Ciuitate Florentiæ inter Florentinos, absens à dicta Ciuitate possit ferre laudum. Innoc. *in c. præsentata, in ver. solo, de testib.* vbi distinguit, quod possit citare partes in loco non multum remoto, & sic non vltra dictas, quando fuit data facultas, vel est persona, quæ non solet à loco suo recedere, alias videtur, quod in loco iudicare debeat, prout Iudex. Vide, *Iudex iudicial. an possit expedire extra tribunal. Concl. 388. n. 2.*

Arbiter an & quando dicatur Iudex ordinarius ex compromisso. Concl. 452.

1 IVDEX † ordinarius electus arbiter vel arbitrator, non dicitur Iudex ordinarius, vel delegatus, quãdo cognoscit vigore compromissi in eum facti à persona non subdita; ideo non habet iurisdictionem ordinariam quoad hoc. Calder. *consil. 76. An officium* 2 *decem*, alias 3. *de offic. deleg.* † Amplia; quia arbiter & arbitrator æquiparatur Iudici delegato; quia siue sit arbiter ad vnam causam, siue ad vnum actum, non potest delegare alteri. Bald. *consil. 296.* 3 *Ioan. quondam*, vbi, quod est electa industria personæ. *lib. 1.* † Declara; quia potest committere iuramenta testium, & illorum examen, quando habet facultatem procedendi de iure, & de facto. 4 Bald. *d. cons. 296. in fin. lib. 1.* † Extende, in tantum arbitrum æquiparari Iudici delegato, vt valeat argumentum ab arbitro ad delegatum, & econtra; ideo sicut arbiter nõ potest ferre sententiam, quæ non imponat finem liti, ita neq; delegatus. Fulgos. *consil. 217.* 5 *Viso exemplo.* † Limita multis modis, de quibus *in ver. Arbiter etiam* ☞ *à statuto, an dicatur Iudex ordinarius, vel delegatus. Concl. prox. seq.*

Arbiter etiam vigore statuti electus, an dicatur Iudex ordinarius, vel delegatus. Concl. 453.

1 ARBITRI † electi vigore statuti, licet habere dicantur iurisdictionem à lege, non tamen proprie sunt ordinarii, neque delegati, sed sunt ad similitudinem delegati potius, quam ordinarii; quia ad vnam causam tantum sunt deputati. Bald. *cons. 90. Quæritur, vtrum arbitri lib. 1.* & quod sint quasi delegati, & non possint, nisi ea, quæ potest Iudex delegatus. Bald. *cons. 470. Statuto cautum. n. 3. vers. amplius considera. lib. 1.* † Imo, quod sint vere delegati, & 2 compellantur, & eorum decisio sit sententia, non autem sint arbitri, neq; arbitratores, dicit Signor. *cons. 249. in prin.* † Amplia in 3 tantum similitudinem delegati eos habere, vt si eligatur tertius vigore statuti, licet ex compromisso in duos primos, sit illis data facultas sententiandi non citatis, & non præsentibus partibus, tamen si illis iungatur tertius à statuto, debent partes citari ab eo. Bald. *cons. 8. Punctus quæstionis. n. 2. ver. sed obstare videtur. lib. 3.* † Et di- 4 cuntur habere iurisdictionem, & proprie sunt Iudices arbitri electi à statuto, vel ex necessitate statuti. Bald *cons. 290. In causa istorum nobilium circa fin. ver. illud constat, lib. 5.* Vide, *Arbitri possent multa, sicut Iudices. Concl. 456 & Concl. ibi prox. seq.* † Amplia; quia Iudi- 5 ces delegati dicuntur boni viri electi à Prætore, ideo ab eis appellatur ad Prætorem. Signor. *cons. 211. In quæstione appellationis, in prin.* † Extende, vt procedat, etiamsi Potestas ratificasset laudũ latum 6 ab arbitris deputatis à se; quia ad eundem appellari debet. Signorol. *d. cons. 211. n. 3 & seq.* † Amplia; quia arbitri & arbitratores sunt 7 delegati, seu delegatis æquiparantur in hoc, quod non possunt lato laudo aliud facere, tanquam functi officio. Anchar. *cons. 208. n. 2.* † Et quod electi ex forma statuti iussu Iudicis sint delegati Iu- 8 dices, non autem arbitri, neq; arbitratores, probat Signor. *d. cons. 249. in prin.* vbi, quod eorum sententia dicitur, prout aliorum Iudicum. † Extende, etiamsi statutum confirmet iurisdictionem il- 9 lorum; quia ex quo dantur à Iudice ordinario, sunt delegati, & nõ ordinarii. Signorol. *d. cons. 249. n. 2. verb item notanter.* † Extende, vt 10 idem dicẽdum sit de electis iussu Principis inter consanguineos; quia dicuntur Iudices delegati potius, quam arbitri, vel arbitratores. Signor. *cons. 194. In quæstione vertente, per tot.* † Limita, quando 11 eligendi sunt ex necessitate; quia dicuntur ordinarii, & habent ordinariam iurisdictionem. Bald. *cons. 351. Ioannes, & Federicus, n. 8. ver. circa tertium. lib. 5.* quod est Angeli. † Restringe, nisi eligãtur ex 12 rescripto Principis ita mandãtis; quia sunt delegati, licet ex necessitate eligãtur. Fulg. *cons. 141. Nanes & Corus. col. 3. in fi. ver. nam & hi arbitri.* Vide, *Arbiter an & quando dicatur Iudex ordinarius. Concl. prox. præced.* ☞

Arbiter, licet habeat arctissimam potestatem, tamen potest multa, & quæ non. Concl. 454.

ARBITER † habet arctissimam potestatem; sed tamen po- 1 test pronuntiare super omnibus necessariis, vtilibus, & accessoriis ad negotium sibi commissum. Fed. de Sen. *cons. 216. Domino Federico. n. 2. ver. quinimo, & arbiter.* † Extende; quia potest ad- 2 iudicare omnia bona paterna filio, licet repudiauerit hæreditatẽ. Castr. *cons. 72. Dubitatio. lib. 1. verb. super secundo. vsq; in fin.* † Amplia; 3 quia arbitri debent potius sequi æquitatem, quam rigorem iuris. Ang. *cons 305. In quæstione vertente. col. 2. vers. licet ita sit de rigore, vsq; in fi.* † Amplia; quia quandoq; ex causa habent latam authoritatẽ, 4 etiam super non compromissis. Vide, *Arbitri. quando super non compromisso pronuntiare possint. Concl. 460. cum aliis tribus Conclusionibus præced. dictam Conclusionem.* † Limita; quia arbiter & arbitrator etiã 5 cum libera facultate laudandi, & arbitrandi non possunt laudare, quod vnus donet alteri. Roman. *cons. 55. Si volumus dicere. circa med. verb. amplius, & posito.* † Extẽde multo magis, quando compromis- 6 sum est per verba denotantia arbitrium boni viri, prout sunt verba, *prout videbitur & placuerit.* Roman. *d. cons. 55. in prin.* † Restringe; 7 quia pro bono pacis potest arbiter & arbitrator in modico lædere auferẽdo ab vno, & dando alteri, dummodo non excessum faciat. Rom. *d. cons. 55. vers. ex secũdo autem capite.* † Restringe; quia po- 8 test arbitrator pro coæquatione partium ab vno auferre, & alteri dare; quia ista non est donatio liberalitatem continẽs, sed causam æqualitatis sapit. Rom. *d. cons. 55. in fi.* vbi apost. *in ver. coæquatione*, citat plures concord. † Limita; quia arbitri quantumcunq; latissi- 9 mam habeant facultatem; tamẽ ex fide bona restringitur, vt non excedat modũ tollendi vni, & dando alteri. Bald. *cons. 381. Concessio arbitry. lib. 1.* † Limita; quia si in compromisso fuit conuentũ, quod 10 teneatur accipere consilium sapientis super dubiis proponendis, debet hoc facere, nec potest euitare prætextu, q; dubia non sint vera; quia consideratur dubium, prout est, non autẽ, an sit verum. Castr. *cons. 485. Viso laudo, in prin. lib. 1.* † Declara; quia imo si in cõ- 11 promisso arbitro esset data necessitas sequendi consiliũ alienum, non valeret laudum, vel compromissum, quia debet esse liberum arbitrium arbitri. Ægid. Bellam. *cons. 24. num. 2.* † Limita; quia non 12 potest pronuntiare super parte, quando negotium est liquidum. Bald. *cons. 416. Nobilis vir Dominus. lib. 1.* † Limita; quia aliter iudica- 13 re non debent arbiter & arbitrator in alium, quam ipsi vellent in seipsos

se ipsos iudicari. Rom. *d. cons.* 55. *Si volumus, in pr.* vbi apost. *in ver. iu-*
14 *dicari*, dat concordantes. † Limita, quia non potest pronunciare,
quod vna pars vendat aliquid alteri, si expresse non est dictū. Bald.
15 *cons.* 414. *Verba dicunt, per tot. lib.* 1. & *cons.* 416. *cod. lib.* 1. † Extende, vt
neque possit prohibere alienationem, si nō est data facultas præ-
cisa. Bald. *cons.* 55. *n.* 4. *lib.* 3. vbi, quod etiamsi esset data hæc facul-
tas, prohibitio non impedit transferri dominium, licet faciat in-
16 currere pœnam illum, qui contrauenit. † Limita, quia super re nō
compromissa non potest pronunciare; quia non plus potest, quā
dicter forma compromissi; ideo si factum est compromissum in-
ter plures fratres ex vna, & extraneos ex alia, non potest pronun-
ciare super re, & controuersia inter fratres; quia de hoc non est fa-
ctum compromissum. Bald. *cons.* 309. *Cum essent plures. nu.* 2. *vers. sed*
pone, lib. 1. *l. nō distinguemus. §. de officio. ff. de arbit.* late Ias. *cons.* 62. *lib.* 3.
& cons. 168. *penul. col. num.* 16. *lib.* 4. Dec. *cons.* 11. *Et pro tenui. ver. tertio*
principaliter. Alex. *cons.* 94. *In causa, & lite. col.* 2. *lib* 2. *& cons.* 48. *col* 3.
lib. 7. Felin. *cons.* 51. *per tot.* Castr. *cons.* 423. *Pro informatione, in pr. lib.* 1.
17 † Et idem est in arbitratore; quia super non compromissis non
potest sententiare. Cuman. *cons.* 7. *Primum videndū, n.* 8. *ver. quæ quidem,*
verb. 1. Alex. *cons.* 135. *Circa primam dubitationem, nu.* 9. *lib.* 6. vbi,
quod neque in modico potest excedere. Anton. de Butr. *in c. con-*
18 *stitutus. de relig. domib.* † Extende in tantum, arbitrum non posse su-
per non compromissis pronunciare, & si pronunciauerit, laudū
esse nullum, vt etiamsi sequatur homologatio laudi, non conua-
19 lidetur. Bald. *d. cons.* 309. *n.* 2. *vers. sed pone, vsque in fin.* † Extende, vt
procedat etiam circa personas; quia nullum est laudum latum ex-
tra personas, quæ compromiserunt Bald. *d. cons.* 55. *Ad euidentiam,*
in pr. lib. 3. alias laudum est ipso iure nullum, *l. non distinguemus, §. de*
officio. ff. de arbitr. & §. fin. Bald. *cons.* 351. *num.* 9. *lib.* 5. vbi, quod forma
compromissi, & mandati non seruata, actus est nullus Bald. *cons.*
21. *lib.* 5. *& cons.* 250. *eodem lib.* 5. Dec. *cons.* 532. *n.* 4. Ias. *cons.* 165. *lib.* 2.
& quod sit nullum inter personas non compromittentes. Alex.
cons. 48. *col.* 3. *lib.* 7. Felin. *cons.* 51. *per tot.* Corne. *cons.* 293. *Multa in me-*
20 *dium, col.* 3. *lib.* 3. † Extende; quia ea duntaxat veniunt in compro-
misso, de quibus specialiter actum est. Soc. *cons.* 20 *lib.* 1. Alex. *cons.*
135. *Circa primum dubitatur, nu.* 9. *lib* 6. vbi dicit arbitratores etiam
21 in modico non posse fines compromissi excedere. † Et in summa
potestas arbitri, & arbitratoris pendet ex compromisso. *leg. non di-*
22 *stinguemus. ff. de arbitr.* Rom. *d. cons.* 55. *Si volumus dicere. in princ.* † Ex-
tende; quia neque potest fines compromissi excedere in modico.
23 Alex. *dict. cons.* 135. *nu.* 9. *lib.* 6. † Extende, quia officium arbitri est
strictissimum, & taxatum, ac limitatum proprijs verbis compro-
missi. Bald. *in rubric. de arbitr.* & in compromisso id solum venit, q̄
est expressum, vt veniat. Imol. *in cap. cum dilectus, de arbitr.* Soc. *cons.*
24 20. *lib.* 1. Corn. *d. cons.* 293. *lib.* 3. † Restringe, nisi verba sint genera-
lia, & amplia ita, vt contineant omnem facultatē. Cuman. *cons.* 7.
n. 16. *ver. super iniustitia.* quod est consilium Floriani de Sancto Pe-
tro, vbi, quod licet nō compromittat quis vt hæres, vel vt socius;
tamen si sit dictum de omnibus, quæ quouis modo ad eum spe-
25 ctant, censetur compromisisse omne ius, & valet laudum. † Limi-
ta; quia non potest arbiter subdelegare vices suas alijs; ideo lau-
dum latum per tres arbitros ex quatuor, etiamsi quartus subdele-
26 gasset, est nullum. Fulg. *cons.* 144. *in pr.* † Limita; quia non potest
arbiter laudare, vt datur ad alium arbitrum. Fulgos. *dict. cons.* 144. *in*
27 *princ.* † Limita; quia arbiter lato laudo est functus officio suo; ideo
non potest ferre aliud laudum. Bald. *cons.* 47. *Postquam fuit latum,*
lib. 2. Vide, *Arbitrorū iurisdictio quantum duret. Concl.* 450. *n.* 5. *& seq.*
28 † Extende; quia non potest sibi reseruare aliquid expediendum
post tempus compromissi, *l. si cum dies, §. si intra diem, & l. non distin-*
guemus, §. si. de arbitr. Bald. *in l. terminato. C. de fruct. & lit. expēs. col. pen-*
ult. & ibi Salyc. ait, quod si reseruat sibi taxationem expensarum,
non poterit taxare post tempus compromissi, Angel. & moder. *in*
l. Seius & Agerius. ff. ad leg Falcid. Alex. *cons.* 18. *col.* 1. *lib.* 7. Vide, *Expensæ*
29 *possunt taxari post appellationem. Concl.* 627. † Restringe, nisi esset da-
ta facultas semel, & pluries laudandi; quia posset ferre aliud lau-
dum, dummodo non sit contrarium primo. Bald. *d. cons.* 47. *lib.* 2.
30 † Restringe, nisi laudum esset latum nulliter; puta nō seruata for-
ma compromissi; nam si durat tempus compromissi, poterit ferre
aliud laudum validum. Angel. *cons.* 152. *Arbitri el. cti, in fin.* † Decla-
31 ra; quia si primum laudum à partibus esset homologatum, non
valeret secundum laudum correctorium primi, etiamsi in primo
reseruasset sibi facultatem laudādi de nouo. Anch. *cons.* 111. *per tot.*
32 † Limita; quia etiamsi compromissum fiat super litibus, quæstio-
nibus, & differentijs, tam ortis, quam oriendis, vsq; ad diem du-
raturi compromissi, cum potestate dandi, & assignandi, vsque ad
omnem quantitatem, non potest arbiter, vel arbitrator adiudica-
re vni parti, nisi super his, de quibus erat litigium, non super aliis,
quæ non erant in litigio. Abb. *in c. cum dilectus, de arbitr.* Ang. *in leg.*
de his. ff. de transact. vbi dicit audiuisse Bart. dicentem, quod sicuti
generalis acceptilatio non porrigitur ad non cogitata, sic & com-
promissum super vna re non extenditur ad aliam. Rom. *cons.* 404.
Pro decisione, vbi alios allegat. Ant. de Butr. *in c. constitutus*, per illum
tex. *de relig. domib.* Alex. *cons.* 119 *Titulus quæstionis*, alias, *quæritur ergo.*
& cons. 124. *In causa, & lite, n.* 4. *l. b.* 2. Corn. *cons.* 10. *Quod dictum fecū-*
dum laudum, col. penul. n. 11. *& seq. lib.* 2. *& cons.* 57. *In causa, & lite, col.*
fi. lib. 3. *& cons.* 168. *Visa copia, lib.* 1. Soc. *cons.* 220. *lib.* 2. *& cons.* 121. *In*
causa reclamationis, col. 6. *ver. restat, lib.* 3. Fulg. *cons.* 120. *Super eo.* † Et 33
eo ipso, q̄ pars negat fuisse compromissum super laudato, pars a-
lia debet probare. Alex. *dict. cons* 119 *& 124. lib.* 2. facit Abb. *cons.* 18.
In causa, & quæstione, col. 2. *lib.* 2. Angel. *cons.* 218. *Visa narratione, col.*
penul. † Extende; quia non potest arbitrari super non compromis- 34
sis, etiamsi compromissum sit generale, cum clausula, quod cen-
seatur lis super omnibus laudatis Anton. de Butr. *cōs.* 79. *Visis actis*,
allegat Bart. *in l. cum Aquiliana, ff. de transact.* sequitur Bald. *in l. fr. §. sed*
& si quis, col. 2. *ver. porro, C. commun. de legat.* vbi extendit, etiamsi ar-
biter pro bono pacis hoc faceret. † Extende; quia si factū est cō- 35
promissum generale de omnibus rebus communibus diuidēdis,
nō potest ferri laudum super rebus propriis alterius compromit-
tentis, nec eę alteri patri adiudicari possunt, Anch. *cons.* 111. *Ex su-*
pradicta. † Extende; quia in omnibus casibus prædictis, in quibus 36
laudum est latum super non compromissis, laudum erit nullum,
tanquam latum à nō habente potestatem. Card. Zabar. *cons.* 139.
Factum tale est, col. 3. allegat Bald. *in l. milites. C. de testā.* † Extēde esse 37
vera prædicta, etiamsi esset pactum in compromisso, quod non
posset opponi, q̄ laudata essent extra compromissa; quia hoc non
obstante potest opponi, quod laudum est nullum, si extra com-
promissa fuit laudatū, ita Guil. de Cun. *in l* 3. *§. si seruus. ff. de pecul.* per
illum text. sequitur Bald. *in tit. de pace Constantiæ. §. sententia quoque,*
& ita refert se consuluisse Castr. *in l. si cum dies, §. plenum. ff. de arbitr.*
† Extende; quia non potest arbiter condemnare partes ad proro- 38
gandum tempus compromissi sub pœna, cum clausula, quod fa-
cta prorogatione pœna pro non adiecta habeatur. Castr. *in l. Seius,*
post pr. ff. ad leg. Falcid. & in l. si quis, n. 3. *ff. de cond. instit.* † Limita; quia 39
non possunt arbitri condemnare eum, cuius nomine factum est
compromissum ad ratificandum: quia illud non venit in compro-
misso, sicut nec potest condemnari is, pro quo est facta treuga cū
promissione rati ad ratificandam treugam, Castr. *cons.* 423. *Pro con-*
firmatione, in pr. nc. & per tot. lib. 1. † Limita; quia non possunt con- 40
demnare partes ad pacem faciendam Castr. *dict. cons.* 423. *Pro con-*
firmatione, in princ. & per tot. lib. 1. † Extende; quia minus possunt de- 41
clarare, quod si pax non fiat intra tot dies, censeatur facta. Castr.
dict. cons. 423 *n.* 4. *ver. quantum ad secundum, lib.* 1. vbi, quod minus va-
let laudum, per quod declarant arbitri pacem factam; quia non est
in eorum potestate, quod non factum fit factum. † Extende; quia 42
non valet pœna, in qua condemnantur cōpromittentes sine cau-
sa, neque si absoluunt arbitri à pœna, quatenus faciant pacē; quia
censentur in fraudem legis condemnasse, & absoluisse. Castr. *dict.*
cons. 423. *col* 1. *in fi & col.* 2. *ver. his non obstantibus, lib.* 1. † Rest. inge; 43
quia valeret pœna imposita ex causa, puta, dāni, vel delicti. Castr.
d. cons. 423. *in princ. lib.* 1. † Limita; quia in casibus, in quibus arbiter 44
non potest condemnare, non obligat condemnatos, etiam stante
statuto Florentiæ, quod nihil possit allegari contra laudum, sed
mittatur exequtioni; quia ea, quæ non veniunt in compromis-
so, semper possunt opponi, sicut exceptio, quod Iudex non sit cō-
petens, Castr. *d. cons.* 423. *num.* 3 *ver. non obstat statutum, lib.* 1. Vide,
Compromissum quid sit, & eius natura, Concl. 497.

Arbitria sunt adinstar iudiciorum. Con-
clus. 455.

ARBITRIA † sunt ad instar iudiciorum, *leg.* 1. *ff. de arbitr.* Dyn. 1
cons. 50. *Prius dicendum, in princ.* Socin. *cons.* 195. *Circa primum,*
in princip. ver. accedit etiam, lib. 2. & ideo qui non potest esse Iudex,
non potest esse arbiter. Oldrad. *cons.* 156. *Primum quæritur, in prin.*
Petr. de Anchar. *cons* 34. *num.* 10. *ver. ista prima facie.* † Amplia; quia 2
quæ non potest Iudex, non potest arbiter, ideo non potest die fe-
riata, maxime in honorem Dei, ferre laudum, neque componere
partes inuitas; quia Iudex non posset ista. Bald. *cons.* 470. *Statuto*
cauetur, lib. 1. Vide, duas Conclusiones proximas sequentes.
† Amplia; quia ea, quæ censentur deducta in iudicio, censentur 3
etiam deducta coram arbitris. Dyn. *d. consil.* 50. *in princ.* vbi, quod
omne ius censetur deductum coram arbitris, quod tamen re-
stringit, *num.* 5 *&* 6. ad ius cognitum, & incompromisso dedu-
ctum. † Amplia; quia arbiter tenetur, prout Iudex, seruare 4

solemnitatis iudicij; nisi expresse partes in compromisso talem solẽnitatem remiserint, alias laudum est nullum, prout sententia Iudicis. Ang. *cons.* 198. *Testator quidam, n.* 2. qui allegat Philippum, & Rosellum eandem opinionẽ tenere. † Amplia; quia arbitria sunt adinstar iudiciorum æquiparata quoad omnia, nisi constet de cõtrario in aliquibus casibus expressis. Soc. *d. cons.* 195. *in princ. ver. accedit etiam, lib.* 2. † Et sententia arbitri æquiparatur sententiæ Iudicis. Fulg. *cons.* 141. *col.* 3. *ver. sic igitur, & in arbitrali.* † Extende; quia sicuti per sententiam Iudicis non fit nouatio, quæ extinguat primam obligationem, etiam si dies solutioni pure adijciatur, ita neque ex laudo arbitri. Fulgos. *cons.* 141. *col.* 4. *ver. mouet præterea.* Vide, *Nouatio quando & ex quibus inducatur, vel non. Com. lus.* 119. *num.* 31. *& multis seq.* † Et actio sicuti quæritur ex actu iudiciali domino per procuratorem sine cessione, ita etiam ex compromisso, quia est ad instar iudiciorum. Rom. *cons.* 86. *nu.* 13. *&* 14. † Et sicuti, si quis compareat in iudicio cum certa qualitate, puta, vt hæres patris, iudicium sibi non nocet extra illam qualitatem; ita etiam in compromisso facto cum certa qualitate non nocet extra qualitatem. Rom. *cons.* 88. *in prin.* † Et sicut iudicium non trahitur ad futura; quia ad iudicem non spectat tractus futuri temporis; ita compromissum non trahitur ad futura; quia ad arbitrum non spectat, vt supra. Rom. *d. cons.* 88. *num.* 3. *ver. tertio quia,* vbi apostil. *in ver. præsentia. & in fi. consilij.* † Amplia; quia sicut sententia est nulla lata sine citatione peremptoria; ita laudum arbitri, quia est adinstar iudiciorum. Anchar. *cons.* 269. *Pro declaratione,* vbi secus dicit in arbitratore. † Extende; quia sicut sententia est nulla, nullis receptis probationibus, ita laudum arbitri. Bald. *cons.* 463. *Quod sententia, in fin. lib.* 1. † Amplia; quia sicuti Iudex iudicans per imperitiam, vel dolum facit litem suam, ita etiam arbiter. Castr. *in l. si filius familias, n.* 4. *ff. de iudic. & in l. cum in plures, §. mandatum, n.* 6. *ff. locat.* Lanfr. de Oriana *in tract. de arbit. in vltima par. q.* 36. † Extende maxime etiam in arbitratore, quando attestatur in suo arbitramento vidisse ea, quæ non potuerunt videri; quia videtur in dolo, *l. solemus, & leg. quoties. ff. de iud.* sed tamen in dubio pro laudo præsumitur. † Restringe in arbitratore; quia solum tenetur de dolo, vt per Castr. *d. l. si filius familias. n.* 4. *ff. de iudic.* † Amplia; quia sicut sententia est valida, licet contra ius partis feratur, & transit in iudicatum; ita laudum arbitri declarans bona paterna spectare ad filium, qui repudiauit hæreditatem patris, valet. Castr. *cons.* 72. *Dubitatio, lib.* 1. *ver. super secundo, vsque in fi.* † Amplia; quia instantia iuris communis, quæ est triennium in prima instantia, habet locum in arbitro, & arbitratore secundum distinctionem, de qua *in ver. Arbitratorum iurisdictio quam diu duret. Concl.* 450. † Limita; quia licet non valeat sententia lata per plures Iudices, quorũ vnus erat inhabilis. *c. cum super. de offic. deleg.* tamen valet laudum: & ratio differentiæ est; quia plures delegati repræsentant vnam personam, & sic delegantem, arbitri vero secus. Bald. *cons.* 42. *Compromissum fuit, lib.* 1. vbi, quod hoc maxime procedit, quia aderat clausula, quod valeret etiam laudum latum per duos tantum. † Limita; quia arbiter & arbitrator de iure, & de facto non seruant apices, & subtilitates iuris, sed iudicant secundum veritatem, & conscientiam. Lap. *alleg.* 78. *in fi. n.* 9. *vers. quinto, & vltimo.* Bald. *cons.* 240. *Donatio facta, in fine. lib.* 1. † Limita; quia solemnitates requisitæ possunt remitti in arbitrijs, secus in iudiciis. Cuman. *cons.* 7. *Primum vid. ndum. n.* 18. *ver. præterea non est bona,* quod est Florian. de S. Petro, & aliorum. † Limita; quia licet arbitria sint adinstar iudiciorum; tamen quoad quædã habentur adinstar contractuũ. Bald. *cons.* 494. *Arbiter, & arbitrator, circa fi. ver. sed contrarium, lib.* 5. vbi, quod licet arbiter non possit lata sententia illam declarare, sicut nec Iudex, maxime, quando declaratio est noua sententia; tamen secus est, si ex compromisso habeat hanc facultatem. Vide, *Arbitramentũ quid sit, & quid laudum. Concl.* 465. † Limita; quia licet in iudicijs omne ius partiũ censeatur deductum; tamen secus est in arbitriis, quia non censetur deductum, nisi id, quod est in compromisso expressum. Dyn. *cons.* 50. *num.* 6. *ver. præterea certum est, vsque in fin.* † Limita; quia si in compromisso fuit data facultas procedendi sine figura iudicij, arbitrio ipsorum arbitratorum, nulla seruata forma, partibus citatis, & non citatis, præsentibus, vel absentibus, non requiruntur solemnia; quia standum est compromisso: ideo ineptitudo libelli non vitiat. Signorol. *cons.* 238. *num.* 2. & 4. † Extende; quia ineptitudo personæ non vitiat. Signorol. *cons.* 238. *col.* 2. *num.* 1. *vers. sed prædictis.* vbi idem dicit in arbitratore. † Limitat Soc. *in reg.* 27. *Arbitria vt iudicia tractantur,* vbi ponit limitationes 31.

Arbitri possunt multà, sicut Iudices, non tamen vltra. Concl. 456.

ARBITRI † adinstar Iudicum esse dicuntur, ideo possunt tantum ea, quæ possunt Iudices, & non vltra. Bald. *cons.* 470. *Statuto cauetur, lib.* 1. vbi, quod non possunt ferre laudum die feriato in honorem Dei, quia non potest Iudex ferre sententiam, & si feratur, erit nullum. † Amplia maxime in arbitris ex necessitate electis: quia quamcumque authoritatem habeant latam, non possunt, nisi ea, quæ potest Iudex, ideo non possunt partes inuitas cõponere: quia Iudex hoc non posset. Bald. *d. cons.* 470. *nu.* 3. *vers. amplius considera, lib.* 1. Angel. Aretin. *cons.* 108. *n.* 19. *& seq.* vbi, quod ab eis appellatur, & eorum laudo, sicut à Iudice. † Extende, quia imo arbitri electi vigore statuti sunt proprie Iudices, & habent iurisdictionem. Bald. *cons.* 290. *In causa istorum nobilium, circa fi. ver. illud constat. lib.* 5. Vide, *Arbiter etiam à statuto an dicatur Iudex ordinarius, vel delegatus. Concl.* 453. † Amplia; quia arbiter sicut Iudex, potest condemnare ad dãdum intra certum terminum sub pœna, *l. quid tamen. §. solutioni. ff. de arbitr.* Imol. *in c. cum dilectus, de arbitr.* & an sit locus purgationi moræ post terminum. Lanfranch. *de arbitr. char.* 14. *in* 11. *q.* † Limita, nisi esset simul arbiter, & arbitrator, & pronunciaret vtroque modo: quia sub stinebitur sententia lata in die feriata, etiam in honorem Dei, etiam per modum compositionis inter inuitos. Bald. *d. cons.* 470. *nu.* 2. *ver. aut pronunciauit complexiue, lib.* 1. † Limita, quia arbitri possunt semel, & pluries laudare, quando in compromisso fuit hoc concessum, non tamen poterunt laudata corrigere. Bar. *in l. quid tamen. ff. de arbitr.* Dec. *in cap. pastoralis. §. quoniam. in fi. de resc.* Anchar. *cons.* 162. *De viribus, & efficacia. in fi.* † Restringe, nisi esset data potestas pluries laudandi, & laudata corrigendi; quia poterit corrigere laudata, si tempore laudi hoc fuit reseruatum, alias non item procedit, dummodo laudata nõ sint etiam à partibus homologata. Bald. *in l. itẽ Labco. ff. famil. hercisc.* vbi glos. *in ver. pure,* & per tex. *in l. non distinguemus. §. summa, & §. compromisso. ff. de arbitr.* † Scias tamen, q̃ stante tali clausula, ẽt quod arbiter sibi reseruauerit in laudo hanc facultatem, quod nõ potest durante compromisso peti reductio super laudatis, sed recurrendum est ad ipsum arbitrum, qui cogendus est. *d. l. 3. §. tamet si.* vbi glos. & * Doctor. *ff. de arbitr.* Lanfranch. *in tract. de arbitr. quæst.* 19. *in fi.* Vide, *Arbitri non possunt multa, sicut Iudices. Concl. prox. seq.*

Arbitri non possunt multa, sicut Iudices. Concluſ. 457.

ARBITRI † non possunt exequi sentẽtias à se latas, prout possunt Iudices *leg. epistola. C. de Episcop. audient.* Bald *cons.* 90. *Quæritur, vtrum arbitri. lib.* 1. † Amplia, quia non habent iurisdictionem cohærentem territorio, etiam si eligantur ex forma statutorum. Bald. *dict. cons.* 90. *lib.* 1. vbi, q̃ proprie non sunt Iudices ordinarii, neque delegati, sed ad similitudinem delegatorũ. † Amplia, quia arbitri, & arbitratores non possunt compellere, vt compromittens vendat rem suam pro tanto pretio alteri, si hoc non est actũ, quia nouus contractus est. Bald. *cons.* 414. *Verba dicunt, per tot.* vbi est casus, & *cons.* 416. *lib.* 1. † Amplia, quia Iudex potest nedum diuidere petentem diuisionem à pluribus, sed etiam ipsos plures inter se se, secus est in arbitro, quia non plus potest, quam cantet forma compromissi. Bald. *cons.* 309 *Cum essent plures, n.* 3. *vers. item quia vbi lib.* 1. † Amplia, quia arbiter nõ potest ferre laudum, partibus absentibus etiam citatis, quia coram arbitro non contrahitur eremodicium. Cuman. *cons.* 7. *Primum videndum, in princip.* Abb. *consil.* 33. *Quia quinque. col.* 4. *n* 7 *vers. ad tertium, lib.* 2. allegat tex. *in l. diem proferre, § si quis litigatori, ff. de arbitr. & l.* 2. *C. eod.* & Abb. loquitur, etiam si sint partes citatæ, & monitæ pro certa die, quia si non est data facultas, non valet laudum, licet committatur pœna. † Extẽde, quia nec potest ferre laudum partibus non citatis, etiam si sit dictũ, q̃ possit ferre laudũ partibus absentibus, quia intelligitur, dummodo sint citatæ. Cuman. *d. cons.* 7. *in princ.* † Restringe, quãdo arbitris esset data facultas procedendi partibus absentibus & monitis, seu citatis. Abb. *d. cons.* 33. *n.* 7. *ver. ad tertiũ, lib.* 2. † Restringe, quando arbitri sunt subrogati loco Iudicum, vel data est facultas procedendi secundum statuta, vel prout Iudices facerent, quia sufficit citatio, vel monitio partium, licet fuerint absentes tẽpore prolationis laudi. Abb. *d. cons.* 33. *n.* 7. *vers. ad tertiũ, lib.* 2. † Amplia, quia arbiter non potest ferre laudũ die feriato, maxime in honorẽ Dei, & si feratur, est nullum, sicut nulla esset sententia. Bald. *cons.* 470. *Statuto cauetur, lib.* 1. † Amplia maxime in arbitris electis ex necessitate statutorum, quia quamcunque habeant facultatem, in omni-

in omnibus rediguntur adinstar iudicum, ideo nec possunt partes iniuitas componere, nec alia facere, quæ nō potest Iudex. Bald.
11 *dict. cons. 470. n. 3. vers. amplius considera. lib. 1.* † Amplia; quia nō potest declarare laudum, licet Iudex declarare possit sententiam ni-
12 hil addendo. Cuman. *cons. 143. in princ.* † Extende; quia arbiter non potest interpretari obscuritatē sui laudi, nisi à partibus fuerit data potestas in compromisso. Guido de Suzar. *in l. quidā. ff. de arbitr.* Ioan. Andr. *in addit. Specul. tit. de arbitr. §. fin. in ver. Guido.* Anton. de
13 But. *in cap. Quintaaullis, de iureiur.* Alex. *cons. 18. col. 1. lib. 7.* † Amplia; quia arbiter non potest subdelegare; quia solus delegatus à Principe subdelegat, non ab inferiore; ideo laudum latum à tribus ex quatuor arbitris, etiam si quartus alios subdelegauerit, est nul-
14 lum. Fulgos. *cons. 144. in princ. ver. ad primum.* † Amplia; quia Iudices habent iurisdictionem, & causæ cognitionem, arbitri vero solum habent notionem. text. & ibi glos. *in l. notionem ff. de verb. signif.*
15 melius per glos. & scribentes *in l. ait prator ff. de re iudic.* † Limita multis casibus, vt *in ver. Arbitri possunt multa, sicut Iudices. Concluſ. proxima præcedente.*

Arbiter & arbitrator de iure & de facto quid possint. Concluſ. 458.

1 ARBITER † & arbitrator de iure & de facto possunt secundū veritatem, & conscientiam suam iudicare reiectis apicibus, & subtilitatibus iuris. Lap. *allegat 78. Tabellio, in fi. num. 9. vers. quinto, & vltimo.* Angel. *cons. 367. In quæstione vertente, n. 10.* vbi quod idem importat, quod clausula, *manu regia.* Signorol. *cons. 238. n. 2. &*
2 *seq. & n. 5. in fin.* † Declara differentiam esse; quia vbi datur ista difficultas sententiandi de iure, & de facto; tunc non dicitur arbiter, sed arbitrator. Bald. *cons. 351. Ioannes & Federicus. n. 9. ver. nec obstat,*
3 *si dicatur. lib. 5.* Alex. *cons. 106. lib. 3.* † Restringe, quando compromissum diceret cum authoritate pronunciandi de iustitia, & iure, & veritate; quia non potest secundum conscientiam laudare. Ias.
4 *in l. iustitia. in pr. ff. de iustit. & iur.* † Imo, quod plus est, etiam si esset dictum, quod onus conscientię dictauerit; tamen per hoc non intelligitur derogatum legibus, vel statutis. Ias. *cons. 191. ad fin. lib. 2.* & propterea tali casu non poterit laudare absque citatione partiū
5 Ias. *in l. cum certum, in vlt. col. C. vnd. legit.* † Amplia; quia possunt circa ea, quę respiciunt processum, prout examinare testes, committere alteri examen, etiamsi facultas quoad decidendum sit de iure tantum. Bald. *cons. 296. Ioannes quondam in fin. vers. sed postea ite-*
6 *rum. lib. 1.* Angel. *d. cons. 367. n. 10.* † Declara, seu limita; quia illa verba, *de iure, & de facto*, intelliguntur, dummodo non fiat contra ius gentium, & sic non potest procedere per alium, & parte non vocata virtute illorum verborum. Bald. *d. cons. 296. nu. 3. vers. item illa*
7 *verba lib. 1.* † Amplia; quia arbitri, in quos est compromissum, vbicunque data est eis facultas procedendi, & decidendi de iure, & de facto (maxime si est dictum, tanquam in amicos) possunt amplecti solam veritatem, reiectis omnibus solemnitatibus iuris ciuilis; ideo possunt conualidare cōtractum mulieris factum sine solemnitate; qui esset nullus, si constat de veritate. Angel. *cons. 353.*
8 *Florentia Ciuitatis. n. 3. col. 3. ver. hoc præmisso.* † Extende; quia arbitri, vbicunque subest veritas cum æquitate, possunt attendere veritatem, & ideo vbicunque naturalis obligatio est nata ex consensu partium, vel pactum est nudum, possunt ipsam veritatem sequi. Ang. *d. cons. 353. per tot.* vbi *n. 3. col. 3. in princ.* dicit, quod important
9 idem, quod de bono, & æquo. † Restringe; quia non potest iudicare secundum informationem habitam ab vno teste tantum, etiam si in compromisso sit clausula, *de iure, & de facto.* Lanfran. de
10 Orian. *in tract. de arbitr. in vltim. par. quæst. 42.* † Quid si habet iudicare secundum sensum suum, de quo sensu intelligatur, vide
11 Abb. *in cap. 1. num. 13. de constit.* † Amplia; quia imo ex eo solo, quod in arbitratorem est compromissum, dicitur transactum, & potest secundum conscientiam suam decidere arbitrator, & non seruat aliqua solemnia iudicij; quia eius sententia est declaratio
12 transactionis partium. Signor. *cons. 238. nu. 5.* † Extende; quia arbitrator, vel in quem de iure, & de facto est compromissum, non seruat solemnia, sed procedere potest manu regia. Bart. *in extrauag.*
13 *ad reprimendum, in ver. videbitur, in fine.* † Extende; quia poterit iudicare ex causa non deducta in libello. Io. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de senten. prolat. §. qualiter ver. quid si lis.* Socin. *cons. 160. In præsenti*
14 *consultatione, col. pen.* † Amplia; quia compromissum de iure, & de facto habet vim transactionis. Castr. *cons. 328. Quod Nannes, in fi. lib.*
15 *1. n. 3.* † Amplia; quia compromissum, in quo partes promittant non contrauenire laudo de iure, & de facto, operatur, quod sit erit contrauentū de facto laudo, committatur pœna Castr. *d. cons.*
320. *Quod Nannes, col. 2. vers. secundo videtur obstare. lib. 1.* q est subscriptum à Nello de S. Geminiano. † Limita; quia si arbitri condemnant vnum hæredem ad omnia debita; quia sibi constat, quod tā- 16
tum habuit de communi, etiam si possint de iure, & de facto auferre ab vno, & dare alteri, si extat læsio enormis, non valet, nec creditur vni, sed requiritur fides plurium. Castr. *cons. 465. n. 3. vers. quantum ad secundum. lib. 1.* † Limita, quia si sunt electi arbitri, & ar- 17
bitratores cum facultate procedendi de iure, & de facto, sed ad decidendum de iure tantum, nō præsumuntur in dubio procedere, nisi tanquam arbitri, ex quo secundum ius debent decidere. Cuman. *cons. 7. Primum videndum. n. 16. vers. non obstat. quod arbitri.* † Et præ- 18
terea in dubio cēsetur eo casu arbitrator assumpsisse viā arbitri, & partes arbitri. Bald. *cons. 43. Quidam ser Cecchus. in fi. lib. 5.* † Ex- 19
tende; quia arbitri de iure, & de facto in procedendo, sed de iure tantum in decidendo, tenentur iudicare secundum statuta loci, si derogant iuri, ita Ias. *in l. omnes populi in 1. lectura. col. antepen. ff. de iu-*
stit. & iur. & in 2. lectura. colum 4. † Extende in tantum arbitros ad 20
decidendum de iure arctari secundum ius ad pronunciandum, vt si iniuste pronunciant, laudum sit ipso iure nullum, & non possit reformari, sed debet in totum pronunciari nullum, nisi apparenter videretur iustum; quia tunc licet sit iniustum, potest reformari. Bald. *cons. 169. In primis sciendum, n. 4. & 5. lib. 3.* Bartol. *in leg. diem.*
§. stari. ff. de arbitr. Bald. *cons. 351. n. 9. ver. circa tertium, lib. 5.* vbi hoc restringit ad voluntarium arbitrum, secus in necessario per statutum inducto. † Contrarium tenet Bald. *cons. 351. n. 9. vsque in fin.* 21
lib. 5. quod est Angel. vbi, quod compromissum factum in arbitros à statuto inductos, & non voluntarios, quod possint sententiare de iure tantum, operatur, quod laudum iniustum latum contra ius litigatoris valet; quia ista clausula, *de iure tantum*, inest tacite, vbi latissime *in ver. in contrarium*; quia, vt inquit, voluntarij non ita adstringūtur ad pronunciandum de iure tantum. † Declara; quia 22
laudum est nullum, si est contra ius; quia sit contra formam compromissi. Bart. *in l. diem proferre. § stari ff. de arbitr.* Abb. *in cap. cum dilecta. col. 4. de rescript. & in cap. causam, circa fi. de re iudic. & in cons. 42. Videndum est. lib. 1.* Fulgos. *cons. 180. Viso processu. colum. 2.* Aretin. *cons.*
68. Excellens Domine Collateralis, colum. penult. † Limita; quia arbiter 23
de iure, & de facto, ita quod possit auferre ab vno, & dare alteri, non potest ledere immoderate Castr. *cons. 465. Viso laudo, num. 5.*
vers. concluditur, lib. 1. † Limita; quia non potest arbitrator restituere 24
in integrum, si non est dictum. Signorol. *cons. 238. num. 8.* † Li- 25
mita; quia arbiter, & arbitrator, siue de iure, siue de facto, & cum amplissima potestate, non potest plus, quam possunt partes ex pacto sibi præiudicare; quia arbitrium sumit vires à pacto partiū, & quod pacto fieri non potest, neque potest fieri ex laudo, vel arbitramento. Castr. *cons. 366. Super primo. colum. 2. princip. lib. 1.* vbi, quod sicut non valet pactum, per quod quis priuat se facultate testandi, vendendi, & disponendi de re sua, ita non valet laudum. Vide, *Pacta, quando sunt seruanda, vel non. Cons. 4.* † Limita; quia 26
non potest examinare testes extra locum deputatum sine licentia partium, vel scientia, alias non probant. Signorol. *d. cons. 238. nu.*
7. ver. vel potest. Vide, *Clausula compromissorum, & earum importantia. Concluſ. 293.* Vide Anton. Gabriel. *lib. 2. titul. de arbitris, Concluſ. 5. Arbitri sententia, quide iure tantum pronunciare tenebatur.*

Arbitri & arbitratores quando prorogare possint instantiam. Concl. 459.

ARBITRI † & arbitratores, quibus non est data facultas pro- 1
rogandi instātiam compromissi, non possunt prorogare, sed partes possunt compelli ad prorogationem, si non liqueret, & ex causa, quæ appareret. Bald. *cons. 250. Verba compromissi, num. 2. ver.*
modo videamus, lib. 5. † Declara; quia non possunt laudare arbitri, 2
quod sub pœna fiat prorogatio, qua facta habeatur pœna pro nō apposita. Castr. *in l. Seius, post princ. ff. ad l. Falcid. & in l. si quis. num. 3.*
ff. de condit. instit. † Extende; quia non possunt arbitri & arbitra- 3
tores prorogare instantiam compromissi, nisi in compromisso sit eis data facultas, in tantum, quod licet prorogent, laudum erit nullum, tanquam latum extra tempus compromissi; quia requiritur facultas data in compromisso, vel quod partes consentiant. Alexand. plene *cons. 82. Ponderatis, in princip. lib. 5.* † Amplia; quia 4
si esset data facultas prorogandi intra tempus compromissi, quod est duorum mensium, semel, & pluries, & quoties, ac quantum voluerint prorogare, quia debent fieri omnes prorogationes intra tempus compromissi, non autem valerent prorogationes factæ post duos menses, etiamsi intra tempus prorogatum sint factæ. Bald. *consil. 346. Viso themate, & consil. 347. Post hæc fui, lib. 5.*
& idem tenet Angel. *consil. 231. Punctus talis est.* † Contrarium 5

tenet

tenet alius consulens sine nomine, vt per Bald. *cōs.345. Cum Quartus quondam Berti, lib.5.* vbi quod verba illa debent intelligi, dummodo fiant prorogationes ordine successiuo, antequam sit expirata prima prorogatio, fiat secunda, & sic deinceps, ex quo verba
6 sunt dubia; & quia quod tacite inerat, nihil operatur. † Declara, quia si constat de mente compromittentiū, quod non voluerint compromissum diu durare, verisimile est, quod prorogatio debuerit fieri in primo termino, vt tollatur infinitas, maxime, quando verba hoc sonant. Bald. *cons.350. Verba compromissi, nu.3. vsque in*
7 *fi. lib.5.* vbi dicit esse quæstionem dubiam. † Amplia; quia prorogatio non potest fieri, nisi bis, licet sit data facultas prorogandi semel, & pluries; quia hoc important verba, vt semel computetur in plures, nisi etiam sit dictum, toties, quoties. Bald. *d.cōs.350. circa fi. ver. si autem partes, lib.5.* & plenius *cons.101. n.5. vers. redeo ad primum, lib.3.* vbi late, quod non importat vltra duas vices, & idem
8 Bald. *cons.102. Omnis potestas, n.6. ver. dicto de causis, lib.3.* † Extende; quia imo, etiamsi sit data facultas prorogandi vna vice, & pluribus, intelligitur de duabus vicibus tantum, vt tollatur infinitas, quando sumus in dispositione hominis obligatoria. Bald. *d. cons. 101. n.5. & seq. lib.3.* & ita loquitur Bald. etiam *cons.102.103. & 104.*
9 *eodem lib.3.* Restringe; quia si est data facultas prorogandi semel, & pluries, & toties, ac quantum videbitur; quia poterunt prorogare pluries indefinite, ita tamen, quod infinitas non inducatur, neque captiositas, ideo non possent prorogare ad vitā, sed sano modo verba sunt intelligenda. Bald. *dict. cons.347. in fi. cons.350. n.4. vsque in fin. lib.5.* vbi, quod hæc habent locum, quando constat de mente compromittentium, quod breuem terminum ipsi constituerunt in sua instantia. † Amplia; quia imo etiamsi esset data
10 facultas tribus arbitris prorogandi, nō valet prorogatio facta per duos ex eis, tertio absente, & non vocato. Alex. *cons.82. Ponderatis*
11 *num.2. lib.5.* † Amplia; quia non potest fieri prorogatio extra territorium compromittentium, neque valet consequenter laudum latum extra territorium, etiamsi sit dictum quod possint prorogare, & sententiare in quocunque loco; quia debent intelligi de congruo loco. Bald. *consil. 107. num.7. ver. viso de temporibus, lib.3.*
12 † Contrarium tenet Bald. *cons.101. num.11. vers. venio ad tertium, lib.*
13 *5.* † Amplia; quia prorogatio non debet esse longior, quam tempus prorogatum. Vide, *Prorogatio non debet esse maior tempore prorogato.*
14 *Concluf.923.* † Amplia; quia si compromissum habet certum tempus ad laudandum, non possunt arbitri illud prorogare sine nouo consensu partium, neque in laudo sibi reseruare ius ad laudandum, *l. non distinguemus, § fi. ff. de arbitr.* quia lapso termino nullam prorsus iudicandi habent authoritatem, *leg. si cum dies. §. arbi-*
15 *ter ex compromisso ff. eod.* † Amplia; quia regimen ciuitatis Mutinæ recognoscens superiorem, nō potest prorogare instantiam compromissi sine partibus, & latum extra instantiam, etiam intra tempus prorogatum à regimine Ciuitatis, laudum est nullum. Alex. *cons.82. Ponderatis n.3. & seq. vers. & omnis potestas, lib.5.* vbi extendit, etiamsi Princeps regiminis mandauerit per verba arbitrium boni
16 viri importantia † Declara; quia Princeps posset prorogare, & valet prorogatio, vt innuit Alex. *d. cons.82. n.4. & seq. lib.5.* Vide, *Pro-*
17 *rogatio datur facilius durante termino. Concl.920.* † Limita, quando esset data facultas prorogandi etiā partibus absentibus; quia prorogatio potest fieri partibus absentibus, & ignorantibus. Bald. *d. cons.350. nu.2. ver. aut est data, lib.5.* & partes in hoc possunt pacisci, Bald. *cons.101. Nobiles viri, n.4. vers. venio ad tertium, lib.3.* & latius *nu.*
18 *10. ver. venio ad secundum,* vbi, quod requiritur notificatio. † Extende, vt idem sit, quando esset data facultas prorogandi partibus requisitis, vel præsentibus; quia potest fieri prorogatio secundum formam compromissi. & non alias, videlicet, partibus præsentib.
19 vel citatis. Bald. *dict. cons.350. n.2. ver. aut est actum, lib.5.* † Extende, etiamsi data esset simplex facultas prorogandi; quia potest fieri partibus absentibus, cum sit interloquutoria, dummodo vna pars petat, & non sit longa prorogatio. Bald. *dict. cons.350. num.2. ver.*
20 *aut nihil est dictum, lib.5.* † Imo, quod requiratur notificatio, tenet Bald. *d. cons.101. num.10. ver. venio ad secundum,* & latius *cons.192.*
21 *nu.4. & 5. cons.103. circa fin. ver. statuitur enim, lib.3.* † Declara; quia vbicunque data est facultas prorogandi compromissum arbitris, seu arbitratoribus, debet fieri prorogatio expressa, & non sufficit tacita prorogatio, quæ oritur ex eo; quia post tempus compromissi pronunciarunt. Bald. *cons.321. Verba compromissi, lib.5.*

* *

Arbitri quando super non compromissis pronunciare possint. Concl. 460.

ARBITRI † electi super exceptione possunt pronūciare super 1
debito compensando, veluti, si habens creditum liquidū petat à me, & ego oppono exceptionem liquidandam, super qua fit compromissum, si arbitri pronunciant actorem debere deducta in exceptionibus, possunt condemnare actorem, vt compenset super credito suo liquido. Alex. *cons.119. in princ. lib.2.* † Extende 2
maxime, quando in compromisso fuit facta obligatio depositi debendi reo, ꝙ sit obligatum actori, vel è contra; quia videtur data facultas compensandi. Alex. *d. cons.119. Quæritur, in princ. ver. tamen quantum ad propositum, lib.2.* † Declarat Alex. *d. cons.119. Quæritur,* 3
nu.7. ver. non obstat allegata, lib.2. vt possit pronunciare super compensatione, quando oritur ex eadem causa, pro qua est factum cōpromissum, alias non; quia compensatio non est recōuentio, quæ coram arbitro non habet locum. † Extende; quia potest arbiter in- 4
diota cōpellere partes ad eligendum consultorem confidentem & ad deponendum salarium. Bald. *in l.2. C. de sent. expericul. recit.* † Extende; quia in omnibus accessorijs, incidentibus, connexis, 5
& non extraneis à compromissis pronunciat valide. Vide, *Laudū arbitri ex quibus nullum dici possit. Concl.29. n.93. & multis seq.* † Et ꝙ 6
possit arbiter laudare super cohærentibus expressis in compromisso, licet de ipsis cohærentibus nulla sit facta mentio, etiamsi compromissum habeat taxatiuam, & valeat laudum. Abb. *cons.62. In controuersia. col.2. n.5. vers. dico, quod licet lib.2.* † Item si cōpromis- 7
sum est de certis terris, cū solo campanili, (non aūt de fortalitiis liberis) controuersis, licet non sit data facultas declarandi, quæ sint terræ cū cāpanili, vel non; tamen id potest declarare, tanquā in necessarium præambulum laudi ferendi. Abb. *d. cons.62. col.2. n.*
4. & seq. ver. præterea. l.b.2. † Item data potestate eligendi per com- 8
promissum, poterit etiā postulare; quia ea, quæ sunt vicina mandato, veniunt. *cap. in causis, de electio. iuncta gloss. in ver. quia vero, in fin.* Abb. *cons.62. col.3. in pr. n.5. lib.2. vers. pro hoc, cum seq.* vbi late. † Item; 9
quia sicuti potest Iudex ordinarius, vel delegatus cognoscere de causa, ita etiam de accessorijs necessarijs ad causam, videlicet, an sua sit iurisdictio, ita et arbiter. Abb. *d. cons.62. nu.5. in fi. col.3. in pr. ver. idē facit. lib.2.* vbi *n.6.* idē exemplum dat in conseruatore, qui licet non possit cognoscere, nisi super notoriis; tamē si negetur notorium, potest super eo sumere informationes. † Item sicut man- 10
datum non extenditur vltra expressa in eo, etiamsi habeat verba taxatiua; tamen extenditur ad ea; quæ sunt præparatoria mandati, ita etiam compromissum. Abb. *d. cons.62. col.3. n.7. ver. præterea, lib.*
2. vbi idem dicitur, quod extenditur ad ea, quæ sunt proxima mādato, vel in sequelam mandati. † Amplia; quia potest arbiter adij- 11
cere conditiones, & modos congruos, & adiacentes, veluti, si super fundo vertitur compromissum, & arbiter mādat restitui fundum, poterit adijcere, quod is, cui fundus restituitur, teneatur soluere aliquid restituenti fundum. Alex. *cons.119. n.2. ver. accedit quod*
lib.2. † Amplia; quia valet laudum latum pro bono pacis, etiamsi 12
apponat manum ad non compromissa, de quo. Vide, *Laudum arbitri ex quibus dicatur nullum, vel non Concl.29 n.13. & multis seq.* † Li- 13
mita; quia regula est in contrarium, quia laudum extra compromissa est nullum. Vide, *Arbiter licet habeat strictissimam facultatem. Concl.454. per totam* maxime *n.32. & seq.*

Arbitri quando possint compelli ad acceptandum, arbitrandum, vel non, & absentes eligi possint. Concl. 461.

ARBITRI † electi ad concordandum, & qui tenentur concor- 1
dare partes, possunt compelli, vt concordent, non obstante inutili discordia Bald. *cons.177. In Ecclesia Regina in fi. ver. itē si arbitri,*
lib.1. † Finis discordiæ arbitrorū est electio tertii, & ideo ad id pos- 2
sunt compelli, & ideo ante electionem tertii non expirat eorū iurisdictio, nisi sit lapsum tempus compromissi præfixum. Bald. *cons.*
90. Quæritur, vtrum arbitri, lib.1. in fine. † Modus est, quod Prætor 3
det tertiū, cuius authoritati tenentur adhærere, licet tertius non pronunciet, sed duo discordes pronuncient; si vero electio fit per partes de tertio arbitro, tunc compelluntur simul omnes pronūciare, & statur maiori parti. Ang. *cons.512. per tot.* Vide, *Arbiter ter-*
tius qualiter eligatur, & quam facultatem habeat. Concl. prox. seq. † Imo 4
duo ēt discordes, seu recusantes velle pronūciare, sunt compellēdi per subtractionem victus, vt solus panis, & aqua eis ministrentur, & sic per captura, & detentionē personæ, ita vidisse obseruari attestatur Signor. *cons.194. ver. & si quæratur.* † Si vero discordant 5
in sen-

in ſententiis; tunc nō compelluntur partes eligere tertium, poſtquam pronunciauerint; quia compromiſſum debet eſſe liberum, neque Iudex poteſt magis adhærere vni, quam alteri, ſed vitiabūtur ſententiæ diſcordes; quia ab initio debuit dari numerus diſpar. Signor. *conſ.* 194. *per tot.* maxime *circa fi.* vbi loquitur in electis iuſſu Principis in lite inter conſanguineos. † Arbitri nō cōpelluntur
6 acceptare compromiſſum in eos factum. *leg.* 3. §. *tametſi. ff. de arbit.*
7 Alex. *conſ.* 81. *Reuocatur in dubium, lib.* 5. *in princ.* † Et ideo antequā acceptauerint compromiſſum; poſſunt illud renunciare ſimpliciter. Alex. *dict. conſ.* 81. † Secus ſi ſemel acceptarunt cōpromiſſum;
8 quia tunc compelluntur laudare, in tantum, quod non valet renunciatio facta etiam ad inſtantiam vnius partis; quia ſicuti poſtquam acceptarunt, dicuntur obligati vtrique parti; ita non poſſunt abſolui, niſi de conſenſu vtriuſque partis compromittentis. Alex. *dict. conſ.* 81. *in princ. lib.* 5. *n.* 2. *& ſeq.* vbi, quod non ſufficeret
9 conſenſus ſeparatus etiam ambarum partium. † Extende; quia etiam ſi arbiter, vel arbitrator expreſſe nō acceptaſſet compromiſſum; tamen adhuc non poteſt renunciare laudo, & compromiſſo, poſtquam ſciuit, & non contradixit, niſi de cōſenſu ambarū partium, quin ſi velit reaſſumere, & arbitrari, poſſit hoc facere. Alex. *dict. conſ* 81. *Reuocatur, n.* 3. *& ſeq. ver. ſecundo vero caſu. lib.* 5. licet dicat
10 hoc habere aliqualem difficultatem. † Reſtringe, quando acceptauit; quia compellitur laudare. *leg.* 3. §. 1. *ff. de arbitr.* gloſſ. *in leg. fi. C. de contraben. emptio.* & ita ſeruatur, quod fiunt mulctæ pecuniariæ arbitris recuſantibus laudare. † Reſtringe, quando diu eſſet litigatum inter partes, & dubitatur de ſcandalo; quia imo peccat
11 arbiter, ſi non acceptat. Socin. *in l. quidam, in vltim. not ff. de verb. obligat.* rex. eſt cum gl. *in cap. quod ſicut* 11. *quæſt.* 1. † Reſtringe, quando arbiter eſt vtrique parti coniunctus; quia compellitur acceptare.
12 Bald. *in leg.* 1. § *quamuis. ff. vbi pupill. educ.* Marſil. *in l.* 1. *C. de rapt. virg. n.*
13 202. † Acceptaſſe qualiter probetur arbiter? dicas eo ipſo, quod quod ſit compromiſſum in ipſum præſentem; quia preſumitur acceptaſſe; ſi vero in abſentem ſit factum compromiſſum, eo ipſo, quod ſciuit, & tacuit, dicitur acceptaſſe. Spec. *tit. de arbitr.* § *fin. ver. ſed nunquid arbitrator.* Vide, *Compromiſi tempus quando incipiat currere. Concl.* 515. † Contrarium, quod imo requiratur expreſſa approbatio, Io. And. *in addit. ad Specul. tit. de arbitr.* § *fi.* ſequitur Lanfranch. de Orian. *in tract. de arbitr. in* 2. *char.* vbi limitat, niſi compromiſſum eſſet factum in iudicio præſente, & tacente arbitro;
15 quia videtur acceptaſſe. † Amplia; quia arbiter, qui ſemel acceptauit compromiſſum, vel etiam ſi non acceptauerit, non poteſt ad inſtantiam vnius partis ſolum renunciare, & ſi renunciat ad inſtātiam vnius partis, poſtea acceptet, & laudet, valebit laudū. Alex.
16 *conſ.* 81 *Reuocatur in dubium, vol.* 2. † Extende, vt quod dicitur de
17 arbitro, idem ſit de arbitratore. Alex. *d. conſ* 81. *n.* 2. *lib.* 5. † Extende, vt procedat, etiamſi arbiter, vel arbitrator poſtquam acceptauit, renunciauerit ad inſtantiam vnius partis tantum, & poſtea procurator alterius partis conſenſit, quia debent ambæ partes ſimul conſentire, alias poteſt, non obſtante tali renunciatione, iterum acceptare, & laudare. Alex. *d. conſ.* 81. *n.* 2. *& ſeq. lib.* 5. maxime,
18 quando diuturnum tempus non interceſſit. † Dari poteſt arbiter, & arbitrator abſens; quia cum eo non contrahitur. Bald. *in leg.*
19 *ſi duobus.* § *ſed & ſi quis. num.* 15. *C. commun. d. legat.* † Sed tamen cum primum ſciuit ſe electum, & non contradixit, dicitur acceptaſſe. Alexan. *dict. conſ.* 81. *n.* 3. *ver. & ſecundum S. ecul. lib.* 5.

Arbiter tertius qualiter eligatur, & quid poſſit. Concl. 462.

1 COMPROMISSO † facto in duos arbitros, vel arbitratores, ſi diſcordant, debet eligi tertius, & ad id poſſunt compelli ipſi arbitri, vel compromittentes; quia arbitrorum diſcordiæ finis eſt
2 electio tertij. Bald. *conſ.* 90. *Quaritur, vtrū arbitri, lib.* 1. *in fi.* † Qualiter autem debeat fieri electio, & per quem, & quid ſi diſcordent, & quando ſit facultas eligendi, vel non, plene Bald. *conſ.* 73. *Contra*
3 *laudum. lib.* 3. † Fieri autem debet electio tertii partibus vocatis, ſi fiat per alios arbitros, vel per Iudicem; quia agitur de præiudicio partium. Bald. *conſ.* 8. *Punctus quæſtionis. lib.* 3. *in princip. ver. ſed adhuc*
4 *opponitur.* † Reſtringe; quia arbitri poſſunt tertium eligere nō vocatis partibus, quando ſic eis fuit conceſſum in cōpromiſſo. Bald.
5 *dict. conſ* 8. *num.* 2. *verſ. ſolutio, lib* 3. † Idem eſt, quando eligeretur à Iudice coram arbitris habentibus hanc facultatem; quia præſens, & conſentiens dicitur eligere. Bald. *dict. conſil.* 8. *num.* 2. *ver.*
6 *item dictus tertius, lib.* 3. † Reſtringe, vt non procedat, quando ex forma ſtatuti Iudex poſſet tertium eligere à ſe ipſo, vocatis partibus. Bald. *dict. conſil.* 8. *num.* 2. *ver. præterea, quia ſtatutum. lib.* 3.
7 † Limita, quando duo arbitri fuerunt electi iuſſu Principis; quia ex quo ſunt potius Iudices delegati, quam arbitri, ſi diſcordant, compelluntur iudicare, & non eſt locus electioni tertii, ſi partes iuſſu eodem non compellantur; quia debet eſſe liberum compromiſſum, & iuſſus Principis non debet extendi vlterius; quia eſt contra ius. Signor. *conſ.* 194. *ver. ſecundo caſu, vſque in fin.* † Limita; 8
quia in arbitratoribus non habet locum electio tertij de iure cōmuni, niſi partes vel ſtatutum hoc prouideant. Bald. *dict. conſ.* 8. *in fin. verſ. & ſi dicatur. lib.* 3. † Electio tertij fit multis modis & ad di- 9
uerſos effectus. † Primus modus eſt; quia tertius eligitur quan- 10
doque ex forma iuris ad effectum concordiæ duorum diſcordantium, & iſte non eſt arbiter, neque debet ferre ſententiam, ſed ſolum iſte tertius compellit, vt duo arbitrentur ſecundum authoritatem tertij. Angel. *conſ.* 198. *Arbitri in princ.* vbi, quod Prætor dat hunc tertium via iuris. † Secundus modus eſt, quando eligitur 11
tertius de conſenſu compromittentium, vel etiam eligitur à duobus diſcordantibus, quia partes ita declararunt in compromiſſo; & iſto caſu dicitur tertius arbiter, & debet pronunciare, prout alij coniunctim, & non ſtatur magis ſuæ ſententiæ, quam aliorum, ſed ſtatur ſententiæ maioris partis. Angel. *conſ.* 152. *circa med. ver. ſi autem fuit electus.* † Si autem alia forma data eſſet à ſtatuto, illa de- 12
beret ſeruari. Angel. *dict. conſ.* 152. *in fin.* † Tertius modus eſt; quia 13
in caſu diſcordiæ eligitur tertius vel à partibus, vel datur facultas duobus electis eligendi tertium; & tunc quia cōditionalis eſt diſpoſitio tertij, debet purificari, & conſtare de diſcordia duorum. Natt. *conſ.* 567. *num.* 9. *ver poſtremo.* † Et ideo non poteſt tertius 14
pronunciare, niſi conſtet de diſcordia. Alexand *conſil.* 124. *In hac cauſa, & lite. colum. penult. ver. tertia ratione principali. lib.* 2. ſequitur Natt. *dict. conſil.* 567. *num.* 10. † Sufficit tamen, quod conſtet de 15
diſcordia, vel per litteras ipſorum arbitratorū, q̄ non poſſint concordare, vel per lapſum termini ad pronū. iādum, & cōcordandū. Natt. *dict. conſ.* 567. *in fi.* allegat Dec. *conſ.* 340. *Pro reſolutione dubiorum. colum. fin. ver. vltimo non obſtat.* Vide plenius *in ver. Compromiſſum an valeat in duos cum facultate eligendi tertium, & qualiter fiat electio. Concluſ.* 508. † Facultas tertij arbitri eſt, quod ipſi ſtetur in cō- 16
cordia cum altero ex duobus primis, alias autem ſi duo primi ſunt concordes, tertius non attenditur, etiam ſi ſit dictum, quod duo primi ſtare debeant dicto tertij; quia intelligitur, duobus primis diſcordantibus. Bald. *conſil.* 97. *Proponitur quod. lib.* 5. † Et quod 17
non ſtetur declarationi tertij arbitri electi in diſcordia, niſi concordet cum altero ex duobus primis. Bald. *in leg.* 1. *C. de his quæ pœn. nomin.* Caſtren. *conſil.* 145 *Videndum eſt. lib.* 2. † Contrarium vide- 18
tur facere text. *in leg. item ſi vnus.* §. *principaliter, in fi. ff. de arbitr.* & alios pro hac parte citat Caſtren. *dict. conſ.* 145. *lib.* 2. † Declara, vt 19
per Socin. *conſil.* 54. *per tot lib.* 1. † Si vero diſcordat cum aliis duo- 20
bus diſcordantibus, cui ſententiæ ſtandum ſit. Socin. *conſ.* 54. *Abunde, & ſubtiliter, lib.* 1. vbi an per electionem tertij arbitri videantur amittere poteſtatem laudandi. Vide Anton. Gabriel. *lib.* 2. *tit. de Arbitris concl.* 1. *Arbitri duo quando non concordant, an tertius cum alio debeat concordare, vel poſſit ſolus laudare.*

Arbitri ſuper diuerſis quando ſuper toto teneantur pronunciare, vel non. Concl. 463.

ARBITRI, † in quos eſt factum compromiſſum, tenentur ſu- 1
per toto pronunciare. Bald. *conſil.* 416. *Nobilis vir Dominus Antonius, lib.* 1. vbi, quod non poſſunt pronunciare ſuper parte, maxime, quando totum eſt liquidum, & poteſt Princeps eis præcipere, ne recedant à tramite rationis, & quod non poſſit arbiter diuidere iudicium. Bald. *conſ.* 481. *Vertente quæſtione, in fi. lib.* 1. † Extende, 2
vt procedat etiam in conſultore aſſumpto ſuper pluribus ad conſulendum; quia ſi conſulit ſuper parte, conſilium eſt nullum, ſicut ſententia arbitri; quia non poteſt diuidere iudicium, ex quo conſultor eſt ſimilis arbitro. Bald. *d. conſ.* 481. *Vertente quæſt. lib.* 1. *in fin. verſ. ſed ſequitur.* † Declara, quia licet arbiter debeat ſententiam 3
dicere collectiue ſuper omnibus; tamen iſtud non eſt ratione rei, ſed magis ratione formæ compromiſſi. Bald. *conſ.* 336. *in fi. lib.* 3. vbi credo, q̄ hæc differentia ſeruiat in hoc, q̄ ſentētia ſit ipſo iure nulla; quia in his, ſuper quibus ratione rei debet ſuper toto pronunciari, (put ſuper reconuentione cohærenti,) vel inhærenti, (prout eſt iudicium familiæ herciſcun.) tunc ſi feratur ſententia ſuper parte, ea eſt ipſo iure nulla; ſecus in iudicio reconuentionis ratione mutuæ petitionis, & ſic credo velle inferre Baldum ex ſua declaratione, & quod ſit nullum laudum latum ſuper aliquibus, omiſſis aliis, Bart. *in leg. de rebus. ff. de arbitr.* † Amplia; quia imo in tā- 4
tū tenetur arbiter iudicare ſuper toto, vt ſi non finiat controuerſiam, ſi dicatur negligere facere iuſtitiam, & poteſt puniri, & non

valet

valet laudum, per quod declarat esse faciendum nouum compromissum; quia non definit controuersiam, ita per plura Rom. *cons.* 338. *In casu propositæ. n. 3. & seq.* vbi apostill. *in ver. neglexisse.* † Extende; quia si arbiter super pluribus electus laudat super aliquibus tãtum, alia vero negligit, nulliter facit Bart. *in l. de rebus. ff. de arbitr.* Præpos. *in cap. dilecto, in 8. quæst. princ. de appellat.* Blanch. *in tract. de compromiss. in 6. quæst. princ. quæst. 3. ver. ibi arbiter, in quem est compromissum,* per *l. quid tamen. ff. de arbit.* vbi, quod laudum est nullum. † Extende maxime in cõnexis, & indiuiduis, prout loquitur tex. *in d. l. quid tamen. ff. de arbitr.* † Restringe, quãdo sumus in capitulis separatis & diuersis; quia tot sunt lauda & sententiæ, quot sunt capitula separata. Abb. *in cap. cum tempus, de arbitr.* Ias. *in l. stipulationes, §. si mihi, num. 20. ff. de verbor. oblig.* Corn. *cons. 135. in princ. ver. & quia plura, lib. 3.* facit tex. *in l. scire debemus. ff. de verb. oblig.* † Contrarium; quia non dicitur facta diuisio laudi per capitula separata, sed vnicum est laudum sub vna structura verborum, quo casu non habet locum *d. l. scire debemus, ff. de verb. obligat.* vt ibi dicit Bart. ideo laudũ fuit in totum nullum, vt per Afflict. *decis. 218. n. 4.* facit; quia forma semper est indiuisibilis. Dec. *cons. 532. nu. 4. & 5.* Ias. *cons. 165. Viso, & considerato, per tot.* maxime *in fi. lib. 2.* & laudum continet formam, quod omnia terminentur; ergo nihil potest omitti, Bald. *cons. 351. n. 9. lib. 5. & cons. 169. n. 4. & seq. lib. 3.* Vide, *Iudex iudicare debet super toto, & non super parte. Concluſ. 399.*

Arbitri plures qualiter pronunciare debeant, vt valeat sententia. Concluſ. 464.

1 ARBITRI † plures electi debent omnes pronunciare, (licet in pronunciando discordent) alias non valet eorum pronunciatio, nisi omnes essent præsentes, & aliqui noluerint pronunciare; quia valet maioris partis pronunciatio. Oldr. *cons. 42. Eorum, quæ in faciendo,* vbi dicit, arbitria non posse subdelegari; quia est electa industria personæ, concord. Bald. *cons. 29. De iure Ciuili, lib. 4.* & q debeant omnes coniunctim pronunciare. Angel. *cons. 152. Arbitri*
2 *electi, in fi.* † Declara; quia si pronunciarunt nulliter, non seruata forma compromissi, vt quia separatim pronunciauerint, non dicũtur functi officio suo, quatenus duret tempus cõpromissi. An-
3 gel. *d. cons. 152. in fi.* † Amplia; quia si omnes sunt præsentes, videlicet tres arbitri, & vnus solus pronunciat concipiendo verba in psonam omnium, omnes dicuntur pronunciare. Signor. *cons. 104.*
4 *Factũ sic se habet, per tot.* maxime, *nu. 10.* † Extende; quia etiamsi solus vnus pronunciet in singulari, alijs præsentibus, & non contradicentibus, valet laudum tanquam latum ab omnibus per repetitionem tacitam ex sola præsentia cum taciturnitate. Signor. *dict.*
5 *cons. 104. n. 11.* licet hoc subsequenter videatur reprehendere. † Extende; quia licet compromissum in plures dicat, quod iudicatum per eos debeat obseruari; tamẽ habet locum in iudicato per maiorem partem, quando omnes fuerunt præsentes, vel vocati. Ang. in apostill. ad Bart. *in l. exactores, C. de suscep. & arcar. lib. 10.* sequitur Corset. *sing. Vniuersitas,* & in addit. ad Abb. *in cap. 3. n. 10. de nou. oper. nunciat.* vbi allegat glos. *in cap. penult. de re iud. lib. 6.* quæ hoc dicit, quod intelligas, dummodo alij sint requisiti, & præsentes, *l. si in*
6 *tres. ff. de arbitr.* Dec. *in regul. qui potest, de reg. iur.* † Declara, nisi aliter ex forma compromissi colligeretur, puta, q esset dictum, quod illud, q concorditer foret pronũciatum per eos, &c. obseruaretur, quia omnes debent conuenire. Dec. *in l. aliud est vendere, §. refertur,*
7 *post pr. ff. de reg. iur.* † Declara; quia si factum est compromissum in duos, censetur taliter electa industria personarum, vt vnus alterũ ad laudandum delegare non possit. Abb. *cons. 116. Illud de iure, col. 2. vers. demum non ambo, lib. 2.* vbi, quod nec creditur laudanti, quod
8 de voluntate alterius laudauerit. † Tamen si compromissum esset factum per filium in patrem de differentia, quam habet cum patre, & in tertium, & solus tertius arbitrator laudauerit sine patre, valet, si pater ratum habuit. Abbas *dict. cons. 116. col. 3. n. 3. lib. 2.*
9 † Restringe; quia non valet laudum latum ab vno coram aliis, tãquam quod ipsi consenserint ex sola præsentia. Signor. *d. cons. 104.*
10 *n. 11.* † Amplia, in tantum, omnes arbitros debere esse præsentes in pronunciando, vt si ex quatuor deficiat vnus, & alii tres conueniant, adhuc laudum sit nullum, tam de iure Ciuili, quam de iure Canonico; quia ius Canonicum in hoc non est contrarium. Bald.
cons. 29. De iure Ciuili, lib. 4. vbi, quod compromissa sub hac conditione censentur facta, si omnes ferant sententiam; quia licet discordent; tamen valet; quod sit à maiori parte. Fulgos. *cons. 144. ver.*
11 *ad secundum.* † Et quod de iure Ciuili, si factum est cõpromissum in tres arbitros, non possunt duo ex eis etiam tertio citato, & non comparente, pronunciare sine tertii præsentia, est tex. in *l. Item si vnus, §. 1. & in l. si in tres. ff. de arbitr.* & licet Bald. *in leg. non distingue-*
mus. §. cũ in plures. ff. de arbitr. dicat valere, absente tertio, intelligitur videlicet discordãte. *dict. leg. si in tres, ff. de arbitr.* Spec. *tit. de arbitr. §. sequitur.* Abbas *cons. 77. In quæst. col. 3. vers. ad primum, lib. 2.* vbi, q de iure Ciuili verior est ista opinio. † Et in tantum est verum, q etiam 12
si ille, qui non interfuit, postea ratificet, adhuc laudum erit nullũ. Ioan. Andr. *in cap. cum ab vno, de re iudic. in 6.* Specul. *tit de arbitr. §. si. ver sed pone, lata est sententia.* † Extende, etiamsi tertius ante discessum suum dixisset votum suum, & alios audiuisset, vel etiamsi ex- 13
presse commisisset alijs duobus motum animi sui, vt certo modo iudicarent; quia adhuc nõ valeret sententia lata, ipso absente. Bart. *in leg. duo ex tribus. ff. de re iudic.* & ibi Ias. Abb. *cons. 77. col. 3. ver. ad primũ, lib. 2.* vbi ista verior de iure Ciuili. † Contrarium de iure Ca- 14
nonico; quia valet sententia duorum, tertio absente, dummodo fuerit legitime vocatus, & requisitus, *cap. fi. de arbitr. in 6.* vbi Ioan. Andr. in glos. *in ver. libera.* Abb. *cons. 77. col. 3. ver. sed d. iure Canonico, lib. 2.* † Et sufficit vna citatio, vel requisitio etiam generalis, vt 15
par citet parem glos. *in clem. 1. de hæret. in ver. requiratur,* quam sequitur Bald. *in l. ad peremptorium. ff. de iudic.* † Declara; quia ius Ca- 16
nonicum seruari debet in foro Ecclesiastico, & in terris Ecclesiæ, non autem in terris Imperii, nec in foro ciuili, vt glos. ordinaria *in dict. cap fin. de arbitr. in 6. in vers. ciuilis,* quam ibi omnes *sequũ- * tur, vt tradit Ias. *in dict. leg. duo ex tribus. ff. de re iudic. col. 2. circa med.* & ita Abb. *in dict. cons. 77. col. 3. ver. ad primum. lib. 2.* † Declara; quia 17
cap. fin. de arbitr. in 6. habet locum solum in arbitris electis sponte à partibus; secus in arbitris iuris, vel ex necessitate statuti; quia ius Ciuile non corrigitur, ita Iason *dict. leg. duo ex tribus, ff. de re iudic.* † Extende in tantum laudum latum à tribus ex quatuor arbitris 18
esse nullum, vt etiãsi quartus alios delegauerit, vel subdelegauerit in sui locum; tamen laudum erit nullũ. Fulgos. *d. cons. 144. Syndici Communis, ver. ad primum, & ver. ad secundum.* † Restringe de 19
iure Canonico fauore vltimæ volũtatis, & de hoc est spe ciale hoc casu per *cap. fin. de testament. in 6. & c. fin. de arbitr. eod. lib. 6.* ita Bald. *dict. cons. 29. lib. 4.* † Imo, quod indistincte valeat laudum latum à 20
duobus, absente tertio ex malitia sua; quia vocatus noluit adesse, secundum ius Canonicum per *cap. fi. de arbitr. lib. 6.* dicit Bald. *cons. 8. Punctus quæstionis, in princip. lib. 3.* vbi dicit esse seruandum etiam in terris Imperii propter æquitatem, in qua præualet ius Canonicum, * † Restringe; quia si est deuentum ad electionem tertii, va- 21
let laudum latum à tertio de concordia alterius, (licet alter discrepet) quia attenditur ad validitatem laudi, quod omnes pronũciauerint præsentes, & statur laudo maioris partis. Bald. *consil. 31. Proculdubio. lib. 4.* † Restringe, nisi in compromisso data esset fa- 22
cultas laudandi quibuscunque duobus ex eis; quia propter naturam distributiuæ, *quibuscunque,* perinde est, ac si dictum foret, quod tres vel duo tantum possent laudare. Bart. *in leg. hoc articulo, ff. de hæred. instit.* Abb. *cons. 64. n. 4. ver. venio ad secundam, lib. 1.* Ioann. de Anan. *cons. 50. in fin.* vbi Bologn. *in addit. in fine, ver. ac etiam non obstat.* Declara, vt infra *n. 37. & 38. ver. limita, & ver. declara.* † Am- 23
plia; quia si tres arbitri pronunciant, vnus xv. soluen. intra mensem, alter decem intra xv. dies, alter quinque statim soluenda, nõ possunt reduci ad concordiam, ideo sententia non valet; quia nõ possunt in minori summa conuenire; quia qui dixit de minori summa, dixit etiam de maiori summa circa dilationem, & sic non valet. Bald. *consil. 287. lib. 2.* vbi est casus. † Extende idem in duo- 24
bus; quia si vnus condemnat in decem de præsenti anno, alter in viginti, sed concedit maiorem dilationem; quia non possunt reduci ad concordiam; quia qui dicit minus in summa, dicit plus in tempore, & sic non datur conciliatio. Bald. *consil. 285. Considera, quod secundus. lib. 5.* † Amplia; quia si arbiter condemnat reum in 25
ducentis, hoc acto, quod si intra octo dies soluerit centum, sit liberatus, non soluendo non tenetur, nisi ad centum; quia alia summa videtur apposita loco pœnæ, & non debetur. Bartol. *in leg. quid tamen. §. fin. ff. de arbitr.* Iason *in §. curare, colum. 10. num. 47. ver. quid autem. Institut. de actionib.* Castren. *in leg. si quis, ad fin. C. ad leg. Falcid.* vbi, quod sæpius viderint seruari, maxime Florentiæ, & dant cautelam, qualiter debeat declarare. Vide, *Præceptum* ¶
quando vnicum, vel plura. Concluſ. 482. † Restringe, nisi constaret, 26
quod reuera esset debitor in dicta maiori summa, sed arbiter propter celerem satisfactionem voluit eum exonerare. Castrens. *dict. leg. si quis in fine. C. ad leg. Fal. id.* † Amplia in tantum debere e- 27
ligi tertium, vt si duo arbitri diuersas sententias proferant, neutra valeat. *leg. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitr.* Vide, *Iudices plu-* ¶
res dati simul qualiter iudicare debeant. Concluſ. 419. † Declara, vt 28
procedat, quando omnino discordant, vel ex protestatione contraria, vel quia sequeretur absurditas, vt si esset compromissum de pretio rei, & vnus declararet in quinque, alter in decem; quia absurdum esset, quod res valens decem daretur pro

quin-

quinque; & quia intentio laudantis in decem, non fuit conſentire in quinque. Bald. *conſ.* 307. *Quatuor fuerunt, circa med. verſ. non obſtat. lib.* 1. Vide, *Summa maior continet minorem, & quando ſecus. Concl.*
29 886. † Extende, vt quæ dicuntur de duobus arbitris diſcordantibus, quod valeat, vel non ſententia; idem ſit de quatuor, quando ſunt pares hinc inde in diſcordia. Bald. *d. conſ.* 307. *per tot. lib.* 1. vbi
30 eſt caſus. † Reſtringe, vt quod dicitur de duobus arbitris diſcordantibus, vt in minori valeat ſententia, qñ conſentiunt, vt ſupra; idem ſit in tribus arbitris; quia ſi vnus pronunciet de quindecim, alter de decem, tertius de quinque, valebit ſententia in quinque. Bald. *conſ.* 287. *Et ſi præmittere, in pr. lib.* 2. Cuman. *conſ.* 17. *Hic; anym.*
31 *de Biſcheris, in princ. ver. & de duobus.* † Reſtringe, vt non procedat reſpectu dilationis temporis; quia minor dilatio cenſetur maior ſumma; ideo ſi concordant in ſumma, ſed diſcordant in dilatione, maior dilatio attenditur, ſi habuerunt animum conſentiendi, vt
32 ſupra. Bald. *d. conſ.* 287. *in pr. verſ. ſecundo præmitto. lib.* 2. † Reſtringe; quia valet ſententia lata per duos arbitros diſcordes in eo, quod minus eſt, quando ſunt concordes in cauſa, & non eſt proteſtatio contraria, & ceſſat abſurditas. Bald. *d. conſ.* 307. *in ſi. ver. ſolutio. lib.* 1. imo etiamſi adeſſet proteſtatio contraria poſt ex interuallo facta,
33 valebit in minori ſumma. Cuman. *conſ.* 17. *in pr.* † Amplia; quia nõ poſſunt arbitri delegare ſuam authoritatem vni, & ipſe ſolus iudicare, neque vnus poteſt alijs ſuas vices demandare, ſed debent omnes eſſe præſentes, & pronunciare. Signor. *d. conſ.* 104. *num.* 10.
34 † Extende; quia non valent conſeſſio, neque acta facta coram vno ex pluribus arbitris, ſeu arbitratoribus, etiã ſi alij ſubdelegaſſent vices ſuas vni; quia nõ valet talis ſubdelegatio. Alex. *conſ.* 13. *Ex his;*
35 *quæ. num.* 9. *lib.* 1. † Reſtringe, niſi in compromiſſo eſſet clauſula, quod duo ex tribus poſſent laudare; quia tunc valet laudum duorum non vocato tertio, ita plene Abb. *conſ.* 64. *Venio ad primum. n.*
36 4. *verſ. venio ad ſecundam. lib.* 1. † Limita; quia ſi plures arbitri ſunt electi cum clauſula, quod quilibet eorum inſolidum poſſit pronũciare, tunc quilibet arbiter poteſt laudare, nec eſt neceſſe, quod alij citentur, & valet laudum latum à ſingulo eorũm. *l. non diſtinguemus. §. cum in plures. ff. de arbitr.* quia fruſtra requireretur citatio eorum, ſine quibus actus fieri poteſt. *c. cum in plures, de off. deleg. lib.* 6. *& cap. ſciſcitatus, de reſcript. in ſi.* glo. *in l. ſi in tres. ff. de arbitr.* Innoc. *in c. Rainaldus, de teſtam.* ſuper *ver forma.* Bart. *in l. hæredes mei. §. fi. ff.*
37 *ad Trebell.* † Declara, vt procedat limitatio ſolum, quando non cœpiſſent ambo procedere; quia tunc non poſſet alter ſolus laudare. Bart. *in l. ſed ſi ita. ff. de arbitr.* ſequitur Alex. *conſ* 93. *Repetit in cauſa. num.* 3. *lib.* 7. & ideo non valet laudum latum vno abſente. *l. ſi in tres, & l ſicut. de arbitr.* Bar. Iaſ. & alij *in l. duo ex tribus ff. de re iudic.*
38 † Contra declarationem videtur velle Bald. *in l. non diſtinguemus. §. cum in plures. ff. de arbitr.* vbi, quod duo poterunt laudare, abſente
39 tertio. † Declara; quia Bald. debet neceſſario intelligi ſecundum iuris diſpoſitionem, & naturam contractus, vt per Bald. *in l.* 1. C. *commod.* Alex. *conſ.* 37. *Viſo dicto inſtrumento. num.* 5. *lib.* 3. vt ſcilicet, duo concordes, præſente tertio quantumcunque diſcordante, pronuncient. *l. ſi in tres ff. de arbitr.* ſecus, ſi abſente, & non requiſito. *cap. final. de arbitr. in* 6. † Extende limitationem, vt procedat,
40 cti amſi adſit clauſula in compromiſſo; *quod omnes, vel alter eorum poſſit laudare, & expedire*; quia per vnum, & alijs abſentibus, & nõ requiſitis poterit laudari; ſecus ſi eſſet dictum; *& ſi omnes non potuerint, vel non voluerint laudare, vnus ſolus poſſit pronunciare*; quia debet primo conſtare, quod alij non potuerint, vel non voluerint
41 laudare. Iaſ. *in l. fundum. §. his verbis. ff. de leg.* 1 † Extende, quando eſſet dictum: *quod ſit compromiſſum in tres, & in maiorẽ partem ipſorũ*; quia idem eſt, ac ſi eſſet compromiſſum in ipſos tres, vel in duos eorum, & an tali caſu valeat laudum latum per duos, abſente, & non vocato tertio, plene Salluſt. de Peruſio in quodam conſilio inſerto per Lanfranch. de Orian. *in tract. de arbit. in fin.* vbi concludit, quod ſic; quia tali caſu videntur compromittentes attribuiſſe actum laudandi duobus inſolidum, & habuiſſe confidentiam ita de duobus, ſicut de tribus; ſecus forte, ſi à principio fuiſſet compromiſſum in tres cum poteſtate procedendi, & ſententiandi per duos ex eis; nam tunc forte cum non appareat compromiſſum factum in duos, requiritur citatio tertij, & eſt ratio; quia fruſtra videretur à principio factum compromiſſum in tres, ſi per ſubſequentia verba duo poſſent laudare; quia opus eſſet, quod duobus eſſet data poteſtas laudandi ſine tertio. Vide, *Iudices plures dati ſimul qualiter iudicare debeant. Concluſ.* 419. vbi *num.* 4. *& ſeq.* habes plures ampliationes, & limitationes. Vide, *Compromiſſum in duos, vel tres qualiter obliget ad pronunciandum. Concl.* 509.

Arbitramentum quid ſit, & quid laudum, & in dubio quid præſumatur. Concl. 465.

ARBITRAMENTVM † appellatur ſententia arbitratoris, quæ 1
proprie non eſt ſententia, neque quaſi ſententia, ſed implementum compromiſſi; ideo actio oritur ex compromiſſo; non ex arbitramento. Zabarell. *conſ.* 139. *n.* 6. *ver. & ſi hæc vera ſunt*, quod eſt Salyceti, & quod arbitramentum non ſit ſententia, neque arbitrator ſit Iudex. Io. de Anan. *conſ.* 16. *n.* 3. Vide, *Laudum arbitratoris, vel arbitri, non eſt ſententia, ſed quædam tranſactio. Concluſ.* 18.
† Et dicitur contractus vtriuſque partis declaratus per arbitrato- 2
rem. Zabarell. *conſ.* 140. *n.* 4. Signor. *conſ.* 251. *n.* 2. † Et quod non 3
ſit ſententia, neque appellatione ſententiæ contineatur, Io. de Anan. *conſ.* 16. *Viſo punctlo, in princip.* vbi, quod ſemper, vbi ſit mentio de arbitratore, illud eſt circa contractus; ideo nihil habet cõmune cum iudicialibus. Vide *in ver. Arbitria ſunt adinſtar iudiciorum. Concl.* 425. *n.* 21. † Et tale arbitramentum eſt tranſactio. gl. *in auth.* 4
vt differ. Iudices. §. ſi vero contigerit. collat. 9. Bald. *conſil.* 292. *nu.* 1. *in ſi. verſ. nam ſi tale, lib.* 1. & quod magis aſſimiletur tranſactioni, quam ſententiæ. Bald. *conſ.* 332. *Proponitur, quod inter, in fi. lib.* 2. idem tenet Cuman. *conſ.* 33. *Viſo compromiſſo, circa fin.* vbi, quod non habet authoritatem iudicis, ſed eſt quædam tranſactio, & actus extraiudicialis. Angel. *conſil* 198. *col. penul. verſ. aut dicimus.* Bart. *conſ.* 159. *Viſa quadam conſtitutione nu.* 4. *verſ. in ſecundo. lib.* 1. Ancharan. *conſil.* 149. *In quæſtione, in fin.* Signorol. *conſ.* 251. *nu.* 2. Alex. *conſ.* 21. *Conſideratis. n.* 9. *& ſeq. ver. vnde videtur. lib.* 7. vbi poſt. *in ver. tranſactio*, allegat eundem Alexand. *conſ.* 22. *n.* 3. *lib.* 1. vide infra *num.* 14. † Extende in tantum arbitramentum, ſeu laudum arbitrato- 5
ris dici tranſactionem, vt ſi non poſſit fieri tranſactio, nec poſſit etiam fieri compromiſſum in arbitratorem, neque valet laudum arbitratoris in ijs, in quibus non valeret tranſactio. Angel. *conſ.* 198. *colum.* 2. *circa med. verſ. aut dicimus.* & ideo non valet latum ſuper deciſis per rem iudicatam. Angel. *conſ.* 239. † Imo requiſita 6
ad validam tranſactionem ſunt etiam requiſita in compromiſſo in arbitratorem; & ideo ſicut non valet tranſactio ſuper diſpoſitis in teſtamento, non cognitis verbis teſtamenti; ita neque valet compromiſſum. Ang. *conſil.* 198. *num.* 3. † Et eadem ſolemnitas 7
requiritur in compromiſſo, quæ requiritur in tranſactione; ideo ſi mulier, vel minor non poteſt alienare ſine decreto, non poteſt etiam compromittere, & aliter factum compromiſſum eſt nullum, & laudum inde latum non meretur exequutionem etiã ſtante ſtatuto. Bart. *conſ.* 159. *nu.* 4 & 5. *lib.* 1. † Extende; quia nedum 8
compromiſſum in arbitratorem, & arbitramentum eius, dicitur tranſactio, ſed etiam periti electi, vel calculatores, vel agrimenſores, vel æſtimatores electi à partibus dicuntur arbitratores, & eorum compromiſſum, & declaratio dicitur tranſactio; & ideo ſi eligantur in iudicio, non poteſt proſequi vna pars iudiciũ, alia excipiente de cõpromiſſo; quia ſicuti tranſactio impedit proſequutionem iudicij, vel aditum ad iudicem; ita electio peritorum, donec referant, vel donec pendet electio, plene Alexand. *d. conſ.* 21. *nu.* 8. *ver. nunc deſcendo. lib.* 7. *vſque in fin.* † Declara; quia laudum ar- 9
bitratoris dicitur tranſactio, quando aliquid hinc inde diſponit, ſed quando ex vna parte tantum aliquid diſponit, dicitur potius pactum, quam tranſactio. Bald. *conſ.* 415. *Præmittendum eſt, in princ. nu.* 2. *lib.* 1. † Et dicitur diſpoſitio partium contrahentium. Signor. 10
conſ. 251. *n.* 2. † Et factum arbitratoris dicitur factum partium, & 11
facta ab eo poſſunt allegari facta à partibus. Signor. *conſ.* 251. *nu.* 2. *ver. item factum.* † Extende; quia etiam laudum arbitri dicitur tranſ- 12
actio. Bald. *conſ.* 463. *Quod ſententia. lib.* 1. *ver. tertia ratio.* † Reſtrin- 13
ge; quia non eſt tranſactio, quoad omnia; quia in tranſactione requiritur læſio vltra dimidiam, in arbitramẽto vero, vel laudo ſufficit, quod vſque ad tertiam partem ſit læſio. Io. de Imol. inter cõſilia Zabarell. *conſ.* 141. *nu.* 6. † Declara; quia arbitramenta dicun- 14
tur tranſactiones; quia parificantur; nam partes euntes ad arbitratores dicuntur recedere à lite, & tranſigere, & ſic arbitramenta ſunt declarationes tranſactionis factæ inter partes. Signor. *conſ.* 238. *num.* 5. Vide, *Laudum arbitratoris, vel arbitri, non eſt ſententia, ſed quædam tranſactio. Concluſ.* 18. *ver. laudum arbitratoris.* Vide, *Arbiter & arbitrator in quo differant. Concluſ.* 448. † Amplia; quia ar- 15
bitramentum homologatum à partibus dicitur mandatum partium, & pactum partiũ, etiam ſi non conſtet de cõpromiſſo priori. Signor. *d. conſ.* 251. *n.* 2. *verſ. item cum ſit ſequuta.* † Amplia; quia 16
habet locum: *l. ſi quis maior. C. de tranſact.* quando talia arbitramenta, vel compromiſſa ſunt approbata, medio iuramento. Signor. *d. conſ.* 251. *n.* 3. † Cognoſcitur arbitramẽtum à laudo; quia laudũ di- 17
citur latum in forma ſententiæ, arbitramentũ vero in forma de-

18 clarationis, Bald. *conſ.* 463. *in fi. lib.* 3. † Poteſt tamen fieri laudum complexiue ab arbitro, & arbitratore; & tunc valebit tanquam laudum, & arbitramentum. Bald. *conſ.* 470. *Statuto cauetur. num.* 2.
19 *verſ. aut pronunciauit. lib.* 1. † Imo in dubio arbitrator præſumitur elegiſſe viam potius arbitri, quam arbitratoris; quia præſumitur viam æqualitatis, & iuſtitiæ elegiſſe. Bald. *conſ.* 43. *Quidam ſer Cecchus, in fin. lib.* 5. qui tamen loquitur, quando erat factum compromiſſum in arbitrum, & arbitratorem de iure, & de facto in proce-
20 dendo, ſed de iure tantum in decidendo. † Et quando de iure pronunciatur, videtur electa via arbitri, non arbitratoris; & idem eſt, ſi ex præſumptione apparet. Fulgoſ. *conſ.* 141. *num.* 1. *col.* 3. *in fi. verſ. nam*
21 *& in arbitri.* † Si vero pronunciat tanquam arbiter, & arbitrator, nec poteſt cognoſci, quam viam elegerit, niſi acta videantur; ideo ſi ſeruauit telam iudicij, præſumitur vt arbiter pronunciaſſe; ſi vero nullam telam ſeruauit, ſecus eſt. Angel. *conſil.* 198. *Teſtator quidam. n.* 2. cui conſilio ſubſcripſere Philippus, & Roſellus, & eſt ſimile conſilium Anch. *conſ.* 269. *Pro declaratione. num.* 3. *& ſeq.* vbi idem loquitur in ſtatuto diſponente de arbitro, & arbitratore, vt
22 intelligi debeat de arbitratore, ſi in modo procedendi conueniãt verba. † Et quod ex tenore compromiſſi, & ex modo procedendi cognoſcatur, an laudum ſit, vel arbitramentum. Anchar. *conſ.* 208. *Iudex de iure. num.* 13. *verſ. ſecundum oſtendendum.* vbi, quod ſi non debet ſeruare, vel non ſeruauit ordinem iuris, cenſetur vt ar-
23 bitrator proceſſiſſe. † Contrarium, quod confeſſio facta coram arbitro, & arbitratore, potius facta dicatur coram arbitratore, & ſic cenſeatur extraiudicialis, dicit Alex. *conſil.* 13. *Ex his, quæ, num.* 5.
24 *& 6. ver. vel poſito. lib.* 1. † Et ſtatutum Lucanum diſponens, quod eligi debeant amici communes in arbitros, & arbitratores, qui ſecundum nullam telam iudiciariam decidant, & eorum ſententiæ exequantur, debet intelligi ex modo procedendi, nulla tela ſeruata, vt ſint potius arbitratores, quam arbitri; ideo valet laudum eorum non citata parte. Anch. *conſ.* 269. *per tot.* vbi eſt caſus.
☞ Vide Maſcard, *Concl.* 125. *Quid cenſendum ſit de illo, qui tanquam arbiter, & arbitrator.*

Arbitramentum, vel laudum operatur multa, & qualiter probetur. Concl. 466.

1 ARBITRAMENTVM, † vel laudum, quando habent vim ſententiæ diffinitiuæ ex forma ſtatuti, debent obſeruari, nec ſoluta pœna poteſt eis contraueniri; ideo ſi laudum dicat, quod actor non poſſit moleſtare reum, non poterit moleſtare etiam ſoluendo pœnam. Bald. *conſil.* 456. *Seia origine, in fine. num.* 8. *verſ.*
2 *ſextus articulus. lib.* 1. † Tranſit virtus laudi ad ſingularem ſucceſſorem; & ideo laudum latum pro venditore, prodeſt emptori. Bald.
3 *d. conſ.* 456. *in fin. verſ. vltimus articulus. lib.* 1. † Arbitramentum licet non habeat exequutionem paratam; tamen oritur officium Iudicis ex eo, ſi non petitur reductio. Io. de Anan. *conſ.* 16. *Viſo puncto. n.*
4 6. † Operatur laudum, quod non obediens incidit in pœnam,
5 quæ poteſt exigi. † Extende, vt procedat, etiamſi paruerit laudo, ſed ſtatum poſtea contrauenerit. Caſtr. *in l. Titio centum, in princ. ff. de cond. indeb.* quod declara, vt per Lanfranc. de Oriano *tract. de arbi. 1. part. vlt. queſt.* 41.

Arbitramentum reducitur ad arbitrium boni viri. Concl. 467.

1 ARBITRAMENTVM † poteſt reduci ad arbitrium boni viri, ſi hoc petatur, Oldrad. *conſ.* 156. *Primum quæritur, in princ.*
2 *verſ. ſecundum dubium.* † Extende, etiamſi ſit factum compromiſſum de iure, & de facto cum promiſſione non reducendi laudum ad arbitrium boni viri; quia ſi eſt iniquum, poteſt peti reductio pro modica iniquitate; ſi vero in renunciatione fuit dictum, etiamſi eſſet iniquum, intelligeretur de modica iniquitate; ideo pro magna iniquitate haberet locum reductio. Caſtrenſ. *in l. ſi vi-*
3 *nus. §. illud. ff. de pact.* † Amplia, vt procedat, etiamſi ſit expreſſe renunciatum huic reductioni; quia nihilominus etiam poteſt
4 peti reductio. Oldrad. *d. conſil.* 156. *ver. tertium eſt.* † Amplia, vt procedat, etiamſi eſſet renunciatum cum iuramento; quia iuramentum non obſtat; quia ineſt conditio, ſi ſecundum arbitrium boni viri pronunciauerit. Oldrad. *d. conſ.* 156. *ver. quartum eſt.* Cald.
conſ. 110. *volum.* 2. *in princ. ver. ſuper exceptione*, alias 1. *de arbitr.* vbi di-
*5 cit * communem. † Vide Guidonem Pap. *dec. ſ.* 519. vbi, quod pro
6 graui læſione poterit petere reductionem, non obſtante iuramento: vbi, quæ grauis læſio; vel non dicatur. † Declara, vt proced. t, quando eſt renunciatum in genere, & in compromiſſo generali; ſeaus ſi in ſpecie per pactum expreſſum eſt renunciatum, ita Feder. de Sen. *conſ.* 125. *ver. ad ſecundum quæritur, vſque in fi.* Cald.
conſil. 110. *col.* 2 *verſ. ſuper exceptione.* alias 1. *de arbitr.* & duplicatur 186. alias 10. *de iureiuran.* † Amplia; vt hæc petitio, & reductio 7
poſſit peti intra triginta annos. Oldrad. *d. conſ.* 156. *in fi. ver. quintum eſt.* † Declara, niſi adſit ſtatutum, prout in Ciuitate Lucana, 8
quod petatur intra viginti dies, alias mittatur exequutioni; quia valet ſtatutum. Cuman. *conſil.* 7. *Primum videndum. num.* 11. *&* 12.
ver. immediate conſulta, quæ eſt ſubſcriptio Chriſtophori Caſtillio.
† Amplia, vt in omni caſu reductionis non ſit locus commiſſioni 9
pœnæ. Calder. *d. conſ.* 110. *col.* 2. *in princ. verſ. ſuper exceptione.* alias
1. *de arbitr.* † Amplia, etiamſi eſſet in ſpecie cum iuramento re- 10
nunciatũ, de non petendo reductionem prædictam, quando laudum eſſet latum per dolum, fraudem, vel ſordes; quia tunc habet locum reductio. Calder. *d. conſil.* 110. *col.* 2. *ver. ſed non derogando*, alias 1. *de arbitr. & conſ.* 186. alias 10. *de iureiuran.* † Amplia, ſi 11
extet ſtatutum, quod laudum non poſſit dici iniquum, neque reduci ad arbitrium boni viri; quia non habet locum, quãdo fuit latum per dolum arbitri, vel eſt læſiuum vltra dimidiam; quia tunc ineſt dolus, vel quando eſt nullum apparenter. Bald. *conſil.* 153.
Statutum, quod prohibet. lib. 2. Vide, *Statutũ circa exequutionem ſententiarum, & laudorum non habet locum & quando ſecus. Concluſ.* 534.
† Declara; quia Iudex reductionis poteſt reformare laudum iniu- 12
ſtum, vel arbitramentum iniuſtum, etiamſi compromiſſum eſſet de iure tantum, & non debet declarare nullum, niſi quando laudum, & arbitramentum errorem iuris apparenter contineret. Bald. *conſil.* 169. *In primis ſciendum. num* 4. *& ſeq. lib.* 3. † Amplia; 13
quia vt detur Iudex reductionis, conſideratur ſolum, an aſſerta ſint talia, quæ mereantur reductionem, non autem, an ſint vera. Caſtr. *conſil.* 465. *Viſo laudo, in princ. lib.* 1. † Limita; quia reductio 14
ad arbitrium boni viri non conceditur ei, cuius non intereſt; ideo non poteſt emptor rei petere reductionem laudi lati contra venditorem ſuper re vendita poſt venditionem; quia tale laudum non nocet emptori, ſed fiet exequutio in æſtimatione contra vẽditorem. Bald. *conſ.* 31. *Proculdubio, circa fin. lib.* 4. † Limita; quia 15
appellatio, & reductio ad arbitrium boni viri non datur à laudo arbitri; ſecus eſt à laudo arbitratoris. Roman. *conſil.* 265. *In caſu propoſito, in princ.* vbi poſtill. *in ver. non poteſt*, & idem dicit *conſil.* 27. *colum.* 2. *in fin.* † Contrarium, quod imo detur recurſus à lau- 16
do arbitri, & arbitratoris, ſi ſententia enormiter lædit, apoſt. ad Rom. *conſ.* 27. *Viſo themate, in ver. vnam lecturam.* quæ dicit * com- *
munem, & alia apoſtil. ad *conſ. Rom.* 261. *in ver. Non eſt verum*, quæ citat plurimos, & dicit * cominunem. Vide, *Reductio ad arbitrium* *
boni viri quando non habeat locum, vel è contra. Concluſ. 73. *& Concluſ.*
ibi prox. ſeq.

Arbitramentum quando, & ex quibus nullum dicatur. Concluſ. 468.

SENTENTIA † arbitri, vel arbitratoris eſt nulla, ſi eſt lata per 1
dolum, vel culpam arbitri, & dicitur per dolum, ſi lædit vſque ad ſextam partem. Zabarell. *conſ.* 141. *num.* 3. *&* 4. quod eſt Io. de
Imol. Vide, *Laudum arbitratoris ex quibus nullum. Concluſ.* 19. † Am- 2
plia, vt procedat, etiamſi eſſet confirmata; quia adhuc nullitas nõ ceſſat, quando ex actis manifeſte conſtat; quia nullo modo poteſt nullitas patens ex actis, & proueniens ex culpa arbitri, vel arbitratoris velari. Bald. *conſ.* 208. *Præſuppoſitis tribus, in fin. ver. ſuper tertio lib.* 1. † Amplia; quia laudum arbitratoris latum poſt primũ 3
laudum, eſt nullum, ſi non erat data facultas ſemel, & pluries laudandi. Bald. *conſ.* 47. *Poſtquam fuit latum lib.* 2. † Extende, vt 4
procedat, quod ſecundum laudum eſt nullum, etiamſi data eſſet facultas ſemel, & pluries laudandi, quando eſt contrarium primo. Bald. *d. conſ.* 47. *lib.* 2. † Extende, etiamſi in primo laudo ar- 5
bitri reſeruaſſent ſibi facultatem corrigendi; quia non poſſunt, ſi in compromiſſo non erat expreſſum. Fulgoſ. *conſil.* 144. *verſ. ad ſecundum.* Vide, *Arbitrorum iuriſdictio quamdiu duret. Concl.* 450. *num.*
5. *& ſeq.* † Reſtringe; vt non procedat, quando poſt primum cõ- 6
promiſſum, & primum laudum partes iterum compromiſerunt, & ſecundum laudum latum fuit. Bald. *conſil.* 333. *Proponitur, quod inter, & conſil.* 334. *Conſiderato compromiſſo. lib.* 2. vbi *circa med. ver. præterea hac concluſio.* dicit, hoc procedere, quando iterum interuenit cognitio, quæ in arbitratore ſemper intelligitur, & præſumitur interueniſſe. † Declara reſtrictionem, vt non procedat, 7
quando primum arbitramentum fuit homologatum à partibus; quia ſecundum corrigens primum, eſt nullum. Petr. Anchar. *conſil.* 111. *per tot.* † Amplia; quia laudum quatuor arbitrorum latum 8
per tres, altero abſente, non valet de iure Ciuili, neque de iure

Cano-

Canonico, nisi fauore vltimæ voluntatis. Bald. *cons.* 29. *De iure Ciuili. lib.* 4. † Amplia; quando à priuatis res publica fuit compromissa; quia nedum non valet laudum, sed ipsi compromittentes possunt contrauenire. Bald. *d. cons.* 29. *in fin. lib.* 4. quod intelligit ipsos posse contrauenire, tanquam homines de republica, non tanquam priuatos. † Amplia; quia arbitramentum, seu laudum arbitratoris est nullum, si latum est super hæreditate viuentis, vel dote matris, inter filios, & matrem. Castr. *cons.* 465. *Viso laudo. n.* 2. *vers. & pr.mo ad primum.* † Amplia; quia laudum, & arbitramentū est nullum latum inter patrem & filium, quando compromissum est nullum, vt quia statutum (prout Senis) prohibet omnem cōtractum filijfamilias sine consensu patris; quia non valet cum patre. Castr. *cons.* 466. *Viso compromisso in princ. lib.* 1. vbi, quod compromissum est contractus, & transactio. † Amplia; quia nullum est quoad præiudicium tertij; ideo si inter patrem & filium fiat compromissum, & feratur laudum super restitutione dotis vxoris filij, & liberatione soceri, non præiudicat nurui, & quoad ipsam est nullum. Castr. *d. cons.* 466. *in pr. lib.* 1. Laudum arbitri qñ, & ex quibus nullum esse dicatur. Vide, *Laudum arbitri ex quibus nullum. Concl.* 29. † Amplia; quia arbiter, & arbitrator super vna re compromissa non potest arbitrari, quod alia res detur pro re compromissa, sed potest arbitrari, quod detur pecunia pro illa re; quia pecunia æstimantur omnia, & videtur eadem res esse pecunia. Alex. *cons.* 79. *Eleganter n.* 8. *ver. fortius noluit, lib.* 5.

Arbitris in quibus credatur, vel non. Concluſ. 469.

NON † creditur arbitris, si non constat de compromisso, licet ipsi attestentur in laudo factum fuisse compromissum, *l. ne in arbitris cum l. sequ.* & ibi Doctor. *Cod. de arbitr.* Socin. *in auth. si quis in aliquo. in vlt. not. C. de eden. in vlt. limitatio. num.* 10. *vers. ex quo videtur, cum seq.* quod declara secundum Felin. *in cap. quoniam contra num.* 37. *& seq. ver. sexta conclusio. de probatio.* nisi latum esset partibus præsentibus, & non contradicentibus assertioni arbitri. † Extende; quia non creditur arbitris dicentibus in laudo, se fuisse electos à partibus in arbitros, vt constat ex instrumento publico, quando non asserunt vidisse, & legisse illud; quia imo laudum est nullum; quia ignorarunt potestatem, à qua pendet laudum, *l. in hac autem, § 1. ff. ex quibus caus. in poss. eat.* Bald. *in l. Multum interest. ff. de condit. & demonstrat.* Archid. *in c. is qui. de procur. in* 6. † Restringe, nisi interuenisset diuturnitas temporis, quæ faceret præsumere pro laudo, & solemnitate laudi, quod factum fuerit compromissum Bald. *cons.* 98. *Quæritur, colum* 2. *lib.* 2. Guido. Pap. *consil.* 241. vbi in terminis, in quibus ipse loquitur, erant lapsi 40. anni à die lati laudi; tamen ex allegatis per eum sufficit lapsus 20. annorum. † Contra restrictionem potest facere; quia mandatum non præsumitur etiam spatio centum annorum. Vide, *Mandatum non præsumitur. Concluſ.* 32. nisi dicas, quod non est mādatum simplex, & quia sumus in sententia, pro qua præsumitur, Io. Fabr. *Inſt. de fideiuſſ. §. ſi. in fin.* Vide, *Præsumitur pro Iudice. & pro sententia. Concl.* 621. † Restringe, quando partibus præsentibus, & intelligentibus, & non contradicentibus enunciant in laudo, *viso compromisso in nos facto*; quia illis creditur, & valet laudum, etiam si non appareat cōpromissum, in vim taciti compromissi. Angel. & Ioan. de Imol. *in l. sciendum, circa fin. ff. de ver. oblig.* est text. *in c. nisi essent, de præben.* vbi Innocent. & Abb. per illum text. Blanch. *in tr. rēt. de compromiſſ. qu.* 9. *col. penult.* Socin. *cons.* 220. *n.* 2. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 135. *col.* 3 *lib.* 5. † Amplia; quia non creditur arbitris dicentibus se adhibuisse causæ cognitionem. Ant. de Butr. & Abb. *in c. Quintaullis, de iureiuran.* Fel. *in c. quoniam contra. de probat num.* 37. *ver. sexta concluſ.* † Contrariū Alexand. *in l. sciendum, col.* 8. *& 9. ff. de verb. oblig.* vbi disputat, & hāc videtur firmare. † Declarat Felin. *d. c. quoniam contra. nu.* 37. *ver. sed aduerte.* vbi, quod in arbitratore non præsumitur; quia arbitramēto accedit contractui, & transactioni. † Amplia; quia non creditur iudici, neque arbitro, si attestentur coram se factum fuisse aliquid, quod non reperitur scriptum. Abb. *cons.* 64. *Venio ad primum, col.* 3. *in pr. ver. nec obstat, lib.* 1. † Restringe; quia creditur arbitratori; quia coram eo nō fit ex necessitate processus, sed se informat, vt bonus vir, ideo saltem in his, quæ sunt modici præiudicij, ipsi creditur. Abb. *d. cons.* 64. *col.* 3. *in pr. ver. nec obstat, lib.* 1. † Declara; quia imo etiamsi esset data facultas arbitratori, seu arbitro sine scriptis procedendi, vel pronunciandi, non esset credendum, si attestatur super eo, quod iustificat suam sententiam; quia aperiretur via malitijs, & fraudibus; quia volentes grauare narrarent sibi constare, & vidisse. Ang. de Aretio *cons.* 2. *nu.* 30. *& seq.* vbi dicit doctrinā. Bart. *in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breuiculo recit. in fi.* esse periculosam, dum tenet contrarium. † Amplia; quia etiam pluribus arbitris non creditur testificantibus circa iustitiam, vel iniustitiam suæ sententiæ, etiam si in causa appellationis, vel in exequtione essemus. Ang. de Aretio *d. cons.* 2. *n.* 35. *& seq.* † Limita; quia creditur assertioni arbitratoris, quod se informauerit. Vide, *Arbitrator quis dicatur, & quid possit. Concl.* 449. *n.* 16. *& seq.* † Limita; quia si factum est compromissum plenum cum facultate semel, & pluries laudandi inter fratres, & feratur laudum, quod exhibeant intra mensem quædam, sub pœna, si non apparet de exhibitione, & agatur ad pœnam, quod possint pronunciare exhibitionem sibi factam in termino, & non incursam pœnā, & illis stādum esse, dicit Ias. *cons.* 10. *lib.* 1. *in tertio, & quarto quæsito.* † Extende; quia creditur arbitratori in multis. Vide, *Arbitrator quis dicatur, & quid possit. Concl.* 449. *n.* 16. *& seq.* Vide, *Assertioni Iudicis, vel alterius quando standum. Concl.* 534. *n.* 3. *& seq.* Vide, *Delegato, & alijs non creditur, nisi constet de delegatione, & quando. Concl.* 154. Vide, *Iudici aliquid attestanti supra suam facultatē non creditur, & quando secus. Concl.* 477. Vide, *Nuncio non creditur extra officium suum. Concl.* 155. Vide, *Officiali standum in his, quæ pertinent ad officium, & quando. Concl.* 102. Vide, *in ver. Testes omnes sunt idonei. Concl.* 190. *n.* 9. *& multis seq.* Vide plene Mascard. *Concluſ.* 124. *Dirimitur illa quæstio, an arbiter possit esse testis, & quando.*

Arbitrio alicuius si quid committitur, regulatur secundum arbitrium boni viri. Concl. 470.

ARBITRIO † alicuius si quid committitur, intelligitur de arbitrio boni viri, non de libera voluntate. Old. *consil.* 254. *in fi. ver. ad quæ omnia.* Rom. *cons.* 55. *Si volumus, circa med. & consil.* 228. *Pro plena, n.* 11. *in fi.* vbi apost. *& cons.* 467. *Vt clara, in princ.* † Et vbicunque aliquid committitur per verba denotantia arbitrium boni viri, ille tenetur seruare omnes regulas iuris communis. Alex. *cons.* 33. *n.* 3. *lib.* 1. Socin. Iun. *cons.* 49. *n.* 16. *lib.* 2. Cravet. *cons.* 612. *n.* 11. *& cons* 657. *n.* 56 & nedum secundum regulas iuris communis in illa materia, sed adhibita diligenti inquisitione debet terminare secundum naturam negocij commissi, & qualitatem personarum, ita Menoch. *cons.* 69. *n.* 4. *&* 5. † Et regulari debet arbitrium Iudicis, & arbitrium boni viri, vt fit conforme iuri, & æquitati, apost. ad Rom. *cōs.* 376. *Quæstio est. n.* 7. *in ver. ordinaria.* Alex. *cons.* 189. *Puto, n.* 2. vbi, quod arbitrium censetur boni viri, & bonus vir est iudex, qui tenetur seruare leges, & statuta; ergo de iure iudicare debet. † Item arbitrium boni viri succedit, vt faciat, quę iutis sunt, vt thyriaca contra venenū, licet in arbitrarijs possit etiam secundum conscientiam facere. Cravet. *cons.* 190. *n.* 5. vbi late. † Item, vt ratio suadet. Dec. *in l. 1. n.* 96. *C. de seruis fugit.* apost. ad Rom. de qua supr. † Et quia bonus vir dicitur Iudex, & arbitrium boni viri est, vt faciat, ꝙ faceret iudex. Dec. *in cap. ne innitaris, n.* 4. *in fin. & n.* 5. *de constit.* Alexand. *cons.* 129. *Puto, n.* 2. *lib.* 2. † Item ratio subiectæ materiæ attendi debet, videlicet, an materia sit fauorabilis, vel ne, & late interpretanda, an vero odiosa, & stricte intelligenda. Rom. *d. cons.* 376. *nu.* 7. vbi apostil. prædicta *in ver. ordinaria. in fi.* † Et peruersum est, quod quis priuetur officio sine culpa, vel sine causa; ideo habentes arbitrium amouendi Rectorem Hospitalis Senarum, non possunt amouere sine causa. Rom. *cons.* 467. *Vt clara. in princ.* allegat text. *in c. satis peruersum distinct.* 4. *in c. conquerente, de restit. spoliat.* † Declara; quia vbicunque iudicis arbitrium intrat, ille debet seruare æquitatem. Anch. *cons.* 57. *Quædam ex prædictis, n.* 3. sed æquitas est iustitia dulcore misericordiæ temperata. Ias. *in l. si sic legatum, n.* 15. *ff. de leg.* 1. ergo videtur, quod cum misericordia æqua debeat procedere, ꝙ declara; vt per Ias. *in l. quod si Ephesi, §. interdum, n.* 2. *ff. de eo, quod certo loco* † Quatuor continet arbitriū iudicis. Primum, ne faciliter credat. Secundū, vt requisita discutiat. Tertium, vt proposita diligenter examinet. Quartum, quod quæ secreta habet, intimet, sic Menoch. *de arbitr. q.* 10. † Et versatur hoc arbitrium circa prædicamenta substantiæ, quantitatis, qualitatis, relationis, actionis, passionis, vbi, quando, situs, & habitus. Menoch. *de arbitr. q.* 11. † Et debet bonus vir arbitrari, nedum quod iuris est, vt inter fratres æqualis fiat diuisio; sed & æquitatē, & charitatē, & affectionem, quam habere debet verisimiliter is, qui cōmisit negocium arbitrio tertij. Alex. *cons.* 175. *Contingit. nu.* 6. *lib.* 6. † Et qualiter istud arbitrium iudicis (puta super pretio rei incerto, quod arbitrio iudicis committitur, vt plene Menoch. *de arbitr. cas.* 143. *In emptoris, per tot.*) regulari debeat, dicit ibi Menoch. *n.* 3. quod iudex ex informationibus sumptis declarabit, sed si constat, quod ipsemet, qui vendit, alias emit partes eiusdem rei pro emptore ab alijs, tenetur eodem pretio partem suam vendere. † Et quod si discordent partes in consignatione bonorum pro legitima, vel

ma, vel Trebellianica, quia vnus, videlicet hæres, vult assignare partem, quã recusat filius, & filius petit alia bona, vide plene Menoch. *cas.163.in fi.* qui dicit, quod iudex, cuius arbitrio relinquitur, iubebit hæredem facere partes ex tota hæreditate, & dare electionem filio; vel è contra filius faciat partes, & det electionem hæredi, quod si non conueniunt, sorte dirimatur, vt qui per sortem fecerit partes, alter eligat, & hanc singularem practicam dicit Crass. *§.legitima, quæst.17.in fin.* † Si vero agatur de pretio rei iam certæ adhibendo, & discordant partes, iudex, citata parte, sine libello adhibebit æstimatores duos, si sunt in loco, alias vnus sufficit publicus, vel partes eligant, si concordant, quæ si discordent, eligat iudex, & duo periti sint discordes, eligitur tertius, & debent iurare se legaliter æstimaturos, & facta æstimatione referant siue simul, siue separatim, siue die iuridico, vel feriato, & facta relatione, si duo discordant, tertius eligitur, qui ad concordiam reducat, ita Menoch. *de adipisc. possess.remed.3.n.160. & seq.q.25.* quæ est materia *l.3.C. de pign.* vbi Bart. & alij, & plenissime Mandel. *cons.266.n.36.ver. sed dato.* vbi apost. *in ver. extat remedium.* vbi, quod iudex ex officio, & ad instantiam partis potest hoc facere.

† Et in probandis melioramentis, quod debeant adhiberi architecti, & non statur probationi eorum, qui dicunt tantum valere melioramenta; quia illa ipsi fecerunt, vel laborarunt, plene Curt. Iun. *cons.165 n.20.ver. præterea.* vbi de * communi. † Et semper is, qui aliquid facere debet secundum arbitrium boni viri, tenetur vocare partes. Alex. *cons.218. Visis verbis, n.6. & seq. ver. sed constat, lib.2.* vbi, quod propterea arbitrator tenetur vocare partes † Amplia in tantum, vt nec admittatur exceptio in contrarium, quod arbitrium nõ debeat regulari secundum arbitriũ boni viri. Oldr. *d.cons.254. in fi. ver. nec ad opponendum.* † Amplia in tantum arbitriũ boni viri succedere in dispositione arbitraria, vt licet apparenter dispositio vltimæ voluntatis in alienum arbitrium collata dicatur incerta; tamen iuris interpretatione propter arbitrium boni viri dicitur certa. Bald. *consil.183. in princ. ver. quandoque fit in vltima voluntate, lib.1.* † Et ideo legatum factum filiæ de dote exanda (prout videbitur certis exequutoribus) cum verbũ, *videbitur*, importet arbitrium boni viri, est purum, & non conditionale; quia sola quantitas est in arbitrio commissa, quæ potest declarari et am mortuis commissarijs per iudicem; ideo transmittitur tanquam purum. Alex. *cons.15. Circa primum. n.19. & 20. vers. super tertio. lib.3.* & in simili *cons.175. Contingit. per totum, lib.6.* † Amplia in contractibus, prout in locatione; quia si aliquid arbitrio conductoris remittitur, intelligitur secundum arbitrium boni viri, & naturam contractus. Bald. *cons.434. Pactum inter, in fi. lib.1.* † Differentia est, an aliquid remittatur arbitrio boni viri ex contractu, vel ex vltima voluntate; quia ex contractu tale compromissum censetur cõditionale; & ideo si non sequitur laudum, nihil debetur, neque transmittitur ad hæredes, secus est in vltima voluntate. Bald. *cõs.* ☞ 183 *Præsupponitur, quod statutum, in princ. lib.1.* Vide, *Compromissum quando dicatur purum. Conclus.522.* † Amplia; quia vbicunque aliquid committitur ministro, vel officiali, etiã si dicatur, quod habeat plenum arbitrium, semper intelligitur secundum æquitatẽ, & arbitrium regulatum. *l. Lucius Titius testamento. ff. de fideicommiss. libert.* † Extende; vt idem sit in mandato procuræ ad vendendum pro pretio sibi beneuiso & prout sibi placuerit; quia intelligitur de arbitrio regulato boni viri. Ang. *cons.388. Constat procuratorem. col.2.n.2. vers. tertio quia.* † Extende in procuratore; quia licet ei datum fuerit in mandato liberum arbitrium, quod in re propria importat absolutam potestatem, & præferendo iniquum æquitati; tamen secus est in procuratore, & in eo, qui habet arbitrium libe um in actu iuris alieni. Bald. *d.cons.379.n.3. ver. liberum autem lib.3.* † Amplia; quia in dubio verba potius sunt interpretanda, vt importent arbitrium boni viri, quam dispensationem, vel potestatem contra ius. Alex. *cons.33.n.4.lib.1.* vbi apostil *in vere commune ius.* † Amplia; quia constituitur regula, quod extra verba aliqua (ex quibus libera voluntas importatur) generaliter ex alijs verbis denotatur regulari voluntas, & arbitrium boni viri. Bartol. *in extrauag. ad reprimendum, ver. videbitur. num.4. vers. concludegitur.* † Et generalis regula est, quod ex verbis generalibus non censeatur data libera facultas, sed regulata. Alexand. *consil.41. Viso. num.5. ver. quia* * *respondeo*, vbi dicit magis * communem. *lib.3.* † Declara totam istam materiam, quæ ad tres casus refertur; quia aut refertur ad facultatem contrahendi, aut largiendi, aut iudicandi. Primo casu circa contractus, verba denotantia arbitrium boni viri, sine dubio restringuntur secundum arbitriũ boni viri; si vero sunt verba liberam facultatem importantia; tunc extensa sunt secundum suam naturam; præterquam in duobus casibus. Primo, quod non donet. Secundo q̃ dolose se non gerat; quia habet liberã voluntatem secundum regulas iuris Ciuilis, non contra ius gentium, vel naturale. ita Bart. *d.extrauag.am. ad reprimendum, in ver. videbitur. num.4. in fi. ver. verbi gratia, cum sequent.* & ibi apostill. *in ver. absit.* † Secundus casus, quando conceditur facultas largiendi ex causa lucrativa, per verba denotantia arbitrium boni viri; tunc ille debet facere, vt bonus vir: si vero per verba liberam facultatem importantia, tunc ille potest libere omnia cõtra regulas iuris ciuilis, seruatis regulis iuris gentium, vbi ponit exemplum; quia potest donare deportato incapaci de iure ciuili, sed non posset donare seruo pœnæ; quia incapax est de iure gentium. Bart. *d. extrauag. ad reprimendum, in ver. videbitur. n.7. ver. secundo casu principali.* vbi alia exempla ponit, & ibi apostill. *in ver. proprium. & in ver. in cuius.* † Tertius casus est, quando datur facultas iudicandi, si secundũ verba importantia arbitrium boni viri; tunc ille debet seruare omnes regulas iuris Ciuilis: si per verba denotantia liberam facultatem; tunc non seruat regulas iuris ciuilis, sed bene tenetur seruare regulas iuris gentium, seu naturalis æquitatis; & ideo non potest habens liberam facultatem, seu liberum arbitrium facere iniustitiam, Bart. *d.extrauag.ad reprimen.num.8. & seq. ver.tertio casu.* vbi apostill. *in ver. importantia*, quæ dat concord. *& in ver. quæst.* † Quartus casus est, quando copulantur verba importantia arbitrium boni viri, & importantia liberam voluntatem, veluti si dicatur; *prout tibi videbitur, & placuerit*; tunc debet sequi arbitrium boni viri. Bart. *d. extrauag. ad reprimendum, in ver. videbitur. num. 11. ver. sed quid si apponuntur*, vbi apostill. *in ver. arbitratus.* citat Franc. Aretin. *cons.84. colum.4.* rationem adducit Bartol. quia quando duo copulantur, quorum vnum incst alteri, iterum resoluitur in adiectiuum; sed arbitrium regul.. tum non est sine voluntate; ergo adiectio voluntatis non operatur, allegat *l.1. ff. de pact.* ibi, *placitum, & consensus.* quia placitum non est sine consensu; ergo idem est per adiectionem † Declara; quia potest alius casus dari, prout inter socios; libera namque administratio vni potest concedi, vel procuratori; & tunc si conuenit de aliquid faciendo, licet possit ex libera administratione pœnitere, & non facere; tamen intelligitur, dummodo faciat notificari re integra illis, quibus promisit facere, quod pœnituit, alias teneretur ad damna, & interesse, nec releuaretur ex libera faciendi, & non faciendi facultate concessa, à qua recedit, si promittit aliquid facere præcise, & non facit. Alexand. *consil.41. num.6. & seq. ver. quinimo. lib.3.* † Amplia maxime in criminalibus; quia arbitrium datum iudici restringitur ad ius commune, ita vt solum quoad leuia in procedendo aliquid possit secundum * communem de qua Iul. Clar. *in §. fi. q.31.* * *nu.9.* vbi monet Iudices; quia solum censetur remota subtilitas iuris; ideo non sint nimis animosi. † Limita, quando in libera voluntate, vel in voluntate contrahentium aliquid committitur; quia intelligitur de absoluta, etiam iniusta, voluntate; secus si in arbitrio tertij, vel voluntate tertij. Bald. *consil.195. Laudare vos. n.8. in fin. ver. porro cum Dominus Marchio. lib.2.* Vide, *Verba importantia* ☞ *absolutam voluntatem. Conclus.153.* † Et voluntatis verbum est libe- ☞ rum non subiectum resciſſioni; ideo potest præferre iniquum æquo. Petr. Anchar. *cons.102. Quæstio est talis. num.4.* † Declara; quia si non declarauit intra annum, deuoluitur ista declaratio libera ad bonum virum, qui declarabit secundum arbitrium boni viri, ita Alex. *cons.175. Contingit. nu.8. vers. siue etiam dicamus. lib.6.* Vide incertum authorem post regulas Socin. *reg.6. Commissio facta alicui secundum voluntatem:* vbi limitat duobus modis. † Limita, quando alicui concederetur plenum arbitrium, cum translatione pleni dominij in eo facta; quia potest etiam iniquum, & secundũ suam liberam voluntatem facere. Bald. *cons.379. Quando super facto, in princ. n.2. lib.3.* Bart. *in extrauag. ad reprimendum. ver. videbitur. n.3. ver. item vbicunque.* Vide plenius, *Arbitrium liberum, vel simpliciter datum aliquid faciendi, quæ facta comprehendat, vel non. Concl. 476.* ☞ maxime *n.12. & seq.* vbi declaratur. † Extende, vt idem sit, quando alicui datum est liberum arbitrium in his, quæ iure suo, non autem iure alieno facere potest; quia intelligitur de absoluta potestate. Bald. *cons.379.n.3. vers. liberum autem. lib.3.* Bart. *d. extrau. ad reprimendum. ver. videbitur. n.3. vers. item vbicunque.* † Declara; quia imo habens liberum arbitrium, & liberam potestatem aliquid faciendi; non tamen potest in præiudicium alterius dissipare, vel damnum inferre, quin teneatur. Alex. plene *cons.41. V iso puncto. num.6. & seq. ver quinimo posito. lib.3.* quod duplicatur *l.b.6. cons.52.*

* *
*

Arbi-

Arbitrio Iudicis multa committuntur. Concluſ. 471.

1 ARBITRIO † Iudicis committitur, an conſuetudo ſit rationabilis in Eccleſia, vel non. Oldr. *conſ.220.ver.& ideo notauit* & idem tenet Feder.de Sen. *conſ.17.Quæſtio talis.col.3.num.5.ver.& pro*
2 *tanto.* † Vide infinita exempla per Tiraquel. *in l.ſi vnquam,ver.omnia.n.31.C de reuoc. donat.* vbi, an quid ſit magnum, vel parum, antiquum, vel non, ſtatur arbitrio iudicis, & alia infinita ſimilia, quę
3 omnia ſunt arbitraria. † Vt idem eſt, an ſtatutum ſit rationabile,
☞ ex quo certa doctrina dari non poteſt. Cald. *conſ.18. de conſtit. in fi.*
4 Vide, *Rationabile quando quid dicatur. Concluſ.39.* † Non determinata à iure omnia ſunt arbitraria iudici. Belion. *conſ.60.n.10.* ſe-
5 quitur Menoch. *de recuperan.remed.9.n.388.* † Amplia in mora, & alijs, in quibus non poteſt certa regula dari; quia ſtatur arbitrio
6 iudicare debentis. Oldrad. *dict.conſ.220.ver. & ideo notauit.* † Expenſarum qualitas, & quantitas factarum per tutorem, aut adminiſtratorem pupilli reſidet arbitrio iudicis, an debeant, vel non
7 computari. Anchar. *conſ.316.In cauſa, quæ.num.9.* † Paupertas an ſit talis, quæ excuſet appellantem, qui non eſt proſequutus appellationem, committitur arbitrio iudicis. Bald. *conſ.5. Quæritur,*
8 *vtrum viduæ. lib.1.in fi.* & duplicatur *conſ.440.lib.5.* † Idem eſt in vxore; quia an ipſa laboret tali inopia, vt ſuccedat marito in quar-
9 ta, eſt arbitrarium iudici. Cuman. *conſ.132.Duo fratres,in princ.* † Idem eſt de beneficio, quia an ita dicatur debile, vt excuſetur à ſolutione decimarum Papalium, eſt arbitrarium iudici. Gemin. *conſ.*
10 85.*n.25.ver.de habentibus.* † Metus an ſit iuſtus, vel talis, qui caderet in conſtantem virum, committitur arbitrio iudicis, conſideratis circumſtantijs, & qualitate, tam inferentis metum, quam eius, cui infertur. Calder. *conſ.108.num.2.ver.ſecundo quod metus*, a-
11 lias eſt 1.*ſub tit. quod met. cauſ.* † Idem eſt, an metus ſit probatus, vel non, probatur ex coniecturis, & indicijs; quia omnia, quæ probantur per coniecturas, ſunt iudici arbitraria. Cuman. *conſil.*
12 68.*In præſenti quæſtione, per totum.* maxime *circa fin.* † Negligens an quis dici poſſit in procurando, quod exequutor conferat beneficium intra menſem acceptandum, eſt in arbitrio iudicis. Cald.
conſ.254. in fin. alias 33. *de præb.* vbi tamen dicit negligentiam hoc
13 caſu probari per ſex menſes. † Exceptio quæ releuet, vel non, eſt arbitrarium iudici in caſu ſtatuti reijcientis omnes exceptiones non releuantes. Ioan.de Anan. *conſ.26.n.10.ver. vltimo circa intelle-*
14 *ctum.* † Diſcordia tutorum ſi oriatur, an qui habet alimenta, dummodo vitam non deteſtabilem gerat, illa amiſerit, vel an dicatur deteſtabiliter viuere, recurritur ad iudicem, qui dirimat. Calder.
15 *conſ.332.in fin.* alias 3.*de teſtam.* † Vſurarius an manifeſtus probetur; quia coram pluribus mutuauit ad vſuras, relinquitur arbitrio
16 iudicis. Cald. *conſ.507.* alias 9.*de vſur.* † Temporis quantitas, videlicet, quamdiu venditor poſſederit poſt venditionem, quæ dicitur ſimulata, eſt in arbitrio iudicis, vt præſumptio ſimulationis oriatur. Bald. *conſ.70. Apparent quædam inſtrumenta.n.3.ver.ſuper ſecundo lib.1.* Angel. *conſ.48. Quidam Franciſcus,in princ.* qui loquitur
17 in donatione. † Indicia an ſint ſufficientia ad torturam contra hæreticum, vel criminoſum artis magicę ex confeſſione criminoſi, vel ex mala conuerſatione, aut ex qualitate præceptoris, relinquitur arbitrio iudicis, Bald. *conſ.95. Regula iuris eſt, in princip. lib.1.*
& conſ.259.Verba inquiſitionis.n.4.verſ ſeptima ratio.lib 1. vbi loqui-
18 tur de alijs indicijs. Cuman. *conſ.136. Ad primum,in fi.* † Et idem in quocunque alio criminoſo; tamen tale arbitrium debet eſſe iuri, & æquitati conſonum. apoſtil. ad Rom. *conſ.376.n.7. in ver.ordina-*
19 *ria.* quæ dat concord. † Item, an ſint purgata indicia per torturam, vel non, & quanta debeat eſſe tortura indiciati, non poteſt dari certa regula, ſed eſt arbitrarium iudici. Bald. *conſ.421. Quędã*
20 *mulier,n.9.lib.5.* † Potentior an quis dicatur, vel non ad effectum edicti, ne liceat potentioribus, committitur arbitrio iudicis. Bald.
21 *conſ.151.Caſus, quædam mulier, circa med.ver. hæc quæſtio. lib.1.* † Obſcuritas verborum habentium plures ſignificatus declaratur arbitrio Iudicis, ſed tamen debet expendere ſuum arbitrium, prout ſuadet ratio ſubiectæ materiæ. Rom. *conſ.377. Quæſtio eſt, n.6.&*
22 7. vbi plena apoſtill. *in ver. ordinaria*, dat plures concord. † Teſtis idoneus an dicatur, vel non, eſt arbitrarium Iudici, vt ex qualitate inimicitiæ allegatæ hoc cognoſcat. Bald. *conſ.152. Plura tangun-*
23 *tur,n.3. ver.porro hoc eſt,lib.1.* † Idem eſt; quia an ſit ſuſpectus in cauſa ſuæ Vniuerſitatis, conſiderato cõmodo paruo, vel magno, & an ſit admittendus, eſt arbitrarium iudici. Cuman. *conſ.69. In*
dubium.in fin.ver. quia tamen. Bald. *conſ.420.lib.1.circa fin.verſ.nunc*
24 *videamus.lib.1.* & duplicatur *lib.3.conſ.459.* † Cautio fideiuſſoria, de non offendendo, an ſit præſtanda, & cognitio cauſarum, propter quas ſit præſtanda, vel non, in totum committitur arbitrio
iudicis. Bald. *conſ.166.Cæcilia receßit lib.1.per tot.* † Societas inter 25
fratres, & ſocios diſpares, qualiter lucra, & onera conferat, remota omni fallacia., multum releuat arbitrium iudicis ſeruata æqualitate pro modo communicationis factæ. Bald. *conſ.260.Vnus, vi-*
delicet, Ioannes,num.2.verſ.de expreßu.lib.1. † Spurio quæ alimenta, 26
& ſpuriæ quanta dos loco alimentorum poſſit legari, ſtatur arbitrio iudicis. Bald. *conſ.267. Ad euidentiam præmitto, num.6 ver. item*
ſurgit alia, lib.1. † Præſumptiua, & coniecturalis materia eſt, an cõ- 27
tractus habens formam licitam, præſumatur in fraudem vſurarũ, & relinquitur ſubrilitari, & arbitrio iudicis. Bald. *conſ.154. Inſtrumentum ſic dicit, in fin. lib.2.& conſ.311 In quæſtione Galuagni, nu.12.*
verſu. duodecimo, lib.5. † Suſpicio iudicis, an ſit legitima, vel non, ſi 28
non eſt cauſa à iure approbata, vel reprobata expreſſe, ſtatur arbitrio iudicis. Bald. *conſ.472. Statuto Communis,nu.6.ver. præterea eſ-*
ſit videndum. lib.1. † Probatio expenſarum reſultãs ex libro ratio- 29
num, an faciat fidem pro ſcribente, eſt arbitrarium iudici, conſiderata veriſimilitudine, expenſarum modicitate, & qualitate perſonæ ſcribentis cum iuramento Cuman. *conſ.137. Viſis inſtrumen-*
tis, circa fin. † Iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, 30
vel præſumptionis, an ſit deferendum, vel nõ, committitur arbitrio iudicis; quia requirit cauſæ cognitionem. Caſtr. *conſ.162. Su-*
per primo, col.2.lib.1. † Pœna, an ſit imponenda de homicidio, vel 31
de vulnere in actu rixæ, & in caſu dubio, eſt arbitraria extraordinem imponẽda in dubio. Cuman. *conſ.135. Viſis denuntia, in fi.* † Ex- 32
tende, quando homicidium fuit culpoſum ſine dolo; quia punitur arbitrio iudicis, non autem pœna ordinaria. Clar. *in §. homici-*
dium.n.3 in fi. ver. huius autem. vbi dicit * communẽ. † Extende, vt * 33
idem ſit, quod arbitrari ſit pœna, quando dubium eſt, an ad defenſionem licitam ſit factum homicidium, vt quia teſtes probant defenſionem neceſſariam, & etiam extat contraria probatio. Bald.
conſ.312. Factum ſuper quo, lib.4. per tot. maxime *in fin.* † Iuramenti 34
forma, & interrogationes in iudicio fiendæ qualiter ſint concipiendæ, an ſuper nudo facto, an ſuper effectu, eſt arbitrarium iudici. Bald. *conſ.447. Statuto Peruſii.l b.3.* † Probationes etiam in cau- 35
ſa criminali non pingues ſufficiunt ad condemnandum, ſi animus iudicis conformis eſt probationi factæ. Signor. *conſ.242.in fi.ver.*
præterea certo certius. Vide, *Probatio quid ſit, & qualiter dicatur arbi-* ☞
traria. Concl.764. † Probatio omnino æqualis, ſi eſt facta in poſ- 36
ſeſſorio, tunc poteſt iudex ſuo arbitrio inhærere illi, cui magis voluerit inhærere. Bald. *conſ.459.n.2.verſ.& redeundo.lib.3.* & duplicatur *conſ.420.lib.1.* † Extende in omni materia probationũ; quia 37
an ſit ſufficiens, vel non, ſtatur arbitrio iudicis. Fulg. *conſ.145.nu.2.*
ver.porro ſi aliunde, qui loquitur in poſſeſſorio. † Aufugientes de 38
carcere ſine fractura, vel conſpirantes ſuper fractura carceris arbitrio iudicis puniuntur. Cuma. *conſ.106. Caſus talis.* & idem eſt, ſi cum fractura fugiunt. Ludou. Bolog. *in addit.ad conſ.1.10.de Anan.*
n.18. † Pœnæ omnes hodie ſunt arbitrariæ, *l. hodie. ff. de pœn.* idem 39
Ludou. Bolog. *in addit.ad conſ.1.10.de Anan.n.18.* † Idem eſt in pœna 40
eius, qui attentauit, ſed non conſumpſit delictum, prout in venefico, & homicida; quia pœna extraordinaria puniri debet arbitrio iudicis, ita quod non mutilet membrum, neq; mortem inferat.
Bald. *conſ.437. Cecchus confecit.per tot.lib.3.* † Pretium incertum in- 41
ter contrahentes, videlicet, in emptione, in datione in ſolutum, & in alijs contractibus, iudicis arbitrio declarari debet. Menoch.
de arbitr.caſ.143 per tot. vbi, quod ſumptis informationibus declarabit pretium, & plura ſimilia adduxit. † Dolus, an ſit præſumen- 42
dus in delinquente, vel non, conſideratis conſuetudine, bona vel mala fama, & qualitate delinquentis, & delicti, iudex poteſt arbitrari. Bald. *conſ.155. Reperitur in volumine, lib.3.* † Generaliter omnis 43
materia, quæ coniecturis probatur, reſidet in arbitrio iudicis, videlicet, an contractus ſit vſurarius. Bald. *conſ.311.lib.5 in fi.* ſequitur
Crauett. *conſ.156.n.14.* an debitor ſit ſuſpectus de fuga. Menoch.
caſ 87.n.8. an cõtractus ſit ſimulatus. Pariſ. *conſ.54.n.22.lib.1.* † Pœ- 44
na ſpreti, ſeu contempti præcepti Principis eſt arbitraria Principi vel iudici, quando præceptum non habebat certam pœnam Bald.
conſ.159. Super eo, quod, n.9.ver. ſupereſt, lib.3. Vide, *Pœna extraordina-* ☞
ria quando imponenda. Concl.236. † Teſtis conſanguineus an ſit ido- 45
neus, & an ſit illi deferendum iuramentum in ſupplementum, eſt arbitrarium iudici. Bald. *conſ.188. Conſobrinus.lib.4.* vbi, quod ſi iudex fuit arbitratus, non eſt vlterius quærendum. † Idem eſt, an fi- 46
deiuſſor ſit idoneus teſtis; quia non admittitur, propter damnum quod poſſet conſequi, & admittitur, ſi ceſſat timor dãni propter legalitatem principalis; ideo arbitrio iudicis cõmittitur. Angel.
conſ.296,nu.2.& 3. † Præſumptiua probatio eſt arbitraria iudici, 47
quæ ſufficiat, vel non. Bald. *conſ.438. Primo dicam, ante med.ver, vtrũ*
dubitaretur, lib.3. † Tutor petitus à matre volente tranſire ad ſe- 48

cunda vota, an sit idoneus, vel non, arbitrarium est iudici, qui potest illum dare, vel alium, prout arbitrabitur. Bald. *cons.* 489. *Fun-*
49 *ctus quæstionis, in fi. lib.* 4. † Pœna Iudicis, qui reum in tortura sine dolo tenuit, ita q; mortuus est, est arbitraria, quando cessat dolus Iudicis, & licita fuit tortura; quia an aliquam pœnam pecuniariã debeat pati, est arbitrarium. Bald. *cons.* 61. *Factum sic proponitur, in*
50 *fi. lib.* 5. † Pœna adulterii est arbitraria Iudici etiam vsque ad mortem inclusiue; ideo Iudex potest seueriorem, & mitiorem pœnã
51 imponere pro adulterio. Bald *cons.* 423. *Super eo, quod. lib.* 5. † Iuramentum in supplementum an sit deferendum, vel non actori, est arbitrarium, considerata qualitate iurare debentis, & quantitate
52 causæ. Angel. *cons.* 296. *in fin.* Bald. *cons.* 188. *lib.* 4. † An leuis sit excessus in castigando vxorem, vel alium, in quem cadit leuis casti-
53 gatio, est arbitrarium Iudici. Signor. *cons.* 63. *in princ.* † Tempus, & locus an patiantur, vel non aliquem posse comparere, est arbitrarium Iudici; quia in iure decisum non reperitur. Corn. *cons.* 131. *In*
54 *hac consultatione, n.* 7. *lib.* 4. † Idem, an quis sit negligens, vel alius nimis præcurrens, prout in appellante, & appellato. Alex. *cons.* 19.
55 *Visproc ssa, n.* 5. vbi, quod est arbitrarium Iudici, *lib.* 1. † Tempus vulnerati, qui fi diu superuixit, & dubitetur, quod non ex vulnere, sed ex alio malo, quod superuenerit, mortuus fuerit, quantum requiratur, est arbitrarium Iudici. Petr. de Anch. *cons.* 283. *Iure stri-*
56 *cto. n* 5. *&* 6. † Modicum, vel longum tempus quantum extendatur, remittitur arbitrio Iudicis; sed tamen æquitatem seruare debet, vbicunque arbitrium intrat. Petrus de Anch. *cons.* 57. *n.* 3. plenissime Tiraq. *in l. si vnquam, §. omnia, n.* 31 *C. de reuoc. donat.* vbi infinita similia enumerat de magno, & paruo, vt sit arbitrarium Iu-
57 dici † Contextualitas actus, videlicet, an si fiat in vna domo in pluribus cameris, vel si in agro, sed diuersis partibus, dicatur vnico contextu, vel non, vide plene Ægid. *cons.* 1. *in princip versic. tertium capitulum.* vbi multa allegat, & tandem dicit arbitrarium est
58 Iudici, an dicatur idem locus, vel non. † Æqualitas personarum, vt si vnus est diues, sed patitur defectum natalium, alius est minus diues, sed de legitimo matrimonio, an sint æqualis conditionis, relinquitur arbitrio Iudicis. Ioan. de Imol. *cons.* 135. *In causa matri-*
59 *monialt. n.* 3. † An magna, vel parua quantitas dicatur committitur arbitrio Iudicis, considerata qualitate personarum. Bald. *in l. vi-*
60 *nca. C. de confess. Fol. c.* 2. *de fid. instrument.* † Arbitrio Iudicis committitur, an confessio sit spontanea, vel metu tormentorum facta per reum tortum, plures opiniones recitat Ioan. de Anan. *consil.* 17. *nu.* 6. vbi, quod moderni tenent, quod sit arbitrarium Iudici.
61 † Declara; quia hoc arbitrium regulatur ex multis, vt consideret numerum, ordinem, & modum tormentorum; quia paria sunt, quod quis confiteatur in tormentis, vel metu tormentorum, ita
☞ Bologn. in post. *ad d. cons.* 17. *lo de Anan. n.* 15. vbi late. Vide, *Pœna arbitraria quibus casibus imponatur. Concl.* 218.

Arbitrium Iudicis quando succedat loco arbitrii priuatorum, etiam quod mortui sint. Concl. 472.

1 VENDITIONE † facta cum pacto, quod si reperiatur, quod res vẽdita sit emphyteutica, debet fieri diminutio arbitrio Titij, mortuo Titio declaratio potest fieri per Iudicem. Bart. *in l. si*
2 *quis arbitratu, n.* 4. *ver. formo tibi, ff. de verb. oblig* sequitur Bald. *consil.* 375. *insi. lib.* 1. † Amplia, vt idem sit, quando arbitrium consistit in aliqua qualitate; quia mortuo eo, in quem qualitas est remissa arbitranda; tunc statur arbitrio Iudicis. Bart. *d. l. si quis arbitratu n.* 4.
3 *ff. de verb obligat.* † Amplia; quia si testator legat dotem declarandam arbitrio certarum personarum, facta declaratione, si reclament partes, vel vna earum, recurrendum est ad arbitrium Iudi-
4 cis, tanquam boni viri. Afflict. *d. cis.* 371. † Amplia; quia regulare est in vltimis voluntatibus; quia legatum commissum in arbitrio Titij, eo non declarante, potest Iudex declarare. Bart. *in d. l. si quis*
5 *arbitratu, n.* 5. *ff. de verbor. obligat. & num.* 3. † Restringe, vt non procedat quando per conditionem poneretur, puta; *lego Titio, si Seius arbitrabitur*; quia tunc eo non declarante, non valet legatum, ne-
6 que recedit à persona. Bartol. *dict. l si quis arbitratu, num* 3 *&* 5. *ff. de verb. obligat.* † Restringe, quoad pœnam; quia non recedi-
7 tur à persona electa. Bart. vbi supra. *nu.* 5. † Limita, quando quis compromittit in certum Iudicem; quia mortuo Iudice, non tenetur compromittens stare arbitrio alterius Iudicis; quia non recedit à persona. Alexand & Ias. *in d. l. si quis arbitratu. ff. de verbor.*
☞ *obligat.* Bartol & alij *in l. inter stipulantem. §. 1. & in l. eandem. ff. eodem titul.* Abb. *cons.* 80. *Casus in effectum contingens.* Vide, *Compromissum, vel remissio in certum Iudicem, an extendatur ad alium. Conclus.* 510. Vide, *Fideiussor coram vno Iudice non potest conueniri coram alio. Conclus.* 303. † Restringe; quia speciale est in dote declaranda; 8
quia si compromittitur in certum arbitrum, & ipse nõ declaret; tunc arbitrium Iudicis succedit, & arbitrium boni viri. *l. cum post. § gener. ff. de tur. dot. d. quæro*, vbi Bartol. *eodem titul. l. si cum. Cod. de dot. promiss.* † Declara; quia si iniq; fuerit arbitratus, recurritur ad 9
arbitrium boni viri, etiã in causa dotis, quia Iudex dicitur bonus vir. *l. vir bonus. ff. sud. solui.* & est text. *in l. si. §. sed & si quis. C. comm. de legat.* vbi Bald. † Limita in cõtractibus; quia arbitrium stat cõ- 10
ditionaliter; ideo eo non arbitrante, non recedit, neque Iudex potest arbitrari. Bartol. *in d. l. si quis arbitratu, nu.* 3. *&* 5 *ff. de verb. oblig.* † Restringe, nisi esset arbitratus inique; quia recurritur ad 11
Iudicem. Bart. *in d. l si quis arbitratu. num.* 5. *ff. de verb. oblig.* † Re- 12
stringe, nisi esset commissum in arbitrium vnius ex contrahentibus; quia recedit, & Iudex potest adiri. Bart. vbi supra *num.* 5.
† Restringe, nisi esset perfectus cõtractus, & super aliquo access- 13
sorio fieret electio arbitrij tertij, veluti super fructibus, damnis, &c. Bart. *d. l si quis arbitratu. nu.* 5. *ver. aut fuit tertius. ff. de verb. oblig.*
† Restringe in contractu dotis; quia dos incerta valet fauore do- 14
tis; ideo si est commissa in arbitrium tertij, valet & si non arbitretur, potest Iudex arbitrari; secus in augmento dotis, ex quo cessat ratio; quia mulier est dotata. Castr. *cons.* 11. *Viso dicto libello, n.* 3. *ver. quoad secundum. lib.* 1. vbi declarat. † Restringe, quando contra- 15
ctus esset perfectus; quia circa qualitatem si statur arbitrio tertij, veluti si est emphyteuticus, minus pretium soluatur arbitrio Titij; quia ad iudicem potest iri, tertio non declarante Bar. *d. l. si quis arbitratu. n.* 4. *ff de verb. oblig.*

Arbitrium Iudicis ad quæ se extendat in pœnalibus, & quæ criminalia sint arbitraria. Concl. 473.

CONDEMNATVS † in banno sub pœna, quod si non seruet bãnum, arbitrio Iudicis puniatur, tale arbitrium se extendit, vt 1
possit bannum duplicari pro tempore restanti, quo non seruauit condemnatus bannum. Dyn. *cons.* 29. *Prima quæstio est. nu.* 3. *ver. in tertia quæstione.* † Extende, vt arbitrium reseruatum extendatur 2
eti ad successorem. Dyn. *d. cons.* 29. *in fi. ver. in quarta.* † Amplia, 3
quando pœna relinquitur arbitrio Iudicis in his, quæ sunt de genere prohibitorum; quia si est consuetudo, quod magna pœna soleat imponi; tunc excedet relegationem, & non admittetur procurator. Signorol. *cons.* 169. *num* 5. *ver. aut talis pœna petitur.* † Ex- 4
tende magis, quando arbitrium datur in his, quæ sunt de genere prohibitorum, & de iure cõmuni est certa pœna statuta, quæ excedit relegationem, & illa potest imponi; quia arbitrium eo casu debet regulari secundum ius commune certum. Signorol. *d. cons.* 169. *n* 53 *ver. aut per consuetudinem.* vbi, quod non admittitur procurator. † Extende idem, quando certa pœna non est apposita de 5
iure communi in illo casu, sed in simili casu; quia admittetur arbitrium secundum similem casum, & non comparet procurator. Signor. *consil.* 153. *ver. item dicerem.* † Declara totam materiam; quia 6
quando de iure communi non est apposita certa pœna, sed extra ordinem, si statutum dat arbitrium Potestati, debet regulari secundum qualitatem facti, personarum, & qualitatum, quæ interuenerunt, vt quandoq; sit maior, quandoq; sit minor, & si inspecta naturali ratione, & causis, & quod solitum est, causa debet terminari in vinculis, & pœna excedere relegationem, non admittitur procurator, alias secus. Signor. *cons.* 169. *in fi. vers. si vero ex eodẽ delicto, vsque in fi.* † Limita; quia arbitrium Iudicis datum circa pœ- 7
nam imponendam, non extenditur ad pœnam mortis, plene Boer. *decis.* 317. *n.* 2. vbi dicit maiorem pœnam, quam mortis, non posse dari; igitur non venit sub arbitrio; quia mors est vltimum terribilium, vt dicit Felin. *in c. inquisitionis, in princ. de accusat.* Calephat. *inter consilia crimin. tom.* 1. *cons.* 103 *n.* 9 *& cons.* 162. *n.* 19 Clar. *§. fi. q* 88. *per totam* Alex plene *cons.* 55. *In causa inquisitionis n.* 3. *ver. nec Iudex, cuius arbitrio lib.* 7 † Contrarium, quod imo possit arbitrari mor- 8
tem gl *in §. in summa. Instit. de iniur.* Soc. *cons.* 188. *Visa bulla. nu.* 8 licet dicat hanc opinionem non esse tutam. *lib.* 2. † Declara; quia si 9
lex vel statutũ loquitur de moderatione, prima est verior; si vero de pœna imponenda loquitur, contrarium est verius, maxime, quando pro simili delicto exaret statutum, vel consuetudo, quod pœna mortis imponatur, cessante consuetudine, nec Iudex debet esse nimis rigorosus, neque nimis placidus, ita Boer. *d. decis.* 317. *n.* 2. *&* 3. Alex. *cons.* 121. *Viso processu.* maxime *num.* 6. *vers. pro hoc bene facit. li.* 7. pro vtraque opinione allegat, & distinguit, quod non debeat arbitrari mortem, quando statutum loquitur de moderatione pœnæ, *n.* 4. *&* 5. quando de imponenda pœna arbitrio, *n.* 6. *vsque in finem*, quod magis communis * est opinio, quod potest pœ- *
nam

nam mortis arbitrari, quando ex qualitate delicti de iure, vel
* consuetudine potest talis pœna imponi, & quod sit * communis
opinio, Alex. *cons.*111. *Pondratis.nu.*3. *lib.*1. vbi ait, quod hoc modo
10 conciliantur contrariæ opiniones. † Declara; quia in atrocioribus, quando datur arbitrium Iudici circa pœnam imponendam; tunc potest Iudex arbitrari etiam mortem inclusiue, ita Socin.
11 *cons.*188. *col.pen.n.*8. *lib.*2. † Declara, si arbitrium est liberum; tunc extenditur etiam ad mortem inclusiue. Socin. *d.consil.*188. *col.pen.*
12 *na.*8. *lib.*2. † Declara; quia quando pœna venit imponenda arbitrio Iudicis, secundum aliquos dicitur pœna extraordinaria, quæ non debet esse mortis, neq; mutilationis membri, quæ æquiparatur morti; secundum alios contrarium, sed secundum distinctionem veram, non debet arbitrari mortem, nisi quando concurrunt circumstantiæ, & qualitates, quæ hoc suadent. Alex. plene *cons.*13. *Attentis his,n.*15. *lib.*7. *& num.*16. *ibid. vers. secundo respondeo.* dicit, quod Iudex semper in dubio debet inclinare in mitiorem
13 pœnam, & quasi eadem repetit *cons.*111. *n.*3. *lib.*1. † Extende; quia neque posset Iudex arbitrari pœnam perpetui carceris saltem in
14 terris Imperii. Alex. *d.cons.*55. *num.*4. *vers. nec etiam posset. lib.*7. † Extende; quia neque posset arbitrari pœnam mutilationis membri, sicut non posset pœnam vltimi supplicii imponere. Alexand.
15 *d.cons.*55. *n.*5. *ver. & per prædicta. lib.*7. † Limita; quia vbi pœna arbitrio Iudicis committitur pro delicto; nunquam arbitrium censetur datum, vbi funditus delictum deficit; quia arbitrium censetur datum, si adest delictum, & pro qualitate delicti. Bald. *consil.*
144. *Præsupposito Communis Papiæ, circa fin.n.*4. *vers. & si dicatur. lib.*1.
16 quod duplicatur *cons.*454 *lib.*3. † Limita; quia si statutum (prout Papiæ) mandat delinquentes puniri in ære & persona arbitrio iudicis, considerata qualitate delicti; tunc Iudices possunt in delictis paruis vsque ad relegationem punire, non vltra. Signorol. *cons.*169. *n.*53. vbi dat exemplum in vendente vinum ad minutum Mediolani de die; quia licet pœna æris, & personæ sit arbitraria; tamen non potest excedere relegationem, & quod procurator
17 admittitur. † Extende; quia arbitrium iudici datum circa criminalia, intelligitur secundum ius commune, & comprehendit so-
* lum leuia, vt in procedendo secundum * communem, de qua
Clar. *in praxi crim.* §. *fin.q.*31 *num.*9. vbi monet iudices, vt non sint
18 nimis animosi; quia censetur remota subtilitas iuris. † Extende idem, quando sumus in prohibitis de iure communi; sed tamen ex parte delinquentis non est dolus, sed culpa, puta in non prospiciendo, veluti si volens se tueri à cane mordace, proiecit contra canem saxum, & percussit hominem, qui moritur, certe non excedet arbitrium relegationem. Signor. *cons.*169. *nu.*53. *ver. inter-*
19 *dum homicidium.* † Restringe, nisi dolose, & de nocte, & per plebeium delinquatur; quia posset excedere relegationem, & non
20 admitteretur procurator. † Arbitrium iudicis reseruatú quam-
☞ diu duret, Vide, *Arbitrium reseruatum quando morte extinguatur. Concl.*478. Vide, *Voluntas præsumitur durare, & in quibus. Concl.*286. Vide, *Beneplacitum alicuius quando dicatur durare. Concluſ.*89. Vide, *Pœna arbitraria Iudi. i ad quid se extendat, vel non. Concl.*236.

Arbitrium operatur multa. Concl.474.

1 ARBITRIVM † late datum iudici operatur, quod non teneatur de culpa, sed solum de dolo. Alex. *cons.*65 *Habita super contentis.n.*7. *lib.*1. quod intelligit Alex quando arbitrium est libe-
2 rum, *cons.*47. *num.*8. *lib.*1. † Extende; quia multo minus tenetur de leui. Alex. *cons.*47. *n.*8. *lib.*1. vbi loquitur, quando est arbitrium re-
3 gulatum; quia nec tunc de leui tenetur. † Imò, etiamsi arbitrium sit regulatum, quod non teneatur de lata, sed solum de dolo, te-
4 net Alex. *d.cons.*65. *n.*7. *&* 8 *lib.*1. † Et sufficit, quod iustis rationi-
5 bus moueatur. Zabar. *cons.*139. *n.*5. *ver. item casus est.* † Et sufficit, quod faciat in re aliena, quod faceret in propria. Alex. *d.consil.*47.
6 *n.*7. *ver. ad idem. lib.*1. † Operatur etiam, quod faciens actum vel factum vigore arbitrii sibi dati in specie, necesse est, quod hoc ex-
☞ primat, alias non sufficit fecisse. Bart. *in q.*5. *incip. Adunantia.* Vide supra *in ver. Arbitrio alicuius. Concl.*470. *n.*35. *& seq.* Vide, *Arbitrium datum ad aliquid faciendum. n.*12. *& seq.*

Arbitrio iudicis quando standum, & de multiplici arbitrio. Concl.475.

1 ARBITRIO † iudicis si quid simpliciter committitur, & nihil vlterius disponitur, tale arbitrium non lædit ius partis, nec contra iustitiam præsumitur. Bald. *cons.*217. *Reperitur sententia*
2 *lata. circa fin. vers. vnde sciendum est. lib.*4. † Si vero conceditur arbitrium, & præsumitur pro eo; tunc in alteram partem transfertur onus probandi contra arbitrium. Bald. *d.consil.*217. *circa fin. versic. aut conceditur. lib* 4. † Si vero concedatur arbitrium, & sta- 3
tuitur pro ipso; tunc illi standum est. Bald. *d.consil.*217. *in fin. ver. aut conceditur. lib.*4. † Regulariter autem pro arbitrio Iudicis præ- 4
sumitur. Bald. *d.consil.*217. *circa med. vers. Statutum enim. lib.*4. † Ex- 5
tende; quia licet non præsumatur pro iudice, neque pro sententia, quando est appellatum; tamen secus est, quando sententia est lata super iis, quæ arbitrio iudicis sunt commissa; quia debet appellans probare; quia præsumitur pro iudice, & sententia in arbitrariis. Felin. *in cap. quoniam contra. num.*21. *vers. hanc conclusionem, de probat.* † Extende; quia Iudex, qui post didicita testificata po- 6
test repetere testes ex lato suo arbitrio; si tamen vel repeti faciat, vel recusét, non tenetur in syndicatu, & non grauat partes, si vult, vel non, vti arbitrio sibi à lege dato. Castrens. *consil.*246. *In casu, de quo quæritur. num.*2. *lib.*1. *vers. item non obstat.* Vide, *Appellatio non da-* ☞
*tur ab his, quæ commissa sunt potestati, & arbitrio iudicis, & quando secus. Concluſ.*415.

Arbitrium datum ad aliquid faciendum, quid comprehendat, vel non. Concl.476.

REGVLA est, † quod licet arbitrium simplex reguletur se- 1
cundum arbitrium boni viri; tamen quando dicitur plenum, seu liberum; tunc importat liberam facultatem. Bartol. *in extraug.m.ad reprimend. in ver. videbitur. num.*3. *vers. item vbicunque.* quod declara, vt supra. Vide, *Arbitrio alicuius si quid committitur, re-* ☞
*gulatur secundum arbitrium boni viri. Concl. s.*470. *per tot.* maxime *num.*38. *& seq.* vbi contrarium, & quando. Vide, *Verba importantia absolutam voluntatem. Concluſ.*19. † Amplia; quia arbitrium da- 2
tum per Commune Florentiæ certis ciuibus puniendi homicidas & vulnerantes, de quo Bald. *consil.*178. *Concessum fuit arbitrium. lib.*5. se extendit etiam quoad impositionem pœnarum, quod vnus teneatur pro alio. Vide, *Mandatum generale ad quæ ex-* ☞
*tendatur, vel non. Concluſ.*50. † Arbitrium datum alicui, vt possit 3
excarcerare certos delinquentes, extenditur, etiamsi post carcerationem de delicto fuerint condemnati ipsi carcerati, quando arbitrium est generale. Bald. *consil* 370. *Nunquid arbitrium. lib.* ... † Declara; quia vbicunque arbitrium alicuius intrat, ibi intrat 4
æquitas. Petr. de Anchar. *consil* 57. *num.*3. quia secundum tramites rationis, & metas æquitatis intelligitur, vt non auferatur defensio, & ius partis. Zabarel. *consil.*139. *num.*3. *& seq. ver. quinto ad idem.* † Limita; quia arbitrium plenum, & generale datum procura- 5
tori non se extendit ad ea, quæ non sunt honesta, sed turpiter fierent, seu turpitudinem saperent. Bald. *consil.*379. *Quando super facto. lib.*3. *per tot.* vbi, quod per arbitrium datum super bello Ciuitatis Perusii, non possunt donari Castra ciuibus acquirentibus ea; quia turpiter sit per ciues, si recipiunt præmium pro bello Patriæ, & ad defensionem. † Extende in iudice; quia licet sibi detur 6
liberum arbitrium; tamen non potest facere iniustitiam; quia licet relaxentur ea, quæ sunt iuris Ciuilis; non tamen relaxantur ea, quæ sunt iuris gentium, vel naturalis æquitatis. Bartol. *in extraug. ad reprimen. in ver. videbitur. num.*8. *& seq. ver. tertio casu.* † Declarat Alexand. *consil.*65. *num.*7. *& seq. lib.*1. quod tunc est in 7
lata culpa, non in dolo, nisi constet de dolo. † Extende; quia non 8
extenditur tale arbitrium plenum datum procuratori ad ea, quæ non consueuerunt concedi sine certa forma, vt fiant forma non seruata. Bald. *d.consil.*379. *num.*6. *lib.*3. *vers. præterea quando est tradita.* † Extende; quia arbitrium, & libera licentia non extendun- 9
tur ad dolum. Alexand. *consil.*58. *Habita. num.*11. *ver. quantum vero. lib.*3. † Et quid importet, vel non importet arbitrium datum prio- 10
ribus per populum, & quid possint, vel non, vigore talis arbitrii, plene Bart. *in l. ambitiosa. ff. de decret. ab ordin. facien.* Vide, *Priores, &* ☞
*Consiliarij Ciuitatum quid possint, vel non. Concluſ.*313. † Et de arbi- 11
trio dato super pacifico statu Ciuitatis, vel alio arbitrio dato officialibus, quod non possint habentes tale arbitrium auferre ius suum alicui; quia tale arbitrium intelligitur sine iniuria datum. Alexan. plene *consil.*47. *In causa. num.*5. *ver. confirmantur. lib.*7. † Li- 12
mita; quia arbitrium liberum & absolutum datum Iudici, non operatur, quod possit defensiones partis tollere. Alex. *cons.*65. *Habita super contentis n.*2. *lib.*1. Zabarel. *cons.*139. *n.*3. *vers. quinto ad idem,* quod est Salyc. vbi, quod semper restringitur ad licita secundum leges, alias non valeret; quia daret occasionem delinquendi. † Extende; quia non potest iudex inferre torturam, non data co- 13
pia indiciorum. Alex *d. cons.*65. *n.*2. *lib. ver. videtur ergo.* † Extende; 14
quia iudex circa decisiua non poterit sine probatione legitima condemnare accusatum. Signorol. *consil.*245. *num.*16. *& sequen.* † Extende maxime, vbi agitur de magno præiudicio; quia non 15

censetur datum arbitrium Iudici cum præiudicio tertii. Alexand.
16 *d.cons.65.n.2.lib.1.* Zabar. *d.cons.139.n.4.* † Et prætextu arbitrii non
potest inferri tortura reo sine indiciis, alias iudex tenetur in syn-
* dicatu. Clar. *in §.fin.q.64.nu.9.* vbi dicit * communem, quod vni-
17 cum saltem requiritur indicium. † Extende; quia non potest aliquid turpe, vel contra bonos mores. Alex. *d.cons.65.nu.2.ver.bene*
18 *facit lib.1.* † Et semper excludit dolum, quantumcunq; arbitrium
19 sit liberum, & generalissimum. Zabar. *d.cons.139.n.5.* † Extende; quia non potest ea, quæ sunt à iure prohibita; ideo si datur potestas à statuto plena, & libera puniendi, Iudex non poterit condemnare, vel punire ad perpetuum carcerem; quia talis pœna est improbata de iure. Alex. *d.consil.65.num.2. ver. & etiam refert. lib.1.*
20 † Declara; quia Iudex habens arbitrium etiam regulatum, nunquam tenetur de lata culpa, sed solum de dolo; ideo si transgreditur leges, dicitur in lata culpa, non in dolo. Alex. *d.cons.65.n.7. &*
21 *seq. lib.1.* † Restringe; quia arbitrium siue liberum, siue regulatum datum iudici, vel arbitro, operatur, vt solum teneatur de
☞ culpa, non autem de dolo. Alex. *d.cons.65.n.7. & 8. lib.1.* Vide, *Ar-*
22 *bitrio alicuius si quid committitur. Concluſ.470.n.35. & seq.* † Limita; quia si quid arbitrio iudicis committitur, intelligitur secundum rationem, & æquitatem, ita quod non poterit extra, & contra regulas iuris decernere. Gozad. *cons.54.nu.10. vers. si Iudex.* Menoch. *de arbitr.q.8.n.2. & q.9.n.3. & q.13.nu.15. & q.14.nu.1. & q.77.nu.1.*
23 † Et non posset condemnare, nisi per concludentes probationes. Benintend. *decis.31.n.4. ver. sed licet.* quem sequitur Menoch. *de*
24 *arbitr.quæst.24.nu.1.* † Limita; quia habens arbitrium quantumcunque latissimum datum circa aliquod factum, vel processum terminatum, non potest illud factum, vel processum terminatum prorogare. Roman. *cons.322. In casu propositæ. nu.3. vers. secundo, & hoc est.* vbi apostill. *in ver. præfixum,* quæ citat multos concord.
25 † Extende; quia arbitrium latissimum datum Iudici ad vnum finem, puta, ad abbreuiandum lites, non potest exerceri ad effectum protelandi lites; quia inducta ad vnum finem contrarium effectum operari non debent. Roman. *d.cons.322.nu.2. in fin vers.*
26 *tertio quia, vsq. in fin.* † Limita; quia arbitrium datum à consilio populi Pacensis, vt compellant omnes inimicantes ad pacem, non comprehendit, vt compellant contra formam statutorum populi disponentium, quod banniti non audiantur, sed possint offendi à quocunque; ideo pacem bannitis non possunt procurare, & procurata non tenet. Castrens. *cons.427. Quod isti officiales.*
27 *nu.3. & seq. vers. quarto probatur. lib.1.* † Extende; quia concesso arbitrio generaliter aliquibus officialibus non censetur data potestas disponendi contra statuta, & ordinamenta Ciuitatis facta; quia non est verisimile, quod quis concesserit in genere, quod specialiter non fuisset concessurus. Bartol. *in proœm. Codicis.* Abb. *consil.*
28 104. *Videtur primo, in prin. lib.2.* † Declarat Abb. *d.consil.104. in fin. ver. non obstant contraria. lib.2.* vt sit vera limitatio, quando datur arbitriũ generaliter in loco circa aliquod particulare negotium; quia tunc non potest tollere statuta generalia; secus, quando arbitrium generaliter daretur in loco circa merum & mixtum imperium, & circa statuta condenda in eodem loco; quia possunt
29 contra statuta facta statuere. † Limitã; quia potestas data per consilium generale Tuderti statuendi, & faciendi super facto libri, & catastri non comprehendit, quod possint allibratum in Ciuitate facere, quod allibretur in Comitatu tanquam ciuis comitatinus, ex quo habet fratrem allibratum in Comitatu Bartol.
30 *cons.172. Dubia occurrentia, in pr. lib.1.* vbi apost. *in ver. dubia.* † Extende; quia licet consilium posset per legem generalem facere tale decretum, quod omnes ciues allibrati soluant, prout ciues Comitatini: non tamen possent contra particularem hoc facere, & multo minus habentes potestatem à consilio, Bart. *d.consil 172. in*
31 *pr.nu.2.lib.1.* † Declara extensionem; quia potest lex particularis fieri, quod allibratus in ciuitate allibretur vt ciuis Comitatensis, quando haberet bona sua in Communi cum fratre Comitatino.
☞ Bart. *d.cons.172.n.2. ver. fallit. lib.1.* Vide, *Priores & Consiliarij Ciuitatum quid possint, vel non. Concluſ.713.* Vide, *Reformatores quid possint. vel*
32 *non. Concl.81.* † Et arbitrio alicuius si quid committitur, intelligitur, vt faciat in re data arbitrio id, quod faceret in re sua. Alex. *cons.*
33 47 *Circa primum.n.7. ver. ad idem. lib.1.* † Et leuis culpa non cadit in eo, cuius arbitrio aliquid committitur; ideo de leui non tenetur.
34 Alex. *d.cons.47.n.8. lib.1.* † Et intelligitur, si arbitrium habens iustis rationibus moueatur, Zabarel. *cons.139.nu.5. vers. item casus est.*
35 vbi, quod procedit etiam in modicis, secundum aliquos. † Et intelligitur vt arbitrio boni viri ille, qui facit illud, quod est de iure, vel est solitum, seu illud, quod in sua re faceret; ideo conductor syluæ, qui arbitrio suo poterat incidi facere arbores, potest arbores à labore rio, quando renascuntur, & sunt cæduæ, incidere. Alex. *consil.118. In casu in prin.* vbi est casus, *lib.5.* † Declara; quia ar-
36 bitrium datum alicui aliquid faciendi requirit expressionem arbitrii, vt censeatur vsus arbitrio illo speciali pro vtraq; opinione. Bart. *in sua quæst. Adunantia. quæst.5.* vbi late, & *in l. ambitiosa, in fin. ff. de decret. ab ordin. facien.* & inter vltimam voluntatem & contractum distinguit *in l.3. ff. de milit. testament.* quia in vltima voluntate non requiritur expressio, vt in illo text. secus in contractu, vt idem Bart. *in l. post morem. §.1. ff. quan. ex fact. tutor.* Vide, *Expresso in-*
☞ *dividua & specialis quando requiratur. Concl.652.*

Arbitrium boni viri succedit in multis dispositionibus. Concl.477.

OBLIGATIO † soluendi libras duas mille pro dote sororis 1
cum pactis & conditionibus apponendis in instrumento dotis, censetur regulata ad pacta & conditiones arbitrio boni viri, quando est controuersia; quia etiamsi incerta sit persona; tamen intelligitur secundum arbitrium boni viri. Petr. de Anchar. *cons.7. In quæstione agitata, in prin.* † Præceptum superioris iustum 2
afficit, iniustum vero non valet, & si oriatur controuersia, an sit iustum, vel non, succedit arbitrium boni viri. Bald. *cons.159. Super eo, quod, n.8. ver. secundo præmittendum. lib.3.* † Arbitrium boni viri 3
debet attendi in deductione legitimæ, vt non eligatur ex singulis rebus propter discordiam, & licet non sit dictum à testatore; tamen semper ineſt clausula à iure, vt arbitrio boni viri fiat electio, & deductio. Oldr. *cons.113. Quæstio quia quæritur.* Vide, *Adiudicatio* ☞
bonorum de quibus bonis, & qualiter fiat. Concl.199. Vide, *Arbitrio alicuius si quid committatur, regulatur secundum arbitrium boni viri. Concl. vſ.* 470. Vide, *Æquitas quid sit, & in quibus præualeat. Concluſ.308. cum duabus Concluſ. ibi prox. seq.*

Arbitrium reseruatum quando morte extinguatur, vel non. Concl.478.

PRINCEPS † si aliquid concedit sub nomine dignitatis, du- 1
rante arbitrio, vel voluntate, aut beneplacito suo, cẽsetur concedere etiam post mortem suam; quia non extinguitur arbitrium per mortem suam, ex quo dignitas non moritur, Crauet. *cons.732. in prin. n.2. & seq.* † Si vero concedat priuatus aliquid ad sui bene- 2
placitum; tunc morte finitur. Crauet. *d.cons.732. in pr.* † Quando 3
vero fit concessio ad beneplacitum, expresso prius nomine proprio, & etiam nomine dignitatis, regula est, quod si præponitur nomen proprium, finitur morte; si nomen præponitur dignitatis, secus est; nisi vtroq; casu coniecturæ in contrarium concurrant, plene Crauet. *d.cons.732. in prin.* vbi late. Vide, *Beneplacitum* ☞
alicuius quando dicatur durare, vel non. Concl.89. Vide, *Voluntas præsumitur durare, & in quibus. Concl.286.*

Arbor quid sit, & arbusta, seu arbustum, & per quot pedes radices emittat arbor. Concl.479.

ARBOR † est nomen generale, & comprehendit vitem, a- 1
rundinem, & omnem arborem habentem radices, vide plene *in l. vitem ff. arbor. furtim cæsar.* † Arbusta sunt, quando arbores 2
incisæ sunt, remanente solo trunco arboris. Alex. *cons.25. Considerat is.n.12. ver. arbusta esse dicuntur. lib.7.* allegat *l. fin. in fin. ff. de termin. mot.* quasi arbusta sint arboris hasta. † Sed apost. ad Alex. *d.cons.25.* 3
nu.12. in ver. Papia. lib.7. dicit, quod imo arbusta sunt, quæ habent vitem maritatam; vnde arbusta dicuntur quasi arboreta. † Arbo- 4
retum verbum importat locum multis arboribus plenum, prout idem etiam dicimus de saliceto, vbi sunt plures arbores salicum. Alex. *d.cons.25.n.12. lib.7.* † Radices præsumitur emittere arbor 5
vsque ad pedes 15. vel secundum alios 25. Mascar. *Concl.127. Arbor.*

Arbores in fundo alieno habere licitum est. Concluſ.480.

ARBORES † in fundo alieno haberi possunt, & possunt 1
vendi, & legari, prout aliæ res propriæ, absque consensu domini fundi, & dominus tenetur præstare patientiam vtendi, & asportandi. Bald. *cons.134. lib.5.* † Extende; quia nedum arbores, 2
sed fodinas, salinam, & similia potest quis habere in fundo alieno *l. fundi. C. de metallar.* Afflict. *decis.321.n.15. & per tot.* † Extende; 3
quia generaliter inre seruitutis, quando competit ius ad rem suam, debet dari cuicunque. Vide, *Accessus ad rem suam. Concl.80.* ☞

Arbo-

Arborum incisio qualiter, & quibus prohibita. Concl. 481.

1 ARBORES † fructiferas, seu grandes, & germinales non potest succidere emphyteuta in re emphyteutica; quia deterioratur substantia rei, alias cadit ab emphyteusi, & potest expelli. Bald. *cons.* 290. *Vulgare est. n. 2. vers. modo sequitur. lib.* 2. Alex. *consil.*
2 118. *In casu, in prin. lib.* 5. † Amplia in colono, seu conductore; quia pariter non potest succidere arbores fructiferas, seu grandes & germinales, aliàs potest expelli. Bald. *d. cons.* 290. *nu.* 2. *vers. modo se-*
3 *quitur. lib.* 2. † Declara; nisi tales arbores sint in fructu, vt cædantur; quia possunt cædi, si non sunt ad alium fructum, & renascuntur. Alexand. *d. cons.* 118. *in prin.* vbi est casus. *lib.* 5. maxime *n.* 3. *& seq.*
4 † Amplia in marito; quia non potest succidere dictas arbores in re vxoris, Bald. *d. cons.* 290. *n.* 3. *lib.* 2. quia non sunt in fructu, sed in
5 proprietate, Alex. *d. cons.* 118. *in prim. l. b.* 5. † Amplia in vsufructuario; quia potest solum frondibus & fructibus vti & frui, nõ autem arbores succidere. Bald. *d. cons.* 290. *in fin. lib.* 2. Alex. *cons.* 118. *nu.* 4.
lib. 5. vbi apostil. *in ver. incidere.* citat Cæpol. *de seruit. rustic. cap.* 20. *de*
6 *montib.* † Limita; quia conductor syluarum potest incidere arbores grandes à laborerio, quando nõ sunt fructiferæ, & renascun-
7 tur. Alex. *d. cons.* 118. *In casu. num.* 3. *& seq. lib.* 5. † Extende maxime, quando verba locationis sunt vniuersalia, & geminata, prout quando locarunt omnes, & quascunq; syluas; quia non fit restrictio, quæ forte fieri potuisset. Alex. *d. cons.* 118. *n.* 4. *& seq. ver. secundo*
8 *probatur. lib.* 5. † Extende maxime, quando in locatione extat pactum, quod fabricando dominus non teneatur lignamina soluere conductoribus, Alex. *d. cons.* 118. *n.* 6. *ver. tertio probatur. lib.* 5. quia
9 pactum esset superfluum. † Limita in laboratoribus conductis à tertio ad incidendum ligna in alieno, tanquam in suo; quia si ignorarunt, excusantur, alias secus. Vide, *Laboratores excusantur, si inferant damnum, & quando secus. Concl.* 2.

Archidiaconus, & eius officium quod sit, & quibus præferatur. Concl. 482.

1 DIGNITATEM † habet Archidiaconus, quæ est quædam præeminentia ex administratione; quia saltem promouendos examinat, & alia promouenda exercet. Oldr. *cons.* 150. *n.* 3. *vers.*
2 *secundo est attendendum.* † Imo etiamsi non habeat præeminentiam administrationis iurisdictionis; adhuc tamen habet dignitatem; quia de iure communi tres sunt dignitates, vel tria nomina, quæ sonant in dignitatem, Archidiaconus, Archipresbyter, & Primicerius, & iste Archidiaconus præcellit omnes. Aret. *cons.* 23. *in prin.* vbi, quod Archidiaconus Parmæ habet dignitatem, licet non præsit iurisdictioni, & quod est dignitas prima post Episco-
3 pum; quia vices Episcopi tenet. † In feudum non potest dari Archidiaconatus, nec pro eo homagium præstari. *c. fin.* vbi Innoc. *de reg. iur.* licet pro eo debeat præstari sacramentum obedientiæ, &
4 fidelitatis. Oldr. *cons.* 283. *in fin.* † Archidiaconatus est dignitas in Cathedrali, quæ non est principalis, neque Collegiata; quia Episcopus habet principalem dignitatem. Gemin. *cons.* 131. *ver. expres-*
5 *sit de decanatu. n.* 5. Franc. Aretin. *cons.* 23. *in prin.* † Tamen maior est dignitas in Cathedrali post Episcopalem de iure communi; ideo est maior Archidiaconus Præposito in Cathedrali. Bald. *cons.* 387.
Archidiaconus habet. lib. 1. qui loquitur de Archidiacono Augustan. allegat text. *in c. perlectis.* 25. *distinct.* Aretin. *cons.* 23. *in prin.* vbi, quod maior est Archipresbytero, & loquitur in Parmensi, *nu.* 2. Abb.
cons. 21. *Viso dubio, in fin. lib.* 1. vbi, quod est maior post officiales Episcopi. Dec. *cons.* 420. *Quæritur.* vbi, quod est maior Archipresby-
6 tero, & aliis, & loquitur in Archidiacono Florentiæ. † Barbat. *cons.* 5. *lib.* 2. dicit idem, quod Archidiaconus sit dignior Archipresbytero, & Primicerio, in voce, in loco, in administratione, &
7 aliis, & loquitur in Parmensi. † Amplia; quia licet Archipresbyter sit Vicarius Episcopi, & in spiritualibus vices Episcopi obtineat; tamen subest Archidiacono respectu iurisdictionis. Bald.
8 *cons.* 161. *Casus. super quo, n.* 11. *ver. item d. to, quod dictus. lib.* 2. † Et quod Archidiaconi, Archipresbyteri, & Decani Capitulorum Cathedralium habeant ex consuetudine quandam iurisdictionem sub
9 Episcopo. Ægid. Bellam. *cons.* 20. *in prin.* † Amplia; quia Archidiaconus dicitur Vicarius Episcopi quoad quædam, & habet iurisdictionem; non tamen contentiosam, de qua *in c. ad hæc.* §. *in quadam, de offic. Archidiac.* quæ tamen Abb. *cons.* 21. *in prin. lib.* 1. dicit esse de consuetudine. Rom. *cons.* 371. *In proposita. nu.* 4. vbi, quod secun-
* dum * communem intellectum d. text. Archidiaconus non habet iurisdictionem in criminalibus, neque in ciuilibus arduis, sed tantum in ciuilibus exigui valoris, remittens se ad dictum text. † Extende; quia mortuo, vel absente Episcopo, Archidiaco- 10
nus est Vicarius Episcopi, & habet custodiam Sacramentorum, non autem Archipresbyter, qui licet ipse habeat curam animarum; tamen Archidiaconus primus est, & præfertur in custodia, & iurisdictione, & Archipresbyter illi subiicitur, & obedire tenetur. *cap.* 1. *& cap. ad hæc. de offic. Archid. & cap.* 1. *de offic. Archipresbyt.* vbi patet, quod circa curam iurisdictionalem, circa correctionem, approbationem personarum, institutionem, & similia, ipse Archidiaconus est Vicarius Episcopi, præest omnibus; circa vero curam animarum, & ea, quæ respiciunt curam, & super Presbyteros ministros curæ, Archipresbyter est Vicarius Episcopi, & vide plene Deci. *consil.* 420. *Quæritur*, vbi, quod in absentia Episcopi, custodia Sacramentorum est Archidiaconi, non Archipresbyteri. † Amplia; quia Archidiaconus in tantum Sede vacante, 11
repræsentat Episcopum, quod tunc in omnibus præcipit Archipresbytero, quasi alia persona. Gemin. *in c. pen. de offic. Legat. in* 6. *num.* 6. † Amplia; quia Archidiaconus licet sit minor Archipres- 12
bytero in ordine; tamen maior est in administratione, & quoad iurisdictionalia, & administrationem præcellit, & illi Archipresbyter subest, *c.* 1. *de offic. Archipresbyt.* vbi gloss. & omnes * Doctor. *
Rota *in nou. decis.* 4. *de el. ct. colum.* 2. vbi, quod loco Archidiaconi succedit Præpositus, loco Archipresbyteri succedit Decanus.
† Extende; quia Archidiaconus est maior Archipresbytero, & 13
illum præcedit in loco, in voce, in iurisdictione, & aliis, quæ ei competunt ratione dignitatis, excepta celebratione Missæ, extra eam vero illum præcedit quoad omnia. Barbat. *consil.* 5. *num.* 18.
lib. 2. † Rationem assignat multiplicem Cardin. Zabarell. *in clem.* 14
1. *de præben. in* 7. *quæst. num.* 6. quia licet cura animæ sit dignior cura temporalium, sicut anima dignior corpore; tamen cura temporalis, & administratio est superior; quia ab ea pendet cura fori animæ; & quia exercentes administrationem temporalem magis adhærent Papæ; ideo Cardinales, qui maius officium & administrationem temporalem cum Papa habent, præcedunt Episcopum maiorem ordine; sic Archidiaconus præcedit Archipresbyterum hac ratione, plura similia tradit Deci. *c. sane. de offic. delegat. num.* 16. *& seq. in* 3. *not.* Felin. *in rubr. de maior. & obedien. nu.* 9.
† Extende igitur, vt procedat; quia imo etiam dicitur maior or- 15
dine, si ipse Archidiaconus esset in ordine Presbyteratus per accidens; quia tunc potest ipse, si velit, etiam cantare Missam solemnem, quæ spectat ad Archipresbyterum ratione ordinis; quia hoc est, eo quod Archidiaconus de sui natura non est Presbyter, ita Hostiens. *in d. cap.* 1. *de offic. Archipresbyt.* quem ibi sequuntur Ioan. Andr. Anchar. Anton. de Butr. Zabarell. Abb. & Ioan. de Anan. Bero. *consil.* 22. *num.* 31. *lib.* 1. & ita fuit resolutum ab Illustrissimis, & Reuerendiss. Dd. Cardd. Congregationis Sacrorum rituum de anno 1600. pro Archidiacono Regien. contra Archipresbyt. eiusdem Ecclesiæ. † Et loquitur Hostiens. & alii, quan- 16
do est Presbyter ex voluntate; quia non compellitur effici Sacerdos Archidiaconus, *c. gesta.* 74. *distinct.* † Extende; quia Ar- 17
chidiaconus præcedit Archipresbyterum in ceremonialibus, quæ conueniunt ordini, & statui suo; quia licet Archipresbyter exerceat curam super omnes Presbyteros; tamen illud est, vt minister, vt *in d. cap.* 1. *de offic. Archipresbyteri, in ver. ad eius ministe-*
rium. ita Barbat. *consil.* 5. *Processu. num.* 8. *lib.* 2. † Amplia; quia or- 18
dinari licet debeat Archidiaconus; tamen cum sit dignitas de iure antiquo, non incurrit pœnam *c. licet canon. de elect. in* 6. si non ordinetur, nisi præcedente monitione, & requiritur priuatio per sententiam. Gemin. *consil.* 131. *num.* 5. *ver. expreßit de Decanatu.*
† Contrarium hodie est de iure nouissimo ex Concilio Con- 19
stantiensi, sub Martino V. vt per Gemin. *d. consil.* 131. *per tot.* & maxime *num.* 5. *versic. vnde voluit Papa* † Limita; quia licet Archidia- 20
conus in quibusdam sit Vicarius Episcopi, & habeat iurisdictionem; non tamen facit idem consistorium, vel tribunal cum Episcopo, sed subest Vicario generali Episcopi. Abb. plene *consil.* 21.
Viso dubio, per totum, lib. 1. † Extende; quia Archidiaconus non 21
potest velle præcedere Vicarium Episcopi etiam ex consuetudine; quia esset abusiua, & stulta. Felin. *in rubric. de maior. & obedient. num.* 10. *in fin.* † Limita, nisi consuetudo sit in contrarium. 22
Hostiens. & alii *in d. cap.* 1. *de offic. Archipresbyt.* † Et maxime in ci- 23
uitate Paduæ Archipresbyter præcedit Archidiaconum ex antiqua consuetudine, & ex statuto Capituli, *super quibus.* Alexand.
consil. 142. *Viso processu, lib.* 6. vbi, quod Archipresbyter installat Abbatissas exemptas, & beneficiatos in Ciuitate, Archidiaconus beneficiatos extra Ciuitatem, & *num.* 4. dicit, quod isto casu attenditur effectus, non nomen dignitatis, quia Archipresbyter in his, in quibus præcedit Archidiaconum in administratione, potest dici Archidiaconus. † Declara; quia 24
con-

consuetudo ista contra ius Canonicum debet esse præscripta per 40.annos,alias non releuat.Barbat.*d.cons.5.n.6.ver.præmitto etiam. lib.2.*& ita Corn.*cons.155.col.pen.lib.*4.Bart.*cons.136.lib.*1. Crauet.*de antiquit.temp.*§ 1.*in* 4.*part.n.*7. vbi *num.*12.*& seq.*reprobat Aretin.
25 *cons.*23. † Imo tempus vacantis dignitatis deduci debet.Alexand.
26 *cons.*142.*nu.*6.*lib.*6. † Vide Alex.*cons.*142.*Viso processu.nu.*7.*vers.plus dixit.lib.*6. vbi, quod si probatur consuetudo præscripta decem annorum, præsumitur, quod sit præscripta per maius tempus, li-
27 cet aposti.ibi dicat esse falsum. † Declarat etiam Aret.*d.consil.*23. *n.*11.*vers.restat igitur.* vbi, quod hæc est consuetudo, quando est vniuersalis,& 10.annis præscribitur, secus si esset singularis; quia tunc 40.anni requiruntur,sed,vt supra,Crauet.*de antiquit.tempor.*
28 *in* 4.*part.*§.1.*n.*12.*& seq.*reprobat Aret. † Limita in multis Ecclesiis; quia de consuetudine Archipresbyteri dicitur maior dignitas, quam sit Archidiaconi, vt in Ecclesia Paduana, Alex.*d.consil.* 142.*n.*4.*lib.*6.vbi,quod isto casu Archipresbyter censetur Archi-
29 diaconus.† Idem est in Ecclesia Taurinensi. Gemin.*in c.pen.nu.*6.
30 *de off.Legat.lib.*6. † Parisiensis Archidiaconus nullam habet administrationem;tamen est dignitas.Prob.*in addit.ad Ioan.Monach.*
31 *in rubr.de præbend.in* 6.*nu.*15.*& seq.* † Declara;quia Archidiaconus potest esse sine præbenda;quia hoc non est prohibitum. Oldrad. *consil.*150. *In Ecclesia Valentina.vers.circa primum*, ibi, *præterea nullum*
32 *credo.* † Et officium Archidiaconi est potius de consuetudine, & eius iurisdictio;quam de iure communi. Alex.*d.cons.*142.*Viso pro-*
* *cessu.num.*5.*vers.secundo principaliter.lib.*6. allegat glossl.& * Doct.*in c.*2.*de excess.Prælat.*

Archiepiscopus potest multa in diœcesi sui suffraganei,& quæ non. Concl.483.

1 ARCHIEPISCOPVS † in diœcesi sui Episcopi potest ex negligentia Prælatorum cognoscere de causis subditorum Episcopi, vt not.*in c.pastoralis.*1.*respons.de off.ordin.* Feder.de Sen.te-
2 net hanc partem,*cons.*158.*ver.ad secundum.* † Limita;quia Archiepiscopus non potest authorizare vnionem factam per Episcopum suum suffragan.cum Capitulo,sed requiritur authoritas Papæ;quia istud non est de reseruatis Metropolitano. Oldrad.*consil.* 262.*In quæstione,n.*4.*vers.præterea dictæ vniones.*

Archimia (*alias vulgo* Alchimia) non est ars prohibita. Concl.484.

1 ARCHIMISTA † non peccat,nec archimia est ars prohibita; imo laudabilis,dummodo non fiat artibus magicis. Oldrad.*cons.*74.*An Archimista.*vbi videtur comprobare,quod sit ars, quæ naturam imitatur,& ex qua omnia metalla ex sulphure & argento viuo producuntur, quod per artem fieri possit commutatio metallorum, vt stannum fiat aurum.

Archipresbyter, & eius officium quod sit, & quibus præferatur. Concl.485.

1 ARCHIPRESBYTER † dicitur Vicarius Episcopi, & eidem omnes de Diœcesi possunt confiteri absque alia parochorum licentia.Oldr.*cons.*230.*n.*2.*in fin.ver.quarta ratio*, per text.
2 *in cap.fin. de offic.Archipresb.* † Declara;quia Archipresbyter dicitur Vicarius Episcopi in spiritualibus, & illius pœnitentiarius, & in diuinis gerit vices Episcopi;non tamen in iurisdictionalibus;quia subest Archidiacono. Bald.*cons.*161.*Casus super quo.nu.*11.*vers.item*
3 *dato.quod dictus.lib.*2. † Extende; quia dignitatem habet Archipresbyter, & in Cathedrali habet Prælaturam, & præeminentiam.Feder.de Sen.*cons.*80.*n.*2.*vers.considerantur ergo.* Aret.*cons.*23. *nu.*4.vbi, quod iure communi Archidiaconus & Archipresbyter
4 habent dignitatem & etiam Primicerius. † Non tamen potest Archipresbyter (licet sit Vicarius in spiritualibus) recipere cau-
5 tionem ab vsurario. Bald.*d.cons.*161.*n.*11.*lib.*2. † Amplia;quia habent Archipresbyteri, & Decani Capitulorum iurisdictionem ex consuetudine sub Episcopo circa aliqua,Ægid.Bellam.*cons.*20.
6 *in pr.* † Non autem habet Archipresbyter contentiosam iurisdictionem de iure communi; & ideo non potest procedere contra Canonicum, vel alium delinquentem, nisi habeat talem iurisdictionem ex priuilegio, vel consuetudine, aut præscriptione, & præscriptio,vt procedat, requirit titulum coloratum, & sic bonam fidem cum spatio 40.annorum, & sine titulo requiritur tempus immemorabile. Abb.*consil.*25.*Attingam ista, in pr.lib.*1.& 7 loquitur in Archipresbytero Perusino. † Amplia in Archipresbytero Collegiatæ Ecclesiæ; quia cum sit ibi Collegium, dicitur habere dignitatem;quia omnis Ecclesia habens Collegium,dicitur dignitas.Bald.*cons.*1.*in fin.lib.*1.Feder.*d.cons.*80.*nu.*2.*ver.considerantur ergo.* † Archipresbyter vero Collegiatæ habens sub se Ca- 8
nonicos, habet authoritatem excommunicandi, ex quo est in plena administratione. Bald.*consil.*124. *Archipresbyter habens. lib.*1.
† Extende in omnibus Prælatis, qui sunt in possessione Præla- 9
turæ;quia dicuntur iudices ordinarii. Bald.*d.cons.*124.*in princip.lib.*1.
† Declara, vt licet Prælati habeant iurisdictionem in subditos, 10
(prout Archipresbyter) tamen non possunt extra territorium iurisdictionem contentiosam exercere, sed tantum voluntariam. Bald.*d.cons.*124.*lib.*1.*in pr.* † Limita; quia Archipresbyteri rurales 11
an habeant dignitatem,quando non habent Ecclesiam Collegiatam,sed solum habent sub se Capellas. Feder.de Sen.*d.cons.*80.*per tot.*tenet,quod non,& quod omnis dispositio loquens de plebanis, Archipresbyteris,& Præpositis, quod prohibeantur studere physicæ,vel legibus,ad textum *in c.*1.*ne Cleric.vel Monach.lib.*6. intelligatur de habentibus Collegium, vel prærogatiuam in Cathedrali;quia alii non sunt in dignitate. † Contrarium tenet Franc. 12
*in d.c.*1.*ne cleric.vel monach.lib.*6.*in prin.n.*6. vbi,quod si habet duas Capellas sub se perpetuas,dicuntur habere dignitatem. Feder.de Sen.*cons.*86.*n.*2.*vers.sed modo insurgit.*vbi dicit * communem, Ca- *
strens.*cons.*156.*n.*4.*lib.*1.vbi dicit hoc maxime in Tuscia, & reddit rationem; quia Archipresbyteri rurales sunt vt plebani, & plebani habent dignitatem. † Declara;quia Archipresbyteri,Plebani, 13
Priores, & alii rurales, si non habent Collegium, Conuentum, vel Capellas, nec prærogatiuam in Cathedrali, vel præeminentiam in Collegiata, non dicuntur habere dignitatem. Feder.de Sen.*d.cons.*86.*nu.*1.*in fin.ver.sed contra videtur. & cons.*132.*in fin.ver. nec obstat.*

Archiuium publicum & eius scripturæ quando probent. Concl.486.

ARCHIVIVM † publicum retentum sub fida custodia, & 1
scripturæ in eo conseruatæ probant, quando sunt subscriptæ ab illo,qui ex publico habet custodiam archiuii. Gemin.*cons.*82.*n.* 5.*vers.sed ad hoc respondetur.* qui loquitur de libro registri supplicationum Apostolicarum. † Et liber Cleri, in quo sunt descriptæ 2
omnes Ecclesiæ,& census Ecclesiarum, probat, quando est repertus in archiuio publico. Gemin.*cons*117.*in prin.n.*2.*ver.item per libros.* † Extende, vt idem sit in scriptura solutionis census, quæ 3
probat contra eum,qui passus est describi,& præsumitur scribens recepisse pro absente;idem est,si est in archiuio conseruata. Bald. *cons.*152.*Huic scripturæ.lib.*4. † Et magna est præsumptio pro scri- 4
pturis archiuii publici. Bald.*cons.*161.*Proponitur,quod per Commune, circa fin.n.*3.*ver.multum enim præsumitur.lib.*3. † Amplia; quia scri- 5
pturæ bene custoditæ in archiuio publico, etiamsi non sint publicæ; tamen probant, dummodo archiuium bene sit custoditum. Ang.*cons.*140.*Quidam Matthæus.* Alex.*cons.*243.*Ponderatis his. n.*3.*vers.sed ita est.lib.*6. † Amplia; quia scripturæ archiuii publici 6
probant in loco,& territorio archiuii, extra territorium vero an probent,est controuersia. Crauet.*de antiquit.temp.part.*1.*sect.Viso, num.*9 *ver.quarto limitatur.* † Restringe primo;quod non probent 7
scripturæ archiuii publici Ciuitatis Regii contra non subditos vigore statuti,quod credatur scripturis archiuii, tenet plene Alexand.*consil.*16.*In causa & lite. num.*4.*& seq.vers.secundo principaliter. lib.*5. † Restringe secundo; quia scriptura archiuii publici habens 8
fidem publicam vigore statuti non se extendit nedum extra territorium,neque contra non subditum,sed neque,quando disputatur,an res sit in territorio, vel is, contra quem producitur, sit subditus,vel non; quia tunc non habet locum, maxime ad commodum communitatis. Alexand.*consil.*16.*num.*5.*& seq. versic.quia respondeo.lib.*5. † Restringe similiter,vt per Alexand.*consil.*23.*Viso* 9
*processu.nu.*6.*ver.præterea etiam.lib.*5. quod scripturæ archiuii Ciuitatis Arimini non probant Cæsenæ, & sic extra territorium, neque contra Foroliuienses,qui non sunt de iurisdictione. † Decla- 10
ra; quia multum fidei tribuit conseruatio in archiuio publico scripturæ antiquæ,etiam extra territorium.Crauet.*cons.*274.*n.*6. Olasch.*decis.Pedemont.*69.*num.*6. † Declara restrictiones, vt pro- 11
cedant quoad fidem, quæ imponitur de iure municipali; quia extra territorium non extenditur; secus si de iure communi adhibetur fides; quia scripturæ conseruatæ sunt publicæ, & non agitur de commodo Ciuitatis, cuius est archiuium, apostill.ad Alexand.*consil.*16.*num.*3.*in ver.extra.lib.*5. † Amplia;quia scriptura ar- 12
chiuii publici probat,vt publicum instrumentum. *authent.ad hoc. C. de fid.instrument. cap. ad audientiam. de præscript.* per quæ iura ita scribit Roman.*consil*319. *In causa Ioannis.* † Extende in libro regi- 13

stri

ſtri conſeruato in archiuio publico; quia plene probat pro producente. Roman. *conſ.165. Liber regiſtr. per tot.* vbi apoſtil. dat con-
14 cord. † Amplia; quia maxime probat ſcriptura etiam priuata in archiuio, vel etiam nummularii, vel alterius, quando eſt conſuetudo in loco, quod probet. Alex. *d. conſ.245. Ponderatis, in fin. lib.6.*
15 † Amplia; quia in tantum probat ſcriptura ſumpta ex archiuio publico, vt ſicuti inſtrumentum publicum præfertur ſcripturæ priuatæ, & probationi per teſtes; ita etiam ſcriptura archiuii pu-
16 blici. Rom. plene *conſ.319. In cauſa Ioannis.* vbi apoſtil. † Extende, vt procedat, etiamſi ſcriptura archiuii habeat contrariam ſcripturam Theſaurarii, cuius Theſaurarii ſcripturis adhibetur fides; quia reſtringitur fides Theſaurarii ad ſcripturas ratione Theſaurariæ, non priuatorum. Iaſ. *in l. age cum Geminiano. n.5. C. de tranſact.* Felin. *in c. cum ordinem, poſt n.6. verſ. & dicit Ludou. de reſcript.* Marſil. *ſing.560. Habemus*, quos citat apoſt. prima ad conſil. Rom. *d. conſil.* 319. & eos in hoc reprobat; quia illud conſilium, ſuper quo ſe fundat, hoc non dicit, quod ſtatutum daret fidem ſcripturæ The-
17 ſaurarii. † Extende, vt procedat etiam contra Fiſcum, vt per Rom. *d. conſ.319.* vbi in fin. dicit, quod ibi agebatur de probatione cõtra
18 ius Fiſci. † Limita; quia ſcriptura archiuii Principis non probat contra nõ ſubditos ipſius, maxime pro Principe, & quando non conſtat, quo tempore fuerit repoſita; quia potuiſſet reponi tempore litis pendentis. Put *deciſ.451. lib.2.* & Purpur. *in authen. ſi quis*
19 *in aliquo. n.31. C. de eden.* † Limita; quia ad hoc, vt ſcriptura archiuii probet, requiritur, quod Notarius, cuius ſcriptura eſt in archiuio, ſit mortuus, vel in longinquis partibus, & quod eadem ſcriptura non ſit alibi, niſi in archiuio. Ang. Aret. *conſ.89. Pro deciſione. n.6. & ſeq.* vbi loquitur in archiuio Regii forſan; quia ſtatutum ſic diſponebat, & quod eſſet ſoluta gabella intra annum, & idem di-
20 cit Alex. *conſ.16. In cauſa & lite. n.28. ver. reſpondetur etiam. lib.5.* † Citatio an ſit neceſſaria, quando ſcriptura ex archiuio exemplatur, vt probet, vide plene Card. Zabar. *conſ.72. num.5. & ſeq. verſ. ad tertium*, vbi pro vtraque parte allegat, & tandem tenet requiri citationem, prout, quando alius Notarius, qui nõ eſt rogatus, exemplauit, & dicit hanc partem tutiorem, & minus nociuam, *num.7.*
21 *verſ. & licet hic articulus.* † Reſtringe, quando in deputatione officialis ad ſcripturas archiuii fuiſſet factum proclama generale contra omnes, vel etiam ſine proclamate inter eos de loco, etiamſi producantur ſcripturæ archiuii in alieno foro; quia ſicut conſuetudo poteſt facere authenticam ſcripturam, ita ſtatur or-
☞ dinamentis loci. Vide plenius, *Tranſſumptum ſcripturæ quando probet, vel non. Concluſ.372.* Vide Ant. Gabr. *lib.1. concl.5. Scriptura informis in archiuio reperta an faciat fidem.*

Arreſtum carceri æquiparatur, & qui poſſint arreſtari. Concl. 487.

1 ARRESTVM † æquiparatur in hoc carceri; quia frangens arreſtum æquiparatur frangenti carcerem. Oldr. *conſ.65. in pr.*
2 † Quando autem poſſit fieri arreſtum, ſeu recommendatio carcerato, vel non. Bald. *conſil.90. Quæritur, an captus. lib.5.* vbi late diſtinguit plures caſus. Vide, *Carceratus quando poſſit arreſtari. Concl.*
3 *83.* † Regulam facias, quod ſuſpectus de fuga nulliter captus, non poteſt arreſtari, ſed debet ſtatim relaxari. text. eſt *in l. final. §. nullo tempore. ff. de liber. hom. exhib.* per quem text. ita, & per plura alia tenet Roman. *conſ.320. n.5.* vbi allegat etiam Bartol. qui hoc dicit in
4 *quæſt.6. Lapus fuit captus*, plurimos citat Rota *in nouiſſ. part.2. deciſ.* 151. *n.3.* plene Alex. *conſ.241. Perſpectis ſtatutis, in fin. lib.6.* † Declarat Bart. *d. quæſt.6. Lapus. verſ. ſolutio.* quia ſi eſt iniuſte, & nulliter captus ex parte Iudicis, vt quia extra territorium, vel in Eccleſia, vel in loco, & tempore prohibitis; & tunc debet priſtinæ libertati reſtitui; aut iniuſte, & nulliter reſpectu partis, vt quia pars erat ſatisfacta, ſed de ſatisfactione non conſtitit Iudici, ſed de credito; & tunc licet pars ſit in dolo ſimplici; tamen non egreditur dolus perſonam doloſi, & poteſt arreſtari ab alio, qui nõ venit ex prima captura, ſed ex iure ſuo, & hoc maxime, ſi vis compulſiua fuit ex conſenſu capti, qui præſtitit fideiuſſionem, approbata expreſſe,
5 vel tacite; ſecus ſi vis eſſet mere ſpoliatiua libertatis. † Aliter declarat Alex. *conſ.159. Circa primum. n.8. ver. alia ratione. lib.2.* vbi di-
* cit ex mente Bart. *d. quæſt.6. Lapus.* quod communis * eſt opinio, quod ſi captura non eſt legitima interueniente defectu iudicis, vt quia iudici conſtitit, non eſſe capiendum; & tunc non poteſt
6 arreſtari, alias ſi iudici non conſtitit, poteſt arreſtari. † Extende; quia captus fideiuſſor, non facta diſcuſſione principalis, debet relaxari, & non poteſt arreſtari ex alia cauſa; quia nulliter captus eſt, ex quo conſtitit iudici, quod tanquam fideiuſſor capiebatur, non facta diſcuſſione. Alex. *d. conſ.159. num.8. & ſeq. lib.2.* vbi apoſt. *in ver. excuſſione.* citat concord. ſed dicit non ſeruari de conſuetudine in obligato ex contractu. † Extende; quia captus die feriata in ho- 7
norem Dei non poteſt arreſtari; quia licet captura ſuſpecti de fuga poſſit fieri die feriata in honorem Dei, non tamen poteſt arreſtari die feriata in honorem Dei; quia cum ſit captus, fugere non poteſt; & quia ſi relaxetur die feriata in honorem Dei, poterit tanquam ſuſpectus de fuga capi, ſed non arreſtari. Alex. *d. conſ.159. n.7. verſ. quantum vero ad ſ. cundum. lib.2.*

Aretina Ciuitas, & eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concl. 488.

FLORENTINI † ſudoribus & laboribus acquiſiuerunt Aretinam Ciuitatem ſub ſuo dominio temporali. Angel. de Peruſ. *conſil.15. Quæcunq; diximus, in fin.* † Et ideo dicitur effecta Ci- 2
uitas de territorio Florentiæ vna cum Ciuitate Piſtorii; quia poſſunt terreri à Florentinis. Ruin. *conſil.1 num.2. in fin. lib.4.* allegat Ioan. Andr. *in cap. vt animarum. § ſtatutum, de conſtit. in 6.* † Vide 3
Socin. *conſil.7. Nunc quæſitorum lib.1.* vbi quod dicitur recommendata Ciuitati Florentiæ, non ſuppoſita, licet conſignauerit arcem cum poteſtate ædificandi alia fortalitia, ſequitur Bartolus Socin. *conſil.74. num.8.* † Priores habet Ciuitas Aretina; quia in aliqui- 4
bus præſunt Confraternitati Piæ, ſed tamen ipſa Confraternitas non ſubiacet Prioribus, neque adminiſtratoribus Ciuitatis, niſi circa aliqua. Deci. *conſil.72. Viſo puncto. per tot.* vbi, quod legata facta huic Confraternitati; dicuntur ad piam cauſam; ſecus ſi ſint facta Reipublicæ. † Poteſtas Aretii habet ſuum locumtenen- 5
tem, qui pendet à Poteſtate, ſicut riuulus à fonte, & licet locumtenens ſit, qui dat ſententias; tamen Poteſtas poteſt in cauſis etiam coram locumtenente pendentibus, ipſo locumtenente impedito, pronuntiare, & cauſæ cognitio adhibita per ipſum locumtenentem ſeruit pro Poteſtate. Angel. Aretin. *conſil.34. num.* 18. *& ſeq. verſic. nunc reſtat.* † Caſtrum Trignandæ eſt de Diœceſi 6
Aretii, & Communitas habet ius patronatus ad plebem dicti loci conceſſam à Martino Papa V. ideo Eccleſia non debetur expectantibus. Abb. *conſil.28. In cauſa. lib.2.* † Statutum eſt Aretii, 7
quod decedenti ab inteſtato ſuccedant agnati proximiores, excluſa matre, & fœminis, de quo Roman. *conſil.4. Sententiam præfati.* vbi, quod verificatur, & habet locum etiam in impubere, qui licet non poſſit teſtari; tamen dicitur inteſtatus decedere, & quod eſt fauorabile propter conſeruationem familiarum, vbi plena apoſtil. docet hanc communem, & magis * communem. *
† Item, quod vinum forenſe non poſſit portari in territorio Are- 8
tino ſub certa pœna, ſuper quo Bald. *conſil.275. Factum tale eſt, Nutus. lib.1.* vbi, quod tale ſtatutum fuit reformatum, & ex conſuetudine interpretatiua abrogatum. † Item, quod delinquentes 9
poſſint inquiri, vbicunq; commiſſum fuerit delictum, quod ſtatutum valet, & operatur, quod habitans Aretii, ſi commiſit homicidium extra territorium, poteſt puniri ſecundum ſtatuta loci delicti. Bald. *conſ.393. Punctus talis. lib.1. in fin.* † Item, quod mater, 10
vel aliquis aſcendens per lineam maternam ad ſucceſſionem filii, vel filiæ, ſeu decedentium ab inteſtato non admittantur, exiſtente fratre, vel ſorore defuncti, vel filiis ipſorum, vel patruo, vel fratribus patruelibus, ſeu fratre patruele defuncti, quod ſtatutum habet locum, etiamſi extet ſoror patruelis, videlicet filia patrui defuncti, propter aliud ſtatutum, quod maſculinum concipiat fœmininum, ſi congrue poteſt aptari. Bald. *conſil.47. Factum tale. lib.5.* vbi eſt duplex conſilium. † Statum Aretii requirit binam 11
citationem, vt actus præiudicialis fiat, puta, quod detur tenura contra contumacem; ideo tenuta data ex vnica citatione, eſt nulla. Io. de Imol. *conſil.110. In cauſa, quæ vertitur, in princip.* † Et tale 12
ſtatutum admittit cognitionem exceptionum ſuper prioritate creditorum; imo ſi data eſt tenuta vni creditori, & alter obtineat, pendente prima tenuta, ſibi dari eandem tenutam, non dicitur nulla ſecunda, non citato primo poſſidente tenutario, ſed cognoſcitur de prioritate, ne ſtatutum corrigat ius commune. Ioan. de Imol. *d. conſil.110. num.6.* † Contrarium in ſimili ſtatuto 13
Florentino conſuluit Ancharan. *conſil.92. in princip.* quod ſecunda tenuta ſit nulla, non citato primo tenutario poſſidente. † Ca- 14
ptura ſuſpecti de fuga poteſt fieri eo non citato, neque facta narratione, quod ſit ſuſpectus ſecundum ſtatutum circa hoc, de quo late Caſtrenſ. *conſil.473.* quod eſt *penult. lib.1.* vbi diuiditur ſtatutum, & datur interpretatio. † Statutum Aretii circa compro- 15
miſſa, quod minores ad euitandum litis diſpendia compromittere compellantur, & non poſſint appellare, reclamare, de nullitate dicere, neq; reductionem petere; non habet locum, quando

minor

minor est læsus magna læsione, & incontinenti potest docere; quia alias esset iniquum; & quia statutum est odiosum; quia est contra ius, & magis odiosum esset, quando contra minorem extenderetur, ad cuius fauorem emanauit; ideo licet tollatur remedium iuris in vno, vt non reclamet; tamen non tollitur in alio, vt læsus non restituatur. Abb. plene *cons.* 31. *Circa primum lib. 2. per tot.* vbi pulchre loquitur, vbi, quod magna dicitur læsio, licet habeat regressum de euictione; quia interest minoris, ne sumptibus litium vexetur, & quia si modica læsio esset, non emanasset, *au. h.n. hoc si debitor. C. de pign.* † Contrarium in eodem casu consuluit Abb. *cons.* 29. *In quæstione præsenti. eod. lib.* 2. vbi, quod non competit restitutio; quia modica est læsio, & ex quo habet regressum de euictione; & quia iuste fuit condemnatus; & quia licet non sit facta excussio, hoc non inducit nullitatem sententiæ, etiam si sit opposita exceptio, nisi etiam appellet ab vlteriori processu. † Appellari non potest à sententia Prætoris Aretii, neque supplicari, nisi intra decem dies. Angel. Aret. *cons.* 34. *Pro decisione. nu.* 13. *& seq. vers. sed tamen hu non obstant. bus.* † Et duæ sententiæ conformes faciunt rem iudicatam, ita quod non possint Excellentissimi Priores Florentiæ de ordinaria authoritate eam retractare. Ang. Aret. *d. cons.* 34. *n.* 16. *vers. se. undo quia.* † Statutum, quod minor 25. annorum non possit se obligare sine consensu coniuncti maioris 25. annorum, alias obligatio sit nulla, habet locum, si minor agens ad nullitatem probat, quod habebat coniunctum talem, & quod poterat interuenire, alias non. Castrens. *consil.* 124. *In causa, quæ v. rtitur, in prin. & ver. secundò videndum. lib.* 1. † Statutum Aretii, quod Potestas Aretii possit legitimare quemlibet non legitimum, non extantibus filiis vel nepotibus legitimis & naturalibus, non loquitur de spuriis; quia non valet statutum, ex quo legitimatio spuriorum est reseruata supremo Principi; ideo facta non valet. Bartol. *consil.* 105. *Factum proponitur*, quod est Bartoli, & *consil.* 106. *Viso puncto*, quod est Baldi, *lib.* 2. vbi, quod huiusmodi statutum est nullum; quia neque Princeps posset per viam legis hoc facere, licet possit legitimare spurios. Vide, *Statutum circa spurios. Concluſ.* 655.

Argentæ terræ statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 489.

IN † terra Argentæ districtus Ferrariæ est datium super pellibus animalium, & tenentur in vim statutorum caligarii denuntiare omnes pelles die 2. Aprilis, alias incidunt in pœnam, si non denuntiant; sed tamen dicta statuta à consuetudine interpretationem sumpserunt, quod Datiarius tenetur ire ad apothecas caligariorum, & describi facere pelles, & compellere ad solutionem datii. Alexand. *consil.* 172. *Visis, & opportune. lib.* 2. *per tot.* vbi consilio decisiuo reuocandam esse consuluit sententiam condemnatoriam latam contra caligarium quendam; quia non fuit in mora.

Arguere licet ab authoritate insignium virorum. Concl. 490.

ARGVMENTVM † valet ab authoritate Aristotelis, vel alterius magni viri. *l. si pater. ff. de solutio. l. septimo mense. ff. de stat. homin.* Bart. in sua *quæst.* 7. incip. *Mulier habens. vers. contra quod in princ.*

† Limita, quando authoritas magnorum virorum, prout Aristotelis, & similium, est contra legem; quia non attenditur. Bartol. *d. q.* 7. *Mulier habens in solutione. num.* 2. *in fin. ver. & sic non curo de authoritate Aristotelis.*

Argumentum concludens ab omni parte quando valeat. Concl. 491.

QVANDO † argumentum concludit ab omni parte contra eum, qui agit, excludit absque alia declaratione, puta, si fœmina petat diuisionem bonorum, quæ negantur esse communia petentis, excluditur ea à iudicio diuisionis; quia si petat tanquam feudalia, fœmina non succedit; si tanquam allodialia, debet prius probare proprietatem. Castrens. *consil.* 179. *In causa, quam magnificus. num.* 6. *vers. super tertio. lib.* 1. vbi pulchre. † Extende, vt procedat, etiamsi in quolibet intellectu non arguat eandem qualitatem, seu probationem eiusdem qualitatis, vt quia in vno concludat præsumptiue, in alio concludat vere; cum vtraque probatio sufficiat. Castrens. *d. consil.* 179. *In causa quam. num* 6. *in* 3. *dub. lib.* 1. Aret. *in l. eum qui duobus, in fin. prin. ff. de acquir. hæred.* Angel. *cons.* 183. *Ex themate*, quod est inter consil. Anchar. *consil.* 203. † Amplia in probatione; quia licet incerta probatio non reluet probantem, maxime in criminalibus; tamen fallit, quando argumentum & probatio concludit omnimodo, puta, si testes concludunt, quod Titius interfecit Mæuium, siue cum gladio, siue cum clauo; quia non dicitur incerta probatio, cum concludat ab omni parte. Marsil. *singul.* 206. *In certitudo regulariter. per tot.* vbi multa allegat.

† Extende, vt idem sit multo magis in ciuilibus; quia licet probatio dubia non reluet; tamen, quando est verificabilis, & conclusiua in quolibet intellectu probare debentis, prodest probanti, vt pro eo possit ferri sententia. Alex. *cons.* 186. *Viso processu. num.* 3. *ver. & notabiliter traditur. lib.* 7. vbi plena apostil. *in ver. quolibet*, dat plurimos concordant. † Extende, quia probatio alternatiua, quæ concludit ab omni parte, sufficit ad victoriam. Castr. *consil.* 445. *In causa, quæ vertitur, lib.* 1. *num.* 3. *ver. item notandum.* Cardin. Alexand. *in cap. per tuas. in* 8. *not. qui fil. sint legit.* Vide, *Testis dictum dubium qualiter interpretandum. Concluſ.* 268. Vide, *Probatio debet de necessitate concludere. Concluſ.* 765. † Amplia, quia hæres ex duplici testamento potest iuuari hoc argumento; si impugnatur primum reuocatum per secundum; ergo habet ex secundo, si replicatur secundum non valere; ergo primum subsistinetur; quia dubitatio inter duo extrema, quorum quodlibet est eiusdem naturæ, nihil operatur. Ancharan. *cons.* 203. *Factum, super quo.* quod est subscriptum à sex Doctoribus, *num.* 4. & est *consil. Ang* 183. *Ex themate.* † Et licet aditio debeat esse certa, an ex testamento, vel ab intestato; tamen si duo sunt testamenta, & in vtroque idem hæres est institutus, datur aditio; quia siue primum valeat, siue secundum, ex vtroque obtinet. Roman. *consil* 235. *Quoad primum. num.* 7. *vers. quo autem ad quintum.* † Idem est in immissione ex edicto Diui Adriani; quia dari debet, licet duo sint testamenta, quando in vtroq; est idem hæres petens immissionem. Roman. *d. consil.* 23. *num.* 7. † Extende; quia is, qui est hæres ex testamento, & cessante testamento, est hæres ab intestato, potest dare libellum alternatiuum ex testamento, siue ab intestato; quia concludit ab omni parte; & licet regulariter libellus alternatiuus non admittatur; quia est in electione partis, ex qua causa velit agere. *l.* 1. § *quid autem ff. quor. legat.* tamen hoc casu admittitur, quando ab omni parte concludit, idem tenet Abb. *in cap. ex parte, de for. compet. & in c. conqueſtus.* vbi etiam Anch. *de restit. in integr.* plene Ias. *in l. vbi autem.* § *qui illud. ff. de verbor. obligat.* Vide, *Dilemma quid sit, & an valeat argumentum per dilemma. Concluſ.* 447. Vide, *Argumentum valet à sufficienti partium enumeratione. Concluſ. prox. seq.*

Argumentum valet à sufficienti partium enumeratione. Concl. 492.

ARGVMENTVM † valet à sufficienti partium enumeratione. *l. patre furioso, in princip. ff. de his, qui sunt sui vel ali. n. iur.* Feder. de Sen. *consil.* 159 *Sempronius, in princip. num.* 2. *vers. secunda ratio.* Crauett. *consil.* 306. *in princip.* Socin. *consil.* 25. *Dominus Franciscus. num.* 28. *& consil.* 16. *in princip. & consil.* 31. *num.* 20. *vers. sexto probatur lib.* 1. Ias. *in* § *omnium. num.* 20. *Inst. de actio.* Castrens. *consil.* 256. *Videtur manifeste. lib.* 2. *in princip.* vbi apostill. citat Socin. in supradictis consiliis. † Extende; quia in omni dispositione concludit argumentum à sufficienti partium enumeratione. Ioan. de Imol. *consil.* 12. *num.* 1. † Amplia; quia Doctores sæpissime hoc argumento vtuntur, vt à sufficienti partium enumeratione concludant, sic Roman. plene *consil.* 102. *Super eo, & consil.* 111. *Viso puncto, per tot.* Vide, *Argumentum concludens ab omni parte quando valeat. Concluſ. praced.*

Argumentum valet à communiter contingentibus. Concl. 493.

ARGVMENTVM † valet à communiter contingentibus; quia in dubiis casibus tale argumentum præsumptiue concludit; quia vna hirundo non facit ver. Bald. *consil.* 390. *Tam profunde. num.* 3. *versic. venio ad secundum. lib.* 2. sequitur Crauett. *consil.* 40. *num.* 2. *in fin.* Castrens. *consil.* 466. *num.* 5. *lib.* 1. Socin. *consil.* 93. *circa princip. lib.* 1. *versic. postremo.* Marsil. *singul.* 1. Corn. *consil.* 21. *Visa dicta repudiatione. colum. penult. ver. & argumentum à communiter contingentibus, lib.* 2. *& consil.* 194. *Circa præsentem. colum.* 3. *eodem lib.* Abb. *consil.* 18. *num.* 6. *lib.* 2. *& consil.* 48. *Videtur primo, num* 3. *versic. non obstant contraria, lib.* 2. Alexand. *consil.* 80. *Viso processu, num.* 3. *lib.* 4. *& consil.* 190. *Plura, num.* 11. *lib.* 6. † Extende; quia si solum est aliquid fieri communiter in loco, pura, quod lauda homologentur, antequam legantur, & de eis habeatur notitia, homologatio præsumitur facta eo modo à communiter contin-

3 contingentibus. Castrens. *cons.*466.*num.*5.*lib.*1. † Et in præsumptione contra vsurarios valet hoc argumentum ex eo, quod soliti sunt non quietare de sorte, nisi prius habuerint vsuras. Castrens.
4 *cons.*26.*num.*3.*lib.*2. vbi apostill. dat concord. † Extende, quia in dubio partus in nono mense præsumitur conceptus alio non apparente; quia à communiter accidentibus homines nascuntur in
5 nono mense. Bald. *dict. consil.*390.*num.*3.*lib.*2. † Extende; quia maxime in materia probationum concludit argumentum à communiter contingentibus. Ideo si solent Auditores Rotæ Romanæ ferre sententias de voto omnium Auditorum, sententia præsumitur lata eo modo, quo communiter fieri solet, videlicet de voto aliorum. Castrens. *consil.*282. *In causa ista. in princip. versic.*
6 *præterea licet incumberet. lib.*1. † Extende, etiam si agatur de crimine, & vita turpi, quia luxuriosa vita probatur per locum à communiter contingentibus, si fœmina passim admittat iuuenes
7 ad se ingredi. Bald. *consil.*253. *Filiafamilias, in princip. lib.*2. † Item probatur homicidium iunctis aliis à communiter contingentibus, ideo maritus solus existens cum vxore, præsumitur illam interfecisse, si non apparet interfector. Bald. *cons.*254. *Proponitur,*
8 *quod vxor, circa med. versic. in contrarium, lib.*2. † Item hæres eius, qui nihil habet in bonis, non solet reperiri à communiter contingentibus. Abbas *cons.*48. *num.*3. *versic. non obstant contraria, lib.*2.
9 † Amplia; quia argumentum valet ab eo, quod fieri solet. Signorol. Homod. *cons.*20. *Factum sic se habet, num.*4. Castren. *d. cons.*466.
10 *num.*5. *lib.*1. † Amplia; quia feudatarius, qui non præstitit obedientiam Legatis, præsumitur liber, quando alii omnes feudatarii præstiterunt obedientiam, quia à communiter contingentibus, verisimile est, quod præstitisset, prout alii, si fuisset subditus. Ancharan. *consil.*310. *Tres domini, num.*7. & 8. *ver. vltertus ad præsu-*
11 *mendum.* † Amplia; quia in probationibus valet argumentum à communiter contingentibus. Crauett. *cons.*151. & *cons.*234. *colum.*
3. *versic.*3. *valet argumentum, & in tract. de antiq. tempor. in* 4. *par. num.*
229. Corn. *consil.*194. *Circa præsentem. colum.*3. *ver. & argumentum à communiter accidentibus. lib.*2. Castrens. *consil.*282. *colum.*2. *in princip. ver. item releuatur, lib.*1. & *consil.*283. *Super isto negocio. num.*4. *lib.*1. v-
12 bi apostilla dat concord. † Et scire quis præsumitur ea, quæ à communiter contingentibus sciuntur, gloss. & Doctor. *in l. neque natales. C. de probat. c.*1. *de Cleric. non resident.* Alexand. *in l. non hoc, colum.*2. *C. vnde legit.* Corn. *consil.*113. *Visa fuit, num.*2. *lib.*2. & *consil.*105. *lib.*3. Dec. *consil.*183. *Diligenter considerato, num.*7. *colum.*2.
13 *ver. & communiter ita fieri solet.* † Amplia in tantum, vt sufficiat ad obtinendam sententiam in ciuilibus. Abb. *consil.*113. *Tria sunt, colum.*3. *versic. concurrunt multæ aliæ, lib.*2. allegat *c.*1. *de Cleric. non resi-*
14 *dentib.* & ibi Ioan. Andr. † Amplia, quia à communiter accidentibus dotes promittuntur, vel confitentur in actu matrimonii, idcirco confessio probat per argumentum à communiter contingentibus, quod inducit præsumptionem verisimilitudinis. Crau.
15 *cons.*40. *num.*2. & *sequen.* † Extende, quia inducitur ratificatio ex taciturnitate Vniuersitatis, quando verisimile est à communiter contingentibus, quod habuerit copiam laudi, seu transactionis. Abb. *cons.*18. *colum.*4. *ver. dixi, lib.*2. sequitur Crauet. *consil.*40. *num.*3.
16 † Extende, quia valet argumentum à communiter contingentibus etiam in criminalibus, quãdo agitur ciuiliter. Abbas *cons.*113.
17 *colum.*3. *lib.*2. quem refert, & sequitur Crauet. *cons.*40. *n.*3. † Amplia, quia nobilis vulneratus præsumitur se reduxisse in domo sua, vt se faceret curari, quia à communiter contingentibus sic fieri solet Hieron. de Tort. *in cons. quod est in fin. consiliorum Anton. de*
18 *Butrio. num.*7. *versic. nec prædictis obstat.* † Amplia, quia valet argumentum à solitis fieri. Item à practica, & quod solitum est fieri. Cra-
19 uet. *cons.*91. *num.*7. † Extende, quia scholaris accipiens pecunias mutuo, præsumitur expendisse in necessitates suas scholasticas.
20 Crauett. *d. cons.*91. *num.*5. † Et pater accipiens pecunias mutuo tempore caristiæ, præsumitur expendisse in alimentis familiæ
21 suæ, Crauet. *d. cons.*91. *num.*5. vbi alia similia ponit. † Amplia, quia procurator in arduis præsumitur certiorasse dominum, quia hoc solet fieri à communiter contingentibus. Abb. *cons.*18. *Primo, n.*6.
☞ *lib.*2. Vide, *Scientia in quibus, & de quibus præsumatur. Concl.*64. *nu.*52.
22 & *multis seqq.* † Amplia à contrario, quia valet argumentum hoc etiam negatiue à communiter contingentibus hoc modo, videlicet, fieri non solet hoc, ergo non est verisimile, quod sit factum, quia communiter contrarium contingit. Crauet. *cons.*40. *num.*3.
ver. tertio respondeo, Alexand. *cons.*80. *Viso processu. num.*2. & 3. *ver. nec etiam est verisimile, lib.*4. vbi, quod communiter fieri solet, præsumitur obseruatum, & ideo argumentum cõcludit negatiue, quod
23 contrarium non sit factum. † Sic etiam lex non aptatur ad ea, quæ raro euenire solent, sed ad ea, quæ frequentius eueniunt, & sic ad ea, quæ communiter accidunt, per text. *in l. non ad ea. ff. de legib. cum*

ibi not. Vide, *Scientia in quibus, & de quibus præsumatur. Concl.*64. *n.*6. *& multis seqq.*

Argumentum valet ab eo, quod statuens interrogatus respondisset. Concl. 494.

VALET † argumentum à verisimili mente statuentis, vel te- 1
statoris, puta, si statuens, vel testator interrogatus fuisset, verisimiliter, ita respondisset gl. *in l. tale pactum. §. sin. in gl. sin. in fi. ff. de pact. l. Titius. §. Lucius.* & ibi Bart. *ff. de liber. & posthum. l. si. C. de posthum. hæred. instit.* Ancharan. *consil.*219. *Mirum. prima facie.* Alexand. *consil.*55. *colum.*1. *lib.*3. licet in fine teneat non procedere, quando de facili potuit prouidere, infinitos citat Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.*3. *titul.*19. *num.*4. vbi sumit regulam à verisimili, & quando testator, vel disponens ita disposuisset, si interrogatus fuisset, vel si cogitasset. Alexand. plene *consil.*24. *Animaduersis. num.*34. *ver. insuper respondeo. lib.*2. vbi dicit * communem, & ibi apostill. *in ver.* *
statuissent, citat infinitos, & iterum *consil.*130. *Attentis, num.*4. vbi apostil. *in ver. cogitasset. lib.*2. quæ dat plurimos concordantes, & iterum *cons.*46. *Ponderatis verbis, cod. lib.*2. plene Vincen. Palæot. inter cons. Alexand. *cons.*54. *Viso puncto. num.*6. *ver. item confirmo. lib.*4. vbi, quod procedit in statuto, in lege, in conuentione, & rescripto, & ibi apostill. *in ver. statuissent*, allegat Alexand. *d. cons.*24. *num.*
34. *lib.*2. † Extende; quia procedit tam in reo, quam in actore, tam 2
in masculo, quam in fœmina; quia licet glossæ, & * Doctores lo- *
quantur in reo, vel masculo; tamen illud est ratione frequentioris vsus, & ideo indistincte procedit in rustico, in ciue, & in omnibus, vt per DD. in dictis locis. † Extende, vt idem sit circa omissa; 3
quia si concedens sciuisset, & verisimiliter fecisset, habentur pro factis. Signor. Homod. *cons.*5. *Cum inter Gabrielem in princip. num.*2. plene Roman. *consil.*392. *Circa primum, in fi. ver. tertio certum est.* vbi plena apostil. *in ver. constituentes.* citat plurimos, & dicit esse verba Aristotel. *lib.*5. *Ethicor. cap.*10. † Contrariæ sunt regulæ; prima est; 4
quia diuinationibus disponentium voluntates non sunt subuertendæ; item, quia omissum habetur pro omisso; item, quia de persona ad personam non fit extensio, de quibus latiss. Mantic. *de coniectur. vlt. vol. lib.*3. *tit.*19 *n.*5. & *seq.* & *tit.*20. vbi quod voluntas imperfecta non transit in dispositionem; item pro posito in mente retentum nihil operatur. † Secunda regula contraria est, quod 5
non valeat argumentum, quia si voluisset, disposuisset, non disposuit; ergo noluit. Alexand. *cons.*55. *Ponderatis his. num.*6. *ver. non obstat. lib.*3. † Amplia in statuente circa testamenta nulla, vel valida, 6
quia valet argumentum, si statuens hoc casu fuisset interrogatus, statuisset testamentum vsurarii valere. Bald. *cons.*57. *Punctus quæstionis. num.*6. *ver. præterea. lib.*5. vbi loquitur, quando vsurarius moritur in actu præstationis cautionis, quia valere debet testamentum, licet non sit statutum, quod valeat. † Extende in statuto circa tute- 7
lam, quia semper valet argumentum, quando eadem, vel maior ratio militat. Angel. Aretin. *consil.*76. *In his dubitationibus. num.*35. *versicul. præterea, & cui dubium.* † Extende in statuentibus circa suc- 8
cessionem agnatorum excluso matre, an intellexerint de agnatis fœminis, vel de solis masculis, quia valet argumentum ab interrogatione, vt mater non excludatur ab amita, quia caret ratione. Bald. *consil.*459. *Circa quæstionem. nu.*3. *in fin. ver. concluditur. lib.*5.
† Amplia in inuestitura feudali de feudo recepto pro masculis, & 9
fœminis in defectum masculorum, vt si eueniat concursus fœminarum inter se, valeat argumentum à verisimili mente feudum recipientis. Bald. *consil.*202. *Inuestitura Domini, in princip. versic. sexto, & vltimo, lib.*5. † Amplia in rescripto, quia si est subreptitium, quia 10
impetrans non expressit se condemnatum de falso, quod mouisset Principem ad denegandum, si sciuisset, ideo rescriptum non valet. Signorol. Homod. *dict. consil.*5. *num.*2. *versic. præterea illud.*
† Amplia in legato facto piæ causæ per testatorem grauantem fi- 11
liam suam hæredem ad aliquid, donec vixerit, quia ea mortua hæredes tenentur ex verisimili mente, quia si testator interrogatus fuisset, ita respondisset. Signor. *consil.*206. *In quæstione præmissa, per tot.* † Amplia quia valet argumentum ab eo, quod disposuisset te- 12
stator, si cogitasset de casu omisso, secundum verba, quia supplet ur per verisimilem mentem. Alexand. *consil.*130. *Attentis verbis, lib.*
2. vbi *num.*4. & *sequen.* ponit plura exempla, & plena apostill. *in ver. cogitasset*, citat plurimos concordan. † Amplia in testamentis, quia 13
valet argumentum ab eo, quod testator interrogatus responderet, quod potius causam piam, quam extraneum voluerit succedere. Ancharan. *cons.*362. *De viribus. nu.*3. vbi cum isto argumento excludit restitutionem in integrum. † Extende, etiam si agatur de 14
successione Regni, nam Rex Ioannes Aragonum habens vnicam filiam instituit Martinum fratrem suum hæredem in Re-

gno, prout fuit, & quia Martinus mortuus est sine filiis, & ad Regnum, quod est fœmineum, concurrebant filia Regis Ioannis, & alii transuersales, dicit Anch. deberi Regnum filiæ Ioannis; quia quando instituit fratrem, si fuisset interrogatus, & si moriatur frater sine filiis, vtique respondisset, eo casu succedat filia mea, & valet hoc argumentum. Anch. *cons.* 339. *Pro maiori intelligentia.num.*
15 25. † Extende, quia etiam contra verba ex mente testatoris fit interpretatio pro pia causa, & pro salute animæ testatoris, vt non adsit persona, quæ ex mente testatoris excludat piam causam. Alex. *cons.* 38. *num.* 3. *lib.* 1. Ruin. in fortioribus *cons.* 125. *lib.* 3. *per tot.*
16 † Amplia in contractibus; quia valet argumentum ab eo, quod verisimiliter partes intellexerunt, & si interrogati fuissent, respõdisset. Rolan. *cons.* 37. *num.* 22. *lib.* 2. Osasc. *decis. Pedemont.* 90. *num.*
17 16. *& sequen.* † Extende multo magis in contractu dependente à voluntate vnius, prout in donatione, vt illud censeatur dispositum, quod donans verisimiliter interrogatus respondisset. Roland. à Vall. *d. cons.* 37. *n.* 23. vbi, quod præsumitur, quod nõ voluerit se adstringere ad cauendum de vsufructu sibi reseruato super
18 rebus donatis. † Extende in legibus, statutis, conuentionibus, & rescriptis. Osasch. *decis. Pedemont.* 90. *num.* 16. *& seq. & num.* 18. vbi
19 attenditur tempus obligationis. † Amplia in priuilegio. Alexand.
20 *cons.* 110. *Adeo grauis. num.* 11. *ver. & confirmari potest, lib.* 6. † Amplia; quia valet argumentum etiam in statuto pœnali cõtra facientem delictum, vt extendatur ad mandantem, & ratum habentem; quia sic statuentes verisimiliter dixissent interrogati. Roman. *cons.* 105.
21 *Viso themate, col.* 2. *ver. secundo quia*, vbi apostil. *in ver. viuerent.* † Extende in statuto pœnali, quod ingrediens domum alienam sine licẽtia habitatoris de nocte possit interfici, licet ad masculos spectet custodia, & statutum, dum requirit licentiam habitatoris, intelligi debeat de masculo; quia masculinum non concipit fœminum; tamen valet argumentum à verisimili responsione statuentium, si esset dubium. Alexand. *cons.* 24. *Animaduersis, num.* 34.
* *versic. insuper respondeo, lib.* 2. vbi dicit * communem, & apostil. *in*
22 *verb. statuissent.* dat concord. plures. † Amplia generaliter; quia valet argumentum, si statuentes interrogati, &c. quod in casu omisso militat eadem, vel maior ratio, vt habeatur dispositio pro facta.
23 Angel. Aret. *cons.* 76. *num.* 35. *ver. præterea, & cui dubium.* † Amplia; quia in omni dispositione habetur pro expresso illud quod disponens expressisset verisimiliter, si cogitasset, vel interrogatus fuisset. Alexand. *d. cons.* 46. *Ponderatis verbis, num.* 2. *ver. pro hoc facit, lib.* 2.
☞ Vide, *Verisimile habetur pro vero in multis. Conclus.* 162. Vide, *Verisimi-*
24 *litudo attendenda, & quid sit verisimile. Conclus.* 161. † Amplia; quia omnis dispositio interpretatur, prout verisimile est disponentem responsurum, si interrogatus fuisset, vide plene per Anton. Ga-
25 briel. *lib. & tit. de regul. iuris. Conclus.* 10. *Dispositio interpretatus.* † Limita; quia huiusmodi argumentum ab eo, quod si interrogatus ista respondisset, non valet in materia exorbitanti à iure communi; quia semper fit restrictio secundum verba prolata. Alexand.
26 *consil.* 32. *Clarissime, in fi. lib.* 7. *ver. non obstat, quod si statuentes.* † Limita; quia non valeret istud argumentum, quando essemus in materia, in qua requiruntur verba, vt in contractu, qui verbis celebratur; quia cum deficiat substantia, nõ valet argumentum ab intentione, vel à tacita voluntate, facit Bald. *cons.* 396. *In libris Thesaurarii, num.* 6. *ver. interdum simulatur, lib.* 5. quod duplicatur *lib.* 1. *cons.* 249.
☞ Vide, *Expressio indiuidua quando requiratur. Conclus.* 652. † Extende,
27 vt idem sit in contractibus, qui re contrahuntur ex eadem ratio-
28 ne. Bald. *dict. consil.* 296. *num.* 6. *lib.* 5. † Et quod non valeat argumentum à verisimili mente, quod contrahens non fecisset, si sciuisset, vel cogitasset, nisi quando est adeo verisimile, vt omnes
29 ita fateretur, alias non. Gabriel. *cons.* 156. *num.* 18. *lib.* 1. † Limita in fideicommisso extendendo de persona ad personam; quia non valet argumentum ex verisimili mente, quod testator ita disposuisset interrogatus. Hieron. Gabriel. *consil.* 111. *num.* 13. vbi dicit
* * communem. Vide, *Fideicommissum non habet locum, neq; inducitur,*
☞ *nisi prout verba sonant. Conclus.* 261. † Extende, etiam si adsit ratio,
30 quod ita respondisset; quia in præiudicium vocati substitutio non extenditur vltra casum, ideo si dixit, *si sine filiis decesserit*, non alteratur; quia illis decedentibus, vel superstitibus statur dispositioni, non obstante hoc argumento, ita Roland. à Vall. *cons.* 56. *num.* 24. *ver. nec obstat, lib.* 3. Card. Alba. *cons.* 1. *num.* 7. latissime Riminald.
* Iun. *cons.* 190. *num.* 57. vbi de magis * communi, quod propositum in mente retentum nihil operatur. † Limita in statuto exorbitanti à regulis iuris communis; quia imo in casu omisso censentur statuentes reliquisse dispositionem iuris communis validam.
31 Socin. *cons.* 207. *In causa domine. num.* 4. *versic. quarto conantur. lib.* 2. vbi dat alias responsiones, quod imo si statuens non expressit, omisit, & contrarium disposuit in statuto correctorio, vel exorbitante. † Extende multo magis, quando statutum est correctorium iuris communis; tunc non fit extensio ex eo, quod si statuentes fuissent interrogati, ita dixissent, maxime, quando ratio in statuto non est expressa, etiam quod dicatur eadem ratio militare in casu extendendo. Alexand. *cons.* 167. *Visis. num.* 13. *ver. nec etiam obstat, lib.* 7. † Limita, quando ex diuersitate rationis posset ra- 35
tionabiliter negari, quod imo interrogatus contrarium dixisset. Anchar. *cons.* 356. *circa fin. ver. non obstat quarta ratio.* Alexand. *cons.*
46. *Ponderatis verbis, circa fin. num.* 9. *ver. non obstat. lib.* 2. † Et ideo suf- 34
ficit, quod non adsit eadem ratio. Alexand. *cons.* 167. *num.* 13. *lib.* 7.
† Limita, quando ex tali argumento, & responsione fieret exten- 35
sio ad casum inordinatum, veluti si maritus instituit vxorem hæredem vniuersalem, si filii nascituri moriantur sine filiis, & fratrem in quinque instituit: nam si nulli filii nascantur, vxor non dicitur instituta, etiam quando constaret, maritum eam magis dilexisse, quam fratrem; quia non valet argumentum ab interrogatione, ex quo frater contra ordinem legis excluderetur ab vxore.
Anchar. *d. cons.* 356. *in fin. num.* 6. *& sequen.* † Limita in conditioni- 36
bus voluntariis. Socin. *cons.* 116. *num.* 6. *vers. ad vltimum. lib.* 3. Paris.
cons. 86. *num.* 20. *& seq. lib.* 2. Gabriel. *tit. de regul. iur. concluf.* 10. *n.* 11.
† Limita; quia non valet tale argumentum, quando casus omissus 37
fuit ignoratus à disponente. Petr. Surd. *cons.* 150. *n.* 90. vbi allegat rationem; quia ad ignorata non potuit accommodare responsum, allegat Natt. *cons.* 15. & alios. † Extende; quia non valet tale 38
argumentum, quando obstat contraria regula; quia si voluisset, de facili expressisset, & constat, quod prouidit in aliis casibus; ergo in omissis non voluit esse prouisum. Alex. *cons.* 55. *Ponderatis. n.* 6.
ver. non obstat, quod tacite. lib. 3. † Limita, quando verba possunt im- 39
portare hanc mentem; quia valet argumentum, alias secus. Noni.
cons. 95. *n.* 5. vbi plures allegat. † Declara, quando materia est odio- 40
sa, vel dispensationem continet; quia licet concessisset etiam in casu omisso; tamen si dispensatio est ad fauorem laicorum circa spiritualia, neque fit extensio ex mente, neque ex proprietate verbi late sumpto vocabulo, ita Abb. *cons.* 57. *Attingam. col. penult. circa principi. ver. non obstant. lib.* 1.

Argumentum valet de contractibus ad vltimas voluntates, & è contra. Concl. 495.

VALET † argumentum de contractibus ad vltimas voluntates affirmatiue, tãquam de minori ad maius. Dyn. *cons.* 7. *Quæ-* 1
stio talis est. n. 4. *ver. præterea licet arguere.* vbi apostil. quæ ponit concord. † Sed non valet negat iue de contractu ad vltimam voluntatem; quia in contractibus fit stricta interpretatio, in vltimis vero voluntatibus fit lata, sed bene valet negatiue de vltima voluntate ad contractum. Alexan. *cons.* 61. *Super eo, de quo, num.* 2. *ver. non obstat, quod in vltimis. lib.* 1. † Extende; quia valet argumẽtum de legato ad 3
donationem; quia legatum est quædam donatio. Petr. de Anchar.
cons. 102. *Quæstio est talis. nu.* 5. † De hac materia plenissime Ias. *in l.* 4
quæ de legato. ff. de legat. 1. vbi ponit regulam in princ. quod valet de vltima voluntate ad contractum, postea ponit 18. differentias inter contractus & vltimas voluntates, in quibus non valet argumentum. † Et è conuerso Ias. *d. l. quæ de legato. ff. de legat.* 1. ponit a- 5
liam regulam cum seq. quod valet de contractibus ad vltimas voluntates, & ponit quindecim casus, in quibus non valet, sed differunt. † Amplia; quia valet argumentum de contractu ad vltimam 6
voluntatem, & è contra, vt per Ias. *in d. l. quæ de legato. ff. de legat.* 1.
† Declara, & limita multis modis, vt non valeat de vltima volun- 7
tate ad contractum per 20. instantias, quas ponit Ias. *d. l. quæ de legato. ff. de legat.* 1. vbi etiã in casu contrario ostendit idem. † Amplia; 8
quia valet argumentum de contractibus ad delicta. Florian. *consil.*
11. *in fin. num.* 9. & 10. vbi, quod sicuti Iudæus, & hæreticus infamis propter vtilitatem necessarii vsus potest esse testis in contractu; ita etiam in delicto, quando sumus in his, quæ sunt difficilis probationis, vt ibi *num.* 8. *& sequen.* † Limita; quia compromis- 9
sum factum in arbitrium alicuius inter viuos, est conditionale, & intelligitur, si fuerit laudatum; si vero est in vltima voluntate, secus est; quia non est conditionale, si non est expresse dictum. Bald.
cons. 184. *Præsupposito, quod statutum. lib.* 1. *in princip. & cons.* 415. *Super puncto præmisso. lib.* 3. *in princ.* † Limita; quia ius conditionale proue- 10
niens ex contractu potest confiscari; secus, si ex vltima voluntate proueniat. Roman. *cons.* 247. *Primo dici potest*, vbi apostil. *in ver. con-*
ditione, quæ citat pro vtraque parte, & dicit * hanc communem di- *
stinctionem esse. † Limita; quia ius accrescendi habet locum in 11
vltimis voluntatibus inter coniunctos propter fauorem extensiuum vltimarum voluntatum, secus in contractibus, in quibus omne omissum habetur pro omisso. Bald. *consil.* 251. *Considerandum*

12 *dum est. lib. 2. in princ.* † Limita; quia vbi est diuersa ratio, non valet argumentum ab vltima voluntate ad contractum. Alexand. *d. consil. 61. num. 2. ver. non obstat, quod in vltimis. lib. 1.* Castrens. *cons. 101. col.*
13 *2. lib. 1. ver. quantum vero.* † Limita; quia magis cessat præsumptio doli in vltimis voluntatibus, quam in contractibus. Castrens. *con-*
14 *sil. 101. Quantum ad tempus. col. 2. post med. lib. 1.* † Contrarium, quod imo magis præsumatur fraus in vltima voluntate, quam in con-
15 tractu. Iason *in d. l. quæ de legato. n. 37. vers. septimo. ff. de legat. 1.* † Declara; quia licet facilior præsumatur fraus in testamento, quam in contractu; tamen non valet emptio, neque contractus inter personas prohibitas, sicuti neque confessio in vltima voluntate, nisi adsit præsumptio veritatis, prout non valet emptio facta per patrem nomine filii spurii, tanquam de pecuniis filii spurii, nisi adsint præsumptiones, quod pecuniæ sint spurii, secundum magis
* * communem, de qua Alexand. *consil. 18. Consideratis, in princ. lib 3.*
16 † Extende; quia vsuræ magis de facili remittuntur per legatum, & vltimam voluntatem, quam per contractum; quia in contractu non valet remissio vsurarum præteritarum, nisi fors principalis sit prius soluta; quia non censetur facere ex liberalitate; secus in legato, vel vltima voluntate; quia magis præsumitur liberalitas. Castr. *d. consil. 101. col. 2. per tot. lib. 1.*

Argumentum valet de constitutione, & statuto ad rescripta, & alia, & è contra. Concl. 496.

1 ARGVMENTVM † valet à constitutione municipali, & statuto ad rescripta; quia pariter interpretantur, vt reducantur conformia iuri communi. Roman. *consil. 399. Vt præsens consultatio, in prin. ver. secundo probatur*, & è contra de rescripto ad statutum. Ias. *in l. iustitia. col. pen. ff. de iustit. & iur.* Rom. *d. consil. 399. col. 1.* Cal-
2 can. *cons. 17. col. 1.* † Extende; quia valet argumentum de statuto ad conuentionem, vel contractum; quia parem strictam significationem habent, vt secundum ius commune intelligantur. Rom.
3 *d. cons. 399. num. 2. ver. tertio.* † Et è contra à conuentione ad statutum valet argumentum affirmatiue. Rom. *d. consil. 399. num. 3.* vbi
4 apostil. *in ver. affirmatiue*, vbi idem dicit de pacto ad statutum. † Extende à statuto ad vltimam voluntatem, cui magis conuenit statutum, quam contractui. Roman. *dict. consil. 399. num. 4. ver. quarto probatur.* vbi, quod statutum & vltima voluntas æquiparantur, vbi
* 5 apostil. *in ver. æquiparantur*, dicit * communem. † Extende à statuto ad sententiam, & è contra; quia similia sunt, & parem obtinent à iure communi interpretationem. Rom. *d. cons. 399. n. 5.* vbi apost. *in ver. similitudinem.*

Argumentum de statuto ad pactum valet, & è contra, & quando. Concl. 497.

1 ARGVMENTVM † valet de statuto ad pactum. Petr. Anch. *consil. 102. Quæstio est talis. num. 9.* vbi, quod sicut societas inita inter socios intelligitur de lucris, & de his, quæ acquiruntur; ita statutum, quod quærenda per coniuges intelligantur de quærendis ex industria, non ex legato facto vni, vel venditione rerum v-
2 nius tantum. † Extende à statuto ad conuentionem partium. Roman. *consil. 90. Viso themate. num. 3. versic. secundo principaliter.* vbi a-
3 postil. *in ver. conuentioni.* † Amplia; quia sicut statutum non trahitur ad casum fictum; ita neque pactum; ideo pactum, quod quis teneatur de euictione, intelligitur de euictione vera, sequuta sententia, non autem de ficta. Bald. *consil. 289. Antonia de Maijs, prope fi.*
4 *ver. sed statutum. lib. 2.* † Amplia, quia argumentum tam affirmatiuum, quam negatiuum valet de pacto ad statutum, & è conuerso, vnde sicut reductio ad arbitrium boni viri non potest pacto remitti, quando est cum dolo, vel per sordes iniustum, ita neq; per
5 statutum, Florian. *consil. 6. num. 3. in fin. ver. præterea. & nun. 4.* † Declarat Alexand. *consil. 59. Viso titulo. num. 4. lib. 4.* quod sine dubio valet argumentum affirmatiuum de statuto ad pactum: hoc possunt partes facere ex pacto, & valet, ergo multo magis statutum.
6 † Amplia in casu contrario, quia sicuti non valet pactum continens dolum contra bonos mores: ita non valet statutum. Castr. *cons. 466. num. 4. ver. ad secundum. lib. 1.* Soc. *cons. 106, In præsenti consultatione. col. pen. lib. 1.*

Argumentum valet à contrario sensu. Concl. 498.

1 ARGVMENTVM † à contrario sensu valet in iure, ideo exemptio concessa Clericis, & Ecclesiis, ne soluant gabellam, neq; onera pro rebus propriis, non habet locum pro bonis ex mercimonia acquisitis, quia valet argumẽtum à contrario sen-

su. *cap. quanquam.* vbi Doctor. * *de censib. in 6.* Fed. de Sen. *cons. 207. in* *
princ. vers. ab ista regula. Dyn. *cons. 27. Quæstio, & articulus. num. 2. ver. item ad hoc.* & quod in iure valeat argumentum à contrario sensu, Rom. *cons. 399. in princ.* vbi apost. *in ver. decisionem*, & plenior apost. *num. 6. in ver. veriorem*, quæ dicit * communem, & magis commu- *
nem, * dummodo non sequatur correctio iuris communis. Ca- *
strens. *cons. 175. num. 3. lib. 1.* vbi apostil. ad Roman. *cons. 196. Præmissa, in fin.* † Vide regulam per Ias. *in l. 1. num. 36. & seq. ff. de offic. eius.* 2
vbi ponit ampliationes, & limitationes. † Et dicitur fortissimum 3
argumentum, quod sumitur à contrario sensu. Castillio. *cons. 19. In facto. num. 2.* † Et tantum debet operari oppositum in oppositio, 4
quantum propositum in proposito. *l. sicut. C. de repud. hæredit.* † Et 5
sicut in rebus possimi exempli excedimus iura in puniendo; ita in rebus optimi exempli licitum est transgredi iura in præmiando, vt tantum operetur oppositum in oppositio, quantũ propositum in proposito. Florian. de S. Petro *quæst. 2. in quarto dubio. n. 6. ver. confirmatur hoc.* † Et dicitur textus expressus, & mens legis, & statuti, 6
& sicuti statuto non potest renunciari; ita neque argumento resultanti à contrario sensu. Rimin. Iun. *cons. 110. num. 49. & seq.* vbi plures, *lib. 1.* & quod sit casus legis argumentum à contrario sensu. Castillio. *d. cons. 19. n. 2.* † Amplia in tantum valere argumentum 7
à contrario sensu, vt etiam procedat de iure Canonico fauore piæ causæ, licet casus sit prohibitus de iure Ciuili, qui resultat à contrario sensu. *cap. licet. de sepult. lib. 6.* vbi à contrario sensu inducitur, quod filius familias possit testari, codicillari, & legare ad piam causam cum consensu patris, licet de iure Ciuili non possit. Feder. de Sen. *consil. 294. per tot.* † Extende etiam in exorbitantibus. Ca- 8
strens. *d. consil. 175. num. 3. lib. 1.* † Extende; quia argumentum sum- 9
ptum à contrario sensu legis dicitur ipsa lex. Dyn. *consil. 16. Diligenter considerata, in fine. ver. præterea argumentum.* † Extende in consti- 10
tutione municipali. Rom. *cons. 399. in princ.* † Amplia, quia in con- 11
tractibus conditionalibus semper valet argumentum à contrario sensu. Bald. *cons. 273. Factum dicatur esse talis, Domina Catharina. num. 2. ver. aliquando non stipuletur. lib. 1.* vbi, quod si est factum pactum de lucranda dote liberis extantibus: ergo secus est, si non extant, est text. *in l inter. §. cum inter. ff. de pact. dotal.* quod declarat Bald. *cons. 75. lib. 5. per tot.* quia nõ est simpliciter verum. & *cons. 120. Quidam Auicius*, & *cons. 122. Quidam Cobittius. lib. 5.* vbi promittens pro dote 70. flor. si bona mulieris non ascendant ad quantitatẽ prædictam, videtur pacisci non teneri, si bona mulieris ad id ascendant. Vide, *Conditio operatur diuersos effectus, Conclus. 587.* † Et ideo 12
si in contractu dicitur, quod pro rebus, quæ cõducuntur ad mercatum, non soluatur gabella, solui debebit pro rebus, quæ non conducuntur ad mercatum. Alexand. *cons. 46. Ponderatis, num. 5. lib. 2.* & instrumentum, seu contractus, si colonus laborauerit terras, nõ possit expelli, à contrario sensu continet, quod possit expelli, si non laborauerit. Alexand. *consil. 129. Puto de iure. in princ. lib. 2.* & contractus, quod quis non possit suas pecunias leuare intra certum terminum, à contrario sensu lapso termino poterit leuare. Alex. *d. cons. 119. Quæritur, num. 8 lib. 2.* † Extende; quia semper valet 13
argumentum à contrario sensu in contractibus. Alex. *d. cons. 129. in principio. lib. 2. & consil. 46. num. 5. eodem lib.* vbi apostil. dat concord. & *cons. 119. Quæritur, num. 8. lib. 2.* † Et idem est in conuentionibus. 14
Roman. *cons. 399. ver. 3.* vbi apostil. *in ver. conuentionibus*, dat multos concordan. Alexand. *consil. 46. Ponderatis verbis, num. 5. versic. tertio in conuentionibus*, vbi apostilla dat concordan. *lib. 2.* Dec. *consil. 216. num. 8.* † Extende; quia si maritus fecit vxori contradotem, ita 15
quod nihil habeat, si ipsa marito præmoriatur, videtur à cõtrario sensu, vt habeat, si superuiuat. Fulgos. *cons. 108. col. 3. ver. item expressius.* † Extende; quia si promittitur dos restituenda, quatenus sine 16
filiis mulier decedat, à contrario, si decedat cum filiis, censetur negatiuum pactum. Ancharan. *consil. 213. num. 4. in fin.* † Declara; 17
vt non procedat absolute, & in totum, sed distributiue; quia si in contractu est dictum, quod Capitaneus non teneatur pro suis militibus, si omni mense fecerit cridas, quod sibi non detur ad credentiam, si omiserit facere cridas vno mense, non tenetur in totum, sed pro illo mense. Bald. *consil. 107. Magnificus dominus Malatesta, per tot. lib. 1.* † Declara, vt non procedat, quando sequere- 18
tur donatio, vel iactatio mulieris pro dote: nam si mulier dat dotem, & stipulatur sibi reddi soluto matrimonio sine filiis, & in omnem alium casum, si decedat cum filiis, non censetur donasse marito, vel filiis. Bald. *consil. 75. Verba dicunt, per tot.* vbi late pro vtraque parte, *lib. 5.* † Amplia in statutis; quia valet argumentum à 19
contrario sensu; ideo statutum dans certam solemnitatem in cõtrahendo minori 18. annorum nõ habet locum in eo, qui est maior 18. annis à contrario sensu. Bald. *consil. 201. In Prouincia, num. 2. ver. in contrarium, lib. 1.* Castrens. *consil. 455. Ad primum, num. 5. ver.*

20 *item si dicatur lib.2.* †Extende; quia statutum vocans ad successionem defuncti certas personas certo casu, censetur disponere contrarium à contrario sensu. Angel. *consil.210, Statutum supradictum, num. 4. ver. contrarium.* vbi, quod ita consuluit Cyn. & quia valet argumentum à contrario sensu in pactis, & est consilium
21 Collegii Perusini, sequitur Ruin. *consil.37 in princip. lib.3.* † Et statutum, quod Archidiaconus possit, absente Archipresbytero, installare, includit argumentum à contrario, quod installatio spectet ad Archipresbyterum præsentem. Alexand. *consil.142. Viso processu. num. 2. ver. nam statutum, lib. 6.* † Extende; quia statutum de magnatibus loquens habet locum, vt contrarius sensus procedat, puta, quia dicit; magnates habentes certam qualitatem; tunc enim intelligitur, vt non habeat locum in iis, qui non
23 habent eandem qualitatem. Dynus *consil. 27. per tot.* † Extende; quia statutum, quod filiusfamilias non possit obligari, nisi gerat publice negocia domus, intelligitur à contrario, quod si gerat negocia domus, possit obligari. Castrens. *cons. 98. In causa appellationis, vol. 2. in princip. & num. 2. lib. 2.* † Extende; quia statutum,
24 quod non extantibus certis masculis succedant fœminæ, operatur, vt à contrario sensu, si extant tales masculi, fœminæ excludantur etiam ad correctionem iuris communis, quando alias statutum nihil operaretur. Ruin. *consil. 37. Pro decisione, lib.3. in principio.* Socin. *consil.207. num.11. lib.2.* † Idem est in statuto, quod donec extabunt masculi, fœminæ non succedant; quia à contrario
25 sensu succedunt, quando cunque masculi desinant. Paris. *consil. 47. col. 2. lib.3.* Rimin. Iun. *cons.249. num.34. & seq. lib.3.* † Idem est in
26 casu contrario, si statutum excludat fœminas filias, stantibus masculis, à contrario sensu, non stantibus masculis, vocat fœminas, prout ius commune disponit. Corn. *consil. 146. In hac consultatione,*
27 *in princip. lib.2.* † Extende; quia statutum, quod minor viginti annis adhibeat certam solemnitatem in alienatione bonorum, inducit argumentum à contrario, quod maior viginti annis non adhibeat hanc solemnitatem statuti. Castrens. *consil. 106. in principio. lib. 2.* Dec. *cons.386. col.3. num.4.* sed tamen Castrens. *num.2.* declarat, quod licet solemnitas statuti non requiratur; tamen requiritur solemnitas iuris communis, si est minor 25. annis; quia tale
28 statutum non tollit solemnitatem iuris communis. † Extende; quia statutum, quod à 25. libris supra requiratur libellus, & ordo iudiciorum, à contrario sensu operatur, quod à 25. infra non requiratur libellus, neque ordo iudicii. Castrens. *cons. 112. Super pri-*
29 *mo, in princip. lib.2.* † Et maxime procedit argumentum à contrario sensu, quando consonat contrarius sensus iuri communi. Roman. *consil. 448. Videtur primo, num. 4. verſic. nec obstat.* Abbas *consil. 117. num. 2. verſic. quia ad hoc respondeo.* vbi, quod statutum disponens, (prout Senis) quod mater de tribus quartis non possit disponere in præiudicium filiorum, à contrario sensu admittit,
30 quod inter filios possit disponere. † Declara; quia statutum, quod stantibus masculis, fœminæ non succedant, dicitur habere duo capita, vnum includuum masculorum, & alterum excludiuum fœminarum. Bartol. *in l. 2. §. interdum. ff. ad Tertullian.* quem* com-
31 muniter approbari dicit Socin. *consil. 207. in fin. lib. 2.* † Intelligas tamen, quod caput includens excludit omnes personas non inclusas, quæ veniunt mediante persona exclusa, non autem excluduntur personæ, quæ veniunt iure suo; vnde si statutum excludit matrem, & omnes cognatos, intelligitur de cognatis, qui à matre procedunt, non de sorore. Socin. *cons. 207. num. 8. vsque in fin.*
32 *ver. sed aduersarii. lib.2.* † Extende; quia valet argumentum à contrario sensu in statuto, etiamsi disponat statutum limitatiue ad tempus, prout si mandat, quod mater succedat in vsufructu hæreditatis filii, donec vidua sit, à contrario, cum primum nubit,
33 perdit vsumfructum. Alexand. *consil. 3. Circa præmissam, num. 6. ver-*
34 *sic. præterea dictum statutum. lib. 7.* † Qualiter autem sumendum sit argumentum à contrario sensu? dic, quod sumitur à contrarietate causæ finalis, *l. tale pactum, § fi. ff. de pactis.* Bald. *consil. 477. in fin. ver-*
35 *sic. ego dixi, lib.* † Et quod sumatur solum in sensu directo. Decius *consil. 386. Licet in controuersiis, num. 4.* vbi, si prohibetur alienatio vsque ad certum tempus, non prohibetur post illud tempus, sed non sequitur; ergo post tempus permissa est alienatio; quia non
35 esset argumentum in sensu directo. † Vide quæstionem subtilem, qualiter argumentum à contrario valeat, vel non, apud Bald. *in l. Bebius, & in l. inter §. cum inter, ff. de pact. dotal.* & per eundem Bald. *dict. consil. 477. num. 5. vsque in fin. lib. 4.* vbi confutat argumentum cuiusdam Doctoris volentis, quod si statutum disponit, quod maritus lucretur mediam dotem, filiis non extantibus, mortua vxore; ergo lucratur totam, si filii extant, & dicit *d. consil. 477. in fi.* quod est vnum pecus; quia non ita sumendum est argumentum, sed in casu conuerso maritus lucratur medietatem, si non extant liberi; ergo si extant, nihil lucratur; quia deficientia liberorum affert lucrum; ergo si extant liberi, lucrum cessat, & est intellectus *dict. l. inter. §. cum inter. ff. de pact. dotal.* qui dat æquiuocationem, sed loquitur in retentione ad fauorem filiorum, non mariti. † Et quod argumentum à contrario sensu non sumatur, ni- 36
si in sensu directo. Castrens. *consil. 106. Incipiendo à secundo, in principio. lib.2.* vbi, quod solemnitas seruanda à statuto in minore 18. annis, non debet seruari in maiore 18. annis, sed non sequitur; ergo maior 18. annis efficitur maior 25. quia non est arguere à sensu directo. † Idem est in arbitro, qui condemnat in aliquo peti- 37
to, quia sequitur, ergo non condemnat in aliis petitis, sed non sequitur, ergo absoluit in aliis petitis. Corneus *cons. 49. num. 13. lib. 2.* sequitur Crauetta *consil. 320. in princip.* † Extende in tantum va- 38
lere argumentum à contrario sensu in statutis, vt si non potest renunciari statuto expresso, neque etiam contrario sensui, quando ius commune non repugnat contrario sensui. Bald. *consil. 443. Statuimus, & ordinamus, lib. 2. circa fin.* secus si contrarius sensus repugnat iuri communi, quia potest illi renunciari, vide melius infra, quia ista debet esse restrictio, non extensio. † Et quod argu- 39
mentum à contrario sensu valeat in statutis, quando contrarius sensus non est repugnans iuri communi: Ideo statutum, quod mortua vxore maritus lucretur tertiam partem dotis, non extantibus filiis communibus, & quod huic statuto non possit renunciari, habet locum in casu contrario, quod stantibus masculis pater, seu maritus nihil lucretur. Bald. *d. cons. 443. Statuimus, & ordinamus, lib. 2.* quod duplicatur *cons. 91. Primo statuto. lib. 4. & consil. 477. Punctus quæstionis, in princip. lib. 4* Roman. *consil. 399. in principio. & num. 6.* plene Ias. *in l. 1. num. 4. ff. de offic. eius.* & infra *num 50. & num. 123.* † Extende; quia statutum dans facultatem mulieri 40
disponendi pro anima solum de octaua parte dotis, censetur prohibere in residuo à contrario sensu. Io. de Anan. *cons. 23. Licet prima facie, in fin. num. 5.* & ibi Bologn. in apostil. *num. 6.* † Et idem est in 41
statuto, quod non extantibus filiis dos reuertatur ad patrem mulieris defunctæ; quia si extant filii, dos non debet reuerti. Bald. *dict. consil. 443. lib. 2. per tot. & consil. 90. Sciendum est, post med. versic. Item quæritur, & cons. 91. Primo statuto, lib. 4. & dict. cons. 477. per tot. lib. 4.* & plenius Signorol. Homod. *cons. 68. Quædam mulier, num. 3. versic. certum est,* vbi, quod contrarium statuitur in casu contrario, si extant filii. † Extende; quia statutum Tergesti, quod mulier 42
non habens filios, possit testari de dote, in quem voluerit, operatur à contrario sensu, quod si habet filios, non possit testari, vel legare aliquid. Ancharan. plene *cons. 213. Quæstio talis, num. 3. & seq.* † Extende in statuto, quod mulieri decedenti sine filiis succedat 43
pater; quia argumentum concludit à contrario sensu, si filii extant, non succedat pater. Io. de Imol. *cons 64. num. 2.* † Restringe; 44
quia argumentum à contrario sensu in statutis non sumitur quoad omnia; quia licet in casu directo statuto prohibeatur posse renunciari prædicto statuto; tamen in casu contrario ex argumento poterunt partes expresse renunciare; quia cum argumentum à contrario sensu sit tacitum, possunt partes illi renunciare. Bald. *dict. consil. 443. num. 2. versic. in contrarium videtur. lib. 2. & consil. 91. versic. in contrarium videtur, num. 2. lib. 4.* † Contrarium tenet Bald. 45
consil. 477. num. 3. versic. vtrum huic argumento. lib. 4. vbi, quod si non potest renunciari statuto; ergo neque contrario argumento statuti; quia est idem statutum. † Amplia in arbitramentis; quia 46
ex eis sumitur argumentum à contrario sensu, veluti si laudum faciat exemptum aliquem, donec duret descriptio facta; quia post descriptionem censetur denegata exemptio. Bald. *cons. 142. Quidam dominus Pasinus, num. 2. versic. subsequenter præmittendum. lib. 2.* † Extende in correctione laudi, seu arbitramenti facta in vna parte; quia aliam partem non tangit; quia valet argumentum circa 47
hoc Fulgos. *cons. 144. Syndici Communis, num. 2.* † Amplia; quia te- 48
stes consanguinei, & patrueles sunt idonei à contrario sensu, quia non possunt inuiti compelli ad examinandum: ergo volentes admittuntur. Bald. *cons. 188. Consobrinus, lib. 4.* † Amplia in pactis; quia 49
argumentum à contrario sensu habet vim pacti expressi. Bald. *consil. 390. Factum tale est, quidam, lib. 4. in fin.* Angel. *cons. 210. num. 4. verſ. contrarium.* quod est Collegii Perusini. Ancharan. *cons. 213. numer. 5.* † Amplia in priuilegiis, & maxime, vt reducantur ad ius 50
commune. Angel. Aretin. *cons. 72. In casu supradicto, num. 14. ver. & potissime.* & hæc est generalis regula in statuto, & omni dispositione; quia quando per argumentum à contrario sensu reducimur ad ius commune, semper valet argumentum, si non fiat correctio statuti, vel alterius dispositionis. Roman. *cons. 399. num. 5. & sequen.* supra *num. 39.* & infra *num. 123.* † Amplia in rescriptis, ideo si 51
ex rescripto mandantur taxari expensæ de iure debitæ, à contrario sensu mandatur, non taxari expensas de iure non debitas.

Signo-

Signorol. Homod. *conſ. 36. In quæſtione vertente. num. 7. verſic. decimo præmitto.* Roman. *conſil. 399. in princip. verſic. ſecundo.* vbi apoſt.
52 *in ver. reſcriptis.* † Amplia in conditionibus, & diſpoſitione conditionali; quia ſemper admittit argumentum à contrario ſenſu,
53 ſupra *num. 11. & ſequen.* † Extende etiam circa ſponſalia, & matrimonia; quia ſi contraho ſponſalia de præſenti, ſi in ætate 14. annorum non erit mulier gibboſa; ergo à contrario ſenſu, ſi erit gibboſa, non contraho. Aretin. *conſil. 142. num. 9. verſic. quia iſta conditio*
54 *negatiua.* † Amplia; quia ſi ſtatutum laicorum non valet in præiudicium Eccleſiæ, niſi ſit confirmatum à Papa, vt *in c. Eccleſia S. Maria, de conſtit.* ergo à contrario ſenſu valet, ſi eſt confirmatum per Papam, vel eius officialem. Fulgoſ. *conſil. 6. Quidam emphyteuta, in*
55 *princ.* † Amplia; quia inueſtitura feudi vocans certas perſonas, ſi talis deceſſerit ſine filiis, operatur excluſionem à contrario ſenſu, ſi cum filiis deceſſerit. Fulgoſ. *conſil. 4. Ad id, de quo quæritur, in prin-*
56 *cip.* † Amplia; quia conducens rem propriam ignorans ſibi non præiudicat. *l. qui rem propriam. C. locat.* ergo à contrario ſenſu, qui ſciebat, ſibi præiudicat, ita Fulgoſ. *conſil. 5. Quidam Guilelmus, in*
57 *princ.* † Declara; quia quandoque negatur argumentum à contrario ſenſu in legibus, quando potius narratur factum, prout erat in contingentia; quia ignorauit conducens, non quod ſuper hoc lex diſponat à contrario ſenſu. ita Fulgoſ. *d. conſ. 5. colum. 4. ver. ſuper-*
58 *eſt ergo.* † Amplia in teſtamentis; quia valet argumentum à contrario ſenſu. Alexand. *conſil. 130. Attentis verbis, num. 6. ver. nam in multis*
59 *voluntatibus, lib. 2.* † Amplia in pactis; quia ſi agatur de correctione, ſicuti in lege, non fit extenſio, ſed valet argumentum à contrario ſenſu; ita idem eſt in pacto, videlicet, pactum in hoc corrigit; ergo in aliis ſecus eſt; quia pactum eſt lex negocii, de quo agitur.
60 Fulgoſ. *conſil. 144. num. 2.* † Extende in contractu etiam ad obligationem inducendam, vnde qui dicit non habere pro tunc modum ſoluendi ſine dilatione, à contrario ſenſu dicit ſe debitorem, & qui dicit debitum non eſſe pro ſe ipſo, fatetur pro alio, à contrario ſenſu, & ſic ſe eſſe fideiuſſorem. Alex. *conſil. 91. Circa primum, n. 4. & 5. verſ. & videtur, quod fuerit confeſſus. lib. 4.* vbi, quod ex tali confeſſione, parte præſente facta, à contrario ſenſu reſultat probatio
61 debiti. † Extende idem in ſententia; quia ſententia, & pactum dant
62 legem negociis. Fulgoſ. *d. conſil. 144. num. 2.* † Amplia in ſententia habente dictionem taxatiuam, puta, ſi dicat male iudicatum tantum quoad certum caput, quia cenſetur confirmare in aliis. An-
63 charan. *conſil. 372. Pro declaratione. num. 6.* Rom. *conſ. 399.* † Extende, quia argumentum valet à contrario ſenſu in ſententiis, ſicut & in ſtatutis, quia æquiparantur, & ſententia ſicut ſtatutum recipit interpretationem à iure communi. Rom. plene *conſil. 399. num. 5.*
64 *ver. quinto,* vbi apoſtill. *in ver. ſimilitudinem.* † Amplia ab oppoſito ad propoſitum, & è contra, & ideo valet argumentum à contrario, propoſitum operatur hoc in propoſito, ergo oppoſitum idem debet operari in oppoſito. Anch. *conſ. 179. Prima facie videre-*
65 *tur. in princ.* † Amplia, quia taxatiua in diſpoſitione oppoſita inducit contrarium ſenſum in aliis extra taxatiuam. Anchar. *d. conſ. 372.*
66 *num. 6.* † Limita; quia licet argumentum valeat à contrario ſenſu textus; non tamen valet à contrario ſenſu gloſſæ, ita Calder. *conſil.* 89. quod eſt 9. *de off. legat. circa fin. verſ. item non ſic libere.* quod dupli-
67 catur *conſ. 224. alias 3. de præben.* † Extende, quia in dicto Doctoris non valet argumentum à contrario ſenſu. Alexand. *conſil. 25. Viſo*
68 *teſtamento, num. 6. in fin. verſic. nec debet. lib. 3.* † Contrarium, quod valeat, tenet Rim. Iun. *conſil. 86. num. 13.* vbi plurimos allegat, plenius *conſil. 71. num. 27. & ſeq.* vbi reprobat contrarium tenentes,
69 quia imo valet à contrario ſenſu, gl. & Doctores dicti. † Et quod valeat argumentum à contrario ſenſu Doctoris, in ſe ipſo declarat Socin. *conſil. 44. num. 9. lib. 3.* vbi, quod ipſe ſubſcripſit, & comprobauit *conſil. Alexand. 13. lib. 4.* in quo tenet, quod ſubſtitutio facta de fratre, filiis, & nepotibus fratris eſt vulgaris, quando non adeſt tractus temporis, vel conditio mortis, quia non poteſt eſſe fideicommiſſaria, & ita conſuluit Socin. *conſil. 113. lib. 1.* ſed quando adeſt dictio importans tractum temporis, vel mentio mortis, Socin. tenet contrarium *dict. conſil. 44. num. 9. lib. 3.* & allegat Alexan.
70 pro ſe à contrario ſenſu. † Declara, quia poteſt adduci inclinatio Doctoris ab argumento à contrario ſenſu. Alexand. *conſil. 65. n. 4.*
71 *verſic. corroborantur prædicta. lib. 1.* † Reſtringe, quia argumentum à contrario ſenſu ſumitur in lege quoad verba diſpoſitiua legis, ſecus ſi verba ſunt narratiua. Alexand. *conſil. 105. Magnifice. num. 8.*
72 *verſic. reſpondet etiam. lib. 3.* † Limita, quia argumentum à contrario ſenſu non valet contra ius commune in ſtatutis. Bald. *d. conſil. 443. circa fin. ver. ſed iſtud videtur falſum. lib. 2. & conſil. 122. Quanquam denunciatio. lib. 4.* vbi, quod ſi ſtatutum requirit denunciari laudum ad hoc, vt poſt decem dies non poſſit peti reductio, tamen non tollit ſtatutum remedia iuris communis, licet non fiat intimatio,

infra *num. 86. & ſequen.* vbi latius. † Extende; quia argumentum à 73
contrario ſenſu non valet in ſtatutis, in caſu à iure communi prouiſo. Roman. *conſil. 11. in princip.* apoſtil. ad Roman. *conſil. 399. n. 6.*
vbi apoſtill. *in ver. veriorem,* dicit * communem, & magis commu- *
nem. † Declara, vt limitatio non procedat, quando ſtatutum ni- 74
hil operaretur. Ruin. *conſil. 37. in princ. lib. 1.* & ita Anchar. *conſ. 213. num. 4. ver. & vltra rationes.* plene Socin. *conſil. 81. In præſenti. num. 4.* allegat Ioan. de Imol. *in l. ſi cum dotem, in princip. ff. ſolut. matrim.* Caſtrenſ. *conſil. 83. Præſens caſus. lib. 2. num. 6. ver. nec obſtat theorica.* Crauet. *conſil. 92. num. 5. & conſil. 201. num. 13.* pleniſſime Alexand. *conſil. 95. Et ſi vt puto, num. 4. & ſequen. verſic. nec obſtat, quod ſtatutum. lib. 4. & conſil. 61. num. 2. & 3. verſic. non obſtat, quod ſtatutum. lib. 3. & conſil. 142. Viſo proceſſu. num. 2. & 3. verſic. & quamuis, lib. 6.* vbi apoſtil.
in verb. tunc. † Reſtringe; quia imo quando ſtatutum prohibet ali- 75
quid fieri certo tempore, ſemper lapſo tempore intrat argumentum à contrario ſenſu ex neceſſitate, etiamſi ſit contra ius commune; quia alias nihil operaretur. Alexand. *conſil. 95. num. 4. & ſequen. verſic. non obſtat. lib. 4. & conſil. 61. num. 4. 3. lib. 3.* † Idem eſt, 76
quando ſtatutum permittit aliquid fieri certo tempore, puta, abſente Archipresbytero permittit, quod Archidiaconus aliquid poſſit; quia neceſſario infert à contrario ſenſu, quod præſente Archipresbytero ad ipſum ſpectat illud, quod eo abſente permittitur alteri, etiam ſi ſit contra ius commune; quia alias nihil operaretur. Alexand. *d. conſ. 192. Viſo proceſſu. num. 2. & ſequen. lib. 6.* † Li- 77
mita; quia non valet argumentum à contrario ſenſu conditionis in diſpoſitione hominis, prout pater exhæredauit filium, ſi non reuertatur ad patriam; non ſequitur à contrario ſenſu, ergo inſtituit, ſi reuertatur, ſed intrat præteritio, & caſus dicitur omiſſus. *l. 2. C. de condit. inſer.* vbi Bald. ſic, etiam ſi pater relinquat medietatem ſuæ hæreditatis neptibus fœminis, ſi extabunt, aliam medietatem loco pio, quia non valet argumentum à contrario ſenſu: ergo, nullis fœminis extantibus, locus pius non habebit omnia, ſed ſolam medietatem. Caſtrenſ. *conſ. 160. Conſiderandum. col. 1. circa fi. ver. pro ſecunda parte. lib. 2.* † Contrarium, quod in conditionibus, 78
& diſpoſitione hominis ademptum ſub vna conditione videatur conceſſum ſub contraria conditione, & è conuerſo. Crauet. *conſil.* 974. *num. 16.* vbi adducit multa iura. † Declara, quia in caſu Cra- 79
uettæ diſpoſitio conditionalis complectebatur vtrunque caſum, quia ſoror renunciauerat hæreditati patris, & fratris, ſed appoſuerat pactum, ſi frater ſine filiis decederet, renunciatio non valeret: nam valida eſſet omni caſu, præterquam ſi ſine filiis decedat, vel declara, vt argumentum in ſenſu directo ſolum operetur, prout Caſtrenſ. exemplificat, exhæredo filium, ſi ad patriam non reuertitur: ergo ſi reuertitur, non exhæredo, & iſte eſt ſenſus arguendi à contrario ſenſu, ſed non ſequitur, inſtituo, quia non eſſet argumentum à contrario ſenſu directo, ſed per indirectum, quod non valet, & ſic videtur ſentire Caſtrenſ. dum dicit, quod remanet caſus omiſſus. *d. conſ. 160. colum. 1. in fin. lib. 2.* † Limita in priuilegiis; 80
quia non valet argumentum à contrario ſenſu. Socin. *conſil. 246.*
num. 11. lib. 2. vbi dicit communem. * † Limita, quia valet argu- *81
mentum à contrario ſenſu, quando ita veriſimiliter ſtatuentes reſpondiſſent interrogati. Roman. plene *conſil. 392. Circa primum, in fine. ver. tertio certum eſt.* vbi pleniſſ. apoſtill. *in ver. conſtituentes.* † Li- 82
mita, quia non valet argumentum à contrario ſenſu, quando contrariatur mens, puta pactum ad diminuendum inductum, non poteſt operari contrarium effectum, vt augeat à contrario ſenſu. Signorol. *conſ. 92. Dominus Marchio, num. 7. verſic. item eſt ſecundum pactum,* quia quando ſequitur abſurdum, non valet, & maior abſurditas non reperitur, quam quod inducta ad vnum effectum contrarium operentur. Roman. *conſil. 399. num. 6.* vbi apoſtil. *in ver. ſumendum.* † Extende, quia licet argumentum à contra- 83
rio ſenſu valeat in vltimis voluntatibus: tamen non procedit, quando veriſimilis mens teſtatoris repugnat. Alexand. *conſ. 93. Alias conſultus, num. 11. ver. & pro hoc ſublatum. lib. 3.* quod eſt Alexand. & trium ſubſcribentium. † Limita, quando abſurdum inducere- 84
tur à contrario ſenſu, vt inducta ad vnum finem contrarium operentur, vel quid ſimile. Roman. *conſ. 399. num. 6.* vbi apoſtill. *in verb. ſumendum.* dat concordan. & *conſil. 392. Circa primum, num. 24.* vbi apoſtill. *in ver. quod non,* & *in ver. abſurditas.* † Extende, quando 85
reſultaret iniquitas, vt quia tollitur ius tertii. Ægid. Bellam. *conſ.* 34. *num. 21. ver. ad tertium.* † Limita; quia argumentum à contra- 86
rio ſenſu legis non valet, quando lex alia contradicit argumento, quia non valet, vbi ius commune corrigitur. Io. de Imol. *conſil.* 100. *in fin.* Caſtrenſ. *conſ. 175. Caſus præſens. num. 3. ver. reſponderi poterit. lib. 1. & conſ. 184. Videtur. colum. 2. ver. nam contrarium ſenſum. lib. 1.* Roman. *conſ. 392. Circa primum. num. 25.* vbi apoſtil. *in ver. locum habet,* dat concordan. & alio modo dicit, quod non habet locum

à contrario sensu, quando casus omissus reperitur decisus, & su-
87 pra *num.* 72. *& seq.* † Extende; quia non valet argumentum à contrario sensu, quando fieret ex tali argumẽto correctio iuris communis. Io. de Imol. *cons.* 57. *in fin. & cons.* 100. *in fin.* Abb. *cons.* 75. *n.* 2.
88 *ver. nec obstat. lib.* 1. † Restringe, vt non procedat, quando contraria lex esset sub alio titulo; quia tunc potest dict casus specialis, ita Cornetus *consil.* 81. *in princip. lib.* 2. vbi dicit, quod si agitur de diuisione rei, quæ commodam diuisionem non recipit, qui plus offert, debet habere rem, & alter pretium, non autem qui habet maiorem partem; quia ita disponit lex in titulo communi diuidundo à contrario sensu, nec obstat *l. sancimus. §. ne autem. C. de don.* quæ vult eum præferri in re communi inter donantem & donatarium, qui habet maiorem partem; quia ille textus cum sit extra titulum communi diuidundo, non operatur, nisi in casu speciali.
89 † Restringe; quia argumentum à contrario sensu valet etiam ad correctionem iuris, quando dispositio esset inutilis, nisi sumeretur argumentum à contrario sensu. Roman. *consil.* 399. *num.* 6. vbi
* apostill. *in verb. sumi*, dicit esse * communem opinionem. Anchar. *consil.* 213. *num.* 4. *ver. & vltra rationes.* Ruin. *cons.* 37. *in prim. lib.* 1. & ita Alex. *consil.* 17. *Visis. num.* 4. *ver. & procedunt prædicta. lib.* 2. *& cons.* 116.
90 *Animaduersis. num.* 17. *ver. vbi ergo statutum. lib.* 2. † Idem est in legibus nouissimis; quia valet argumentum à contrario sensu ad correctionem iuris antiqui, quando non esset alicuius effectus lex
91 vltima. Roman. *d. cons.* 399. *num.* 6. † Imo Abb. *cons.* 63. *Videtur primo, in fin. lib.* 1. à contrario sensu inducit priuationem testandi, quæ
92 est contra ius, ne dispositio reddatur inutilis. † Declara; quia si argumentum sumitur à contrario sensu, vt corrigatur ius commune, saltem sumitur, vt minus lædatur ius commune; ideo si ex cõtrario sensu potest quis perdere dominium, & possessionem contra ius commune, restringitur ad possessionem solam. Ioan. de I-
93 mol. *d cons.* 57. *in fin.* † Extende etiam in legibus feudalibus; quia non valet argumentum à contrario sensu, quando esset contra ius commune; quia imo tunc recurrendum est ad ius commune, ne corrigatur; quia argumentum à contrario dicitur esse tacitum, & non expressum, & dicitur subauditus intellectus. Alex. *consil.* 7. *In consultatione. num.* 13. *ver. restat ad allegata, cum seq. lib.* 5. & plenius *consil.* 25. *Attentis. n.* 12. *& seq. ver. sed tale argumentum. lib.* 5. vbi, quod dicitur dispositio subaudita, & tacita, & quia in feudalibus seruatur ius commune; nisi in casibus, in quibus reperitur expresse statutum contrarium, & argumentum à contrario non dicitur expres-
94 se statutum, sed tacitum. † Extende; quia non sumitur argumentum à contrario sensu in statutis, vel constitutionibus, si inducitur correctio alterius statuti, vel alterius constitutionis. Roman.
95 *d. cons.* 399. *num.* 9 *ver. quinto.* † Extende, quia etiam si statutum posterius, à quo sumendum esset argumentum, haberet clausulam derogatoriam, adhuc non inducitur argumentum, vt corrigatur à contrario sensu præcedens statutum contrarium. Roman. *d. consil.* 399. *num.* 10. vbi apostil. *in ver. non obstan.* & plenior apostil. ad
96 Roman. *cons.* 322. *in per derogatoria.* † Extende; quia argumentum à contrario sensu nunquam procedit, quando ius commune corrigeretur ex tali argumento, & maxime, quando statutum disponit, quod non possit interpretari, sed intelligatur, prout verba iacent; quia argumentum à contrario sensu venit ex interpretatione. Castrens. *cons.* 175. *num.* 3. *ver. præterea, vt dicit Baldus. lib.* 1. vbi al-
97 legat pro vtraque. † Extende; quia argumentum à contrario sensu non debet sumi, quando ex eo resultaret iuris correctio, vel absurdum. Castrens. *d. cons.* 175. *Casus præsens. num.* 3. *lib.* 1. vbi apostil. & *colum.* 4. *ver & dum dicitur. lib.* 1. concord. Abb. in eodem casu, *cons.*
98 75. *col.* 2. *in princ. lio.* 1. † Contrarium, quod imo sumitur argumentum à contrario sensu, quando resultaret maius absurdum, illud non sumendo; item quando verba essent superflua. Castren. *d. con-*
99 *sil.* 175. *num.* 4. *col.* 4. *in fin. vers. & dum dicitur. lib.* 1. † Declarat Castr. *d. cons.* 175. *col.* 4. *in fi. li.* 1. *vers. præterea volo fateri.* vt si statutũ esset cõtrarium alteri statuto in casu, quo sumeretur argumentum à contrario sensu, vel si vna lex iuris communis esset cõtraria iuri communi per argumentum à contrario sensu; tunc non sumitur argumentum à contrario sensu; sed si lex esset contraria statuto, vel statutum esset contrarium iuri communi, potest sumi argumentum à contrario sensu; quia ex quo statutum corrigens ius commune admittit argumentum à contrario sensu, etiamsi corrigatur ius commune, ex quo corrigit principaliter, etiam admittenda est correctio per argumentum à contrario sensu, sequitur Dec.
100 *cons.* 33. † Et propterea ex ista declaratione infertur, conclusionem Cyni in sua quæstione ad statutum Florentinum esse veram, quod stante statuto, quod filia fœmina succedat patri, non extante filio masculo, quod valeat argumentum à contrario sensu, stante masculo fœmina non succedat, licet corrigatur ius commune;

& idem determinatur in statuto Senarum, quod non stantibus ascendentibus, neque descendentibus, frater, & soror, & filii eorum excludant matrem in totum, & alii agnati vsque ad tertium gradum excludant matrem in tribus quartis per argumentum à contrario sensu: si extat auus paternus, qui est ascendens, excludet matrem, prout frater, & soror à contrario sensu, licet corrigatur ius commune, ne plus concedatur remotioribus, quam auo, & sequatur absurdum. Castrens. *d. cons.* 175. *per tot.* maxime *col.* 3. *versic. nunc ad partem contrariam. per tot. lib.* 1. & sequitur Dec. *cons.* 332. vbi dat concord. plenissime Abb. in eodem statuto Senarum *cons.* 75.
Primo est videndum. num. 5. *& seq. ver. sed quanquam lib.* 1. † Extende, vt 101
procedat declaratio, etiam si statutum disponat, quod intelligatur simpliciter, & non recipiat interpretationem; quia ne verba sint superflua, admittitur interpretatio congruæ rationis, & quæ remouet absurdum. Castrens. *d. cons.* 175. *colum. penult. ver. item non*
obstat statutum. lib. 1. † Declara alio modo; quia statutum inducens 102
tempus limitatum instantiæ, & eo modo, quo ius commune disponens de instantia limitata, operatur, quod etiam lapso termino instantiæ limitatæ perit instantia, etiam si corrigatur lex communis; quia constat, quod statutum voluit omnino subrogare instantiam abbreuiatam loco instantiæ iuris communis, ex quo per eundem modum statuit, dirigendo verba instantiæ, non iudici; secus si alio modo statuisset, vide icet, per alia verba, ita Castrens.
cons. 184. *Videtur dicendum. col.* 2. *lib.* 1. † Extende; quia argumentum 103
à contrario sensu non sumitur in statutis, quando ex ipso argumento à contrario sensu induceretur correctio iuris communis, & ista est regula. Abb. *cons.* 75. *Primo est videndum. col.* 1. *in fin. & col.* 2. *in princ. lib.* 1. allegat *cap. à nobis. il* 2. *de sentent. excom.* Alexand. *cons.* 17.
Visis, & opportune. num. 2. *ver. sed ita est. lib.* 2. vbi apostill. *in ver. sensu.*
vbi ponit multa exempla. Alexand. *cons.* 69. *Visa fa.* 11, *in fin. lib.* 2. vbi
dicit * communem. † Et ideo statutum, quod mulier filia familias *
non possit testari de dote in præiudicium filiorum, non opera- 104
tur, quod possit testari, quando non adsunt filii. Alexand. *d. consil.* 17. *in princip. lib.* 2. maxime *num.* 2. quia corrigeret ius commune. † Et statutum, quod minor 18. annis non possit sine certa so- 105
lemnitate contrahere, non operatur, quod lapsis 18. annis habeatur pro maiore 25. quia corrigeretur ius commune. Alex. *dict. cons.*
17. *n.* 3. *ver. bene facit. lib.* 2. † Et statutum, quod vsurarius non possit 106
accipere vltra duos pro centenario, non permittit à contrario sensu, quod duos percipiat; quia esset contra ius commune. Alex.
d. cons. 17. *num.* 4. *ver pro hoc etiam. lib.* 2. vbi apostil. *in ver. non videtur.*
dat plures concord. † Extende maxime; quia argumentum à con- 107
trario sensu dicitur subauditus intellectus, & ideo non inducitur correctio iuris communis, & maxime, quando statutum mandaret submoueri extrancos, & subauditos intellectus. Abb. *d. consil.*
75. *num.* 3. *ver secundo ad idem. lib.* 1. Alex. *cons.* 25. *Attentis num.* 12. *&*
seq. ver. sicut dicimus in statuto. lib. 5. † Extende, vt procedat etiam ex 108
identitate, vel maioritate rationis, quando non est expressa in statuto ratio. Abb. *d. cons.* 75. *num.* 3. *ver. nec obstat. si dicatur. lib.* 1. † Ex- 109
tende, vt procedat etiam in statuto criminali, quod deferatur iuramentum in causa criminali cum vno teste idoneo; quia non valet argumentum à contrario sensu, quod non deferatur, si testis vnus esset socius criminis, & concurrerent adminicula, quando agitur de pœna pecuniaria criminaliter; quia corrigeretur ius cõmune, ideo argumentum à contrario sensu non admittitur. Alex.
cons. 69. *Visa facti, in fi. li.* 2. vbi dicit * communem. † Extende, vt *
non valeat in statuto disponente, quod mulier possit agere ad do- 110
tem contra bona mariti vergentis ad inopiam; quia non negat etiam contra bona fideiussorum, ex quo corrigeretur ius commune ex tali argumento. Ioan. de Imol. *d. cons.* 100. *in fin.* qui loquitur
in statuto Florentiæ. † Extende, nisi inducatur correctio alterius 111
statuti; quia non valet argumentum à contrario sensu; quia quando concurrunt ista duo, quod argumentum à contrario sensu reducit nos ad ius commune, sed corrigit aliud statutum, nunquam sumi debet argumentum à contrario sensu. Roman. *d. cons.* 7. *ver.*
secundo quia, vbi apostil. *in ver. alterius statuti*, citat Gozad. *cons.* 37.
Prima facie, num. 6. vbi, quod quilibet statuens magis præsumitur
velle conseruare ius per eum statutum, quam per alium. † Re- 112
stringe; quia imo argumentum à contrario sensu sumitur in statutis, etiamsi ex ipso argumento sequatur correctio iuris, quando constat de mente ex coniecturis, & ne sequatur absurdum; quia tunc casus non dicitur omissus, vt per plura sentit Abb. *d. cons.* 75.
Primo est videndum. num. 5. *& per tot. lib.* 1. *& num.* 8. Castrens. *cons.* 175.
col. 3. *ver. nunc ad partem contrariam. lib.* 1. † Restringe; quia argu- 113
mentum à contrario sensu statuti, etiamsi corrigatur ius commune, admittitur, quando agitur de bono publico, ne quis decipiatur. Castrens. *cons.* 455. *Ad primum. num.* 5. *vers. item si dicatur. lib.* 2.

vbi

vbi, quod statutum disponens, quod puella dotata, si cum iuramento renunciauit, non læsa enormiter non audiatur, procedit à contrario sensu, vt si læsa est enormiter, ea audiri debeat, non obstante iuramento, licet sit contra ius commune hoc argumentum à contrario sensu; dicit tamen, quod melius est, vt petat ab Episco-
114 po absolui à iuramento. † Limita, quia non valet argumentum à contrario sensu, quando repugnat ratio constitutionis, à qua sumendum esset argumentum. Roman. *cons.* 399. *num.* 8. *ver. tertio quia*, vbi apostil. *in ver. singularis*, allegat Soc. *in l.* 1 *ff. de offic. eius. n.* 7.
115 † Extende; quia non valet argumentum à contrario sensu in his, quæ sunt posita ad cautelam causa dubitationis tollendæ. Rimin. Iun. *in l.* 1. *num.* 435. *ff. de offic. eius.* & ideo in confirmatione Papæ facta pro potiori cautela, non valet argumentum à contrario sensu.
116 Grat. *consil.* 7. *num.* 21. *& seq. lib.* 1. † Extende, quando agitur de corrigenda dispositione; quia ex argumento à contrario sensu, si corrigitur in totum, ve. in parte dispositio, certe non habet locum.
117 Rimin. Iun. *d. l.* 1. *num.* 412. *ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd.* † Limita; quia dispositio, quæ elicitur ex argumento à contrario sensu, non est propria, sed coniecturalis, ideo non corrigit dispositiones expressas contrarias. Rom. *d. cons.* 399. *num.* 8. *& seq. ver. quarto.* vbi a-
118 postil. *in ver. singularis.* † Limita, quando inducta ad vnum finem
119 contrarium operarentur effectum. Crauet. *cons.* 39. *num.* 8. † Extende, quando sequeretur absurdum. Ruin. *cons.* 71. *num.* 18. *lib.* 2.
120 *& cons.* 84. *num.* 2. *lib.* 3. † Limita; quia non valet argumentum à contrario sententiæ sensu; condemno te ad sortem principalem; quia non sequitur; ergo absoluo te ab vsuris. Bartol. post gl. *in l.* 4. *C. depositi.* & ibi Bald. & clarius 2. apost. *in ver. consuleret*, quæ allegat Ang. & Imol. *in l. Paulus. la* 1. *ff. de re iudic.* quod si petitur sors principalis, & interesse, Iudexque condemnat in sorte principali, certe non censetur absoluere ab interesse, quod ideo poterit peti, si iure actionis debebatur; quia sententia non absoluit à contrario
121 sensu. † Limita; quia verba negatiua semper negant, & nunquam affirmant, ideo nunquam valet argumentum à contrario sensu, vt inducatur affirmatiua; quia contrarium effectum producerent.
122 Alex. *cons.* 150. *In causa, & lite. n.* 20. *ver. verba negatiua. lib.* 5. † Contrarium Alexand. *in l.* 1. *col.* 1. *in* 4. *not. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd.*
123 apostil. ad Alex. *d. cons.* 150. *num.* 20. *lib.* 5. vbi relatiue declarat. † Declara totam materiam; quia maxime valet argumentum à contrario sensu in statuto, & alia dispositione, quando per tale argumentum à contrario sensu reducimur ad ius commune. Roman. *consil.* 399. *num* 5. quod intelligas, nisi sequatur correctio alterius sta-
124 tuti, vel dispositionis, vt supra *num.* 50. † Vide regulam per Ias. *in l.* 1. *num.* 36. *& seq. ff. de off. eius.* vbi omnes ponunt varias limitationes,
125 & ampliationes ad regulam. † Vide Socin. *in reg.* 28. *Argumentum à contrario sensu, tam in legibus, quam in statutis, & vltimis voluntatibus valet*, vbi limitat 17. casibus.

Argumentum quando valeat de toto ad partem, & è contra. Concl. 499.

1 ARGVMENTVM † valet de toto ad partem. *l. quæ de tota. ff. de*
2 *rei vendic.* † Extende in sententia; quia sicuti non valet super contractu lata sine citatione partis, & causæ cognitione; ita etiam super parte contractus, puta, super iuramento confirmante contractum. Anchar. *cons.* 382. *Retento ordine. num.* 6. *ver. ex istis breuiter.*
3 † Et vbi est eadem ratio in parte, quoad partem, valet argumentum de ratione totius ad totum. Abb. *cons.* 58. *Quidam Nicolaus, in*
4 *fi. ver. præterea, & quarto, lib.* 2. Alex. *cons.* 15. *Viso, in fin. lib.* 4. † Econtra non valet argumentum de parte ad totum; quia qui potest partem, non potest totum. Calder. *consil.* 111. alias 2. *de arbitr.* vbi ponit similia, qui potest offendere lumina, non potest in totum tollere. *l. Caius*, alias *binas. ff. de seruit. vrban.* quia aliud est offendere, aliud
5 occidere. *c. is qui, de homic. lib.* 6. † Amplia, quia valet argumentum de vniuersali ad particulare, & sic de toto ad partem; ideo statutum loquens de vniuersali successione masculorum, exclusis fœminis, habebit locum etiam in fideicommisso, & successione particulari, quia eadem est ratio. Alexand. *consil.* 15. *Viso, per tot. lib.* 4.
6 † Amplia; quia valet argumentum à denominatione, vt quis maiorem habeat prærogatiuam, qui denominatur à toto, quam qui denominatur à parte. Oldrad. *consil.* 204. *ver. tertio, quod per excellentiam.* vbi, quod Abbas Cluniacensis est caput in ordine Cluniac. aliis membra, quia solus appellatur Abbas Cluniacen. & etiam mouetur aliis fundamentis, sed hoc argumento etiam vtitur.

* * *

Argumentum ab etymologia vocabuli, quando valeat. Concl. 500.

ARGVMENTVM † ab etymologia vocabuli est probabile, 1
sed non concludit necessario. Signorol. Homod. *consil.* 70. *In quæstione vertente. num.* 3. † Imo, quod argumentum valeat ab ety- 2
mologia vocabuli, tam negatiue, quam etiam affirmatiue, tenet Abb. *cons.* 82. *Quanquam. num.* 2. *ver. secundo lib.* 1. vbi, quod fœdum dicitur à fide, & fidelitate propter etymologiam. † Declarat Ale- 3
xand. *consil.* 153. *Viso themate. num.* 3. *ver. hoc etiam patet. lib.* 7. quia valet argumentum ab allusione, seu etymologia vocabuli, quando non contradicit propriæ significationi, & ideo ibi vult, quod consobrini proprie sunt filii sororum; quia etiam allusio vocabuli concurrit, quasi consororii.

Argumentum valet de maiori ad minus, & quando. Concl. 501.

ARGVMENTVM † de maiori ad minus affirmatiue non va- 1
let, *capæum in cunctis, de electio.* Ias. *in l. quæ de legato. num.* 4. *ff. de legat.* 1. Curt. Iun. *consil.* 134. *num.* 4 quod declarat idem Curt. *consil.* 339. *num.* 59. *& 60. lib.* 3. naturali ratione, hoc modo, sequeretur, quod quicquid potest Imperator, potest priuatus. † Contra- 2
rium, quod imo valeat argumentum affirmatiuum de maiori ad minus, tenet Gozad. *consil.* 6. *num.* 52. vbi extendit etiam in materia odiosa, sequitur Roland. à Vall. *consil.* 61. *num.* 49. *lib.* 1. & loquuntur in Potestate; quia si potest, quod maius est, ergo potest etiam, quod minus est. † Et valet affirmatiuum à paritate concessio- 3
num, vt si clausula præuentionis operatur in secunda gratia, quæ minoris efficaciæ est, operetur in gratia priori, in qua pariter est scripta; quia fortior est. Ægid. Bellam. *consil.* 33. *num.* 18. † Extende 4
contrarium; quia valet argumentum affirmatiuum à maiori ad minus, ad euadendum pœnam, puta, pro raptu facto est tanta pœna, ergo non potest esse maior in delicto attentato non facto. Decian. *cons.* 49. *num.* 55. *lib.* 2. vbi sumitur hoc modo, si quod magis videtur inesse, non inest; ergo quod est minus, non inest. † Et qui potest, quod plus est, potest etiam, quod minus est, ita 5
arguit Alex. *consil.* 187. *Videretur. num.* 9. *ver. tertio probatur. lib* 5. vbi, quod si quis est legitimatus quoad præiudicium filiorum legitimorum; multo magis quoad præiudicium transuersalium. † Ex- 6
tende, quia valet argumentum à multo magis, quod est fortius aliis, vt si alluuio spectat ad habentem pignus, ergo multo magis spectabit ad habentem vtile dominiū, quod est plus. Decian. *cons.* 123. *num.* 65. *lib.* 3. † Declara, quia vt habeat locum argumentum à 7
multo magis, oportet, quod minus est, contineatur sub eo, quod maius est, tanquam species. Decian. *consil.* 56. *num.* 19. *lib.* 3. † De- 8
clara, quia videntur contrarii, & concordant, quia Ias. & tenentes, non valere argumentum de maiori ad minus, loquuntur in terminis diuersis, puta, Imperator potest multa, ergo priuatus, qui minor est, multo magis poterit, & bene dicunt, alii vero loquuntur in eodem termino, & subiecto, puta, possum interficere bannitum, ergo possum vulnerare, quod minus est, & sic vtraque conclusio est vera, sed non contradicunt. † Extende, quia 9
valet argumentum affirmatiuum de maiori ad minus in his, quæ sunt protestatis, vt possum occidere bannitum, ergo & vulnerare, ita Alex. *in l. in suis, in princ.* vbi Ias. *num.* 2. *& num.* 24. *ver. quarto, & vltimo, cum seq. ff. de liber. & posth.* allegat *reg. cui licet quod plus de reg. iur. in* 6. † Declara, quia valet argumentum affirmatiuum de ma- 10
iori ad minus, quando maius & minus sunt eiusdem qualitatis, secus si diuersæ qualitatis, ideo approbatus ad maiorem dignitatem censetur approbatus etiam ad minorem, quando minor est eiusdem qualitatis, alias secus. Besignet. *decis.* 19. *de præbend.* quæ duplicatur *in antiq. decis.* 4. *de rescriptis.* alias 582. † Restringe in casu 11
contrario, quia valet argumentum negatiuum de maiori ad minus. Ias. *d. l. quæ de legato. num.* 4. *ff. de leg.* 1. † Prout valet negatiuum 12
ab oppositio consequenti. Ægid. Bellam. *consil.* 53. *num.* 18. † Sed 13
non valet negatiuum de minori ad maius. Cur. Iun. *cons.* 157. *n.* 30.
† Amplia per multa exempla, quia qui potest, quod plus est, po- 14
test quod minus est. *l. non debet. ff. de reg. iur. c. cui licet. de reg. iur. in* 6.
† Extende; quia qui potest alienare inter viuos, multo magis in 15
vltima voluntate per hæredis institutionem, quæ est magis fauorabilis, alienare poterit, ita arguit Menoch. *consil.* 210. *num.* 11. *& sequen.* vbi allegat Ias. *consil.* 130. *colum.* 3. *versic. item dicta Claretta. lib.* 4. vbi ponit plura exempla. † Extende, quia filius familias, qui po- 16
test inuito patre adire hæreditatem aduentitiam sibi debitam, multo magis potest adire eo inscio, etiam stante statuto, quod filius non possit adire sine consensu patris, quia non comprehen-

dit casum, in quo potest inuito patre adire, & per extensionem eo ignorante. ita Alexand. *cons.* 234. *Puto, in princip. lib.* 6. vbi dicit procedere hoc ex passiua interpretatione in correctoriis, prout habetur *in l. qui potest inuitis. ff. de reg. iur.* vbi tollit contrarium de *l. duo ex tribus. ff. de re iudic.* vbi duo ex tribus recte iudicant concordes inuito tertio, & contradicente, sed non eo ignorante; quia dicit, quod illud est ibi propter spretum in tertium; quia si non vocatur, non habetur pro Iudice. † Declara materiam totam, vt per Menoch. *d. cons.* 210. *num.* 65. *& seq.* vbi facit quatuor casus, vide tamen; quia sua distinctio potius inseruit, quando dicatur quis dispossisse, vel non super prohibitis, & permissis per generalem dispositionem. 17

Argumentum valet de personis ad res, & è conuerso. Concl. 502.

1 ARGVMENTVM † valet de personis ad res, *c. super quibusdam, de verb. signif.* † Amplia, vt procedat circa verborum interpretationem; quia sicut verba generalia rerum intelliguntur secundum conditionem personæ, cui diriguntur; ita è conuerso, verba personarum intelliguntur secundum conditionem rei. Calder. *consil.* 293. *num.* 2. *ver. item verba generalia.* alias 1. *de rer. permut.* vbi sicut prouisio de prioratu facta seculari, vel regulari importat expressionem, vt prioratus sit secularis, vel regularis secùdum qualitatem personæ, cui fit prouisio; ita in casu conuerso, prouisio de Prioratu regulari importat, quod persona prouisa sit regularis, licet non sit dictum; quia valet argumentum de re ad personam. 2
3 † Amplia; quia valet argumentum è contra à loco, vel re ad personam, & è conuerso; quia ista sunt similia locus, tempus, & persona. Petr. de Anchar. *cons* 11. *num.* 7. *ver. ex quinto arguitur sic.* quod est consilium Bald. Gaspar. Cald. *cons.* 21. *de constit.* vbi duplicatur, &
4 etiam est subscriptum à Petr. Anch. & Lauren. de Pin. † Amplia, vt valeat argumentum de re ad personam, & è contra affirmatiue, vt possum statuere circa res mihi suppositas; ergo circa personas possum statuere, & etiam negatiue, de affirmatiuo Pet. de Anchar. *d. cons.* 11. *num.* 7. de negatiuo idem Petr. de Anchar. *cons.* 12. *Super casu prædicto num.* 6. *ver. sed sic circa extraneum.* † Extende, vt pro-
5 cedat argumentum in dispositione quacunque, vt, dispositio loquens de rebus sic regulatur; ergo idem est in dispositione personarum, vel è contra. Petr. de Anchar. *cons.* 27. *num.* 12. *ver. si hoc est in*
6 *rebus.* † Amplia è conuerso; quia valet argumentum de rebus ad personas. Bart. *cons.* 10. *Viso statuto. num.* 4. *ver. præterea hoc probatur.*
7 † Et ideo sicuti defectus rerum suppletur, siue in parte, siue in toto, prout est defectus; ita etiam in personis. Bartol. *d. cons.* 10. *num.* 4. *lib.* 1. vbi si statutum requirit in alienatione rei mulieris duos consanguineos ex latere patris, si extant, sin minus, duos ex latere matris, si extat vnus solus ex latere patris, suppletur per vnum alium ex latere matris, non autem omittitur ipse, vt duo ex latere matris accipiantur; quia in defectu rei suppletur pro parte, si in parte est defectus.

Argumentum valet à coniunctione plurium dispositionum. Concl. 503.

1 VALET † argumentum à coniunctione plurium legum. Angel. Aretin. *cons.* 76. *In his dubitationibus. num.* 15. *versic. sed his non*
2 *obstantibus.* † Extende, quia valet etiam à coniunctione plurium
3 statutorum. Angel. Aret. *d. cons.* 76. *num.* 15. † Extende in pluribus dispositionibus ex vltima voluntate, prout ex testamento, & codicillis. Angel. Aretin. *cons.* 73. *Quia eleganter. num.* 7. *&* 8. *ver. quinto.*
4 † Declara; quia in his, in quibus effectus resultat contrarius, non fit argumentum, veluti si quis in vltima voluntate legat, postea dicens, quod perseuerans in eadem voluntate donat inter viuos bona legata, non arguitur ex coniunctione isto casu, quia voluntas vltima est ambulatoria, & expectat mortem, donatio vero inter viuos non, ita Angel. Aretin. *d. cons.* 73. *num.* 58. *& seq. ver. nec obstare possunt.*

Argumentum valet de re ad tempus. Concl. 504.

1 ARGVMENTVM † valet de re ad tempus *l. miles ita heredi.* §. *quia diximus. ff. de testam. milit.* Angel. *consil.* 123. *Viso libello, circa*
2 *fin. versic. sed arguendo.* † Et è contra argumentum valet de tempore ad rem. *c. vnico. de plus petitio.* Gemin. *cons.* 37. *num.* 4. *ver. & hac ar-*
3 *gumentatio.* † Amplia, vt procedat etiam in negatiuis, vt procurator, qui non potest præiudicare Domino in re, nec etiam possit in tempore. Cald. *cons.* 105. *An procurator. ver. probatur & alia ratione.* alias 3. *de procurat.* & duplicatur *consil.* 210. *in fin. ver. probatur & alia ratione*, alias 4. *de appell.* † Amplia; quia valet etiam quoad æstima- 4
tionem rerum; quia sicuti res tota plus valet, quam pars; ita res perpetua plus valet, quam ad tempus; quia de re ad tempus valet argumentum. Bald. *cons.* 161. *Quæritur de gabella. lib.* 4. † Amplia; 5
quia sicut is, qui petit in libello plus, quam debeat consequi, reportat sententiam pro eo, quod reuera consequi debet; ita etiam si petat plus tempore; quia valet argumentum de re ad tempus. Ang. *consil.* 123. *Viso libello. num.* 2. † Limita; quia non valet argu- 6
mentum de re ad tempus multis casibus, duos ponit Ias. *in l. si fundus. num.* 7. *ff. solut. matrim.*

Argumentum valet de loco ad tempus, & è contra. Conclus. 505.

VALET † argumentum de loco ad tempus, & è conuerso. 1
Bartol. *cons.* 13. *Ex facto, in princip. versic. hoc probat. lib.* 1. allegat *l. vinum. ff. si cert. petat.* † Et idem operatur temporis protensio, quod 2
operatur loci longinquitas. Bartol. *d. cons.* 13. *in princ. ver. hoc probat. lib.* 1.

Argumentum valet de temporalibus ad spiritualia, & è contra, & quando. Concl. 506.

ARGVMENTVM † à Clerico deseruiente Ecclesiæ ad mili- 1
tem admittitur secundum Oldrad. *cons.* 17. *num.* 10. *in fin. col.* 2.
† Argumentum à matrimonio carnali valet ad matrimonium 2
spirituale, vt sicuti vna debet esse sponsa, & sponsus; ita eadem Ecclesia non possit habere plures Prælatos; quia esset monstrum. Oldrad. *cons.* 67. vbi tenet, quod propterea duo instituti in parochiali ad exercitium curæ non sunt Prælati, & in eis non habent locum *cap. de multa, de præbend.* nec *c. licet Canon, de elect. in* 6. Vide, ¶
Matrimonium spirituale, & carnale in quibus differant. Conclus. 120.
† A legato ad beneficium; quia vtrunque est donatio. Oldrad. 3
cons. 58. *num.* 2. *ver. & proprie.* Vide, *Argumentum valet de vno ad aliud. Conclus. prox. seq. in princip.* † A dote temporali ad dotem spiritua- 4
lem beneficii dotati. Abb. *cons.* 89. *Ex themate. num.* 2. *ver. moueor. lib.* 2. Vide, *Dos habet tacitam hypothecam. Conclus.* 745. *num.* 44. *& seq.* ¶

Argumentum valet de vno ad aliud, vt infra. Conclus. 507.

ARGVMENTVM † valet à legato ad beneficium; quia v- 1
trunque dicitur donatio. Oldrad. *consil.* 58. *Quidam impetrauit. num.* 2. *ver. & proprie.* vbi in fine consilii dicit secus in hærede, quia non valet argumentum de hæreditate ad beneficium. † Ar- 2
gumentum à sententia ad testamentum valet, quia testamentum sententia dicitur. Oldra. *cons.* 119. *Tutius condidit. ver. sed contrarium.*
† A testamentis ad iudicia, & è conuerso à iudiciis ad vltimas vo- 3
luntates. Rom. *cons.* 186. *In casu proposito. num.* 3. *&* 4. vbi apostill. *in ver. voluntatibus*, dat concord. † A sententia ad confessionem pro- 4
curatoris valet argumentum. Oldrad. *consil.* 126. *in fin. ver. quinto.*
† A re iudicata ad statutum. Feder. de Sen. *cons.* 96. *in princip. ver.* 5
quod statutum. † A iudicialibus ad contractus, & è contra. Roman. 6
cons. 186. *in princip. num.* 3. † A delegato, à subdelegato, ad procura- 7
torem, vel substitutum, quia mortuo substituto procuratore, qui cœpit litem, facultas non reuertitur ad substituentem toralitervices suas, sed ad Dominum principalem, prout mortuo subdelegato, qui cœpit cognoscere, iurisdictio reuertitur ad fontem, nõ ad delegatum. Oldrad. *cons.* 130. *num.* 5. *ver. & si dicatur.* † Extende, vt 8
valeat argumentum de procuratore ad iudicem delegatum, quia sicuti potest dari procurator ad lites nondum cœptas, ita Iudex ad confirmandam electionem nondum factam. Calder. *consil.* 78. quod est 5. *de off. deleg.* † Extende, vt valeat argumentum à reuoca- 9
tione procuratoris, si principalis tractat causam per se ipsum, ad reuocationem delegati eodem modo. Calderin. *consil.* 69. *in fin.* quod est 2. *de off. Vicar. & cons.* 80. quod est 7. *de offic. Legat.* † Con- 10
trarium idem Oldrad. *d. cons.* 130. *colum penult. num.* 11. *versic. non obstat similiter.* vbi non subest eadem ratio: nam pluribus iudicibus, vel arbitris datis, ideo omnes debent simul adesse, quia decisio ab eis ex toto pendet, & sincerius est iudicium, &c. secus in procuratoribus, quia ab vno admisso valent gesta. † A delegato ad 11
arbitrum, & è contra. Fulgos. *consil.* 217. *Viso exemplo. in princip.*
† A suspecto tutore ad suspectum iudicem ordinarium, ita arguit 12
Oldrad. *cons.* 147. *Thema tale est, recusatus.* † A priuilegio ad con- 13
suetudinem, quia quod potest consuetudo, potest priuilegium,

& è

14 & è contra. Oldrad. *consil.* 146. *in fin. & consil.* 172. *in princip.* † Contrarium videtur velle idem Oldrad. *consil.* 128. *num.* 7. *& consil.* 191.
15 *in princip.* incip. *Nullo modo.* † A consensu, & voluntate contrahentium ad legem; quia quicquid possunt contrahentes, potest & lex. *l. non impossibile. ff. de pact.* Oldrad. *consil.* 224. *col. fin. ver. tertio, &*
16 *vltimo.* † A præscriptione ad consuetudinem; quia quicquid potest præscribi, potest & per consuetudinem induci. Oldrad. *con-*
17 *sil.* 172. *Quia omnes in princip.* † A prouisione legis ad prouisionem hominis, vt sicut prouisio legis censetur pro se, & hæredibus suis; ita prouisio hominis se extendit ad prouisum, & eius hæredes. Oldrad. *cons.* 224. *colum fin. ver. præterea retenta prima. num.* 4. *& cons.* 304. *num.* 11. vbi terminus à lege, & homine procedunt à pa-
18 ri. † A matrimonio spirituali ad carnale, & è contra valet argu-
☞ mentum. Vide, *Argumentum valet de tempore alibi ad spiritualia, & è*
19 *contra. Conclus. proxima præced.* † Ab appellatione ad exceptionem valet argumentum, quia omnis causa, quæ præbet iustam appellationem, præbet etiam iustam, & releuantem exceptio-
20 nem. Oldrad. *consil.* 323. *Circa primum, in princip.* † A consuetudine ad statutum, quia quod non potest consuetudo, neque potest statutum, & è contra. Lap. *alleg.* 43. *in fin.* Feder. de Sen. *cons.* 17. *num.* 3.
☞ *ver. præterea consuetudines.* Vide, *Consuetudine quæ non possunt induci,*
21 *neque per statutum. Conclus.* 809. † Ab occupatione, seu inuasione bonorum Ecclesiæ ad alienationem, quia occupatio, & inuasio dicitur alienatio. Lap. *alleg.* 61 *num.* 2. *in fin. ver. nec obstat, & num.* 3.
22 † A contractibus ad testamenta valet argumentum. Fed. de Sen.
23 *consil.* 3. *num.* 5. *versic. nam licet.* † Ab absolutione ad excommunicationem quoad omnia. Feder. de Sen. *consil.* 11. *num.* 4. *ver. præterea.* † A tempore ad locum. Feder. de Sen. *dict. cons.* 11. *num.* 6. *ver. ad-*
24 25 *ditio.* † A persona ad rem. *c. super quibusdam, de verbor. signific.* Calde-
26 rin. *cons.* 293. *circa fin.* alias 1. *de rer. permutat.* † A delictis ad contractus valet argumentum. *l. omnes, & l. tam ex contractibus. ff. de iudic.*
27 Petr. de Anchar. *cons.* 28. *num* 3. *ver. de delictis.* † A transactione ad
28 arbitramentum, & è contra, quia arbitramentum est transactio. Petr. de Anchar. *consil.* 34. *num.* 11. *vers. hinc est.* † A verbis legis loquentis de vltima voluntate ad verba testatoris. Bald. *consil.* 184.
29 *Præsuppositio, quod statutum, in fin. lib.* 1. † A simili valet argumentum
30 ad simile. Euerard. *in locis legal. in loc. à simil. in princ.* † Declara, vt procedat, quando æqualis iuris dispositio est in vtroque, alias non
☞ dicitur simile. Bald. *consil.* 188. *in fin. ver. non obstat argumentum. lib.* 1.
Vide Socin. *reg.* 29. *Argumentum à simili corruit data dissimilitudine.* & sic hæc est limitatio, quæ restringitur ibi per Socin. nisi similitudo esset in eo, de quo quæritur, quia licet in alijs sit dissimilitudo; ta-
31 men valebit argumentum. † A solitis valet argumentum. Castr.
☞ *cons.* 333. *Dubium videtur, num.* 3. *ver. licitum est. lib.* 2. Vide, *Vsus & soli-*
32 *tum patris familias seruit pro interpretatione. Concl.* 364. † A libertate ad piam causam, & è contra. Rom. *cons.* 235. *Quoad primum. num.* 5.
33 vbi apostil. *in verb. argumentum*, dat concord. † Ab eo, quod disponens omisit; quia censetur non voluisse; quia si voluisset, expres-
☞ sisset. Vide, *Omissum habetur pro omisso. Conclus.* 115. *num.* 60. *& multis*
34 *seqq.* † A feudo ad emphyteusim; quia sicut feudatarius cadit à feudo ipso iure, si alienauit feudum irrequisito Domino; ita etiam emphyteuta cadit ipso iure, si alienauit, vt supra. Alexand. *cons.* 44.
☞ *Visa facti, in princ. lib.* 3. Vide, *Feudum & emphyteusis in quibus æquipa-*
35 *rentur. Concl.* 214. *& Conclus. ibi prox. seq.* † Argumentum generi-cum concludit absq; eo, quod deueniatur ad speciem indiuiduam, quando quælibet species illius generis habet effectum propositionis. Old. *cons.* 279. *in fin.* † Limita, quando diuersus effectus re-
36 sultat ex prouisione hominis, & legis, quia argumentum non valet. Oldr. *cons.* 275. *num.* 4.

Argumentum de tanquam tali, quid sit, & quando valeat. Concl. 508.

1 ARGVMENTVM † de tanquam tali dicitur, quando quis duplicem repræsentat personam, quia tunc valet argumentum, hoc modo, valet actus tanquam à tali, quia talis etiam erat, licet
☞ idem possit esse diuersa persona. Signorol. *cons.* 217. *num.* 3. Vide,
2 *Persona vna potest habere iura diuersarum personarum. Concl.* 317. † Extende, quia procuratorio nomine obligatus non tenetur de suo eadem ratione. Vide, *Procuratorio nomine obligatus non tenetur de suo. Conclus.* 823.

Argumentum cessat probato contrario. Concl. 509.

1 ARGVMENTVM † cessat probato contrario, quia veritas cedit præsumptioni. Mascard. *lib.* 3. *de probat. concl.* 1221. *num.* 17.
2 † Extende; quia ad tollendam consequentiam sufficit dare instantiam contrariam, *c. sicut vrgeri* 1. *quæst.* 1. gl. *in l. creditori.* vbi Iaſ. *ff. de*
3 *nou. oper. nunc.* Vasq. *de success. creat. lib.* 2. §. 18. *num.* 59. † Extende; quia à negatione cessat argumentum, puta non reperiri iure cautum, nisi doceatur; quia erubescimus, cum sine lege loquimur.
☞ Vide, *Erubescimus, cum sine lege loquimur. Concl.* 331. † Amplia; quia
4 argumentum cessat, data rationis diuersitate; quia ratio diuersa facit cessare omne argumentum. Feder. de Sen. *cons.* 67. *Pone, quod*
☞ *sunt quatuor. num.* 2. *ver. sed non est dubium.* Vide, *Rationis diuersitas facit cessare omne argumentum. Concl.* 37.

Argumentum non valet in multis casibus sequentibus. Concl. 510.

AQVALI † ad quod non valet argumentum. Oldr. *cons.* 225. 1
Grauamina. num. 16. *ver. circa quartum, in fi.* vbi, quod licet debeatur quarta à monachis de omnibus legatis factis Ecclesiæ Monachorum, vel Conuentui ab eo, qui elegit sepulturam in eorum Ecclesia; tamen non debetur de legatis factis monacho singulari, quamuis acquiratur Conuentui. † A diuersis ad diuersa nō 2
arguitur. *l. Papinianus exuli. ff. de minor.* Abb. *cons.* 10. *In causa, & quæstione, in princ. lib.* 1. vbi ponit exempla in liberatione, & de vno ad aliud diuersum non infertur. † Declara; quia licet argumentū non 3
valeat à diuersis; tamen si eadem sit ratio, licet casus sint diuersi, valet argumentum. Dec. *cons* 35. *n.* 16. *ver. nec obstant plura.* † A cau- 4
sa immediata causante, non arguitur ad causam mediatam eundem effectum producentem. Oldrad. *cons.* 22. *n.* 5. 17. *ver. nec obstat.* † A sententia iuris ad sententiam hominis non valet argumen- 5
tum; quia sententia iuris expectat probationem fiendam, sententia vero hominis habet iam factam; ideo in spolio prima non impedit restitutionem, secunda vero sic. Oldr. *cons.* 227. *num.* 4. *ver. se-*
☞ *cundo obiicit*, & idem *cons* 240. *num.* 1. *ver. hic vero quæritur.* Vide, *Sen-*
6 *tentia iuris differt à sententia hominis. Concl.* 107. † A suspensione hominis ad suspensionem iuris valet argumentum. Feder. *cons.* 11. *n.* 7.
7 *ver. remanet ergo.* † A sententia ad renunciationem non valet argumentum; quia plus operatur renunciatio, & actus pendens à cōsensu spontaneo, quam à consensu inuito. Oldrad. *cons.* 227. *num.* 5.
vers. sed ad istud respondetur. † A rebus diuisibilibus ad indiuisibilia 8
non valet argumentum. Oldr. *consil.* 231. *in fin. ver. præterea ibi.* † Ab 9
essentia secundum quid ad essentiam simpliciter, vt albus dentes, ergo non est simpliciter. Oldr. *cons.* 235. *Factum tale est, C. de Sancto,*
in princ. Vide, *Verba sunt intelligenda simpliciter, & non secundum quid.*
☞ *Conclus.* 92. † Ab actu dependente à voluntate vnius, vt est præle- 10
gatum, ad actum prouenientem à voluntate duorum contrahentium, vt est diuisio. Oldr. *cons.* 237. *num.* 4. *ver. nec est verum*, & idem dicit Oldrad. *cons.* 240. *num.* 4. *ver. præterea videtur.* vbi non valet argumentum à contractu conditionali ad legatum conditionale; quia vnum prouenit à facto, & consensu duorum, aliud à consensu vnius. † A subiectione, vel consensu singularium Canonico- 11
rum ad subiectionem, vel consensum vniuersorum, tanquam Capitulum, non valet argumentum. Oldrad. *cons.* 244. *num.* 19. *vers.*
non obstat hoc. vbi vult, quod licet Episcopus conferat dignitates, & propterea arguatur subiectio singulorum de Capitulo; non tamen sequitur, quod Capitulum sit subiectum ipsi Episcopo. † Ab 12
adulto ad pupillum non valet argumentum. Oldrad. *consil.* 325. *in*
fin. num. 9. *versic. primo quia.* † A religiosis ad Clericos seculares 13
non valet argumentum; quia seculares habent maiorem exequūtionem propriæ voluntatis, & pinguius ius in eorum beneficiis, quam regulares. Feder. de Sen. *cons.* 5. *num.* 4. *ver. non obstant iura.*
† Ab actu extraiudiciali ad iudicialem actum non valet argū- 14
mentum; quia facilius impediuntur iudicialia. Feder. de Sen. *d. consil.* 5. *in fin. versic. item quia facilius.* † Ab actu, ex quo quis non vult 15
acquirere sibi delatum, & debitum, non arguitur ad alienationem, nec è contra. Federic. de Sen. *consil.* 9. *per tot.* † A statuto ad 16
sententiam non valet argumentum; quia plus ligat sententia, quam statutum, vide Feder. de Sen. *consil.* 16. *num.* 13. *vers. sed quæ-*
stio est esse. Vide, *An statutum possit, quantum sententia. Conclus.* 438. † Dis- ☞
similitudo vbicunque possit assignari, non valet argumentum à 17
simili in eo, in quo dissimilitudo assignari potest. Federic. de Sen.
cons. 67. *num.* 2. *ver. sed non est dubium.* † A pacto ad legem, & è con- 18
tra non valet argumentum; quia plus potest lex, quam pactum, Calder. *consil.* 98. *An procedat hæc argumentatio*, alias 3 *de pact.* Vide, ☞
Pactum non potest, quantum lex. Conclus. 8. † Ab actu, & decreto ne- 19
cessario ad voluntarium, & è contra nō valet argumentum. Sforcia Odd. *cons. de restit. in integr. quæst.* 22. *art.* 11. *num.* 69. † Ab eo, de 20
quo disputatur, nunquam licitum est arguere tāquam à termino. Cravet. *cons.* 307. *num.* 2. Vide, *Habilitas requiritur in omni dispositione.* ☞
Conclus. 2. † Argumentum non sumitur a statuto, vel lege, quando 21

noua

noua constitutio est derogatoria statuti, vel legis. Socin. *cons.*188. *Visa bulla. n. 5. ver. praterea, ex quo bulla. lib.* 2. Vide plenius *in ver. Statutum qualiter interpretari debeat. Concl.* 574. *num.* 74. *& seq.* Vide etiam supra, *Argumentum valet à contrario sensu. Concluſ.* 498. *num.* 86. *& seq.*

Argumentum non valet in multis casibus, in quibus datur aliquando æquiparatio. Concl. 511.

1 CONTRACTVS † conditionalis differt à testamento conditionali, ideo non valet argumentum de vno ad aliud; quia debitum ex vltima voluntate sub conditione, moriente eo, cui debetur, ante conditionem, non transmittitur ad hæredes, & suos. *l. si ita legatum. ff. de leg.* 1. §. *illi si volet.* in eo, quod debetur ex contractu, vel beneficio legis, & Principis; quia pendente conditione si is, cui debetur, moritur, transmittit. *Institut. de verb. oblig.* §. *ex conditionali.* ita Oldrad. *consil.* 224. *num.* 27. *ver. & pro hoc non obstat.*
2 † Et quod non valeat argumentum à testamento ad contractum simpliciter, sed solum, vbi adest eadem ratio. Alexand. *cons.* 61. *n.* 2. *ver. non obstat, quod in vltimis. lib.* 1. vbi, quod circa interpretationem
3 non valet; quia latior fit interpretatio in testamentis. † Extende in prohibitis; quia prohibitio facta in contractu non habet locum, si fiat per testamentum, & hæredis institutionem propter diuersitatem rationis; quia quis decederet pro parte testatus, & pro parte non. Bald. *consil.* 349. *Statuto Placentiæ, in princip. & in fin. ver.*
4 *subsequenter. lib.* 1. † A legato ad donationem valet argumentum; quia legatum largo modo est donatio. Oldr. *cons.* 58. *num.* 2. tamen non valet in modo constituendi, quia legatum fit absenti, & monasterio nondum constructo; secus in donatione, quæ debet fieri præsenti, & monasterio nondum constructo fieri non potest.
5 Franc. *in cap. Abbate. de re iudic.* §. *allegabatur. n.* 3. *in* 6. † A simili valet, sed vbi potest dari dissimilitudo, non valet. Feder. de Sen. *cons.* 67. *Pone, quod sunt quatuor. n.* 2. *ver. sed non est dubium.*

Ariminensis Ciuitas, & eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 512.

1 CIVITAS † Arimini erat de iurisdictione Episcopi Ariminensis, & est nunc de terris Ecclesiæ. Castren. *cons.* 431. *Ista in-*
2 *stitutio. in princ.* † Postea hæc Ciuitas fuit concessa familiæ de Malatestis in Vicariatum: nam Galeottus Malatesta erat Dominus Arimini pro Ecclesia Romana, contra quem Veneti concesserunt
3 represalias. Bald. *cons.* 445. *Quatuor ad propositum. lib.* 4. † Et Robertus Malatesta erat Dominus Arimini tempore Alexandri de Imola, qui contra eum consuluit, *lib.* 5. *cons.* 23. quod villa Donigaliæ ipsius Roberti non comprehendit bona Castri Zouediæ, quod est territorii Foriliuii vsque ad flumen Luxii, & *cons.* 188. *Viso processu*, consuluit in causa criminali ad instantiam Ill. D. Roberti Domini
4 Arimini. *lib.* 7. † Et Lealis Malatesta fuit Episcopus Ariminen. tempore Dominii Dominorum de Malatestis; ideo facta tempore illius per Ecclesias exemptas, & quæ præscripserunt, dicuntur facta ob metum reuerentialem familiæ de Malatestis. Zabarel. *con-*
5 *sil.* 131. *in fi.* † Episcopus Ariminen. & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ permutarunt Ecclesias inuicem, videlicet, Capitulum dedit Episcopo Ecclesiam S. Mariæ in Cerreto cum omni iurisdictione, Episcopus vero dedit Capitulo Ecclesiam Sancti Laurentii, cum hoc, quod esset pleno iure subiecta, etiam quoad ius visitandi, Capitulo, & hoc de anno 1291. Zabar. *cons.* 131. *per tot.* vbi,
6 quod valuit permutatio. † Monasterium Sancti Iuliani habet multas Plebes, & Ecclesias censuales concessas à diuersis Romanis Pontificibus vsque de anno 1070. super quibus ad fauorem
7 Monasterii consuluit Zab. *cons.* 118. † Statutum, quod est Arimini, quod filius familias maior 18. annis possit cõtrahere sine consensu patris, valet, & habet locum etiam in Iudæis ibi habitantibus. Io-
8 annes de Im. *cons.* 1. *n.* 11. *& 12. ver. an autem de iure municipali.* † Item, quod soluatur gabella de omni instrumento societatis, & non habet locum d. statutũ Arimini, si fiat societas sine instrumento. Io.
9 de Imo. *cons.* 17. *per tot.* † Item, quod soluatur gabella de grano, hor-
10 deo, & faba, super quo Alex. *cons.* 188. *Viso processu. per tot. lib.* 7. † Et proceditur summarie in causis gabellarũ, & sufficit probatio per coniecturas. Alex. *d. cons.* 188. *num.* 2. *& seq. ver. & contra istos inquisi-*
11 *tos. lib.* 7. † Statutum Arimini super præscriptione, quod negligens per 15. annos petere creditum excludatur, est odiosum, & restringendum, vt non comprehendat obligationem ad factum, licet in consequentiam facti veniret debitum in pecunia. Ang. *cons.* 348. *Quidam Manuel, per tot.* vbi ponit statutum, & qualiter intelligatur.

Aristotelis laudes. Concluſ. 513.

ARISTOTELES † appellatur lux Philosophiæ, & veritatis 1
Princeps, per Bald. *cons. vlt. Petrus Lambardus. n.* 7. *lib.* 4.

Armorum appellatione quid veniat. Concl. 514.

ARMORVM † appellatione veniunt non tantum scuta, & 1
gladii, & galeæ, sed etiam fustes, & lapides. *l. armorum. ff. de verbor. signif.* † Et omne, quod nocere potest, & est aptum ad nocen- 2
dum, dicitur armorum appellatione contineri; ideo qui facit vim publicam armatus, sufficit, quod habeat aliquid aptum nocere. *l. armatus. ff. ad l. Iul. de vi publ.* † Et telorum appellatione venit omne 3
aptum nocere. *l hi qui ades. ff. ad l. Iul. de vi publi.* † Et in specie, quod 4
veniat baculus, & omne aptum ad nocendum. Aretin. per illum tex. *Instit. de public. Iud.* §. *lex Cornelia. num.* 2. † Declara, quia in ban- 5
nimentis super delatione armorum ex communi vsu loquendi non veniunt saxa, neque cultelli. Clarus *in praxi criminal.* §. *final. quæst.* 82. *ver. statutum.* 6. *num.* 4. *& 5. ver. & scias.* † Amplia; quia ar- 6
morum appellatione veniunt etiam arma defensibilia, & quæ non venirent ante factum; quia post maleficium, & offensam veniunt, & ideo post factum semper largo modo sumitur vocabulum armorum. † Contrarium videtur velle Marsil. *in praxi.* §. *pro* 7
complemento. n. 19. † Limita, quia dentes non veniunt appellatio- 8
ne armorum, sed potius applicantur ad membra, vel instrumenta corporis; ideo stante statuto Plebis, quod offendens cum armis soluat decem pro pœna, si cum manu sine armis, in quinque, is, qui cum dentibus momordit extra faciem, debet puniri in minori pœna; quia sine armis offendit. Bartol. *consil.* 106. *Statuto Castri Plebis, lib.* 1. vbi reddit rationem; quia si dentes essent arma, homo semper esset armatus, & ibi apostill. *in ver. cum dentibus*, dat concord. † Limita; quia in materia pœnali, & stricta appellatione ar- 9
morum veniunt solum parata ad nocendum. Marsil. *in praxi*, §. *pro complemento. num.* 14. not. *in clem.* 1. §. *quia vero nonnulli. in ver. arma, de stat. monac.* Cæpol. *in l. armorum, in princip.* & ibi Alciat. *circa fin.* Rebuff. *ver. Secundo intelligitur. & ver. quarto. ff. de verborum significat.*
† Restringe; quia attenditur animus, & cognoscitur ex loco per- 10
cusso ex instrumento apto cum loco percusso, vt si gladio paruo in gutture, cum baculo non leui in capite, cum ligone, qui solet non leuem plagam inferre: ista enim instrumenta proprie non parantur, vt arma, & tamen iudicantur talia secundum qualitatem percussionis. Boss. *tit. de homicid. num.* 37. *& seq.* † Et dicit Are- 11
tin. *cons.* 80. *num.* 6. quod licet gladius appellatione armorum veniat; tamen si paruus est gladius, & cum eo percutiatur in loco non periculoso, minus infert, quam si quis cum baculo magno percutiat in loco periculoso. † Declara, quia si sumus in banno, 12
vel statuto prohibente deferre arma, forte est verum, quod non venit gladius ad incidendum panem, aut ad temperandum calamum, sed si loquimur de percussione, & vulnere, venit, ita videtur velle Bartol. *in l.* 1. *num.* 2. *ff. de vi publ.* Marsil. *d.* §. *pro complemento, in praxi, num.* 18. † Declara; quia triplex est genus armorum, primum 13
est proprium, de quo *in auth. de armis.* Ang. *cons.* 397. *Quidam puer, num.* 2. † Secundum est eorum, quæ euidenter sunt apta ad no- 14
cendum, quia hominis industria potest cum illis inducere nocumentum. Angel. *d. consil.* 397. *num.* 2. † Tertium genus est eorum, 15
quæ non sunt parata ad nocendum, prout candelabra, & alia instrumenta ad vsum permissum parata, quæ tamen incidenter possunt inducere nocumentum, & ista non veniunt appellatione instrumentorum euidenter aptorum ad nocendum. Angel. *d. consil.* 397. *per tot.* maxime *num.* 2. *ver. tertia species.* Vide, *Statutum, seu bannum puniens arma deferentem, quando habeat locum, vel non. Conclusio.* 467.

Armorum vsus prohibitus, & quando non. Concluſ. 515.

NEMO † potest deprædari, & armis vti contra conuasallum 1
fratrem, neque potest alter alterum in carcerem detrudere, sed est recurrendum ad Principem. Bald. *cons.* 418. *Non licuit illi strenuo, lib.* 1. † Amplia; quia vsus armorum, & delatio est prohibita de 2
iure communi. Corn. *consil.* 20. *lib.* 3. *per tot.* † Et puniri debet, qui 3
proiicit arma, ne reperiantur, sicuti si inuentus esset cum armis. Corne. *dict. consil.* 20. *lib.* 3. *in princip.* † Declara, & vide Bertach. *in* 4
ver. Arma, versic. 32. incipit, *Arma qualiter.* vbi, quod primo arma deferre licebat de iure Digestorum. De iure vero Codicis non sine licentia principis. De iure autem Authenticorum non

licet

licet etiam defensibilia. De iure nouissimo feudorum licet itine-
5 rantibus. † Extende, quia propterea præsumitur contra incedentes armatos, & coadunantem homines armatos. Alex. *consil.* 103. *Videtur. num.* 3. *ver. pro eo facit. lib.* 1. Ias. *Instit. de action. §. ex maleficiis,*
6 *num.* 81. † Limita, nisi in casu proditionis contra ipsum, secus si
7 contra alium. Bald. *d. consil.* 418. *lib.* 1. † Limita; quia de consuetudine delatio armorum permissa est, maxime ob defensionem.
8 Crauett. *cons.* 314. *in princ.* † Declara, quia potest prohiberi generaliter delatio armorum, & particulariter ex causa, & portans arma prohibita malo animo præsumitur deferre. Crauet. *d. cons.* 314.
9 *num.* 3. *per tot.* late Ias. *in §. ex maleficiis. num.* 81. *Instit. de action.* † Limita, quando statutum loquitur, quod nuentus puniatur; quia
10 debet capi. *l. si Barsatoram. C. de fideiusso.* vbi Bart. † Limita septem modis, de quibus Soc. *in reg.* 30. *Arma portare regulariter est prohibitum.* Vide Mascard. *Conclus.* 128. *Si quis cum telo sit,* vbi, quod armorum vsus prohibitus, & quod armatus præsumitur ad malum, & quando secus.

Arma & insignia familiarum quid operentur, & ad quid inuenta. Concl. 516.

1 ARMA † & insignia familiarum adinuenta, vt memoria earum conseruetur. Anch. *cons.* 113. *Iura, quæ loquuntur, num.* 5. vbi, quod propter signa cognoscuntur signata. Io. de Anan. *cons.* 86.
2 *Pro expeditione, num.* 2. vbi Bologn. in apostil. *num.* 3. † Et non potest sculpi insigne alienum in loco, in quo quis construxit cum suis insignibus; quia memoria familiarum confunderetur. Anch. *dict.*
3 *cons.* 113. *num.* 6. *cum seq.* Io. de Anan. *d. cons.* 86. *num.* 2. † Extende, etiam si sit finita familia, quæ talia insignia in templis, vel locis pu-
4 blicis à se constructis posuit. Anchar. *d. cons.* 113. *num.* 6. *& seq.* † Extende, etiam si sit hæres primi fundatoris, qui habet diuersa insignia; quia non potest illa ponere in Capella, vel sepulchro fundatoris, qui sua voluit insignia poni, Ioan. de Anan. *d. consil.* 86 *in fin.*
5 † Restringe, quando alii fideles in augmentum Ecclesiæ, vel publici operis vellent magnificare, & apponere sua insignia, non deletis antiquis, vel appositis litteris, quæ non derogarent primis armis, Anch. *d. cons.* 113. vbi est casus, *num.* 7. *per tot.* quia augmen-
6 tum, & ampliatio expresse non potest prohiberi. † Amplia; quia nemo potest in re aliena ponere propria insignia, Io. de Anan. *d.*
7 *cons.* 86. *num.* 2. † Amplia; quia arma, & insignia dignitatis, prout Legati, Episcopi, Doctoris, & similium, non possunt portari, nisi per habentes illam dignitatem, alias incurritur pœna falsi. Bart. *in tract. de insignib. & armis, in princ.* vbi apostilla limitat duobus mo-
8 dis. † Extende idem in insignibus Principum, Regum, &c. Bart.
9 vbi supra. † Aliqua insignia traduntur à Principe, aliqua assumuntur ex placito, & qualiter possit vnus alium prohibere, vide Bart.
10 vbi supra, vbi multa circa artifices, mercatores, & alios. † Amplia; quia imo fiscus, vel priuatus per appositionem armorum in re confiscata, vel quæsita censetur apprehendere possessionem; quia appositio insignium, & armorum probat possessionem. Bart. *in l. facultas, num.* 4. *C. de iur. fisc. lib.* 10. plene Franc. Lucan. *in tract. de priu-*
11 *il. fisci, num.* 121. † Extende; quia communiter probatur rem esse eius, cuius sunt arma, & insignia, *l. qui libertatem. §. fi.* & ibi Bart. *ff. de oper. public.* Cæpol. *in tract. de seruit. vrban. prædio. c.* 40. *tit. de pariete,*
12 *seu muro, num.* 16. † Extende, quia ex insignibus, & armis cognoscitur, qui sit dominus rei, vel rerum. Bal. *d. in auth. dos data. C. de do-*
13 *nat. ante nup. in ver. in signaculo.* † Et ideo Ballæ Mercatorum præsumuntur eius, cuius sunt signacula, seu arma. Negus. *de pignorib. in*
2. par. 3. membr. in 5. par. princ. num. 14. Grat. *cons.* 9. *num.* 10. *lib.* 1. Vide Mascar. *Concl.* 160. *Balla an præsumatur Mercatoris, cuius est signum in*
14 *ea*, vbi, quid de animalibus signatis, & aliis, quod præsumantur domini insignium. Mascar. *Concl.* 91. *Animal.* † Et quod inscriptiones soleant probare dominium. Grat. *d. cons.* 9. *nu.* 10. *lib.* 1. & idem dicit Decius in iure patronatus, *cons.* 135. *Ad iustificationem. ver. Bal-*
15 *la, num.* 1. † Et maxime, quando sunt inscriptiones, & insignia antiqua, probant, vt dicit Angel. *in l. monumentorum. C. de religios. & sumpt. funer.* nam ob inscriptionem, & insignia D. N. Iesvs Chri-
16 stus iudicauit reddendum Cæsari, quod est Ius. † Extende; quia ex stigmate, & signo infixo seruo, vel animali signato fit recognitio, quod sit eius, cuius est signum. Bart. *in l. stigmata. C. de fabricens. lib.* 11. vbi in fine ponit, quod recognitio corporis mortui, cuius fa-
cies deuastata est, potest fieri ex cicatrice, vel signo recognito.
17 † Amplia in libris; quia an gesta sint proprio, vel communi nomine gesta, inspicitur inscriptio, seu intitulatio libri. Bart. *in l. si patruus. C. commun. vtriusque iud.* quem ibi sequitur Salycet. & Bald. Castrens. *cons.* 319. *Visis, & examinatis, num.* 2. *lib.* 2. Soc. *cons.* 162. *Considerata contingentia casus, num.* 9. *lib.* 2. Alexand. *cons.* 132. *Perlectis, n.*
9. *& 12. lib.* 5. Corne. *cons.* 71. *Licet videatur prima facie. num.* 6. *lib.* 1.
† Amplia; quia insignia antiqua probant, seu inducunt præsum- 18
ptionem, quod domus, Ecclesia, vel aliud ædificium fuerit fabricatum pro gloria eius, qui posuit insignia, sed in his, quæ sunt magni præiudicii, non probant dominium rei: & idem de scriptura antiqua inscripta, alias posset fieri præiudicium magnum, plene Cagnol. *in l. 1. num.* 177. *& seq. ver. & sicuti scriptura. ff. si cert. pet. at.*
† Limita in auibus solitis volare, vel feris; quia signa non ad- 19
cunt dominium, ex quo fiunt capientium, vnde auis, & fera, quæ euolauit, vel aufugit, effecta libera efficitur capientis, non obstante signo. Vide plene Masc. *Concl.* 157. *Auis reperta penes tertium.*

Arroten Ciuitas est Rom. Eccles. eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 517.

ARROTEN † est subiecta Rom. Eccles. & domini illius sunt 1
Vicarii temporales Romanæ Ecclesiæ. Anch. *cons.* 110. *Prima facie videtur. in princ.* maxime *num.* 2. † Statutum Ciuitatis Arroten- 2
sis punit fraudantes datium Communis certa pœna, sed non habet locum in datiario conducente; quia si fraudem committat socius, non habet locum pœna fraudantis Commune, quia mutatur persona, & successor emptoris datii dicitur subrogatus in commoditatis perceptione tantum, non in aliis, plene Anchar. *d. cons.* 110. *per tot.* vbi est casus.

Ars iuuat artificem, & quid sit ars. Concl. 518.

ARTIFEX † excusatur ab iniuria, quando sequendo artem 1
suam aliquid de sui natura iniuriosum profert: nam si Astrologus dicat, aliquem furtum commisisse sequendo artem suam, non dicitur inferre iniuriam. Gemin. *consil.* 7. *num.* 6. *ver. nam vt ibi.* Vide, *Iniuriarum actione non tenetur. Concl.* 161. † Amplia; quia artifi- 2
ces sunt iuuandi, & confouendi, ne homines ignauiæ dediti fiant. *C. de Decurio. lib.* 10. *l. quidam ignauiæ.* Angel. de Perusio *cons.* 33. *Supradicta prima. n.* 3. vbi, quod propterea Florentini prohibuerunt, aliquem posse imbussolari pro officio, & regimine; qui artem non exerceret, vbi, quod etiam Notarii dicuntur habere artem.
† Ars est regula; quia vbi non est regula, non est ars, & sine inge- 3
nio non est ars; ideo non est ars fœnus, neque fœneratores dicuntur artem habere. Bald. *cons.* 108. *Statuto cauetur. n.* 4. *lib.* 4. † Nota- 4
riatus dicitur ars, & ideo Notarii dicuntur habere artem, sicut aliud magisterium scientiæ. Angel. de Perusio *cons.* 33. *Supradicta prima. num.* 5. *ver. quartum dubium.*

Artifex quis dicatur, & quando desinat esse, vel non. Concl. 519.

ARTIFEX † dicitur is, qui certam artem exercet, quando ad- 1
mittit omnes sine delectu volentes ab eo emere, vel inseruire in illo artificio, alias non esset artifex, ita Abb. *consil.* 78. *Viso toto processu, col.* 2. *circa princ. ver. reta gliaria. lib.* 1. allegat not. *in l. palam. ff. de rit. nupt.* † Et dicitur artifex ad differentiam mercatoris ille, qui 2
mercimoniam emit, & eam exercet artem, vt vendat cum artificio, ad differentiam mercatoris, qui vendit mercantiam, prout ipse emit, nullo adhibito artificio. Vide, *Mercator quis dicatur. Con-*
clus. 208. † Magister lapidum non dicitur proprie artifex, sed simi- 3
lis artifici. Rom. *cons.* 92 *n.* 3. † Artifex, qui acquisiuit artificium sua 4
voluntate, desinit esse artifex, cum primum dimittit, & desinit exercere illud artificium. Bald *cons.* 409. *Cum quæritur, in fi. lib.* 5. vbi, quod eo casu exercitium facit artificem. † Contrarium, quod 5
scholaris, & artifex non desinant esse tales, nisi lapso quinquennio. Bart. *cons.* 134. *Vniuersitatis,* & ibi apostil. *in ver. reuertendi. lib.* 1. Vide, *Matriculatus quando perdat priuilegium. Concl.* 115. † Amplia; 6
quia quis potest esse in collegio duarum artium vnam exercendo per se ipsum, aliam per ministros, & quæ prævaleat, quando vna est magis priuilegiata, quam alia. Alex. *cons.* 293. *Visis & ponderatis, & per tot. lib.* 7. † Restringe, nisi cum dolo, & fraude fuisset assecu- 7
tus artem maiorem post legem. Alex. *d. cons.* 293. *lib.* 7. † Limita in 8
artificio, quod sola voluntate artificis non acquiritur, prout in Doctore; quia Doctoratus confertur ratione scientiæ, ideo Doctor à seipso non potest desinere esse Doctor; quia voluntate sua, & alterius acquisiuit artificium. Bald. *d. cons.* 409. *lib.* 5. *in fin.* Vide plene per Mascard. *Conclus.* 135. *Artificem.* vbi, quaeliter probetur quem esse, vel desisse esse artificem.

* *
*

Artifex insignis habet multa priuilegia. Concl. 520.

1 ARTIFEX † singulari excellentia, vel quilibet insignis homo in aliqua arte, vel scientia habet priuilegium, quod pro delicto commisso minuitur sibi pœna, vel remittitur etiam in totum. * *l. ad bestias. ff. de pœn.* & est communis * opinio. Clar. *§. fin. quæst. 60. num. 26. ver. pariter etiam.* vbi dat exempla in bombardario, in fabro, & aliis. † Declara; quia iudices inferiores hoc non possunt facere inconsulto Principe neque alii maiores, quando est facta condemnatio; quia Princeps debet consuli. Clar. *d. quæst. 60. num. 26. in fi.* vbi quod raro hoc euenit. Vide, *Litterati homines priuilegiati. Concluſ. 360.*

Articulus quid sit, & vnde formetur, & censetur admissus, si super eo sunt testes examinati. Concl. 521.

1 ARTICVLVS † est nomen diminutiuum designans aliquid particulare, & indiuiduum in genere suo per debitas circumstantias decisum. Oldrad. *consil. 167. Ante omnia num. 3. ver. est enim articulus.* † Et dicitur articulus pars intentionis continens illud, quod actor, vel reus probare intendit. Bald. *in l. generaliter. §. 1. C. de reb. cred.* † Et debet articulus esse simplex, & non continere plures conclusiones. Castrens. *consil. 455. Viso & examinato, in princ. lib. 1.* vbi, quod testis referens se ad articulum plura continentem, & dicens vera contenta in articulo, debet sane intelligi secundum rationem; vnde si continet possessionem plurium, & possessionem defuncti tempore mortis, & testis dicat vera; quia vidit possidere, prout in articulo, & vltra, non refertur ad possessionē tempore mortis; quia dictio, *vltra*, nō potest accommodari. † Et propterea articuli obscuri, generales, & carentes debitis solemnitatibus non sunt admittendi, & non releuant, maxime si sunt obiectiui. Oldrad. *d. consil. 167.* Vide, *Obiiciens dicitur accusator, & quando quis admittatur. Concluſ. 8.* Vide, *Articulus obiectiuus quando dicatur. Concluſ. 429.* † Et non sunt obscuri, si facta probatione releuarent. Signorol. *consil. 79. Factum sic se habet. num. 11. ver. ex his euidenter.* † Limita, quod exceptiones articulatæ generales releuant, si non sunt criminosæ. Castrens. *consil. 335. num. 2. lib. 1.* † Formari debent articuli, & positiones super petitione, seu libello; quia de corpore petitionis nasci debent. Bald. *consil. 2. Visa petitione. num. 3. ver. & quia de corpore. lib. 5.* † Contrarium tenet Alexand. *consil. 172. In causa, lib. 6. in princip.* vbi, quod differentia est inter articulos & positiones; quia positio probat in præiudicium ponentis, articulus vero non probat in præiudicium articulantis. † Et cautela est, quod formentur articuli cum clausula; *& prout testes probauerint, seu deposuerint*; quia talis articulus, cum præcise non disponat, nō probat contra articulantem. Alexand. *consil. 133. Viso processu. num. 14. & sequen. lib. 1. & cons. 80. num. 10. & sequen. lib. 2.* Anton. de Butr. & Abb. *c. fi. de confess.* † Declara; quia sicuti libellus probat contra libellantem, ita etiam positiones, & articuli probant contra ponētem, & articulantem; quia sumuntur ex libello; verum est, quod interrogatoria non probant contra interrogantem, nisi sint præparatoria; quia illa probant contra interrogantem. ita apostil. ad Alexand. *d. consil. 172. in princip. in ver. articulans lib. 6.* licet dicat aliqua, quæ non sunt vera, quod positiones, & articuli sumantur, & quod tam articuli, quam positiones probent contra ponentem, vel articulantem, non autem contra interrogantem. Castrens. & Ias. *in l. Iudices. in fin. C. de iudic.* vbi dicit menti tenendum. Vide Conclusionem proximam seq. Vide Masc. *Concl. 130. An censeantur admissi articuli.* vbi, quod eo ipso sunt admissi, quod super eis testes sunt examinati, & quando secus.

Articulus quando dicatur sufficiens, vel non. Conclusio 522.

1 ARTICVLVS † dicitur sufficiens, si continet id, quod sufficit pro sufficienti probatione testium; quia articulus non debet continere plus, quam debeant deponere testes. Oldrad. *cons. 172. num. 19. ver. ad id vero.* quia quicquid potest probari, potest in articulum deduci. Oldrad. *consil. 279. ver. ad secundum, num. 2. & num. 4.* vbi, quod non debet plus poni in articulo, quam necesse sit per testem deponi. Calder. *cons. 190. in princ. ver. certum est*, alias *1. de exceptio.* vbi, quod illud, quod est de substantia articuli, vel exceptio-
2 nis, est etiam de substantia probationis. † Amplia, vt articulus dicatur sufficiens, si continet nomen dignitatis, puta, Papæ, licet nō exprimatur nomen Papæ, quando articulatur actus dignitati attributus, & non personæ. Oldr. *cons. 254. Quia tota. n. 6. ver. quarto oppo. & num. 21. ver. ad corroborationem, & in consil. 279. num. 6. ver. & vt aliqua in specie.* † Amplia, quod articulus male specificatus, vt 3
quia non continet nomen habentis dignitatem, potest declarari, & specificari intra tempus, & terminum datum ad declarandum. Oldrad. *d. consil. 254. num. 22. ver. ad alium obiectum.* † Amplia, quod 4
articulus dicitur sufficiens, licet non contineat tempus, nec locum celebrati contractus; quia licet nullum factum de mundo possit esse sine certo loco, & tempore; tamen de necessitate istud non debet exprimi; quia daretur materia fabricandi falsum. Oldr. *d. cons. 279. n. 4. ver. quartum, & num. 5. ver. dicit etiam*, vbi, quod istæ circumstantiæ relinquuntur examinationi testium, & *cons. 285. n. 6. ver. ad secundum.* † Amplia, quod articulus super exercitio iuris- 5
dictionis est sufficiens, licet non exprimantur singuli actus, nec personæ, inter quas fuit iurisdictio exercitata; quia licet testes possint de istis circumstantiis interrogari; tamen ista non sunt articulis inscribenda. Oldr. *d. cons. 279. num. 9. ver. deinde dicit pars, vsque in fin.* †, Amplia, quia ad hoc, vt articulus sit sufficiens, debet esse ta- 6
lis, vt ex eius confessione resultet formalis conclusio victoriæ articulantis. Bald. *cons. 62. Alia vice, circa princip. ver. quarta conclusio. lib. 2.* Signorol. *consil. 79. Factum sic se habet. num. 11. ver. ex his euidenter.* Vide Conclusionem proximam sequentem.

Articuli quando captiosi, & impliciti, vel defectuosi. Concluſ. 523.

ARTICVLI † captiosi, & impliciti dicuntur, quando conclu- 1
dunt per dictionem, *etiam*, quæ est implicatiua. Oldrad, *consil. 244. num. 18. ver. secundum genus*, & latius *num. 23. ver. quo vero*, vbi, quod articuli impliciti per dictionem, *etiam*, & generales, tanquam obscuritatem continentes, non sunt admittendi. † Amplia, 2
quod articuli generales tanquam incerti, & obscuri non admittuntur. Oldr. *d. cons. 244. num. 23. ver. quo vero*, & qualiter procedat, idem Oldr. *cons. 279. n. 5. ver. dicit etiam.* vbi, quod in materia ciuili generalitas respectu circumstantiarum non articulatur, sed examinationi testiū relinquitur; secus in criminali, prout sunt locus, tempus, contestes, &c. & latius *cons. 311. num. 6. & 7.* vbi, quod dicitur articulus clarus, quando continet quid, quale, & quando; idem, si per relationem est certus. † Extende, quia articuli, quod 3
libris alicuius semper fuerit adhibita fides in iudicio, & extra, non sunt admittendi; quia testes non possunt concludere propter nimiam generalitatem; quia si ex statuto, vel consuetudine id procedit, restringitur ad certam artem, vel artificium. Ias. *in l. age cum Geminiano, col. 2. C. de transact.* ideo debent cōtinere artem scribentis, alias probatio non releuaret, vel quatenus ad ius commune referri deberet probatio, debent articuli continere legalitatem personæ, & alias verisimilitudines. † Imo etiam si testes super ta- 4
li articulo, & legalitate generali deponerent vidisse dare fidem semper, & interrogati in causa scientiæ nunquam viderint in iudicio hæc fieri, non probant; quia ratio attendi debet, *l. solam*, vbi Bald. & alii, *C. de testib.* † Amplia, si contineant verba iuris, nō sunt 4
admittendi. Oldrad. *d. cons 244. nu. 21. ver. nec obstat.* Vide, *Articulus iuris quando procedat, vel non. Concl. 525.* † Amplia, si contineant ne- 6
gatiuam non coarctatam loco, & tempore, non admittuntur. Oldrad. *d. cons. 244. num. 21. ver. nec obstat.* secus si sit coarctata, quia est probabilis. Oldrad. *d. cons. 279. num. 2. ver. ad secundum.* † Amplia, si 7
contineant alternatiua verba; quia debent esse certi, & dispositiui. Oldr. *d. cons. 244. n. 23. ver. illud etiam genus.* † Amplia, si continent 8
turpitudinem articulantis, quia non admittuntur. Oldr. *d. consil. 244. in fi. num. 27. ver. idem quoad articulum.* † Amplia, quia post ter- 9
minum peremptorium ad dandum articulos præfixum non sunt admittendi. Oldr. *d cons. 244. in fi. num. 28.* † Amplia, quod articu- 10
li necessario non concludentes, sunt impertinentes, vt si quis priuatiue ad alium vult probare exercuisse iurisdictionem, non sufficit simpliciter articulare de exercitio iurisdictionis, nisi dicatur, quod solus, & insolidū ponens, & articulans exercuit iurisdictionem. Oldr. *cons. 254. Quia tota, num. 11. ver. primo dicitur.* † Amplia, 11
quia articuli debent continere tale factum, quod corporis sensu possit percipi, & apprehendi, alias non sunt admittendi, vt si quis articulat, talem fuisse virtuosum, vel fatuum, quia ista non cadunt in sensum hominis, nisi cōstet ex actibus, ex quibus quis talis iudicatur. Oldr. *d. cons. 279. num. 3. ver. tertium.* † Amplia, quia quan- 12
do quis articulat titulum suum, qui sit necessarius, non sufficit ipsum titulum articulare, nisi dicatur, à quo sit habitus titulus, quia alias præsumitur fictitius. Oldrad. *d. consil. 279. num. 7. ver. non obstat.* † Amplia, quod articuli contrarii non admittuntur. Ol- 13
drad. *cons. 285. num. 9. ver. sed contra ista.* & quando dicantur contrarii, vel declaratiui, vide eundem ibi *num. 10.* † Amplia, quia ar- 14
ticuli non sunt admittendi, quando probati non releuant. Oldr.

cons.

15 *conf.316. Breues rationes.in princ.& per tot.& conf.328.in princ.* † Amplia; quia articuli super consuetudine contra ius non admittuntur, nisi contineant actus positiuos, ex quibus resultet consuetu-
16 do. Ægid. *decis.407.articulus consuetudinis,& decis.461.* † Limita, seu declara,quod dictio,*etiam*,implicatiua facit articulum captiosum,& non admissibilem, quando implicat contraria;secus si implicat diuersa. Oldrad. *conf.254.Quia tota pars.in princ.num.3.ver.se-*
17 *cundo dicitur.* † Limita, seu declara, nisi adsit adiectio causæ, quæ concludat, quia licet articulus sit vagus; tamen per causam bonam expressam admitti debet.Oldrad *d.conf.254.num.10.ver.septi-*
18 *mo opponitur.*† Limita; quia specificatio non requiritur in his,quæ generaliter dicta omni ex parte concludunt. Oldrad. *conf.269.in*
19 *fin.*† Limita,nisi negatiua resultaret ex affirmatiua,puta,quod solus Episcopus aliquid fecerit; quia de stylo admittuntur in pala-
20 tio.Oldrad.*d.conf.254.n.25.ver.præterea ad illud.* † Item, nisi negatiua, quæ semper habet implicitam affirmatiuam, & è contra, posset probari per actus,vel causas affirmatiuas.Oldrad.*conf.311.n.4.*
21 † Limita in dominio,& his,quæ intellectu pe cipiuntur;quia admittuntur,sed testes etiam non interrogati debent reddere cau-
22 sam scientiæ,alias non probant.Oldr.*d.conf.311.n.5.* † Limita,nisi titulus ab immemorabili tempore allegetur; quia non debet ex-
23 primi, à quo. Oldr.*conf.279.n.8.ver præterea.* † Limita, in alia instantia; quia possunt dari in secunda instantia articuli contrarii primis per modum correctionis. Oldr. *conf.285.in fi.ver.& ex his manifeste.*

Articuli impertinentes an admittendi, & quæ requirantur, & an post terminum, & didicita testificata admittantur articuli. Concluſ.524.

1 ARTICVLI † impertinentes admitti non debent Oldrad. *conf.215.Puncta breuia.col.fi.n.10.ver.ad vltimum,vsq; in fi.* Am-
2 plia,† vt idem sit,quando constat de non iure dantis articulos, quia adhuc non sunt admittendi tanquam impertinentes.
3 Oldrad.*d.conf.215.in fi.ver.deinde opponit.* † Amplia; quia articuli,& positiones non admittuntur, quando probati non releuant. *cap. cum dilectus.vltra med.de election.* Feder. de Sen. *consil.148.circa med.*
☞ *vers.item facit alia præsumptio.* Vide, *Probatio quæ non releuat, non ad-*
4 *mittitur.Concluſ.782.* † Et dicuntur impertinentes,quando non continent tale factum, quod ex eorum confessione resultet conclusionis effectus. Bald. *conf.62. Alia vice,circa princ.ver.quarta con-*
5 *clusio.lib.2.* † Amplia;quia imo neque articuli pertinentes admittuntur post publicationem attestationum, regulam ponit Masc. *Concl.134.Articuli an admittantur post publicatas attestationes.*vbi am-
☞ pliat,& limitat.Vide plenius,*Testes regulariter non examinantur super*
6 *eisdem post publicationem.Concl.292.* † Limita,quando est dubium, an articuli sint impertinentes, vel non; quia in dubio sunt admittendi cum clausula, *saluo iure impertinentium,& non admittendorum.* Bald.*conf.143.Super quæstione vertente,in fin.vers.item & si esset dubium. lib.2.* Signor. *conf.79.Factum sic se habet.num.11.& seq.ver.ex his eui-*
7 *denter.* † Et quid operetur hæc clausula in admissione articulo-
☞ rum,*saluo iure impertinentium.* Vide,*Protestatio contraria facto non re-*
8 *leuat,idem,si contraria iuri.Concluſ.944.*† Restringe,quod secus sit in positione,quę si est dubia,an releuet,reiicitur in dubio propter periculum iuramenti. Signorol. *d. conf.79.num.12.vers.nec obstat.*
9 †Declara,quia responsio facta positioni,cui non erat respondendum,præiudicat; secus si facta est protestatio, quod habeatur pro non responso, si respondendum non est;quia protestatio releuat, & responsio habetur pro non facta,quando non erat respondendum.Bart.*in l.ille à quo.§.si de testamento.ff.ad Trebellian.* Vide, *Clau-*
☞ *sula iudiciorum diuersa,& quid operentur.Concluſ.361.*Vide plene Ma-
10 scar.*Concl.132.Articuli impertinentes an sint admittendi.*† Limita;quia articuli impertinentes censentur admissi eo ipso, quod super eis sunt testes examinati. Mascard. *Concl.130.An censeantur admissi ar-*
11 *ticuli,*vbi qualiter procedat,& intelligatur. † Contrarium, quod imo requiratur citatio in productione, & admissione articulo-
12 rum.Mascard.*Concluſ.131.A pars vocanda sit.* † Limita;quia articuli non sunt admittendi post terminum peremptorium, & quando
☞ secus. Vide pro vtraque opinione Mascard.*Concluſ.133.Articuli in causa ciuili,vel criminali.*

Articulus iuris quando procedat, vel non. Concl.525.

1 ARTICVLVS † continens ius non perceptibile sensu corporis non admittitur.Oldrad.*conf.244.Ad obiectus,in prin.ver-*
sic.tenent etiam locum.& num.21.ver.nec obstat. & quomodo intelligatur, quod articulus iuris non admittitur, declarat Oldrad. *con-*

sil.279.ver.ad primum,in princ. vbi,quod articulus affirmatiuus,vel negatiuus eius, quod est de iure, non admittitur; quia ius est cer-
☞ tum, & contrariam non admittit probationem. Vide, *Articuli*
quando dandi in causa summaria Concluſ.prox.seq. † Amplia in tan- 2
tum articulum debet continere factum, vt si contineat verba ambigua, quæ possunt referri ad ius,& factum, prout in consuetudine, semper ad factum referuntur. Oldrad. *d.conf.244.num.3.*
ver.cum ergo,& conf.172.num.6.ver.ad quartum. † Limita, nisi ar- 3
ticulus contineat ius perceptibile sensu corporis; quia tunc admittitur,vt si quis narrando factum,seu articulando annectit ius, quod resultat ex tali facto; quia tunc nihil aliud est, nisi qualificare factum probationi subiacens; quia tunc indistincte procedit. Oldrad. *d. consil.244.num.2.ver.secundo respondetur.*vbi exemplificat in eo, qui articulat possedisse rem mobilem triennio, & quod effectus est dominus, & similia, & *d.conf.279 in princ.ver.alius,qui*
sit, vbi exemplificat in eo, qui vendidit, vel fecit testamentum, vt
inde iuris effectus resultet. † Limita in articulo continente con- 4
suetudinem; quia licet consuetudo sit iuris; tamen quia etiam continet actum frequentatum,& habitum generatum, quæ sunt facti, in dubio ad factum consuetudinem inducens referuntur verba articulorum. Oldrad.*d.conf.244.ver.ad secundum,n.3.& conf.*
*172.n.7.ver.ad quartum.*latius *conf.254.Quia tota pars.num.4.ver.ad*
secundum. vbi, quod articulus de consuetudine tanquam de facto valet,videlicet,continens factum,quod cadit in sensum hominis.
† Contrarium parte opponente tenet Crauet.*conf.134.num.7.*vbi 5
declarat Oldr.n hoc.† Limita,vt imo articulus admittatur,sed ta- 6
men testis examinatus non probat, nisi reddat causam scientiæ, etiam non interrogatus. Oldrad. *conf.311. num.5.* vbi loquitur in dominio probando.

Articuli in causa summaria quando sint loco petitionis,& qualiter admittendi. Concl.526.

ARTICVLI † in causa summaria funguntur duplici officio, 1
nempe sunt loco petitionis; quia dantur in principio litis, absque alia petitione,& loco articulorum. Oldr.*conf.244.Ad obiectus,in princ.*idem Oldr.*conf.290.ver.sed hic domina Ioanna.num.2.*& quod sint loco libelli, Oldr. *conf.316.n.4.ver.tertio*, vbi loquitur in causa summaria. † Et quando sunt loco libelli, admittunt etiam 2
verba iuris exprimentia, prout libellus, idem Oldrad. *d.conf.244.*
in princ.ver.si sic est. † Vide Castrens.contrarium tenentem,*conf.* 3
*455. Viso, & examinato, n.3.ver.tertia ratio,lib.1.*quod in causa edicti Diui Adriani intentati, quæ est summaria, processus,& sententia est nulla; quia dati sunt primo articuli,& examinati testes, postea petitio in fine; & ideo omnia nulla sunt; quia reus non potuit deliberare; & quia præposteratur ordo iudicii. † Secundo, articuli 4
tenent locum petitionis, & sic tenent locum facti probandi, & hoc casu non debent continere ius sensu non perceptibile; secus si continent factum, ex quo ius inferri potest. Oldrad.*d.conf.244.*
☞ *in princ.n.1.in fi.ante num.2.ver.tenent etiam locum.* Vide etiam supra,
Articulus iuris quando procedat.Concluſ.proxima præced.

Articuli post publicationem testium qui debeant admitti,vel non.Concluſ.527.

ARTICVLI † super eisdem materiis,super quibus examina- 1
ti fuerunt testes in prima instantia, & eorum dicta publicata, non possunt admitti in causa appellationis; *c.cum clamor.*
☞ *de testibus.* Vide,*Testes regulariter non examinantur super eisdem post pu-*
blicationem.Concluſ.294. † Amplia; quia neque articuli directo 2
contrarii possunt admitti post publicationem testium,quia subest timor subornationis.Angel.*conf.155.In quæstione vertente,in princip.* † Limita, quia prædicta procedunt de iure Canonico, & in terris 3
Ecclesiæ, secus de iure ciuili. Angel. *d. conf.155.in princ.* † Limita, 4
quia admitti debent articuli ad reprobandum, secundum communem opinionem, vel etiam diuersi, secundum Signorol. *consil.79.Factum sic se habet,per tot.*

Articulus famæ qualiter formandus, vt probet famam. Concl.528.

ARTICVLVS † vltimus, qui de stylo dari consueuit,conclu- 1
dens, quod de prædictis omnibus fuit publica vox, & fama, non releuat, etiam si testes probent talem articulum in casu, in quo fama, & communis opinio specifice debuit probari in aliis articulis.Signorol.*conf.70.In quæstione vertente.num.17.in fi.cum seq.*
ver.venio ad secundum. vbi, quod nisi reddant rationem scientiæ,

non releuat. † Declara; quia articulus super probatione famæ debet specifice continere, in loco tali esse publicam vocem, & famam apud homines, & incolas, & apud maiorem partem populi; quia sic apud maiorem partem populi publice dicitur, tenetur, & reputatur, alias non sufficeret, vt plene Bart. *in l. de minore. § plurimum. n. 20. & seq. ff. de quæst. ver. quæro, quid si dicit testis.* Alex. *cons. 151. Repetitus in causa, n. 11. & seq. lib. 5.* vbi apostil. *in ver. famam.* Vide, *Fama ad hoc, vt releuet. Concluſ. 64. num. 25 & seq.* Vide, *Testes debent intelligere id, quod dicunt, alias non probant, & quando secus. Concluſ. 172.*

Articulus obiectiuus quando dicatur, & admittatur, vel non. Concluſ. 529.

1 ARTICVLVS † obiectiuus dicitur (qui si non descendit ex appellatione extraiudiciali, non debet admitti) quando Titius impetrauit 15. Februarii beneficium per obitum, & ego 15. Martii, & volo probare, quod is, per cuius obitum vacat, obiit post diem 15. Februarii, & ante diem 15. Martii; quia quoad primam partem dicitur impugnatiuus gratiæ aduersarii, non autem de iure meo. Oldrad. *cons. 116. Titius impetrauit.* qui dicit semper esse obiectiuum, quando ex eo principaliter ius dantis non crea-
2 tur, sicut materiatum ex materia. † Contrarium tenet Cassad. *decis. 2. de exceptio.* vbi, quod articulus dicitur de iure dantis, & non obiectiuus, quocunque modo directe, vel indirecte intret ius meum, & reprobat Oldr. *in d. cons. 116.* Vide plenius, *Obiectiua materia qua dicatur. Concluſio. 9.*

Asculana Ciuitas, & eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Concluſ. 530.

1 ASCVLANA † Ciuitas habet statutum, quod nulla mulier virum, vel filios habens, possit testari, vel aliquo modo pro anima disponere, vel ordinare, vel etiam alienare de bonis suis sine requisitione, vel præsentia mariti, si habuerit maritum, alioquin sine præsentia filiorum, vel filiarum. Angel. *cons. 88. Item statuimus.* vbi, quod est fauorabile filiis, & quod est confirmatum à Papa.

Assassinium quid sit, vel Assassinus, & qualiter probetur, & multa specialia, & quæ pœna imponenda sit. Concluſ. 531.

1 ASSASSINIVM † committit proprie, & assassinus dicitur is, qui aliquem Christianum occidi precio mandat alteri siue
* Christiano, siue infideli, * communem dicunt Clar. *in § . Assassinium. in princ.* Roland. à Vall. *cons. 14. lib. 4.* Burſat. *cons. 10. num. 4.* † Et
2 non refert, an pecunia fiat homicidium actu soluta, an promissa. Monterent. *super statuto criminali, rub. 21.* allegat Bald. *cons. 383. lib. 5.*
3 † Et licet aliqui teneant, illud nomen assassinii esse locale, vt sint certi loci homines, vt Archid. & Ioan. And. *in c. 1. de homic. d. in 6.* Aret. *cons. 163. col. 10.* & alii, quos citat apostil. ad Alex. *cons. 166. in ver. assassinius. lib. 7.* Tamen est generale ad omnes, & omnes comprehendit, qui pecunia Christianum interfecerint, vel interfici
* mandauerint. Clar. *d. § assassinium. in princ.* vbi dicit * communem. Corne. *cons. 249. col. 2. lib. 1.* & videtur tenere Alexand. *d. consil. 166.*
4 *lib. 7.* † Extende, vt etiam Episcopus dici debeat assassinus, & pœna obligetur assassinii, si precio mandauit interfici, vel pecunia
* interfecit Christianum, * communem dicit Clar. *d. § . assassinium, num. 3.* † Declara; quia si illa qualitas, quod interfectus esset Christianus, non esset probata, non haberet locum pœna assassi-
* nii, plene Alexand. *d. cons. 166. Videretur, in fi. lib. 7.* vbi dicit * communem, & quod fuerunt liberati plures propter qualitatem non probatam, dicit Clar. *d. § . assassinium, num. 2.* licet ipse non approbet propter communem contingentiam, quod omnes sunt Christiani in partibus nostris; ideo onus probandi incumbit as-
6 sassino, quod interfectus esset infidelis. † Et idem dicitur de eo, qui interfecit hominem, vt derobaret eum; quia iste proprie etiam dicitur assassinus, & famosus latro, de quo est text. *in l. capitalium. § famosos. ff. de pœn.* Monterent. *super statuto Bonon. crimin rub. 21.*
* 7 † Extende; quia assassinus magis * dicitur, qui pecunia interfecit, quam qui pecunia mandauit interfici, & licet pariter vterque sit assassinus; tamen maius videtur delictum facientis homicidium, quam iubentis, ideo pœna interfectoris magis rigorosa esse debet. Clar. *d. assassinium. in fi.* Corrad. *in Breuiario. § . 3. tit. de mandante.*
8 *num. 4.* † Vide; quia imo pari pœna puniuntur, mandans & mandatarius multis casibus, de quibus Corrad. *in d. suo Breuiario § . 3. tit. de mandante. num. 3. & seq.* vbi ponit 17. ampliationes, & octo limitationes. † Extende; quia assassinus dicitur, qui accepit pecu- 9
niam ad homicidium committendum. Corr[1]. *in d. Breuiario. § . 3. tit. de mandante, num. 3. & 4.* vbi, quod atrox dicitur delictum assassinii, & ideo pœna augeri debet, & plenius *tit. de assassinis. in princip.* * vbi dicit * communem, & *num. 2.* dicit, quod est delictum immane, & atrocissimum. † Amplia; quia assassinus dicitur etiam, qui 10
gratis interfecit ad mandatum alterius, licet plus peccet, & magis puniatur, qui cum pecunia, quam ille, qui gratis interfecit. Clar. *d. § . assassinium, in fi.* & idem dicit Corrad. *in d. § . 3. tit. de assassin. num. 1. in fin. & num. 2.* vbi, quod interueniente pecunia delictum fit atrox, & pœna augetur; quia est delictum atrocissimum, & immane. † Et quod assassinium possit esse sine pecunia, Angel. *cons. 14.* 11
Ariminen. ad Angel. *de maleficiis in ver. Sempronium mandatorem, n. 3.* Corrad. *d. tit. de assass. n. 1.* † Contrarium, quod requiratur pecunia, 12
Corn. *cons. 202. num. 2. & cons. 249. num 2. lib. 1.* Rip. *respons. 2. num. 2. tit. de requir. reis.* Marsil. *in l. vnius. § . cognitarum. num. 64. ff. de quæstio. & in praxi, § . examinanda, num. 21.* Corrad. vbi supra. † Declara; 13
quia in multis locis (prout Mediolani, & Laudæ) sunt constitutiones, & statuta, quibus assassinium committi dicitur per eum, qui recepta pecunia, vel promissione alium interficere promittit, vt per Corrad. *in d. § . 3. titul. de assassin. in fin.* † Imo, qui mandat ali- 14
quem interfici, vt ei succedat, dicitur assassinus vere. Monterent. *super statuto Bonon. crimin. rubr. 21.* Vide plene Anton. Gabriel. *lib 7. de crimin. Concluſio. 1. Offendens alium mandato.* † Amplia; quia assassi- 15
nium, & assassinus dicitur secundum communem vsum loquendi is, qui cum magna copia hominum, & animo deliberato interfecit eum, quem non monuit, vt se defenderet. Grat. *cons. 52. num. 51. & per tot. lib. 2.* sequitur Monterent. *super statuto crimin. Bonon. rub. 21.* licet dicat improprie dici assassinum. † Inhumanitas hor- 16
renda, & detestanda sæuitia dicitur assassinium; quoniam non solum mors corporum, sed animarum inhumaniter procuratur. Ang. *cons. 14. n. 3. ver. præterea si diligenter,* & text. *in c. 1. de homicid. in 6.* † Atrocissimum, & immane dicitur delictum, & ideo quæ locum 17
habent in criminibus exceptis, procedũt etiam in assassinio. Corrad. *in d. § . 3. tit. de assass. n. 2. & 3.* & quod sit atrocissimum, & horrendum. Decian. *tit de manda. pecun lib. 2. n. 45.* † Et text. *in c. pro humani, de homicid. in 6.* appellat horrendam immanitatem, & detestandam sæuitiam. † Et ordo iuris potest prætermitti contra assas- 18
sinum, & Iudex ex mero officio procedit per probabilia argumenta. Corrad. *d. § . 3. tit. de assass. n. 3. ver. item contra assassinum.* † Et 19
torqueri potest sine indiciis, vt indicet mandãtem. Corrad. *d. § . 3. tit. de assass. n. 3. in fin. ver. & torqueri potest.* † Et tenetur restituere pe- 20
cuniam, quam accepit, Corrad. *d. § . 3. tit. de assass num. 3. in fi.* † Non 21
continetur in generali abolitione propter sui atrocitatem. Corrad. vbi supra. † Iura licite transgrediuntur contra assassinos. Corrad. vbi supra. *num. 4.* † Valet renunciatio facta defensionibus per 22
assassinum. Corrad. vbi supra *num. 4.* † Testes de auditu faciunt 23
indicium ad torturam contra assassinum. Corrad. vbi supra *nu. 4.* plene Mascar. *Concl. 137. Assassinium quomodo probetur. num. 4. & seq.* 24
vbi late. † Examinantur testes parte non citata, & ante litem con- 25
testatam, ordine iuris non seruato. Decian. *lib. 2. tit de manda. pecun. num. 22. & seq.* † Assassinus torqueri potest sine indiciis, vt indicet 26
mandantem, non appellat, & multa alia specialia vide apud Decian. vbi supra. † Iudex secularis potest Clericum, & Presbyte- 27
rum assassinum condemnare ad mortem, etiam si non sit incorrigibilis, neque requiritur degradatio. Clar. relatiue *in § . assassinium, in fin.* & plene *in § . fin. q. 36 num. 29. & seq. ver. item quæro.* vbi, quod 28
communiter ita seruatur, quod absque alia declaratione Iudicis Ecclesiastici, quod sit assassinus, vel incorrigibilis, suspendi potest; quia sunt diffidati, & possunt à quocunque offendi. Corrad. *§ . 3. tit. de assassin. num. 3. ver. imo etiam Clericus.* Couar. *variar. resolut. lib. 2. cap. 20. num. 10. ver. sexto.* Capic. *decis. 159. circa fi. in 9. speciali* & quod ista declaratio sit necessaria, sed possit fieri per Iudicem secularem. Capic. *decis. 112. num. 6. & seq.* cum hac opinione transit Gabr. *lib. 7. tit. de crim. concluſ. 1. num. 24.* vbi dicit * communem. † Con- *29
trarium, quod requiratur declaratio Iudicis Ecclesiastici. Card. Alba. *cons. 13.* sequitur plura allegans Farinac. *quæst. 8. num. 85. & seq.* vbi dicit * communem; quia ex ista qualitate, quod sit assassinus, * acquirit secularis iurisdictionem, & reuera si hoc non seruaretur, esset aperta via fraudibus, & libertas Ecclesiastica deprimeretur, & pro hac parte facit; quia si *cap. 1. de homicid. in 6.* hoc non aperit, & declaratio canonum non spectat, nisi ad Papam; bene fateor, quod si esset notorius assassinus, & notorie constaret eum talem; quia tunc esset denudatus ordine ipso facto, posset puniri à secu- lari, auctoritate illius canonis, sed antequam detegatur, quod sit talis, quod iurisdictionem habeat secularis ad detegendum, & procedendum, certe est vanitas, & quod antequam constet esse

talem

talem, & sit facta declaratio, quod sit talis, non sit locus *d. c. 1. de homicid. in 6.* dicit Alex. *cons. 166. Videtur fortasse. n. 3. ver. nec obstant*
*30 *ea, lib. 7.* vbi, quod ita tenent *omnes. † Extende; quia assassini non gaudent immunitate Ecclesiastica, sed de Ecclesia possunt extrahi
* per Iudicem secularem secundum magis* communem. Clar. *d. §. assassinium. num. 5.* † Extende; quia offendens Clericum assassinum
31 non incidit *in can. Si quis suadente diabolo, 17. quæst.* & communem in
* fortioribus. *dicit Clar. *in §. homicidium. num. 48. ver. dixi.* dum vult,
quod lex permittens patri occisionem adulteri cum filia, habet
32 locum, etiam si adulter sit Clericus. † Specialia 13. ponit in crimine assassinii Capic. *decis. 155. n. 25. & seq.* & vide etiam Masc. *Concluſ.*
33 137. *&* 138. vbi latius. Vide plura alia *in ver. Delicta, quæ magis grauia.*
Concluſ. 161. n. 15. in ver. Atrociora. vbi habet 19. specialia super facili-
34 tate Iudicis propter atrocitatem criminis. † Pœna assassinii est pœna mortis, & furcarum; quia maior pœna ponitur pro assassinio, quam pro homicidio. Ang. de Perusio. *cons. 14. Nos Carolus. n. 3. ver. præterea si diligenter.* Clar. *§. assassinium. num. 4.* vbi, quod etiam trahuntur ad caudam equorum; & de consuetudine scinduntur in frusta propter immanitatem criminis. Corrad. vero *in d. §. 3. tit.*
35 *de assass. num. 3. in fi.* dicit, quod alta furca suspenduntur. † Imo pœna assassinii est, quod scindatur in frusta. Carrer. *in prax. fol. 140. in*
36 *fin.* vbi, quod ita seruatur propter immanitatem criminis. † Alia pœna; quia imo assassini propter immanitatem criminis sunt diffidati, & possunt interfici nedum per Iudicem, sed etiam per priuatos. Angel. *d. cons. 14. num. 13. circa fin. ver. in hoc ergo.* & est text. *in cap. 1. de homic. in 6.* Clar. *in §. assassinium. num. 4.* Corrad. *in d. §. 3. tit.*
37 *de assassin. num. 2. &* 3. † Vide alias pœnas per Carrer. *in prax. fol. 138.* vbi plene examinat de pœnis assassinorum, & de eorum inhabi-
38 litatibus, & diffidationibus. † Item dicitur assassinus diffidatus, & potest impune interfici à priuato. Alexand. *cons. 166. Videretur, in princ. lib. 7.* Alia pœna est, quia non gaudent immunitate Ecclesiæ, sed possunt extrahi à Iudice seculari sine pœna, secundum ma-
*39 gis *communem. Clar. *d. §. assassinium. num. 5.* † Alia pœna; quia vbique potest puniri, quando constat de assassinio, alias secus, iuxta not. *in c. 1. de homicid. in 6.* Alex. *d. cons. 166. n. 2. & seq. ver. tamen istis non obstantibus, vsque in fin. lib. 7.* & maxime *num. 5.* vbi, quod licet non requiratur sententia super incursu pœnarum; tamen requiri-
40 tur declaratio. † Alia pœna; quia licet in criminalibus clariores probationes requirantur; tamen in assassinio propter immanitatem delicti sufficit præsumpta probatio, etiam ad condemnan-
* dum in pœnam ordinariam vltimi supplicii, communem * dicit
41 Clar. *§. assassinium. n. 6.* & Corrad. *in §. 5. tit. de assass. num. 3.* † Alia pœna constituitur in assassinio; quia licet de consuetudine Italiæ non puniatur affectus, nisi sequatur effectus; tamen secus est in assassinio, in quo punitur conatus, etiam quod effectus nõ fuerit
* sequutus, secundum magis * communem, de qua Clar. *d. §. assassinium, num. 7.* vbi dicit, quod est arbitrarium iudici hoc casu; quia diuersis modis iudicatum fuit, quandoque morte naturali condemnati, quandoque ad triremes, quandoque in pecunia; ideo consuetudinem loci seruandam esse dicit, quicquid sit de apicibus iuris. Angel. *d. consil. 14. Nos Carolus, num. 3. & sequen. ver. præterea si diligenter.* Corrad. *in suo breuiario. §. 3. tit. de assassin. nu. 3. in fi. ver. &*
42 *quod plus est.* † Et quod assassinium puniatur ex solo conatu, est tex. *in c. pro humani, ante fin. de homic. in 6.* ibi; *quanquam mors ex hoc forsitan non sequatur,* & ibi Gemin. *num. 2. ver. nota casum.* Bald. *in l. 1. §. hac autem, versic. in ea glossa. ff. quod quisque iur.* Tiraquell. *de pœn. temporal.*
* *causa. 37. num. 4.* Boss. *tit. de mand. ad homicid. n. 13.* Gabriel. *lib. 7. con-*
* *cluſ. 1. num. 7. &* 8. *in fi.* vbi de * communi, & magis communi. Paulus Merend. *inter consil. crimin. diuers. lib. 2. cons. 88. num. 12.* Placa *in emphyt. delict. cap. 19. num. 9.* vbi aliis relatis, & contrariis reprobatis hanc veriorem, & frequentiori calculo receptam sententiam testatur, Masc. *Concluſ. 138. num. 2. in prin. & ver. tertio amplia.* post *nu. 5.*
* vbi sublatis contrariis, pariter attestatur magis * communem, & vide plurimos, quos citat Mascar. *Concluſ. 138 num. 8.* qui ponunt casus, quibus conatus punitur solus pœna ordinaria, licet effectus
43 non sit sequutus. † Extende, vt procedat etiam non obstante generali consuetudine, per quam derogatur legibus punientibus affectum, non sequuto effectu. Arimin. ad Angel. *de malefic. in ver. Sempronium. num. 4. & in ver. ex interuallo, post num. 16* Afflict. *in rub. de malef. & noual. medica. in constit.* incip. *mala noxia. in princ. post n. 6.* Marsil. *in l. eiusdem, in princ. n. 8. in fin. & num. 9. ff. de ficar.* Grammat. *vot. 9. num. 21. &* 22. Placa *d. cap. 19. num. 9. ad fin.* Clar. *in §. assassini-*
* *um, vers. scias etiam,* vbi testatur de * communi, & quod Iudex non
44 erraret, si eam sequeretur. † Contrarium tamen tenent multi,
45 quos citant Grammat. Clar. & alii in locis prædictis. † Declara; quia punitur pœna extraordinaria; quia imo regula est, quod solus conatus non punitur pœna ordinaria. Anch. *d. c pro humani, de homicid. in 6.* Marsil. *in l. 1. C. de rapt. virgin.* vbi, quod pœna extraordinaria punitur. Corn. *cons. 202. col. fin. lib. 1.* Grammat. *vot. 8. &* 20. *& consil. 36. num. 16. & decis. 2. 8. & 9. &* 74. Farinac. *quæst. 17. num. 49.* Tiraquell. *de pœn. temp. caus. 37. per totam.* Mascard. *Concluſ. 138. n. 8. & seq.* Boss. *de homicid. num. 8.* Clar. *§. fin. quæst. 92. per totam.* † De- 46
clara; quia eadem pœna ponitur etiam pro assassinio deliberato, sed non effectuato, quando deuentum est ad actum proximum. Ang. *d. cons. 14. per tot.* maxime *n. 4. ver. concludo ergo,* vbi imo, etiam si actus non sit proximus, idem tenet, prout in eo, qui armatus deambulabat animo committendi assassinium. Vide, *Pœna mortis*
ob delictum nõ consummatum quando imponatur. Concl. 227. Vide Ant. *
Gabriel. *lib. 7. tit. de crim. Concl. 1. num. 7. & seq.* vbi de * communi, & magis communi. † Actus autem proximus dicitur, si admenauit, 47
vel vulnerauit. Carrer. *in praxi crimin. fol. 138. n. 10.* allegat Grammat. *vot. 9* & quod ita resident Doctores. Vide, *Actus proximus, vel*
remotus quando dicatur. Concluſ. 150. † Extende; quia mandans ali- 48
quem occidi per assassinamentum, punitur, etiam si ante homicidium reuocauerit mandatum. gl. *in c. 1. de homicid. in 6. in ver. mandauit.* vbi Franch. *num. 7.* † Declara; quia ex indulgentia Principis 49
bona est commutatio pœnæ mortis. ita declarat Corrad. *d. §. 3. tit. de assass. num. 6.* vbi plures citat. † Restringe; quia iudex, si vult, po- 50
test temperare pœnam; quia quod dicitur conatum puniri, licet effectus non sit sequutus, procedit, si sic iudex arbitratur iuxta facti, & personarum qualitatem. Gabriel. *d. Concl. 1. n. 15* Clar. *d. §. assassinium. n. 6. vers. scias etiam in fi.* Tiber. Decian. *in tract. crim. tom. 2. lib. 9. tit. de mand. pecun. interced. c. 30. n. 13. in fin.* Brunor. à Sole *quæst. 34. num. 36. & seq.* † Restringe, vt procedat ampliatio, quando de- 51
uentum est ad actum proximum assassinii, alias secus; quia si solum ad actum remotum sit deuentum, non punitur conatus pœna mortis naturalis. Io. Monach. *in d. c. pro humani. num. 6. de homic. in 6.* Afflict. *in rubr. de percussio illicita cum armis. num. 11. ver. & est sciendum, in constit. Regni.* Marsil. *in l. qui falsam. num. 8. ff. de fals.* Grammat. *vot. 9. per tot.* Couarr. *in clemen. si furiosus par. 2. in princip. num. 9. vers. secundus subinitur casus. de homicid.* Gabriel. *d. Concluſ. 1. num. 11.* Menoch. *de arbitr. cas. 360. num. 42. & seq.* Decian. *d. cap. 30. num. 13. vers. quid si loquamur de assassinio interpretato.* Brunor. à So *e d. q. 34.* *
num. 32. & seq. vbi de * communi, & quod ita visit sæpius iudicatum. † Limita; quia assassinium non dicitur homicidium com- 52
missum per filium de mandato, vel consensu patris; quia vbi non interuenit præmium, nec spes præmii, ibi non cadit assassinium. Bald. *cons. 256. Quanquam allegationes. lib. 2.* Masc. *Concluſ. 138. n. 15.* vbi citat hoc consilium Baldi erratum. † Limita; quia vbicunq; as- 53
sassinium non cadit in committentem homicidium, non etiam cadit in eum, qui consuluit, vel consensit. Bald. *consil. 256. in princip. lio. 2.* † Limita; quia patruelis interficiens patruelem hostem pa- 54
triæ, & pro læsa maiestate bannitum, non dicitur fratricida, neq; assassinus, etiamsi recipiat præmium ind ctum, seu promissum. Bald. *consil. 264. Qui seruore, in princ. lib. 3. & per tot.* vbi tamen aliqua in contrarium ponit, quod turpitudo pecuniæ denigrat, al egat *l. idem est. § si tibi. ff. de cond. ob turp. caus.* † Extende; quia si statutum 55
mandat impune posse interfici bannitum, potest etiam mandari, quod interficiatur, & mandans non punitur. Bald. *cons. 401. Ad euidentiam dicendorum, in fin. lib. 1. vers. decimo quia.* Vide, *Statutum circa bannitos impune interficiendos. Concluſ. 469.* † Limita; quia li- 56
cet non requiratur sententia contra assassinum incursus pœnarum; quia ipso iure incurrit pœnas; tamen requiritur declaratio iudicis ipsum incurrisse, & ante non habent locum pœnæ. Alex. *consil. 166. Videndum. per tot.* maxime *num. 5. lib. 7.* Vide tamen pro vtraque opinione Mascard. *Concluſ. 138. in fin.* † Extende; quia ne- 57
que sufficit, quod is, qui interfecit per assassinium, confiteatur fecisse de mandato Titii, quia non est sufficiens illa confessio, vt vbique possit puniri. Alexand. *d. cons. 166. in fin. lib. 7.* † Limita, quia 58
non dicitur assassinus is, qui ad custodiam possessionis destinatur cum mandato, quod non permittat se expelli, & si aliquid contingat, quod non dubitet, quia licet committat homicidium, etiam si esset stipendiatus, vel recipiat equum, vt se saluaret, tamen non dicitur assassinus proprie, nec pœna assassinii potest puniri. Bald. *consil. 383. Bectonus de Ceuo. lib. 5. per tot.* vbi, quod statutum imponens pœnam pro assassinio, & mandans assassinium esse homicidium certo modo commissum per pecuniam, est odiosum, & proprie debent verba sumi. Vide, *Atrox delictum & iniuria quando*
dicatur. Concluſ. 550.

Assensus in quibus non sit denegandus. Concl. 532.

ASSENSVS † non est denegandus iusta petenti. Anchar. *cons.* 1
276. Visa diligenter, in princ. cap. nouit, de iudic. in princ.

Assertioni alicuius quando standum sit, vel non. Concl. 533.

1 NON † creditur regulariter assertioni alicuius, quod aliquid
sit, vel non sit, prout asserit, quod declara, vt *in ver. Fides non*
2 *facit fidem, & quando. Concl.* 337. † Extende; quia non creditur
Præpósito nauis versum esse in vtilitatem nauis. Castrens. *consil.*
343. *Considerandum est, col. 1. circa med. versic. nec obstat. lib. 1.* vbi idem
probat in tutore, qui dicit expendisse in vtilitatem pupilli; & in
Prælato Ecclesiæ, qui dicit expendisse in vtilitatem Ecclesiæ; quia
eis non creditur, nisi probent, & repetit *col. 2. versic. sed vt particula-*
3 *rius.* † Extende, vt idem sit in Prælato recipiente mutuum pro Ec-
clesia, & necessitate Ecclesiæ; quia debet docere mutuum esse
conuersum in vtilitatem Ecclesiæ. Vide, *Vtilitati Ecclesiæ quando a-*
4 *liquid conuersum esse intelligatur. Concl.* 375. † Limita; quia in an-
tiquissimis statur assertioni etiam priuati. Vide, *Verba enunciatiua*
5 *quando, & qualiter probent, vel non. Concl.* 82. † Extende; quia con-
stituens se tenere, & possidere non transfert possessionem in con-
stitutarium, nisi probetur possessio constituentis, quod fallit,
quando sumus in antiquissimis. Socin. *consil.* 187. *num.* 12. *& 13. lib.* 2.
6 † Extende maxime, quando Notarius enunciat aliquid in anti-
quissimis; quia creditur ipsi, quod illud interuenerit, etiam si non
potuisset interuenire in illo actu, quando concurrunt indicia, vel
possessio pro actu enunciato, vel fama, aut quid simile. Castrens.
7 *consil.* 202. *num.* 4. *lib.* 1. † Restringe, quando non sumus in anti-
quis; quia non creditur Notario asserenti aliquid interuenisse,
* quando illud non potuit interuenire in illo actu, communem *
dicit Castrens. *d. consil.* 202. *n.* 4. *lib.* 1. Vide, *Antiquitas habet plura priui-*
8 *legia, & operatur multa. Concl.* 339. † Limita; quia creditur Iudici
de maioribus aliquid scribenti, & attestanti de mandato Regis,
9 vel Principis. Castrens. *consil.* 303. *n.* 2. *lib.* 1. † Limita in Papa; quia
statur assertioni eius, & quando. Vide, *Papæ assertioni. Concl.* 62.
Vide etiam, *Imperatoris assertioni quando stetur, vel non. Concl.* 43.
10 † Limita; quia Cardinali Legato creditur, & quando secus. Vide,
11 *Cardinalis assertioni quando stetur. Concl.* 103. † Limita; quia autho-
ri alicuius rei creditur. Mascard. *Concl.* 153. *Authoris alicuius rei.*

Assertioni Iudicis, vel alterius quando standum. Concl. 534.

1 IVDICIS † assertioni statur in causis summariis, & modici præ-
iudicii circa ordinatoria; quia cum non fiat scriptura, ibi stan-
dum est. Bart. *in auth. nisi breuiores. in fin. C. de sent. ex breui. recit.* vbi
pleniſſime apostill. cumulant authoritates. Vide plenius *in ver. Iu-*
2 *dici aliquid attestanti non creditur, & quando secus. Concl.* 477. Vide,
Delegato, & alio nõ creditur, nisi constet de delegatione. Concl. 554. † Am-
plia; quia creditur Iudici maiori aliquid attestanti de mandato
Regis, vel Principis. Castr. *consil.* 303. *num.* 2. *lib.* 1. Vide, *Assertioni ge-*
3 *rentis actum ex causa permissum. Concl. proxime seq. n.* 39. *& seq.* † Am-
plia in arbitro cui data est facultas procedendi, laudandi in scri-
ptis, & sine scriptis summarie, seruato, & non seruato ordine iu-
dicii. Bartol. dicit notabile *in d. auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breui.*
recit. vbi plena apostil. *in ver. pro compromissu*, dat plurimos concor.
4 *& in ver. simplici confirmationi.* † Contrarium tenet Ang. Aret. *con-*
sil. 2. *num.* 30. *& multis seqq. vers. non obstat secundum*, vbi, quod do-
ctrina Bartol. est periculosa; quia aperiretur via fraudibus, si esset
credendum arbitris, & arbitratoribus, quia semper attestarentur
sibi hoc constare, ideo absoluunt, & seu condemnant, & tolleretur
reductio, & quia non est idoneus testis, vbi agitur de validita-
te, & iustitia, seu nullitate, & iniustitia suæ sententiæ. Vide, *Arbitris*
5 *in quibus credatur, vel non. Concl.* 469. † Amplia in Nuncio circa
ea, quæ spectant ad officiũ suum. Bart. *d. auth. nisi breuiores. C. de sent.*
ex breu. recit. Vide *Nuncio non creditur extra officium suum. sed bene cre-*
6 *ditur in iis. Concl.* 155. † Amplia; quia valet pactum, quod de expen-
sis, damnis, & interesse stetur assertioni damnum passi. Alex. *con-*
sil. 37. *Viso & oportune. num.* 31. *ver certam ergo. lib.* 2. vbi apostil. *in ver.*
7 *assertioni*, citat Alex. *consil.* 47. *num.* 4. *lib.* 1. † Declarat Alex. *d. consil.* 37.
nu. 31. *& 32. lib.* 2. quod debeat stari cum iuramento, & quod istud
est æquissimum, vt recepto iuramento per Iudicem postea con-
8 demnet. † Limita, quia non creditur Iudici de facto partium ali-
9 quid asserenti. Mascard. *Concl.* 142. *De assertione Iudicis.* † Extende,
quia non statur assessoris dicto. Mascar. *Concl.* 145. *Assessoris testimo-*
10 *nio.* † Limita, quia non statur dicto Notarii. Mascard. *Concl.* 143.
Assertio Notarii. Vide plenius, *Notario in quibus nõ credatur. Concl.* 83.
11 † Limita, quia non statur dicto vulnerati contra vulnerantem, &
quando secus. Vide, *Indicia remota non sufficiunt ad torturam. Conclu-*
12 *sio.* 96. *num.* 39. *& multis seqq.* † Limita, quia non creditur denun-
ciatori maleficiorum, & quando secus. Vide Socin. *reg.* 14. *Denun-*
ciantibus de iure non creditur. Vide plenius, *Denunciatio maleficiorum*
quotuplex, & per quem fiat. Concl. 192.

Assertioni gerentis actum ex causa permissum an credatur. Concl. 535.

NON † creditur assertioni gerentis actum prohibitum, & ex 1
certa causa permissum, si ipse asserat subesse causam, nisi
probet aliunde causam. *l. qui testamentum. ff. de probat. l. cum quis dece-*
dens. §. Titii. ff. de legat. 3. Anchar. *consil.* 150. *In quæstione, qua vertitur. n.*
8. vbi, quod alias esset aperta via fraudibus, & est communis * o- *
pinio. Deci. *cons.* 132. *num.* 2. communem * dicit idem Deci. *con-* *
sil. 349 *in princ.* vbi, quod debet causa probari. Castrens. *consil.* 117.
Viso supradicto. col. 2. *lib.* 1. Vide, *Alienatio facta in fraudem qualiter re-* 2
uocetur. Concl. 268. † Et in Clerico, vel milite donante concu-
binæ ob benemerita, quod illi non stetur; quia præsumitur in
fraudem donare. Anchar. *cons.* 247. *num.* 2. *& 3.* & late Afflict. *decis.*
102. latius Anchar. Regien. *quæst.* 12. *n.* 7. *& seq. lib.* 2. † Et donatio 3
facta ob benemerita ab eo, qui aliter donare non poterat, non va-
let, nisi probentur benemerita. Oldrad. *cons.* 226. *num.* 7. *vers. vnde*
Doctor. vbi etiam, quod debet commensurari donatio benemeri-
tis, alias non valet, plene de vtroque Deci. *in l. si donationem. C. de*
coll. at. Vide, *Donatio ob benemerita quando valeat. Concl.* 636. † Et pa- 4
ter donans filio ob benemerita, & seruitia recepta, non probat
seruitia, nec sibi creditur. Castren. *cons.* 177. *Viso supradicto, col.* 1. *ver.*
constat autem. lib. 1. † Et emptiones factæ per Clericum nomine 5
concubinæ non valent, licet dicat pecunias esse concubinæ; quia
nisi aliunde probetur, præsumuntur Clerici, & soluentis, com-
munem * dicit Dec. *d. cons.* 132. *num.* 2. † Idem est in emptione facta * 6
per maritum nomine vxoris, constante matrimonio; quia non
statur marito asserenti pecunias vxoris, si non constat aliunde de
veritate. Socin. *cons.* 65. *Circa primum. ver. secundo probatur. lib.* 1. Vide, 7
Maritus acquirens pro vxore. Concl. 92. † Notarius iurans amisisse
casu originalem matricem instrumentorum rogatorum, debet
probare casum, alias ipsi non creditur. Feder. de Sen. *cons.* 113. *Ti-*
tius constituit. num. 2. *vers. dico insuper.* † Et in his, quæ non sunt in 8
potestate asserentis, non statur assertioni suæ. Castrens. *d. cons.* 177.
col. 2. *lib.* 1. † Et confessio inter personas prohibitas non probat. 9
Vide, *Confessio inter personas prohibitas, vel non quando operetur dona-*
tionem, vel secus. Concl. 659. † Pater, qui non potest donare filio 10
profectitia, si asserat in emptione emere ex pecunia filiorum ad-
uentitia, & acquisita ex eorum industria, ipsi non creditur, nisi a-
liunde constet de veritate. Angel. *consil.* 341. *Pater emit, in princip.*
† Restringe; quia creditur patri asserenti filium mali gubernii, 11
vel prodigum, ad effectum, vt illi consulat prohibendo alienatio-
nem bonorum etiam pro legitima ad tempus, vel fauore filii. Ca-
strens. quem sequitur Picus *in repet. l in quartam. num.* 105. *ff. ad l.*
Falc. vbi multa cumulat, & dicit esse text. *in l. si furioso puberi ff. de cu-*
rat. furios. idem, si asserat filium furiosum. Alex. *cons.* 54. *Ad quæsitũ,*
lib. 1. † Maritus confitens recepisse dotem, vel acquirens, animo 12
donandi præsumitur, si nomine vxoris emat, nisi aliunde constet
de veritate. Vide, *Donatio inter virum & vxorem. Concl.* 690. † Vi- 13
niuersitas, quæ non potest concedere exemptionem, nisi ex causa
meritorum, si concedat asserendo merita præcedere, non sibi cre-
ditur, nisi vere constet de eis. Alex. *consil.* 101. *Visis instrumentis. n.* 6.
ver. præterea dato lib. 1. † Amplia; quia non creditur Iudici attestan- 14
ti se fecisse actum ex causa permissum circa causam, puta, quia as-
serit propter absentiam alicuius ita fecisse; quia in his, in quibus
tendit ad conualidandũ acta sua, ipsi non creditur. Signorol. Ho-
mod. *cons.* 36. *In quæstione vertente. n.* 6. Vide, *Instrumentum non probat* 15
quoad multa in eo contenta. Concl. 242. † Declara; quia præsumitur
pro iudice asserente aliquid, quod potest interuenire in actu, qui
geritur, sed potest probari contrarium. Ruin. *cons.* 69. *Circa proces-*
sum in princ. lib. 1. Vide, *Assertioni Iudicis, vel alterius quando standum.* 16
Concl. proxime præced. † Extende; quia non creditur arbitris asseren-
tibus in laudo de consensu partium laudasse eo modo, maxime,
quando constat de contrario, vt quia partes erant absentes; quia
non creditur iudici in præiudicium alterius, 6. *q.* 2. *c. si tamen.* Abb.
in cap. conquerente. num. 2. *de restit. spol.* Dec. *cons.* 587. *num.* 6. † Testa- 17
tori asserenti bona sua tantum valere, non statur in præiudicium
filiorum, si fecit legata plura, & filius dicat sibi non remanere le-
gitimam; quia in prohibitis testatori non creditur, neq; transfer-
tur onus probandi contrarium in filium hæredem. Cast. *cons.* 177.
Viso supradicto. n. 2. *& per tot. lib.* 1. *& cons.* 197. *n.* 3. *& cons.* 448. *lib.* 2.
† Extende; quia neque crederetur testatori, si in iudicio cum iura- 18
mento aliquid dicat contra legitimam filiorum, & in eorum da-

mnum.

19 mnum. Castrens. *d. cons.* 177. *col.* 2. *ver. posito autem, lib.* 1. † Extende; quia non probant verba assertiua testatoris, quod sua hæreditas tantum valeat, etiam contra tutorem. Castrens. *d. cons.* 177. *num.* 4.
20 *vers. item non obstat. lib.* 1. vbi declarat *l.* 1. C. *arbit. tutel.* † Restringe in hærede extraneo in his, in quibus potest testator præiudicare; namque assertio testatoris in tantum præiudicat, vt transferat onus probandi contrarium in hæredem; imo si testator iurasset asserta, non posset hæres probare contrarium. Castrens. *d. cons.* 177. *num.* 2. *ver. sed contra hoc, & nu.* 3. *lib.* 1. vbi dat exemplum in eo, quod testator est creditor, puta centum, & dicit de solis 50. vel de eo,
21 quod debet hæredi. † Restringe, quando testator ex certa scientia fateretur hæreditatem suam tantum valere, si hæres non negat, sed fateatur, sibi præiudicat in Falcidia debita. Castrens. *d. cons.*
22 177. *num.* 3. *vers. item non obstat. lib.* 1. † Amplia; quia licet vsura non dicatur, si ex pecunia dotali mulier, soluto matrimonio recipiat interesse, quod patitur; tamen est vsura, si non constat de interesse, nisi per confessionem partium, quæ conueniunt de soluendo decem pro centenario pro damnis, quæ ad tantam summam confitentur ascendere; quia hoc modo esset aperta via fraudibus. An-
23 char. *d. cons.* 150 *num.* 7. & 8. *ver. non obstat.* † Amplia; quia si alienatio rei est prohibita regulariter, sed certis casibus permissa, seruata aliqua solemnitate, non creditur asserenti. Osas. *decis. Pedemon.* 171.
24 *num.* 12. *& seq.* vbi latissime. † Extende; quia si data est licentia vxori alienanti bona mariti pro sua necessitate, requiruntur quinque; primo, quod sit euidens necessitas; secundo, quod in eum modum; tertio, quod in illam causam necessariam, & non vltra; quarto, quod ratione loci, & téporis cõcurrat oportunitas; quin-
25 to, quod cesset fraus. Osasc. *d. dec.* 171. *num.* 14. † Amplia in testibus non idoneis, qui licet admittantur in subsidium, quando veritas aliter probari non potest, vt quia alii testes non interuenerint; tamen hoc intelligitur, si constet de hoc aliter, quam ex eorum depositione, ne ipsi causam suæ admissionis probent. Boss. *in præx. ti.*
26 *de indic. & tortur. n.* 168. *& seq.* plene Alex *cons.* 64. *in fi. lib.* 1. † Amplia; quia nõ est sumenda occasio pro causa, prò qua fit permissio.
27 Osasc. *d. decis.* 171. *num.* 16. † Amplia in Principe, qui ex causa contra ius diuinum potest dispensare; quia debet constare de causa.
28 Dec. *in c. quæ in Ecclesiarum, de constit. num.* 130. *ver. ex istu.* † Idem est in inferiore, qui ex causa potest tollere legem superioris; quia de
☞ ea debet constare. Vide, *Dispensatio quãdo requirat causam expressam,*
29 *vel non. Concluf.* 458. † Limita, quando esset geminata confessio, maxime in persona publica Ias. *cons.* 101. *col.* 4. *vers. secundo respondebatur.* † Limitat Lap. *alleg.* 95. *Quidam pre. byter, per tot.* maxime *n.* 5.
30 in actu prohibito, & ex causa permisso, quod est difficilis probationis; quia statur sacramento asserentis, & loquitur in presbytero, qui reuelare potest confessionem de licentia confitentis, vt sibi credatur cum sacramento, quod de licentia reuelat propter difficilem probationem licentiæ, maxime, quando Presbyter non
31 accusatur à confitente; quia tunc secus esset. † Extende; quando pendet ab animo, prout in portante bladum extra territorium pro vsu suo, quod permittitur; extra vsum vero prohibetur, & statur iuramento portantis. Imol. Alex. & Ias. *in l. cætera.* §. *sed si quis.*
32 *ff. de legat.* 1. † Extende; quia Clerico promoto post delictum commissum, qui non eximitur à Iudice sæculari; quia in fraudem promoueri se fecit, nõ creditur, secus si ante delictum vouisset se clericari velle; quia ei creditur cum iuramento, an vouerit ante, vel
33 non, & sic statur iuramento suo in his, quæ sunt prohibita, nisi ex causa. Ias. *in l. cum quidam. ff. de iurisdict. omnium iudic.* † Extende
☞ multis modis, de quibus *in ver. Iuramento asserentis quando standum.*
34 *Concl.* 531. † Declara, quia quando in specie merita sunt expressa, & est iuratum, statur iuramento, etiamsi inter personas prohibitas, secus si expressio est in genere. Corn. *cons.* 104. *lib.* 2. vbi, quod
☞ ita debent distingui contrarietates in hoc articulo. Vide, *Donatio*
35 *ob benemerita quando valeat, vel non. Concluf.* 636. † Limita in eo, qui possidet; quia debet manuteneri, donec contrarium appareat. Bald. *cons.* 462. *Præsupposito, quod post. lib.* 1. vbi vult, quod licet concessio decimarum in feudum sit prohibita, nisi sint solitæ concedi ante Concilium Lateranense ab immemorabili; si tamen fiat concessio decimarum post Concilium cum assertione, quod sunt solitæ concedi ante Concilium ab immemorabili, quod possessor
36 non est amouendus, nisi contrarium probetur. † Limita in Principe derogante legibus, vel in Papa derogante Concilio ex certa causa sibi permissa; quia stat assertioni Principis dicentis causam esse iustam, & rationabilem. Roman. *cons.* 332. *in fin. ver. postremo. num.* 17. vbi apostil. *in ver. glossatoris.* Ias. *d. cons.* 101. *col.* 4. *vers. primo, quod Dux. lib.* 4. † Extende, etiamsi de facto alieno attestetur
37 ☞ Princeps. Ias. *d. cons.* 101. *Immunitas. col.* 4. *vers. quinimo. lib* 4. Vide,
38 *Papæ assertioni quando standum, vel non. Concl.* 62. † Limita; quia licet

nõ creditur in foro fori asserenti se fecisse ex causa, vel pro defensione; tamen creditur in foro poli, & conscientiæ. Flori. de Sancto Petro *quæst.* 2. *n* 2. *vers. item etiam*, allegat *c. significasti. il* 2. *de homicid.*
† Limita; quia etiam statur assertioni, & creditur officialibus ha- 39
bentibus arbitrium aliquid faciendi, & creditur illis de assertis, quod ad eos spectet, vel res ita se habeat, licet possit contrarium probari, quod non est in Papa; quia illi creditur in facto suo, & contrarium non probatur, ita Ruin. *cons.* 69. *in princ. lib.* 1. † Limi- 40
ta; quia creditur assertioni hominum electorum à communitate super meritis eius, qui obtinuit exemptionem, donec probetur contrarium. Ruin. *cons.* 217. *in princ. lib.* 1. plenius Iason *cons.* 101. *Immunitas. col.* 4. *ver. tertio, & adhuc. lib.* 4. vbi, quod regula habet locum in priuatis, non autem in publicis personis, prout sunt Decuriones, Iudices, & Communitas.

Asserenti quando standum sit, & an debeat iurare. Concluf. 536.

PARTES † si promittant stare simplici dicto alicuius de da- 1
mnis, &c. id debet intelligi cum iuramento. Ias. *in l. apertissimi, in fin. C. de iudic.* melius *in l. de pupillo.* §. *qui opus nouum*, maxime *n.* 4. *ff. de nou. oper. nunciat.* Alexand. *cons.* 37. *Viso, & opportune, col. penult. num.* 31. *& seq. ver. tamen attento. lib.* 2. † Extende in arbitro, vel ar- 2
bitratore ad taxandum precium rei venditæ; quia si partes promiserunt facere; quicquid Titius taxauerit, intelligitur cum iuramento. Bart. *cons.* 166. *Calamanus de Spoleto. num.* 4. *lib.* 1. vbi apostill. *in ver. iurare.* † Amplia idem esse, si testator mandauit stari dicto 3
alicuius; quia intelligitur cum iuramento. Bart. *in l. Theopompus. numer.* 7. *ff. de dot præleg.* vbi plena apostill. quod intelligas dictis, quæ debet deponere vt testis, ita Alexan. *cons.* 54. *Circa id. quod. colum.* 1. *vers. nec obstat. lib.* 2. vbi, quod in his, in quibus testator vult stari dicto alicuius de eo, quod testator sibi dixit, tunc requiritur iuramentum; quia vt testis est. † Restringe; si testator mandauit sta- 4
ri arbitrio certæ personæ; quia tunc sine iuramento ei staretur. Bart. *d. l. Theopompus. num.* 7. *ff. de dot. præleg.* ita Alex. *d. cons.* 54. *num.* 2. *lib.* 2. † Amplia; quia regula, quod stetur declarationi, seu asser- 5
tioni in his, quæ pendent ab animo, intelligitur, quando assertio est cum iuramento. Cephal. *cons.* 35. *num.* 10. vbi, quod neque sufficit assertio iurata, nisi vbi agitur de modico præiudicio. † Amplia 6
in lege, vel statuto, quæ mandat stari putationi alicuius; quia intelligitur cum iuramento. Ias. *d. l. apertissimi. circa fin. C. de iudic.* † Ex- 7
tende; quia vbicunque lex disponit stari assertioni alicuius in præiudicium alterius, intelligitur cum iuramento, ideo vendens pignus ex licentia partis, vel Iudicis, si dicat tantum vendidisse, non plus, illi statur, sed cum iuramento. * Doctor. *in l. si. C. de iur. domin.* *
imperan. Cephal. *consil.* 35. *num.* 9. *& seq.* † Amplia in statuto; quia 8
licet valeat, quod credatur vni testi; tamen tanquam odiosum intelligitur, dummodo testis sit habilis, & non tollit probationem contrariam, & sunt etiam casus, in quibus non valet tale statutũ, vel pactum partium. Vide, *Statutum circa probationem per testes non* ☞
admittendam. Concl. 638. *num.* 666. *& seq. vers. è conuers.* † Amplia idem 9
in dispositione, quæ aliquid conscientiæ alterius remittit, quia intelligitur, si iurauerit, vel cum iuramẽto. Ias. *d. l. apertissimi. C. de ind. in fin.* † Adde; quia si testator legat pro anniuersario Rectori Ec- 10
clesiæ certum quid, grauando conscientiam illius, statur eius dicto, quod celebrauerit Missas ordinatas. gloss. *in cl. m.* 1. *in ver. Parochiano, de priuil. & in c. placuit. de pœnitent. distinct.* 6. Ias. *in rub. ff. de acq. hæred.* † Limita, quando causa esset summaria; quia etiam testi si- 11
ne iuramento creditur. Rom. *cons.* 20. *Viso puncto. num.* 4. vbi apost. *in ver. suadetur*, dicit * communem. † Extende, quando sunt pro- * 12
bationes pares hinc inde; quia vnus testis etiam sine iuramento facit præponderare probationem, vt possit pro ea Iudex pronunciare. Alex. *cons.* 112. *In causa, & lite. lib.* 4. *in fin.* ☞ Extende, etiamsi 13
causa non sit summaria, quando sunt periti ad referẽdum de credulitate electi à iudice, vt quia de iudicio referunt; secus si de veritate, ita plena apostil. ad Rom. *d. cons.* 20. *in ver. admittitur.* † Exten- 14
de, quando periti sunt electi à partibus, quia siue de credulitate, siue de assertione deponant, non probant sine iuramento. apostil. ad Roman. *d. cons.* 20. *in ver. admittitur.* † Limita, quia dispositio 15
testatoris, quod socius, vel alius faciat, quicquid sibi placuerit de societate, intelligitur secũdum arbitrium boni viri. Bart. *cons.* 168. *Quidam habens. n.* 2. *in fin. & seq. ver. super secundo. lib.* 1. Ias. *in l. si fic.* post
alios. *ff. de legat.* 1. Abb. *cons.* 48. *num.* 3. *lib.* 2. † Extende idem in con- 16
tractu, quia si aliquid committitur arbitrio conductoris, intelligitur secundum arbitrium boni viri. Bald. *cons.* 434. *Pactum inter, in fi. lib.* 1. † Extende idem, quando committitur in tertium, vt faciat 17
quicquid sibi placuerit, quia intelligitur arbitrio boni viri. Bartol.

18 *conſ.166.num.3.& 4.ver.præterea de hoc.lib.1.* † Limita; quia diſpoſitio teſtatoris, quod de capitali, & lucro ſocietatis ſtetur dicto Titii ſocii, non valet tanquam captatoria; & quia boni viri arbitrio
19 regulatur. Bart. *conſ.168.num.3.vſque in fi lib.1.* † Extende; quia non valet etiam contractus, in quo promitto ſtare ſimplici verbo contrahentis. Bart. *d.conſ.168.num.4.vſque in fin.lib.1.* Vide, *Intereſſe conuentum, quando, & qualiter debeatur, vel non. Concluſ.308.num.8.& ſeq.*
20 † Contra extenſionem, quod imo valeat pactum, per quod creditor ſe obligat ſtare dicto debitoris circa lucra, & capitale debitũ, Alex. *conſ.47.circa primum.n.4.lib.1.* vbi plena apoſtill. *in ver. dicto.*
* *lib.1.* Ang. *conſ.201.* & eſt communis * opinio, de qua Iaſ. *in l.iuſiurandum, quod ex conuentione.ff.de iureiur.* Alexand. *conſ.54.Circa id, in princ.lib.2.& conſ.67.Viſo themate.n.4 ver faciunt notata lib.2.* vbi di-
*21 cit magis * communem. † Et quod valeat pactum, & diſpoſitio teſtatoris, quod de adminiſtratis per tutorem ſtetur dicto tutoris, & quod teſtator eum liberat, & mandat, quod non poſſit moleſtari, eſt communis * opinio. Alex. *d.conſ.54.Circa id, quod, in princ.*
* *lib.2.* vbi, quod non poteſt moleſtari, ſi dixit, habita in beneficium
22 pupilli expendiſſe. † Imo, quod valeat ſimplex aſſertio hoc caſu ſine iuramento, quia non vt teſtis deponit, ſed vt habens arbitri-
23 um, & ideo non tenetur iurare. Alex. *d.conſ.54.n.2.lib.2.* † Etiamſi ſumma non ſit certa, neq; ſpecificata; quia adhuc valet remiſſio in eum facta, & declaratio ſine iuramento. Alex. *d.conſ.54.num.3.& ſeq.* maxime *n.4.lib.2.* vbi dicit procedere, tam in vltima voluntate,
24 quam in contractu. † Extende; quia promiſſio facta per venditorem emptori de euictione, & quod vult teneri ad omnia damna, & intereſſe, & promittit ſtari ſimplici verbo emptoris, va-
25 let. Alexand. *conſ.67.num.4 lib.2.* † Declara; quia ſi aliquid committitur in libera voluntate contrahentium, vel etiam in voluntate, intelligitur de abſoluta etiam inuſta; ſecus ſi in voluntate,
vel arbitrio tertii. Bald. *conſil.195. Laudare vos.num.8.in fin.lib.2.* Vi-
26 de, *Verba importantia abſolutam voluntatem. Concluſ.153.* † Declara; quia valet remiſſio & pactum, niſi oſtendatur de dolo eius, in quem fit remiſſio, vt quia excederet declarando in magna quantitate. Alexand. *conſ.47.num.4.& 5.lib.1.* vbi, quod dicitur magna,
27 quando eſt in toto, vel in parte, aut in tertia. † Declara; quia licet valeat tale pactum; tamen ſi fiat exceſſus in declarando, datur re-
ductio ad arbitrium boni viri. Alexand. *conſ.37.num.31.& ſeq.lib.1.*
*28 *communem dicit Ioan.de Anan. *conſ.31.in fin.* † Poteſt tamen tale pactum reuocari, etiamſi ſit iuratum, per quod quis ſe obligat
29 ſtare dicto ſui aduerſarii. Bart. *in l.fi.ff.de prætor.ſtip.* † Contrarium,
* quod non poſſit reuocari. Alex. *conſ.130.in fi.lib.1.* vbi dicit * com-
30 munem. † Declara; quia poteſt reuocari ex noua cauſa ſuperuenienti, puta, ſi eſſet effectus ribaldus, ſi adeſſent probationes, Iaſ.
in l.iuſiurandum. in princ. ff. de iureiur. Angel. *in d.l.fin.ff.de prat.ſtipul.*
31 † Extende, quia non ſtatur aſſertioni procuratoris habentis mandatum ad accipiendum pecuniam ad vſuram, vel intereſſe, niſi dicat, à quo acceperit, & doceat, quid, & quantum ſoluerit. Afflict.
32 *deciſ.22.* † Contrarium, quod ſit illi credendum, & non teneatur
33 detegere, à quo habuit pecunias mutuo, & cui, vel quantum ſoluerit. Bart. *in d.l.fi.ff.de prætor.ſtipul.* Afflict. *deciſ.91.* † Declara; quia ſi eſt perſona bonæ famæ, & magni cred ti, ſtatur illi; ſi vero ſecus, præſumitur à ſeipſo accepiſſe, & ſibi non creditur, & in omnem caſum poteſt Iudex taxare honeſtum intereſſe iuxta morem regionis, vide Afflict. *dictis deciſionibus.22.& 91.* & hæc declaratio po-
34 teſt inſeruire etiam ſupra. † Reſtringe in dote, quia pro dote valet
35 legatũ incertum. Bart. *conſ.168.n.3.ver.non obſtat.lib.1.* † Reſtringe fauore piæ cauſæ, quia valet collatio voluntatis vltimæ in alienum
36 arbitrium. Bart. *d.conſ.168.num.3.lib.1.* † Limita, quia aſſertioni Papæ creditur, & quando. Vide, *Papæ aſſertioni quando ſtandum, vel non. Concluſ.60.*

Aſſicuratores nauium qualiter obligentur, & quid ſit aſſicurare. Concl.537.

1 ASSICVRATOR † nauis onuſtæ frumento, ſi aſſumat omne periculum, non tenetur de periculo retentionis grani ob penuriam factæ per Regem, per cuius Regnum nauigatio fiebat, maxime ſi conductori, ſeu emptori poteſt imputari, quod poſſet per aliam viam nauigare, & ſciret periculum, vel ſi non fecit inſtantiam penes Regem pro reſtitutione. Bald. *conſ.395. Pro domino Dinaldo, lib.2. per tot.* vbi confuſe loquitur, ideo melius videas motiua pro vtraque parte. Vide, *Nauta aſſicurans nauem qualiter teneatur. Concluſ.15.* † Contrarium conſuluit in eadem cauſa Ang. *conſ.219. Punctus, & caſus*, vbi, quod tam de æquitate, quam de rigore iuris mercator, ſeu patronus nauis, qui promiſit cõducere nauem grani ex Sicilia ad alium locũ, & ſe obligauit ad omnes caſus fortuitos, excepta deperditione nauis captæ ab armata, vel ab infortunio, tenetur, licet Rex pro abundantia eum impediuerit conducere, & late proſequitur. † Florentiæ extat ſtatutum prohi- 3
bens, poſſe Florentinos facere aſſicurationem pro forenſibus, ſed bene inter ſe, quod ſtatutum habet locum, etiam ſi illi fuerit renunciatum; quia nõ poteſt renunciari; quia eſt prohibitorium, & ius publicum continet. Caſtrenſ. *conſ.251. Viſa quadam ſecuritate, lib.1.* vbi, quod habet locum nedum pro mercantiis, & rebus, vt loquitur, ſed etiam pro nauibus, ne fiat fraus; & quia eadem eſt ratio. † Aſſicurare, vel facere ſecurum, ſit nuda promiſſione; item 4
fideiuſſoribus; item pignore, vel hypotheca, & aliquando etiam ſit quis ſecurus, quando reditur ſine timore. Soc. *conſ.93. Circa primum, in princ.lib.1.* Vide, *Securitatem dare obligatus, de qua intelligatur. Concl.95.* † Facere ſecurum non eſt ſoluere, licet dici poſſit ſatisfa- 5
ctio in ea parte, in qua eſt promiſſum facere ſecurum, vide Socin. qui multa ponit *d.conſ.93.in princ.lib.1.*

Aſſignare quando importet dominii translationem, vel non. Concl.538.

ASSIGNO † in laudo, vel ſententia, aut alia diſpoſitione im- 1
portat, & non importat dominii translationem ſecundum ſubiectam materiam. Alex. *conſ.40. Super primo, num.6.& 8.lib.6.*

Aſſiſium, & eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ.539.

CIVITAS † Aſſiſii non eſt de diſtrictu, neq; ſubiecta Peruſi- 1
nis; quia eſt de Ducatu Spoletano, & ſubiecta ſoli Papæ. Bald. *conſ.382. Arbitrium datum, lib.2. in fin.* † Contrarium, quod Ciuitas 2
Aſſiſii fecerit pacem cũ Peruſinis, & ſubieceri ſe Communi Peruſii, dicit Bart. *conſ.92. In quæſtione, n.7. lib.1.* vbi ponit tẽpus initæ pacis, & ſubiectionis, & enumerat tempus pacis 1322. de menſe Aprili. † Monaſterium Sancti Sebaſtiani de Canario, ordinis S. 3
Claræ, olim erat vnum, & idem cum Monaſterio S. Margaritæ de Aſſiſio, ſed fuit ſeparatum de anno 1340. ſeparationis tenorem ponit Feder. de Sen. *conſ.29. Quidam volens*, vbi tenet, quod non valuit. † Statutum Aſſiſii licet diſponat, quod ſtantibus maſcu- 4
lis, fœminæ non ſuccedant; tamen ſi non extant maſculi, ſuccedunt. Bart. *conſ.41. Factum tale, n.3. ver. nec obſtat ſtatutum, lib.1.* † Sta- 5
tutum eſt Aſſiſii, quod donec exiterint maſculi fœminæ dotatæ non ſuccedant, de quo Bald. *conſ.111. Ad conſeruationem.* vbi inſerit ſtatutum, *lib.2.* & dicit, quod non excludit, ſed ſuſpendit ſucceſſionem; ideo ſi moriantur maſculi admitterentur fœminæ extantes, vel deſcendentes ex fœminis, & *conſ.409. Factum tale eſt, lib.3.* vbi ponit verba ſtatuti, vbi interpretatur illa verba, *quouſq; deſcendentes ex eis*, vt intelligantur de mortuis maſculis, non de parentibus, vt ſit minor iniquitas, niſi adſit conſuetudo contraria. † Bart. 6
conſ.28. In quæſtione. in fi.lib.1. dicit, quod ſtatutum Aſſiſii diſponit, quod fœmina dotata non ſuccedat; & ideo concludit, quod ſi pater eam non dotauit; neq; inſtituit ſimpliciter, ſed ſub conditione caſuali, vel mixta, debet ſuccedere in ſua portione, & *conſil.31. Quidam, lib.1.* quod attenditur tempus mortis teſtatoris, an ſit dotata, vel ne, vt ſuccedat, licet Roman. *conſ.442.* dicat attendi tempus ſucceſſionis factæ. † Statutum eſt Aſſiſii, quod nulla mulier poſ- 7
ſit teſtari ſine præſentia filiorum, ſi habet filios, vel ſine præſentia nepotũ ex filiis, ſeu ex fratribus, ſi non habet filios neq; nepotes ex eis. Bald. *conſ.395. Statuto Ciuitatis, lib.3.* vbi, quod filii banniti, cum ſint inhabiles, non computantur; ſed tamen nepotes, vel alii ſucceſſiue vocati à ſtatuto debent adhiberi, *lib.3.* ideo dicit teſtamentum nullũ, in quo non interuenerunt nepotes, licet extarent filii banniti. † Item ſtatutũ prædictum eſt, quod requiratur con- 8
ſenſus patris, & mariti, ſi habet patrem, & maritum, vel alterius, ſi habet alterum, & ſi non habet iſtos, ſine præſentia filiorum, vt ſupra Bald. *conſ.209. Pro Tranquillo, & Paciſco.* vbi inſeritur ſtatutum ad litteram, *lib.4.* vbi, quod non habet locum iſtud ſtatutum in cancellatione, licet ibi referat, quod Petrus & Guilielmus tenuerunt contrarium; quia in teſtamento aderat clauſula, quod cancellabat ad effectum, vt ab inteſtato talis ſuccederet. Vide, *Statutum circa teſtamenta, & eorum ſolemnitatem. Concl.680.* † Item, quod 9
nulla mulier Ciuitatis Aſſiſii, vel Comitatus, ſi nupta ſit, poſſit contrahere, vel teſtari ſine præſentia viri, habet locum etiam in muliere Peruſina nupta Aſſiſii; quia non poteſt teſtari etiam Peruſii. Bald. *conſ.139. Statuto Communis Aſiſii, lib.5.* † Item, quod con- 10
tractus mulierum non valeant ipſo iure, niſi interueniat conſenſus certorum proximiorum, quod ſtatutum habet locum, etiamſi mulier ſubdita faciat contractũ extra territorium, ſed tamen non habet locũ in muliere ſorore tertii Ordinis. Bald. *conſ.60 Quædam ſoror, lib.5. per tot.* † Statutum Aſſiſii, quod omnia inſtrumẽta à 10. 11

annis

annis tunc celebrata essent nulla, nisi esset facta exequutio, super quo Bart. *consil. 36. Statuto Ciuitatis Assisii, lib. 1.* dicit, quod est odiosum, & contrarium eius est fauorabile; ideo facta dicitur exequtio, licet sit solum cœpta; quia res est fauorabilis, vt statutum excludatur, & loquitur Bartol. etiam ad fauorem Hebræi habentis
12 exequutionem cœptam. † Et *cons. 87. Factum tale, lib. 1.* dicit, quod tale statutum non trahitur ad causas iam decisas transactione, vbi
13 apostil. *in ver. compromissa*, dat concordant. † Item non habet locum, si intra decem annos factum fuit compromissum de iure, & de facto in arbitratorem, qui acceptauit, & pendet compromissum; quia dicitur transactio de stando laudo ferendo, & si fertur post decem annos, trahitur ad tempus compromissi. Bart. *d. consil. 87. n. 2. & seq. lib. 1.* † Criminale statutum Assisii disponit, quod
14 quando probatum est maleficium contra aliquam personam, per quam probationem possit, vel debeat torqueri secundum formam iuris; tunc Iudex debeat illam citari facere, super quo Bart. *consil. 111. Quæritur, num. 3. ver. nunc videndum, lib. 1.* vbi, quod si non constat, vt in statuto, citatio facta est nulla, & condemnatio in contumaciam facta est nulla, & *num. 4. vers. super secundo*, dicit, quod verba sententiæ, *quod prædicta omnia constant nobis vera fuisse per legitimas probationes, & etiam per eorum contumaciam, quos citari fecimus, &c.* debent intelligi copulatiue, & coniunctim, non autem diuisim; quia omnia simul sufficiebant ad citationem, non autem, quod contumacia sit disiuncta, vt citatio sit ad condemna-
15 tionem, alias implicaret contradictionem, vt ibi demonstrat. † Item statuta, quod pœnæ duplicentur ratione loci, vel temporis, vel aliis casibus, de quibus Bartol. *cons. 41. Statuto Ciuitatis, lib. 2.* vbi, quod debeant intelligi, quod duplicatio etiam pluries facienda, intelligatur de pœna simplici, & naturali, non de accidentali, & semel duplicata.

Assistentia iuris communis licet non adsit; non tamen inducitur contrarietas. Concl. 540.

1 DIFFERVNT † isti termini, quod ius commune non assistat, vel quod ius commune contrarium sit. Roman. *cons. 448. Videtur primo, num. 4. in fin. ver. præterea statutum.* Abb. *consil. 117. num. 2. ver. & pro hoc respondetur.* Vide, *Exorbitans, vel correctorium quando dicatur statutum. Concluſ. 589.*

Astensis Ciuitas, eiusq; statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 541.

1 CIVITAS † Astensis est Ducis Mediolani, quam potest Dux vendere, & donare. Ioan. de Anan. *consil. 81. in princ. num. 2.*
2 † Ciuitas Astensis cum suo territorio, & fortalitiis fuit data in dotem per Io. Galeatium Comitem Virtutum, Vicecomitem, Duci Turoniæ fratri Regis Franciæ, vt per Bald. *cons. 357. Nota pro Duce Turoniæ, lib. 5.* quod est Petri de Curte, Antoniani, & Baldi, v-
3 bi, quod fauore dotis venit latissime Ciuitas, & territorium. † Vide plenius Alexand. *cons. 87. Accurate. lib. 6.* vbi in facto præcedente consilium narrat, quod Ioan. Galeatius Vicecomes nupsit Valentinam eius filiam Ludouico Duci Aurelianensi, & illi dedit in dotem Ciuitatem Astensem, & iste Ludouicus Dux erat filius Caroli V. & frater Caroli VI. Regum Franciæ, vt dicit ibi apostill. Ex istis coniugibus nati sunt Carolus, qui fuit Dux Aurelianensis, Philippus Comes Virtutum, Ioannes Comes Angolesmi, & Margarita Comitissa de Stampis. Carolus tanquã Primogenitus fecit se inuestiri de Ciuitate Astensi à Sigismundo Imperatore, die 18. Septembris 1413. Sed quia fuit captiuus in Anglia Philippus Maria Dux Mediolani, pro eo gubernauit Ciuitatem Astensem, tanquam auunculus, & mortuo Carolo successit Ludouicus eius filius, qui fuit Rex Franciæ XII. Alexand. consuluit, quod Ciuitas Astensis fuit data per Galeatium Mariam, non in feudum, sed libera pro filiis, & hæredibus, & quod nisi probetur consuetudo, quod ad primogenitum spectet, quod etiam fœmina in ea succe-
4 dit pro portione. † Et probatur, quod possedit eam ex narratis per Bald. *consil. 332. lib. 5.* vbi quæritur, an possit idem Dux locare in totum rem communem cum particulari in dicta Ciuitate, in qua Dux erat administrator. Hodie ista ciuitas cum suo Comitatu est Serenissimi Ducis Sabaudiæ, & iusto titulo possessa, & trans-
5 lata. † Comes Virtutum frater Ducis ob adhærentiam certorum Nobilium Duci Mediolani donauit Nobilibus certum territorium Ciuitatis, & donatio fuit confirmata per Ducem, super cuius validitate, & quod Ciuitas non possit reuocare, Ioan. de A-
6 nan. *consil. 81. per totum.* † Habet Marchionem Ceuæ suum subditum ratione multorum castrorum, de quibus Marchio fuit infeudatus, prout per Bald. *cons. 483. Magnificus dominus, per tot. lib. 1.* vbi, quod habet iurisdictionem in Marchionem male tractantem vasallos prædictos, & de eadem inuestitura dictorũ Castrorum. Bald. *cons. 183. Factum sic se habet, lib. 3.* vbi, quod Commune Ciuitatis Astensis debet cognoscere causam inter Marchionem & alium feudatarium de feudis prædictis. † Marchiones Ce- 7
uæ sunt domini terræ Bagnaschi, & fecerunt pacta, & conuentiones cum dictis Communi & hominibus super multis, quæ sunt valida, secundum Bald. *consil. 492. Inter magnificos. lib. 5. per tot.* vbi, quod possunt homines piscari in flumine Tanagri, & tenentur ad seruitutem versus Marchionem. † Fecerunt isti Marchiones di- 8
uisionem plurium castrorum, & conuenerunt, quod aliquis eorum sub pœna non possit aliquid acquirere in parte alterius. Bald. *consil. 368. Quod permutatio*, & latius *consil. 491. Inter Marchiones, lib. 5.* vbi, an tale pactum transeat ad successores, & *d. consil. 491. in fin.* ponit, qualiter vnus ex dictis Marchionibus spoliauit alium, & adhæsit Duci Aurelianensi; tamen nõ est effectus subiectus Duci.
† Sunt isti Marchiones nobiles feudatarii, & trahunt originem 9
ab Imperiali sanguine, & à pari procedunt cum Marchionibus Sauonæ, & Finarii; ideo sunt exempti ab omnibus oneribus tanquam Nobiles. Purpur. *cons. 536. per tot.* † Feudum Castri, & Villæ 10
montis magni vendidit Ciuitas Astensis domino Antonio de Turchis liberum, vt per Bald. *cons. 6. Commune Ast. lib. 3.* † Episco- 11
pus Astensis cõcessit feudum sui Episcopatus Castrum, & Villam Asternæ. Bald. *cons. 185. Factum est tale. lib. 3.* † Item concessit aliud 12
Castrum, & Villam Gandulpho de Gregoguris, quem postea priuauit ob rebellionem, & inuestiuit Simonettam Rotarii; Gandulphus vero vendidit Bartholomæo Careto, quem etiam Episcopus priuauit, & qui Bartholomæus alia feuda tenebat ab Episcopo. Bald. *cons. 95. Mortuo Gregorio, lib. 3.* † Ecclesia, & Episcopus A- 13
stensis habet Constitutionem Episcopalem, quod feuda ipso iure reuertantur ad Ecclesiam dominam propter culpam, vel feloniam vasalli, quæ constitutio est valida secundum Bald. *in consil. 9. Factum tale est, num. 3. in fin. ver. mihi finaliter, lib. 1. & cons. 95. Mortuo Gregorio, in princ. ver. item fecerunt, lib. 3.* vbi de quodam feudo reuerso ad Ecclesiam. † Statutum est in Ciuitate Astensi, quod omnes ementes 14
& vendentes teneantur soluere gabellam, quod non ligat Ecclesias, neque Ecclesiasticas personas. Bald. *consil. 1. in Statuto Ciuitatis Astensis. lib. 1.* † Itẽ, quod in causis mutui, vel depositi apparentium 15
per publica instrumenta procedatur via summaria, & non possint opponi quædam exceptiones. Bald. *cons. 223. Primo statuto, lib. 1.* vbi, quod non corrigitur per aliud statutum posterius, quod inter consanguineos omnes causæ compromittantur. † Item statu- 16
tum, quod omnes lites inter consanguineos compromitti debeant. Bald. *d. cons. 223. per tot. lib. 1.* vbi, quod non comprehendit debita apparentia per publicum instrumentum. † Item habet sta- 17
tutum, qualiter creditores hypothecarii præferri debeant. Bald. *consil. 278. In causa domini Amoneti, lib. 2.* † Item, quod præmorien- 18
te vxore, maritus lucretur totam dotem, si præmoriatur sine filiis. Bald. *cons. 31. Statuto Ciuitatis, li. 3. & cõs. 96. Proponitur, quod.* vbi ampliat, vt procedat etiam in territorio Astensi, licet fuerit occupatum tale territorium ab alio, *lib. 3.* Signor. Homod. *consil. 37. Factum sit proponitur.* vbi tenet, quod stãte etiam alio statuto, quod liceat mulieri dare in dotem legata à primo viro, quod maritus lucretur totam dotem, etiam stantibus filiis ex priori matrimonio; quia statutum requirit, quod relinquat filiis tanquam vxor, & i-
dem repetit *consil. 69.* vbi confutat Rayner. de Foroliuio, qui te- 19
nuit contrarium, *cons. 68. & consil. 263.* vbi hinc inde. † Et quod huiusmodi statutum, quod maritus lucretur totam dotem vxore mortua sine filiis, seu sine liberis, importet, quod si extant liberi siue ex primo, siue ex secundo matrimonio, maritus non lucretur dotem; quia cessat conditio. Castrens. *cons. 359. Supradictus dominus, in princ. lib. 2. & per tot.* vbi, quod non derogat. *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* † Aliud statutum Astense, quod si mater leget, vel dis- 20
ponat de bonis suis ad fauorem filiorum secundi matrimonii, quod valeat dispositio in præiudiciũ filiorum primi matrimonii, sed nihil operatur ab intestato, nec sufficit indirecta, seu tacita dispositio, vt videatur disposuisse, ex quo bona dedit in dotem. Ca- 21
strens. *d. consil. 359. num. 2. vers. sed nec obstat. lib. 2.* † Statutum, quod mulier transiens ad secunda vota possit dare in dotem secundo marito etiam legata à primo viro, & quod filii primi matrimonii in nullo succedant matri, nec mater possit succedere filio primi matrimonii, saluo, nisi institueretur hæres, vel sibi fieret legatum. Bald. *cons. 216. Casus talis est. lib. 3.* vbi ponit integrũ statutũ, & dicit, q̃ mater substituta filiabus, si transeat ad secunda vota, & moriatur vna filia, cui est substituta pupillariter, illi succedit, hoc idem statutum ponit Signorol. *cons. 37. in princip.* vbi interpretatur illud in

contradictione cum Rayner. de Foroliuio, inter consilia Signor.
22 68. & 69. & 263. † Item, quod nulla mulier succedat decedentibus stantibus agnatis, vsque ad septimum gradum, nisi in vsufructu eius portionis, quam habitura esset ab intestato, cessante statuto, quo vsufructu mulier sit priuata, si transit ad secunda vota. Bald. *cons.* 187. *Posito statuto, lib* 3. vbi, quod nō habet locum in hæreditate paterna delata infanti, qui decessit, ea non adita, quando de cōsuetudine iure matris in matrem transmisit, & non in agnatos, secus de iure communi, etiam si transmitteret ad matrem nō ex priuilegio personali, sed ex priuilegio suitatis. Bald. *consil.* 156.
23 *Clausula codicillaris. n* 2. *ver. modo venio, vsque in fin. lib.* 2. † Item, quod non liceat appellare ad Principem, quod statutum valet; quia Princeps iurauit obseruantiam statutorum. Bald. *cons.* 86. *Per statutum*
24 *Ciuitatu, lib.* 3. † Et quod appellationes debeant fieri ad Potestatem Astensem, & quando appellatio interponitur, debeat appellans intra 8. dies dare idoneam securitatem, alias sententia ferenda non valeat, quod statutum valet, & habet locum, si non fuisset absens iudex ad quem, & coram quo cautio erat danda. Bald. *cons.*
25 99. *Statuto Ciuitatis, lib.* 3. † Adde, quod si appellatur à sententia Potestatis, tunc appellatio deuoluitur ad iudicem maleficiorum ex obseruantia, licet statutum dicat, quod ab omnibus sententiis appelletur ad Potestatem. Bald. *d. cons.* 99. *in princ. lib.* 3. vbi, quod tenetur etiam appellans petere apostolos intra certum tempus;
26 tamen si iudex illos det, non debent peti. † Item, quod mulier maritata non veniat ad successionem patris, vel matris, quod statutum est validum, ita quod stante masculo, fœmina dotata exclu-
27 datur. Bald. *cons.* 327. *Visa serie facti, in princ. lib.* 5. † Item circa præscriptiones, quod possidens rem acquisitam per viginti annos, non possit à quoquā molestari, exceptis minoribus vigintiquinque annis, & iis, qui non potuerunt agere, quod statutum habet locum etiam contra ignorantes, & in causa dotis. Bald. *consil.* 329.
28 *Præmisso verbis. lib.* 5. † Item circa fures, vt famosi furca suspendantur, & famosi dicuntur, qui tria furta commiserunt. Bald. *cons.* 348. *Viso themate, lib.* 5. vbi, quod non habeat locum, si furta sunt commissa extra territorium, vel si actum esset ciuiliter tantum, & pars
29 fuisset satisfacta, vel quando furtum esset domesticum. † Statutum Astense disponit, quod statuta debeant intelligi, prout scripta sunt, & vt eorum litera sonat. Signor. Homod. *cons.* 37. *in princ. & num.* 7. *in fin. vers. venio ad tertium*, dicit, quod recipiunt nihilo-
30 minus declaratiuam interpretationem. † Quicquid habet Ciuitas Astensis in publico, dicitur esse Ducis Mediolani; ideo potest Dux disponere, & non dicitur de alieno disponere. Ioan. de Anan. *cons.* 81. *Viso instrumento. num.* 4.

Attentata quæ dicantur, & ex quibus probentur. Concl. 542.

1 ATTENTATA † dicuntur non minus, quæ facta sunt pendente lite, & post inhibitionem, quam facta post appellationem extrà iudicialem. Oldrad. *cons.* 199. *in princ. ver. non obstat. si dicatur, & cons.* 206. *In causa Carnocen. in princ.* vbi, quod pendentia litis,
☞ & prohibitio superioris causat attentatum. Vide, *Appellatione pen-*
2 *dente nihil est innouandum. Concl.* 375. † Et facta post sententiam ante appellationem ita dicuntur attentata, sicut facta post appellationem subsequutam in tempore. Federic. de Sen. *consil.* 98 *in princ.* allegat *cap. venientes, de iureiurand.* idem *consil* 126. *num.* 2. *vers. item est sciendum l. appellatione.* vbi glos. & Doctor. *C. de appellat.* Oldrad. *con-*
3 *sil.* 18. Rota *decis.* 461. † Et facta post inhibitionem iudicis Ecclesiastici iudici seculari per ipsum secularem in causa, cuius quæstio præiudicialis pendebat coram Ecclesiastico dicuntur attentata.
4 Federic. de Sen. *d. cons.* 126. *per totum.* vbi est casus. † Et in materia noui operis fabricata post nunciationem, siue per prætorem, siue per iactum lapilli, in ipso opere factam ipsis opificibus dicuntur
5 attentata. Bald. *consil.* 245. *Proponitur, quod fuit. lib.* 2. † Imo post solam citationem legitimam, & legitime exequtam inducuntur attentata; quia per talem citationem inducitur litis pendentia. Cardin. Zabarell. *consil.* 10. *Iacobus exequutor, in princip. & num.* 2.
6 † Et facta post appellationem ab interloquutoria dicuntur attentata, si fiant post inhibitionem emanatam. Alexand. *consil.* 89.
7 *Diligenter consideratis. nu.* 6. *l.* 1. † Idem est, si aliquid fiat, postquam iudex detulit appellationi ab interlocutoria, coram eodem. Ale-
☞ xand. *d. consil.* 89 *n.* 6. *lib.* 1. Vide, *Appellatione pendente non potest iudex à*
8 *quo procedere. Concl.* 376. † Idem est, si aliquid fiat in eodem articulo, à quo fuit appellatum; secus si fiat per iudicem in alio articulo separato ante delationem appellationi, & ante inhibitionem; quia non reuocatur tanquam attentatum, nisi per viam iustitiæ, vel in-
* iustitiæ, secundum opinionem * magis communem. Alexand. *dict. cons.* 89. *num.* 6. *ver. quantum vero. lib.* 1. vbi, quando dicantur capitula connexa, vel separata. † Amplia; quia multo magis vere, & pro- 9
prie inducuntur attentata, si aliquid fit post appellationem à diffinitiua, vt *tot. tit. nil nouari pendente appellatione.* † Amplia in appel- 10
latione ab interlocutoria, quando fuit facta inhibitio. *c. non solum, de appell. in* 6. Vide pleniſſime per Mascard. *Conclus.* 148. *Attentata* ☞
quo pacto probentur. vbi, ex quibus inducatur probatio attentatorum. † Limita, quando appellatio est notorie nulla; quia non ha- 11
bent locum attentata; imo valet processus factus per iudicem à quo. Ancharan. *consil.* 158. *Ex narratis. num.* 29. *& seq.* † Extende, 12
quando appellatio non est notificata iudici; quia non habent locum attentata. Ancharan. *d. cons.* 158. *num.* 19. † Limitā; quia pos- 13
sessor, qui continuat suam possessionem lite pendente, non dicitur attentare. Vide pleniſſime per Ant. Gab. *lib.* 5. *tit de acquir. poss. Concl.* 6. *Possessor potest etiam lite pendente.* Vide Masc. *Concl.* 146. *At-* ☞
tentata reuocari petens. vbi, qualiter probetur attentatum esse.

Attentata sunt reuocanda ante omnia. Conclusio. 543.

ATTENTATA † facta pendente lite, sunt reuocanda; quia 1
pendentia litis causat attentatum, quod tolli, & reuocari debet. Oldr. *cons.* 206. *In causa Carnocen. in princ.* † Amplia, vt idem sit, 2
si aliquid contra prohibitionem superioris est factum; quia tanquam attentatum contra legem debet reuocari. Oldr. *d. cons.* 206. *in prin.* † Amplia, etiam si sit appellatum ab interloquutoria, dum- 3
modo fuerit inhibitum per iudicem ad quem; quia reuocantur attentata facta post inhibitionem. Oldrad. *consil.* 303. *circa fin. num.* 5. *ver. ad id, quod dicitur.* Alexand. *cons.* 99. *n.* 4. *lio.* 5. † Amplia, quia 4
si post appellationem à diffinitiua, vel post sententiam diffinitiuam ante appellationē intra decem dies aliquid est attentatum, id pariter debet ante omnia reuocari. Feder. de Sen. *consil.* 98. *Nicolutius, in princ. vers. ad primum.* & idem Feder. *consil.* 126. *num.* 2. *vers. item sciendum est.* Alexand. *consil.* 99. *Visis processibus. num.* 3. & 4. *vers. hoc præsupposito. lib.* 5. † Extende, vt idem sit in sententia lata in pos- 5
sessorio in terris Ecclesiæ; quia de iure Canonico datur appellatio, & sententia in possessorio dicitur diffinitiua; ideo si fiat executio, vel intra decem dies ad appellandum, vel post decem dies, appellatione interposita, & pendente, debent reuocari ante omnia attentata. Alex. *d. cons.* 99. *Visis processibus. num.* 3. *& seq. vers. hoc præsupposito. lib.* 5. † Extende; quia reuocatio attentatorum ante 6
omnia debet fieri per Iudicem ad quem, etiam antequam sit cognitum de iustitia, vel iniustitia appellationis à sententia in possessorio in terris Ecclesiæ, ex quo de iure Canonico appellatur. Alexand. *d. consil.* 99. *num* 3. *lib.* 5. † Declara, quia hodie, ob constitu- 7
tionem Ægidianam, quæ est in toto statu Ecclesiæ recepta, non datur appellatio in profanis, quando sententiam possessorii non continet mixturam, si vero continet mixturam, datur appellatio, vel in bonis Ecclesiæ. Vide supra *in ver. Appellatio an detur in possesso-* ☞
rio, & quando. Conclus. 407. *n.* 23. *& seq.* † Amplia, vt idem sit, quan- 8
do sententia lata est super incidenti præiudiciali negocio principali, quia tunc est diffinitiua, vel saltem habet vim diffinitiuæ, & sic attentata post appellationem sunt reuocanda. Federic. de Sen. *consil.* 198. *num.* 3. *vers. de secundo.* † Amplia, etiam si constet de no- 9
torio non iure petentis reuocari attenta in profanis, quia attentata sunt magis priuilegiata, quam spolium, quia attentans offendit partem, iudicium, & Iudicem. Alexand. *d. cons.* 99. *Visis processibus. num.* 8. *in fin. cum seq vers. præterea. lib.* 5. vbi apostill. *in ver. magis,* dat concord. Vide, *Attentata an reuocentur, quando constat de non iure* ☞
petentis illa reuocari. Conclus. 546. † Contrarium tenent plures, 10
quos allegat apostill. ad Alex. *d. cons.* 99. *vers. constat. lib.* 5. † Decla- 11
ra, quia reuocantur semper attentata, etiam si attentans diceret, vel constaret notorie de non iure petentis, quando sumus in profanis, & quod ita practicetur, affirmat apostill. ad Alexand. *d. consil.* 99. *n.* 9. *in ver. constat. lib.* 5. † Restringe in beneficialibus, ne de- 12
tur vitiosus ingressus, & ita Alexand. *d. cons.* 199. *num.* 7. *& seq. lib.* 5. declarat procedere decisiones Rotæ, videlicet 2. *vt lit. pendent.* alias 55. *in nou.* incipit: *Ad instantiam, & decis.* 2. *Fuit dubitatum, col.* 2. *vers. sed si constaret, de reatu spol. in nou.* † Extende, vt procedat, quod 13
reuocatio attentatorum in profanis fiat ante omnia, etiam si cōstet de non iure petentis attentata reuocari, licet Iudex pronunciauerit, non esse reuocanda, & sua sententia transiuerit in iudicatum, quia cum sit interloquutoria, transiuit in iudicatum quoad partem, sed non quoad Iudicem, qui quidem ideo potest eam reuocare. Alex. *d. consil.* 99. *num.* 10. *& seq. vers. nec etiam habet obsta-*
re. lib. 5. † Amplia, quia attentata sunt reuocanda ante omnia, 14
etiam si procurator Ecclesiæ, vel minoris, vel alterius expresse renuncia-

nunciauerit appellationi, quia non valet talis renunciatio, & non tollit attentata, quin reuocentur facta post talem renunciationem. Alex. *conſ.115. Attentis narratis.lib.5.in princip.* † Limita, quia attentata non reuocantur, quando appellatio eſt ab interlocutoria interpoſita. Vide, *Attentata non reuocantur ante omnia. Concluſ.* 547. Vide Maſc. *Concluſ.146. Attentata reuocari petens.*

Attentata ſi ante omnia reuocanda ſunt, per quem reuocari poſſint. Concl.544.

1 REVOCATIO † attentatorum fieri poteſt, & debet per Iudicem appellationis ad quem, quando attentata ſunt in præiudicium appellationis, *cap. ſi. de iureiurand. & l.quoniam iudices. C.de appell.* Federic. de Sen. *conſ.98. in princip.num.1.in fin.verſ.ad primum*
2 *reſpondeo.* Alexand. *conſil.99. Viſis proceſsibus n.3.lib.5.* † Amplia, quia etiam iudex à quo, vel alius, qui attentauit, poteſt reuocare attentata per eum commiſſa, quia iudex facta de facto contrario imperio reuocare poteſt, & melius facit, ſi ſe ipſum corrigit, quam ſi ab alio correctionem expectet. Feder. *d. conſ. 98.num.2.verſ.melius*
3 *eſt enim.* Vide, quia officio Iudicis fit reuocatio attentatorum. *Concluſ.prox.ſeq.* † In Curia ſeruatur, quod qui prætendit attentatum, obtinet committi iudici ad quem, vt ante omnia reuocet attentata, & quia quandoque per calumniam rei confingunt attentata, cautela eſt, vel quod fiat ceſſio attentati, vel quod alia commiſſio impetretur ſuper præfixione termini ad docendum de prætenſis attentatis, quo elapſo Iudex ad vlteriora procedat.
4 † Et quod attentata pendente appellatione debeant reuocari per Iudicem appellationis, & quando non. Vide incertum auctorem poſt regulas Socin. *reg.17. Appellatione pendente*, vbi ponit regulam, & tres limitationes.

Attentatorum reuocatio ſapit poſſeſſorium, & duplex attentatum, iuris, & facti. Concl.545.

1 ATTENTATORVM † reuocatio ſapit naturam poſſeſſorii, non petitorii, videlicet, recuperandæ poſſeſſionis, reſpectu præteritorum, & retinendæ poſſeſſionis reſpectu futurorum. Oldrad. *conſ.206. In cauſa Carnocen. num.4.col.2.verſ ad ſecundam quæ-*
2 *ſtionem.* † Declara, quia licet attentatum ſapiat ſpolium, tamen magis eſt priuilegiatum, quam ſpolium. Vide infra, *Attentata ma-*
3 *gis priuilegiata, quam ſpolium. Concl.548.* † Duplex eſt attentatum, videlicet, iuris & facti, attentatum iuris eſt, quando aliquid eſt factum contra ius, quod non habuit exequutionem facti, & iſtud tollitur per ſolam declarationem nullitatis actus, ſi vero facta eſt aliqua exequutio facti, prout eſt traditio poſſeſſionis, tunc illud factum debet reuocari. Alex. *conſ 89 num.6.verſ. Eſt verũ, quod illud,*
4 *lib.1.* † Et officio iudicis reuocantur attentata facta de facto, prout exequutio ſententiæ pendente appellatione conceſſa. Alex. *d. conſil.89. Diligenter conſideratis, in fin.lib.1.verſ.quo autem ad id.*

Attentata an reuocentur, quando conſtat de non iure petentis ea reuocari. Concl.546.

1 ATTENTATA † ſunt reuocanda in profanis, etiam ſi conſtet de non iure petentis reuocari. Vide, *Attentata ſunt reuo-*
2 *canda ante omnia. Concluſ. 543.num.9.& ſeq.* vbi pro vtraque parte, & declaratur, & infra *Concluſ.prox ſeq.n 3.& ſeq.* † Amplia, vt attentata reuocentur etiam in beneficialibus abſque eo, quod petens ea reuocari probet aliquid de iure ſuo, vel coloret ſuam poſſeſſionem ex titulo. Gemin. *conſil.94 in fin.*

Attentata quando non reuocentur ante omnia. Concluſ.547.

1 ATTENTATA † nõ reuocantur ante omnia, ſed expectatur finis iudicati, quãdo fuit appellatum ante diffinitiuam, & per iudicem à quo, non obſtante appellatione, fuit proceſſum. Oldr. *conſil.302.num.10.verſ.præterea.* Federic. de Sen. *conſil.198.num.3.*
2 *verſ. de ſecundo.* quod intelligit verum Alexand. *conſil.89.num.6.lib.*
1. vt ibidem. † Contrarium, quod ſententia lata, & proceſſus habiti poſt appellationem interpoſitam à reiectione articuli admittendi tanquam attentata ſint reuocanda, quando conſtat, quod articuli erant admittendi. Gemin. *conſ. 24.num.11.verſ.ad quintum.* ſed loquitur per viam nullitatis, ex quo dicit reuocationem fieri, poſtquam conſtat, quod appellatio erat admittenda, & ſic con-
3 cordat. † Declara, quia attentata poſt appellationem ab interloquutoria non reuocantur per viam attentati, niſi quando appellationi fuit delatum, vel niſi fuerit inhibitum; iſtis enim duobus caſibus reuocantur attentata per viam attentati, alias non. Alexand. *d.conſil.89. Diligenter conſideratis. num.6.lib.1.* qui loquitur generaliter. Caſtrenſ. *conſil.381. In præſenti conſultatione, lib.2.* † Et 4
quod ſi eſt delatum appellationi ab interlocutoria, vel ſi eſt inhibitum, reuocentur geſta poſt per viam attentati. Caſtrenſ. *d. conſil.381. circa med.lin.2.* † Declara, etiam quia quoad articulum, ſu- 5
per quo eſt appellatum, & quoad connexa, etiam ſi non ſit delatum appellationi, neque inhibitum; tamen reuocantur attentata; ſecus, quoad capitula ſeparata ab articulo; ita videtur tenere Alexand. *d.conſil.89.num.6.verſ.vbi autem neutrum, lib.1.* vbi allegat Anton. de Butr. *in cap. dilectus filius, §. Saracenus, de reſcript. in vlt.not.* & ibi Ioan. de Imol. & declarat ibi Alexand. quando capitula dicantur connexa, & quando ſeparata, & hæc eſt declaratio præmiſſorum. † Amplia, quia non reuocantur attentata poſt appellatio- 6
nem interpoſitam ſuper notorio. Oldrad. *conſ.18. ver. ad tertium, num.2.* Zabarell. *conſ.101. circa fi.* vbi, quod poſt inhibitionem bene reuocantur attentata ante omnia. † Amplia; quia excommu- 7
nicatio lata poſt ſententiam pro illius exequutione intra decem dies ad appellandum non venit reuocanda per viam attentati, ſi eſt lata ante appellationem interpoſitam, licet appellatum fuerit intra decem dies poſt latam excommunicationem. Gemin. *conſil.*
99. *in princ.ver.ad ſecundum.* † Amplia; quia licet attentata ſint re- 8
uocanda ante omnia per viam attentati, etiam in opere nouo facto poſt nunciationem; tamen ſi poſtea fuit lis conteſtata ſuper negocio principali, non ſunt amplius reuocanda, niſi cum negocio principali ſimul pronuncietur. Bald. *conſ.245. Proponitur, quod*
fuit, num.2.verſ.ſecundo præmitto, lib.2. † Amplia; quia in cauſibus, in 9
quibus appellatione, vel lite pendente, poteſt innouari, non cadunt attentata, ideo non ſunt reuocanda. Corrad. *in Breuiario. fol.*
206. *n.21.* vbi ponit caſus 23. † Amplia; quia qui continuat ſuam 10
poſſeſſionem, non attentat, & ideo nõ fit reuocatio Alex. *conſ.99.*
n.5.verſ.nec obſtat, lib.5. vbi apoſtill. *in ver. poſſeſſione*, dat concordant.
† Reſtringe; quia is, qui petiit reſtitui ad poſſeſſionẽ, & obtinuit, 11
& eſt in poſſeſſione, præſumitur attentaſſe; quia reſtitutio petita repugnat poſſeſſioni. Alex. *d conſil.99.num.5.verſ.ſed in præſuppoſito*
noſtro, lib.5. † Reſtringe; quia ſi eſt dubium, an is, qui obtinuit poſ- 12
ſeſſionem, pendente appellatione, poſſideret, & debent reuocari, tanquam attentata omnia geſta per iudicem à quo. Alex. *d. conſil.*
99. *num.6.verſ.præterea, lib.5.* † Amplia; quia attentata non reuo- 13
cantur ante omnia, quando appellatio eſt extraiudicialis, ſed expectatur euentus boni, vel mali iuris. Caſtrenſ. *conſ.216. Per ea, quæ*
comprehendo, circa princ.lib.2. vbi, quod talis appellatio, donec ſit inhibitum, habet vim proteſtationis. † Extende multo magis in 14
proteſtante, quod aliquid non fiat; quia ſi illud fiat, noſi reuocatur, vt attentatum, ſed expectatur euentus litis, & boni iuris. Caſtrenſ. *d.conſ.216 per tot.lib.2.* † Amplia; quia attentata non reuo- 15
cantur, quando notorie conſtat de non iure petentis reuocari attentata. Alex. *d. conſ. 99. Viſis proceſsibus. num.7.verſ.non obſtat, lib.5.*
allegat Rotam *deciſ.2. Ad inſtantiam, vt lit.penden.* alias 55. *& deciſ.2.*
Fuit dubitatum, verſic. ſed ſi conſtaret, alias 14. *de reſtitut. ſpoliat. in nouis.*
† Declara; quia ante concluſionem in cauſa non poteſt dici noto- 16
rie conſtare de non iure. Alex. *d. conſ. 99.n.7.& 8.ver. quia reſpondeo,*
lib.5. † Declara; quia imo attentata reuocantur, etiam ſi conſtet de 17
notorio nõ iure petentis reuocari attentata, quia ſunt magis priuilegiata, quam ſit ſpolium, quia attentans offendit partem, iudicium, & iudicem, ideo in profanis reuocantur, ſecus in beneficialibus, quando notorie conſtat de non iure petentis attentata reuocari, ita Alex. *d. conſ. 99.n.9.& ſeq.ver.præterea.lib.5.* vbi apoſtill. *in*
ver. magis. & in ver. conſtat. dat concordantes. † Amplia, quia non 18
reuocantur attentata poſt inhibitionem, ſi pars inhibita comparuit coram iudice inhibente, quia reſoluitur in vim ſimplicis citationis, ſecus, ſi non comparuit. Caſtrenſ. *conſil.395. In cauſa, quæ*
vertitur, in princ.verſ. conſtat autem, lib.2. † Limita, quia ſpeciale eſt, 19
vt per viam attentati reuocetur opus nouum factum poſt denunciationem, & proteſtationem etiam extra iudicium factam, Caſt.
d.conſil.216. circa princip.lib.2. Vide Maſcardum *Concluſ.146.num.6.*
& multis ſeqq.

Attentata ſunt magis priuilegiata, quam ſpolium. Concl.548.

ATTENTATORVM † cauſa maius priuilegium ha- 1
bet, & maiorem fauorem, quam cauſa ſpolii. Oldrad. *conſilio centeſimo nonageſimo nono. Pro fundamento, in*
princip. qui dicit, quod per ſpolii reſtitutionem ſuccurritur patri

ſpolia-

spoliatæ; per reuocationem vero attentatorum, & parti spoliatæ
2 succurritur, & contempta iudicis maiestas vindicatur. † Primum priuilegium est; quia in causa spolii agens debet probare se deiectum à spoliatore, & tempore deiectionis possedisse, *cap. consultationibus, de offic. deleg.* Oldrad. *consil.* 199. *vers. & hac ratione motus, in princ.* & idem dicit Cardin. Zabarel. *consil.* 10. *Iacobus exequutor, n.* 2.
3 † In reuocatione vero attentatorum sufficit probare se possedisse, & aduersarium hodie possidere, etiamsi deiectio non probetur. Oldrad. *d. consil* 199. *in princ. vers. In reuocatione autem.* Zabarell.
4 *d. consil.* 10. *num.* 2. † Secundum; quia in reuocatione attentatorum proceditur ex puro, & mero officio iudicis sine libello, & litis contestatione. Lap. *alleg.* 98. *num.* 1. *in fin. vers. primo quia* allegat gl.
5 *in clem.* 1. *vt lit. pend.* Card. Zabar. *d. cons.* 10. *num.* 2. † In reuocatione autem possessionis, qua quis est spoliatus, requiritur libellus, & lis contestatur, & sic fauorabilius remedium est attentatorum, & facilius Lap. *d. alleg.* 98. *num.* 1. *in fin.* Zabarel. *d. cons.* 10. *num.* 2. vbi, quod in causa spolii seruatur ordo iuris, secus in attentatis.

Attentata habent multa specialia, & an detur remissoria pro attentatis probandis. Concl. 549.

1 ATTENTATA † sufficit petere reuocari in genere, vel etiam de eis excipere; quia licet actio, & exceptio debeat esse clara, & certa, vt procedat, vt pars aduersa possit deliberare, *l.* 1. §. *Labeo, ff. de flum.* tamen secus est in attentatis, tanquam accessoriis ad negocium principale. Oldrad. *cons.* 206. *In causa Carnocen. in fin. vers. ad quintam.* Vide, *Exceptio debet esse clara, sicut actio. Concl.* 372. Vide,
2 *Libellus generalis, & obscurus quando procedat. Conclus.* 306. † Amplia; quia datur remissoria ad partes ad probandum attentata ad fauorem actoris, & fauore attentatorum, non autem è conuerso. Vide plene per Mascard. *Conclus.* 147. *Attentata quomodo probentur per remissionem ad partes.*

Atrox delictum & iniuria quando dicatur. Conclus. 550.

1 CRIMEN, † seu delictum dicitur atrox, prout assassinium; quia quæ tas inducens assassinium, prout per pecuniam interficere hominem, inducit atrocitatem; ideo dicitur atrocissimum, & pœna debet esse atrox. Conrad. *in Breuiar.* §. 3. *tit. de ass. ass. num.* 1. *in fin. & num.* 2. vbi appellat atrocissimum & immane; ideo furca altiori suspenduntur, vt *num.* 3. *in fin.* Item secundum Clar. *in* §. *assassinium. n.* 4. trahuntur ad caudam equorum; item scinduntur in frusta ad terrorem, & propter atrocitatem, & enormitatem
criminis. Vide, *Assassinium quid sit, & multa specialia huius criminis.*
2 *Conclus.* 531. † Amplia; quia iniuria, vel delictum dicitur atrox ex persona committentis; ex persona eius, in quem est commissa; ex loco, ex parte offensa, prout in facie, in oculo, vel in ore, plus, quã in pede, vel manu, item ex magnitudine, vel leuitate delicti. *Instit. de iniur.* §. *atrox.* & est text. *in c. aut facta. de pœnitentia. dist.* 1. vbi, quod septem considerantur, causa, persona, locus, tempus, qualitas,
3 quantitas, euentus, & de omnibus ponit exemplum. † Ex magnitudine delicti, prout ex magno vulnere, vel vulnusculo, dicitur atrox delictum & leue, secundum plus, & minus. *d.* §. *atrox, Instit de iniur.* vbi glos. *in ver. atrox.* quæ dicit magis, & minus puniri secun-
4 dum atrocitatem. † Idem dicit glos. *in cap. cum illorum, de sent. excommun. in ver. effusionem,* quod effusio modica sanguinis dicitur leuis, magna effusio grauis, & quod arbitrarium est iudici, quæ mo-
5 dica, vel magna dicatur. † Ex facto qualificato vel simplici: nam maior est offensa facti, quam verbi, ita text. *in d.* §. *atrox. Instit. de iniur. in ver. facto,* & ibi glos. *l. sed est quæstionis. in princ. ff. eod.* vbi maior
6 est offensa, quæ tangit corpus, quam sola vestimenta. † Item maior est ex persona offendentis, prout si humilis, vel vilis persona
7 offendit. glos. *d.* §. *atrox,* vbi glos. *in ver. humili.* † Item ex persona offensa, veluti si senator, vel habens dignitatem, vel magistratum offendatur, vel si seruus, aut libertus dominum, si filius patrem offendat, *d.* §. *atrox, Instit. de iniur. l. prætor. in fin. ff. eod.* & clarius *in l. sed est quæstionis,* ibi, *ex persona. si subditus dominum vel officialem. ff. eod. auth. vt iudices sine quoquo suffragio,* §. *ex diuerso.* vbi glos. *in ver. amarissimis,* imponit pœnam parricidii vti maiorem. † Et de Episcopo
8 offenso, quod dicatur atrox offensa ex persona offensi. gl. *in d. cap. cum illorum,* per illum text. *in ver. in Episcopum, de sentent. excommun.* vbi, quod tales offensiones sine scandalo non possunt prætermit-
9 ti. † Et in officiali, contra quem calumniosa accusatio instituitur, vt grauius puniatur accusator, Farin. *quæst. 16. n.* 7. vbi, quod quidã Aduocatus, qui suggesserat accusationem contra officialem, fuit
10 condemnatus ad damna, expẽsas, & exilium. † Item ex loco commissi delicti, veluti, si in foro publico, vel coram Prætore, vel in Ecclesia, aut loco sacro quis offendatur. *d.* §. *atrox, Instit. de iniur.* vel in spectaculo publico. *l. prætor. in fin. & l. vulneris ff. eod.* † Et licet 11
sit leuis offensa, prout exigua verberatio; tamen si in spectaculo, vel loco publico fiat, dicitur atrox, *d. l. sed est quæstionis,* §. *sed si in theatro.* † Item ex loco, in quo corpus offenditur; nam maior est 12
offensa vulnus in facie, quam in alia parte corporis; quia efficitur notoria; item magis in oculo, in ore, in naso, quam in alia parte capitis; quia ista debilitant, & deturpant magis. *d.* §. *atrox. Instit. de iniur.* & est tex. *in d. l. prætor. in fi. & l. vulneris. ff. eod.* † Falsitas dicitur 13
grauissimum delictum propter eius frequentiam; ideo solet grauius puniri, & est crimen publicum. Clar. *in* §. *falsum. in princip.* † Et in ist s atrocioribus licitum est iura transgredi. Vide, *Delicta,* 14
quæ magis grauia esse dicantur. Conclus. 161. Vide, *Crimina grauia, &*
leuia, quæ esse dicantur. Conclus. 1077.

Auaritia omnium malorum radix, & qui præsumantur auari. Concl. 551.

RADIX † omnium malorum est auaritia, vt inquit Apostolus. 1
† Et auaritia insatiabil s lupus est. Bald. *consil.* 301. *Proponitur,* 2
quod. num. 12. *in fin. lib.* 1. vbi dicit, quod feudum non apertum non potest concedi; quia inducitur votum captandæ mortis alterius, & ex voto sæpe peruenitur ad actum facinoris; quia auaritia insatiabilis lupus est. † Amplia; quia auaritia maxime damnatur in 3
Prælatis Ecclesiasticis, & Clericis, quando isti de agris à principio desertis datis ad culturam, postquam colonus eos reduxit ad culturam, volunt augere canonem, vel responsionem; quia non possunt. *l. fin. C. de omni agro deserto, lib.* 11. vbi Bart. dicit notabilem text. contra Prælatos insatiabiles, Castrens. quoque *consil.* 142. *colum.* 2. *lib.* 2. vbi in fine inuehitur contra certos Abbates, qui ex auaritia alterarunt pacta inuestituræ perpetuæ ad locationem simplicem rustico & ignoranti. Vide, *Clerici quales esse debeant. Conclus.* 379.
† Amplia; quia etiam statuta, quæ alias sancta dicuntur, vtpote, 4
pro augmento cultus diuini, valent, si ex cupiditate auaritiæ proueniunt, non valent, plene Anton. de But. *cons.* 42. *per tot.* maxime, *num.* 2. *in fin. vers. nec dicatur, & num.* 3. vbi, quod statutum reducens ad distributiones quotidianas, omnes fructus canonicatuum cõtra antiquam consuetudinem Ecclesiæ præsumitur ex auaritia, & per fraudem emanasse, ex quo principalis intentio est, vt fructus prædicti applicentur residentibus tantum. Vide, *Ambitio quando,*
& in quibus reprobetur. Conclus. 325. † Amplia; quia maxime in Prin- 5
cipe damnatur auaritia, quæ est proprium mulierum, Ancharan. *cons.* 339. *num.* 8. † Auari præsumuntur homines propter commo- 6
ditatem diuitiarum, & mulieres maxime sunt auaræ, Clerici, Laici, Medici, Iudices, & alii præsumuntur auari, vt dicit Mascar. *Conclus.* 150. *Cum auari omne præsumantur.*

Auditores contradictarum quam iurisdictionem habeant. Concl. 552.

AVDITOR † contradictarum habet iurisdictionem ordina- 1
riam, & quicquid ipse facit circa commissiones appellationum, & alia, dicitur facere consistorium Papæ, Federic. de Sen. *cons.* 108. *vers. Ad primum, in princip.* † Audientia contradictarum 2
procedit contra appellatum, cui appellatio extraiudicialis fuit nulliter intimata, quando reuera ipse nulliter intimatus habuit veram notitiam, quod procedebatur in causa. Roman. *consil.* 360. *Circa propositum, circa fin. vers. & sic apparet.* † Extende, vt procedat, 3
etiam si intimatus constituerit Procuratores negligentes in producendo mandato; quia non debuerunt citari, cum non constaret, eos esse Procuratores; quia negligentia Procuratoris nocet domino, qui fuit in mala electione. Roman. *d. consil.* 360. *in fin.* † Et 4
citationes contradictarum vicem obtinent citationum per edictum. Oldrad. *consil.* 130. *num.* 9. *versic. non obstat.* † Hodie istud of- 5
ficium habet solum iurisdictionem circa citationes, quę fiunt per contradictas, sed retinet multa priuilegia circa honores, & præcedentias.

Auditores Rotæ aliqui antiqui, & Auditorum priuilegia. Concl. 553.

DOMINVS † de Columna. Dominus de Vrsinis. Dominus 1
Iacobus de Campo. Dominus Florentinus. Dominus sancti Marci. Isti omnes erant Auditores Rotæ tempore Pauli de Castro, vt ipse meminit *cons. suo* 282. *Ista, lib.* 1. † Auditores Rotæ, & 2
Capellani Papæ habent priuilegium ab Alexand. V. expeditũ, sub

Ioan-

Ioanne Papa XXII. quod ipsi præferantur in concursu expectantium omnium, etiam si alii fuerint magis diligentes, dummodo non sint maioris, vel æqualis dignitatis, quod priuilegium est insertum per Gemin. *cons.* 113. & respicit gratias concessas, & concedendas. † Amplia; quia dictum priuilegium extenditur etiam ad habentem expectatiuam, qui postea Auditor Rotæ fuit effectus. Gemin. *d. cons.* 113. *Super dubio præmisso. per tot.* Cast. *cons.* 341. *Dominus noster Papa*, vbi consuluit super ipso priuilegio, & dicit, quod sunt familiares Papæ, sed per fictionem. † Amplia; quia dicto priuilegio Auditorum Rotæ non censetur derogatum per clausulas generales derogatorias in priuilegio concesso priuatæ personæ; eo quia priuilegium Auditorum est eis concessum ob publicam vtilitatem; & quia contrarium priuilegium loquitur de personis, & priuilegium Auditorum est concessum collegio, quod non venit appellatione personæ; & quia priuilegium Rotæ est confirmatum pluries; & quia transiuit in contractum; & quia fauore alimentorum est concessum; & quia habet clausulam derogatoriam, pleniſſime Rom. *cons.* 436. *Quod indultum. per tot.* vbi plurima cumulat, & apost. 1. *in ver. non deroget*, dat concordantes, & sequitur Sarnen. *super regulis. decis.* 2. † Auditores Rotæ faciunt collegium; quia habent omnia requisita collegii, sunt tres, & vltra habent sigillum proprium collegii, arcam communem, Thesaurarium, & locum, vbi se congregant, & Decanum, licet Decanus non sit de requisitis. ita Rom. *d. cons.* 436. *Quod indultum, num.* 6. *& seq.* † Et dicuntur Decuriones, & Consiliarii Reipublicæ, ita vt priuilegia eis concessa dicantur respicere fauorem publicum, vt dicit Rom. *d. cons.* 436. *num.* 9. *& seq.* † Etiam dicuntur Auditores Papæ, vt per Ægid. Bellam. *cons.* 40. *n.* 42. *in fin.* quod est votum D. Ioannis de Varenis Auditoris Rotæ. † Et possunt spernentes, & turbantes suam iurisdictionem pœnis mulctare, excommunicare, & ad prædicta omnia procedere iure suo ordinario. Ægid. *d. cons* 40. *num.* 42. *in fi. & n.* 43. † Limita; quia Auditores Rotæ dicuntur ficti familiares Papæ; ideo priuilegia eorum familiaritatis non tollunt ius quæsitum alteri; quia istud est de natura tacit, seu ficti priuilegii. Castr. *d. cons.* 341. *lib.* 1. quod est plurium Doctorum, & saltem secundum tempora illa, licet hodie habeant multa priuilegia maiora.

Auditores Rotæ quam iurisdictionem habeant. Concl. 554.

1 AVDITORES † Rotæ habent iurisdictionem ordinariam in cognoscendo, & audiendo, Rota *in nou. decis.* 61. *Fuit dubitatū*,
2 alias 430. *vltra med. de appellat.* † Amplia; quia habent iurisdictionem, seu iurisdictionis exercitium habitu, sed nō actu; ideo commissiones, quæ fiunt eis, sunt potius distributiones, per quas datur exercitium. Rota *in nou. decis.* 60. *Si in causa. in fi.* alias 429. *& d. decis.* 61. *Fuit dubitatum, circa med. vers. fuit determinatum, de appellat. & decis.* 13 *de offi. delegat si causa committatur, in nou. circa princ.* alias 362.
3 † Contrarium tenet Ægid. *decis.* 55. *de iud.* alias 747. *si Auditor, circa princ. ver. secundo suppono.* vbi, quod extra causas sibi commissas nullam habēt iurisdictionem, & in causis sibi commissis sunt iudices
4 delegati. † Declara; quia prima opinio est vera in procedendo, & audiendo, seu cognoscendo, & hoc etiam tenet glos. *in clem. auditis. de rescript.* secus quoad decisionem causarum; quia habent vere delegatam iurisdictionem. Rot. *in nou. decis.* 16. *de reiud. Dubitatur, vtrum in fin.* alias 341. sequuntur hanc declarationem Gemin. *cons.* 95. *in princ. & in c.* 1. *de rescript. lib.* 6. vbi etiam Franch. *n.* 20. *vers. decimo quæritur.* † Amplia, quod valet processus coram eis factus vigore rescripti impetrati per excommunicatum, sicut coram ordinario, ideo *c.* 1. *de rescript. in* 6. non habet locum in eis. Rota *d. decis.* 13. *de offic. deleg. in princ.* alias 362. *in nou. & decis.* 6. *de iud. Commissio impetrata. in princ.* alias 175. *in nou.* quæ duplicatur per Ægid. *decis.* 370. *Commissio impetrata*, alias 51. *de rescript.* Felin. *in c. fi. n.* 7. *in* 5. *fallent. de*
6 *except.* † Non tamen valet sententia lata vigore talis rescripti; quia in decidendo sunt vere delegati. Gemin. *d. cons.* 95. *in princ.* Franc. *d.*
7 *c.* 1. *de rescript. in* 6. *n.* 6. † Amplia; quia etiam valet processus factus coram ipso Auditore excommunicato publice; quia valeret coram ordinario, ex quo in procedendo habet ordinariam. Rota *in*
8 *antiq. decis.* 2. *de iudic. Nota, quod processus*, alias 24. † Limita; quia Auditores Rotæ non possunt pronunciare, nisi de consilio aliorum Auditorum, & de hoc habent iuramentum, alias essent periuri; ideo sententia præsumitur lata de consilio omniū, maxime, quando hoc narratur in sententia; quia non præsumuntur delinquere.
9 Castr. *cons.* 282. *col* 2. *lib.* 1. † Extende maxime, quando in sententia hoc narratur, quod fuit lata de consilio aliorum; quia licet non credatur verbis narratiuis in his, quæ non potuerunt interuenire tempore actus; tamen fallit, quando partes fuerunt præsentes, & non contradixerunt. Castr. *d. cons.* 282. *col.* 1. *ver. præterea licet. lib.* 1.

Augmentum regulatur secundum principale. Concluſ. 555.

STATVTVM † augens legitimam in omnibus, intelligi de- 1
bet de ipso augmento, prout iura loquuntur de legitima ipsa; ideo sicut in legitima non cadit grauamen, ita neque in augmento. Calderin. *consil.* 12. *de constit. & consil.* 361. alias 32. *de testam. nt.* Bald. *consil.* 407. *In quæstione. num.* 3. *vers. dicet aliquis. lib.* 1. vbi, quod idem ius statuitur in augmento, quod in principali aucto. Vide, *Statutum recipit interpretationem passiuam. Concluſ.* 576. † Et 2
territorium, seu comitatus ciuitatis si augeatur, Castra, quæ vniuntur, confunduntur, in tantum, quod idem iuris est de augmento, quod de aucto, quando simpliciter, & non secundum quid sunt vnita. Ancharan. *consil.* 437. *Ista sententia. num.* 3. † Extende; 3
quia si concedatur Castrum cum territorio, censetur concessa iurisdictio, & si territorium augeatur, censetur aucta iurisdictio. Ias. *in l.* 1. *num.* 16. *ff. de iurisdict. omn. iud.* Vide, *Additamentum sequitur naturam eius, cui adicitur. Concluſ.* 182. Vide, *Augmentum quando mutet substantiam. Concluſ. prox. seq.* Vide plenius, *Priuilegium vni concessum quando extendatur ad alios. Concluſ.* 373. † Limita in feudo; 4
quia additamentum, quod fit feudo per vasallum, si potest separari a feudo, non est feudale, sed eius, qui auxit. Alexand. *cons.* 44. *Visa facti. num.* 8. *vers. corroborantur. lib.* 3. allegat text. *in cap.* 1. *tit. de inuest. de rebus alien fact.* † Restringe, quando augmentum non po- 5
test separari; quia tunc efficitur feudale. Alexand. *d. cons.* 44. *num.* 8. *lib.* 3. † Restringe, quando additamentum non potest sciri, neque 6
probari; quia tunc neque separari potest, igitur neque tanquam separatim iudicatur, sed feudale. Alexand. *dict. consil.* 44. *num.* 8. *lib.* 3.

Augmentum quando mutet substantiam rei augmentatæ. Concl. 556.

RES † aucta non desinit esse, prout prius, neque dicitur res di- 1
uersa à prima. Geminian. *consil.* 70. *num.* 7. *vers. tamen in isto.* Vide, *Augmentum regulatur. Concluſ. prox. præced.* Vide, *Additamentum sequitur naturam eius, cui adicitur. Concluſ.* 182. † Amplia; quia lega- 2
tum, vel alia dispositio facta pro substituenda familia comprehendit etiam familiam auctam sine fraude, sed ex iusta causa. Gemin. *d. consil.* 70. *num.* 6. *ver. super secundo, vsque in fin.* Vide, *Legatum factum pro certo onere an augendum aucto onere. Concluſ.* 72. † Amplia; quia 3
prorogatio facta, durante primo termino, non inducit nouā dispositionem, sed dicitur eadem dispositio. Vide, *Prorogatio an inducat nouum actum. Concluſ.* 921. † Amplia; quia dignitas aucta re- 4
tinet suam naturam primæuam, & priuilegia. Vide, *Dignitas aucta retinet primæuam essentiam. Concl.* 425.

Augures prohibentur. Concl. 557.

AVGVRANDI † & diuinandi scientia omnino prohibetur 1
Clericis, & laicis, *cap. quanti Clerici.* 26. *quæst.* 5. † Et diuina- 2
re nemo tenetur; ideo neque Ecclesia, neque Papa, neque quis alius præter Deum iudicat de occultis. Romanus *consil.* 395. *Vt res clarior. num.* 5. *versic. vnde absit.* & ibi apposti l. *in ver. diuinare*, dat concordant. Vide, *Diuinare de occultis nemo potest. Concluſ.* 519. Vide, *Incantationes, & maleficia an noceant, & qualiter puniantur. Concluſ.* 59.

Augustana Ciuitas, & eius statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 558.

ARCHIDIACONATVS † Augustensis habet maiorem 1
dignitatem post Episcopalem; ideo præfertur Præposito dictæ Ciuitatis. Baldus *consil.* 387. *Archidiaconus habet. per totum. lib.* 1.

Auia, & auus quando veniant appellatione matris, vel patris, & an præsumantur dotasse neptem contemplatione filii, vel neptis. Concl. 559.

AVIA † alia est materna, alia paterna; materna venit appella- 1
tione matris in dispositione fauorabili, secus in odiosa. Alexand. *consil.* 198. *Perspectis.* † Extende; quia etiam auia paterna ve- 2
nit appellatione matris. Alexand. *dicto consil.* 198. *num.* 7. *ver. non obstat. lib.* 6. Corn. *cons.* 307. maxime *n.* 9. *lib.* 4. † Contrarium, quod 3
auia

auia paterna non veniat appellatione matris. Alexand. *d.conſ.198.*
4 *num.12.ver.item reſpondeo.lib.6.* † Declara; quia venit auia paterna appellatione matris ex impropria ſignificatione, non ex propria, ideo ſi ſtatutum mandat, quod verba accipiantur proprie, non continetur auia paterna appellatione matris, plene Alexand. *d.conſil.198.num.12. & ſequen.verſic.item reſpondeo, vſque in fin.lib.6.*
5 † Et ſi auus dotet neptem ex filio, an præſumatur contemplatione filii, vel ipſius neptis, Vide Maſcard. *Concluſ.156. Auus an in dubio.*

Auinionenſis Ciuitas ſtatus eſt Eccleſiæ Romanæ, & eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia. Concluſ. 560.

1 CIVITAS † Auinion. eſt de temporali iuriſdictione Romanæ Eccleſiæ, & Sedis Apoſtolicæ. Signorol. *conſ.219.num.2. & per*
2 *tot.* † Et non facit alicui remiſſionem delinquentium, prout nec alii Principatus, nec Comitatus, de quibus Ægid. Bellam. *conſ.11.n.*
3 *7.ver.ad propoſitum.* † Non eſt in regno, neque de regno Franciæ ſtatus Auinion. ſed extra Regnum; ideo Rex non poteſt in eo citari facere. Ægi. Bellam. *conſ.40.n.32. & 34.* vbi late. † In ſtatu Auinion. quod eſt Romanæ Eccleſiæ, Papa habet multa Caſtra, quæ ſunt ſub iuriſdictione Imperii, & licet Papa ipſa Caſtra conceſſerit in feudum ligium; tamen talis conceſſio fuit nulla. Ægid. Bel am. *conſ.33.n.41. & ſeq.ver.primo quæritur.* & eſt Comitatus Valentinen. cum Caſtro de Motellinis, quæ fuerunt conceſſa in feudum pro flor.30.mill. Imo *num.54.ver.præterea, quod ſaltem,* dicit, quod ſunt Caſtra 76. quorum pars eſt ſub dominio Imperii, alia pars Eccleſiæ Romanæ, & aliarum Eccleſiarũ, & quod Comes ſe recognouit feudatarium pro omnibus Eccleſiæ Romanæ; quia Papa promiſit 158. millia flor. vt *num.60. & per tot.* vbi inſerit pacta contra-
5 ctus. † Auinion. Ciuitas fuit electa vna ex tribus Ciuitatibus, in qua celebrari deberet Concilium Baſileæ, in quo Græci conueniebant, & Auinionenſes promittebant mutuare pro Concilio flor.70.millia; tamen fuit translatum Ferrariam; quia Græci conſenſerunt, licet Concilium Baſilienſe non vellet conſentire, pro Concilio conſuluerunt Roman. *conſ.352. Quæritur primo, per totum.* Caſtren. *conſ.228. lib.2.* pleniſſime Abb. ſatis interellatus, & appaſſionatus in ſermone ſuo de Concilio, vbi inuehitur contra Eugenium, quia voluit Concilium transferre, prout tranſtulit ad Ciui-
6 tatem Ferrariæ ex cauſa legitima. † Conſuetudo, & priuilegium Auinionenſibus Aulicis competit, quod ſint Ciues Auinioni, quia Gregorius, quando tranſtulit Curiam Romanam, ita con-
7 ceſſit. Ægid. Bellam. *conſ.24. in princ.* † Conſuetudo eſt Auinioni, quod parentes poſſunt eligere ſepulturam, vbi velint, pro eorum impuberibus filiis. Oldrad. *conſ.225. Grauamina. col.2.num.7.verſ.*
8 *duodecima.* † Eccleſia ſancti Deſiderii Auinionen. fuit ædificata à
9 Cardinale Bertrando de Dioceo Epiſcopo Sabinen. † Epiſcopus Auinionen. habet multa Caſtra, & in ſpecie Caſtrum Barbentanæ, in quibus, tam ex priuilegiis Imperialibus, quam ex antiqua conſuetudine immemorabili exercet merum & mixtum imperium, & regalia abſolute, prout alii domini temporales Imperiales ſolent exercere, & propterea præſcripſit ius piſcandi in flumine publico, quia prohibuit per decem & viginti annos omnibus, & acquieuerunt, plene Ægid. Bellam. *conſil.7. in princip. & per*
10 *totum.* † Item habet Caſtrum de Lertio ſibi feudatarium. Ægid.
11 *conſil.11. num.11. & ſeq.* vbi eſt etiam Caſtrum nouum, & alia Caſtra, vt in duobus inſtrumentis ibi regiſtratis, quæ videas. † Caſtrum Barbentanæ erat Eccleſiæ Auinionen. & fuit conceſſum cuidam Georgio pro ſcutis 20. mille, quos expenderat in fauorem Eccleſiæ Romanæ tempore Clementis Papæ, qui in defenſione Reginæ Ioannæ Siciliæ aduerſus Bartholum, & adhærentes inimicos Reginæ expendit. Caſtr. *conſil.415. In facto præſenti, per tot. lib.1.* vbi, quod valuit dicta alienatio; quia Papa eſt dominus, & habet liberam adminiſtrationem omnium Eccleſiarum.

Auocatio cauſæ ex quibus inducatur, Concl. 561.

1 AVOCATA † dicitur cauſa ab omnibus Iudicibus, quando ſupplicatio cõtinet, quod dignetur Papa auocare ad ſe cauſam ſuper tali negocio pendente coram quocunque iudice, & illam committere Auditori Rotæ, ſi Papa committat eandem cauſam, licet non dicat, auocamus, ſed ſimpliciter cauſam committat alicui, qui iuſtitiam faciat, vt petitur. Gemin. *conſil.47. in princip. & per tot.* maxime *num.2.* quia reſponſio debet eſſe conſor-
2 mis petitioni. † Amplia, quia imo ſufficit, quod narretur pendentia litis coram vno Iudice, & Papa alteri committat; quia cenſetur auocata. Staph. *de liter.iuſt.fol.126.n.22.* † Extende, vt idem ſit, 3
quando Papa ſuper articulo grauaminis committit cauſam vna cum toto negocio principali; quia cenſetur auocare negocium principale, dummodo cauſa non ſit inſtructa. Staphyl. *de liter.iuſtit.fol.119.num.32. ſecundum antiquam impreſſionem,* ſed *fol.126.num.*
20. *& ſequen.* dicit, quod ſi iuret non ſperare iuſtitiæ complementum in partibus, committitur, etiam ſi eſſet inſtructa. † Imo in 4
Curia ſi appellatur, & committitur articulus à grauamine, ſemper ſolet addi clauſula, vna cum toto negocio principali, ne continentia cauſarum diuidatur. Staphyl. *de liter. iuſtit. num.13. & ſeq.* vbi, quod ſpeciale eſt in Curia; quia cauſa ſemel commiſſa in Curia nunquam exire debet, etiam ſi grauamen non iuſtificetur.
† Limita; quia auocatio cauſæ facta poſt concluſum in cauſa non 5
valet, & commiſſio eſt nulla, ſi non eſt derogatum regulæ, ita Roman. *conſil.176. Iſtæ ſunt. per tot.* maxime *num.13. & ſeq.* vbi, quod hęc opinio eſt vera. † Extende, vt procedat, ſiue concluſio facta ſit 6
expreſſa, ſiue tacita. Roman. *d.conſ.176. per tot.* maxime *num.9.verſ. ſupereſt ergo.*

Auocatio, & commiſſio cauſæ operatur multa. Concluſ. 562.

AVOCATIO † cauſæ facta per Papam, & commiſſa alicui alteri motu proprio operatur, vt alii iudices, ſiue ordinarii, ſiue 1
delegati nulliter procedant, etiam ante intimationem auocationis. Gemin. *conſil.47. in princ. verſ.nam quandoque.* † Amplia, vt pro- 2
cedat, etiam ſi auocatio ſit ad inſtantiam partis, & non motu proprio, quando commiſſio eſt cum auocatione expreſſa. Gemin. *d.*
conſil.47.ver.in contrarium num.1. que in fin. † Contrarium tenet 3
additio ad *d. conſil. Gemin.47.* incipit: *Satis auocat.* vbi, quod hoc vltimum proceedit, ſi in commiſſione eſt decretum irritans, vel ſi eſt inhibitum, alias non eſt nullus proceſſus factus à primo iudice non notificato. † Limita in commiſſionibus primo, & ſecundo 4
loco factis; quia donec notificentur iudici procedenti, proceſſus valet. Gemin. *d.conſ.47. in princ.ver. & videtur prima facie,* qui ſic declarat in fine. *verſ.non obſtant contraria.*

Aurem qui tangit, totum corpus tangere dicitur. Concl. 563.

PARTEM † qui tangit, puta aurem, totum corpus tetigiſſe di- 1
citur in his, quæ ſunt indiuiſibilia, & vno integrali, quod conſiſtit in vno ſpiritu, & vna elementatione. Bart. *in l.vulgarii, in princip ff. de furt.* Caſtrenſ. *conſ.4. prope fin. lib.2.* † Amplia in his, quæ ve- 2
niunt in ſequelam; quia licet quis committat crimen læſæ maieſtatis in Ciuitatem priuatam; tamen ſi eſt ſuppoſita Principi, in quem cadit maieſtas; tunc ſi fiat ſeditio in cauſa ad effectum ſubuertendi obedientiam ab illo Principe, incurrit in crimen læſæ maieſtatis; quia qui tangit aurem, totum corpus tetigiſſe videtur. Bald. *conſil.59.num.2.verſ.niſi quando fieret, lib.1.* † Amplia; quia ca- 3
piens poſſeſſionem in angulo prædii, dicitur cepiſſe poſſeſſionem integri prædii. Caſtrenſ. *d.conſil.4.col.2. in fin.lib.2.* † Amplia; 4
quia præſcribens venam mineriæ in vna parte, cum ſit vna à principio vſque ad finem, totam præſcripſiſſe dicitur. Caſtr. *d.conſil.4. col.2. in fin.lib.2.* vbi dat alia ſimilia.

Authenticarum quarundam interpretatio. Concluſio.

Authen. qui ſemel. C. quomodo & quando Iudex. quod agens † tenea- 1
tur perſeuerare coram illo iudice, & contra agentem poſſit reus etiam contumacem obtinere abſolutionem, limitatur ſeprem modis. Socin. *reg.32. auth. qui ſemel.* Vide, *Iudicium vbi ceptum, ibi finem accipere debet. Concluſ.487.* † *Auth. mala fidei. C. de præſcript.*
long. temp. quod mala fides defuncti tranſeat in eius hæredem, limitatur quindecim modis, vt per Socin. *reg.33. Authent. mala fidei.* Vide plenius, *Mala fides defuncti quando noceat hæredi, vel non. Concluſ.*
22. Vide de multis Socin. *reg.32. & 33.*

Authoritate propria quando aliquid poſſit fieri. Concluſ. 564.

AVTHORITATE † propria cenſetur aliquid conceſſum, 1
quando verba executiua diriguntur ei, qui facere poteſt. Bal. *conſil.86. Teſtator diſponit. lib.1.*

Autho-

Authorari nemo potest in re sua ad commodum suum. Concl. 565.

1 IN † re propria authorari nemo potest. *l.1.& l.pupillus.ff.de auth.*
* *tut.* & hanc * communem opinionem dicit Bald. *consil.* 58. *Fa-*
2 *ctum tale est.num.3.lib.*4. Abb. *cons.*40. *lib.*2. *in fin.* † Amplia, vt Capitulum, quod alias consensum & authoritatem interponit cum Episcopo super vnione, non possit hoc facere, si vni fiat Capitu-
☞ lo. Oldrad. *consil.*262. *n.*323. Vide, *Vnio facta per Capitulum & Epi-*
3 *scopum an valeat pro Capitulo. Conclus.*237. † Extende in Episcopo, qui quidem cum consensu Capituli potest distribuere bona certi monasterii, non tamen potest suæ mensæ vnire, vel applicare; quia sibi authorari non potest. Dyn. *cons.*22. *Monasterium quod-*
4 *dam.n.*3. † Et quod dicitur de vnione, procedit in donatione, permutatione, & alio contractu. Zabar. *cons.*131. *in princ.* vbi limitat, quando separata esset administratio Capituli ab Episcopo; quia
5 posset vnire Capitulo. † Amplia; quia statutum prohibens filiosfamilias posse obligari sine parabola patris, intelligitur sine authoritate; ideo in causa pro patre redimendo non potest obligari; quia pater in causa propria non potest sibi authorizare. Bald.
6 *consil.*213. *Occurrit dubium.lib.*2. † Extende; quia pater non potest authorari, vt filia nupta donet aliis filiis in sua potestate existentibus; quia in causa propria authorizaret. Abb. *cons.*40. *Factum in*
*effectu.in fin. lib.*2. vbi allegat pro vtraque opinione Bart. sibi con-
*7 trarium, sed dicit hanc * veriorem. † Declara; quia forte propter pietatem, videlicet, pro patre redimendo posset valere talis au-
8 thoritas in causa propria. Bald. *d.cons.*213. *in prin.lib.*2. † Extende; quia non valet liberatio filii minoris facta patri authoranti; quia est species donationis, & pater sibi authorari non potest, etiam si adsit iuramentum minoris; quia non supplet, nisi defectum ætatis, non autem alios defectus, plene Castrens. *cons.*460. *Sequendo*
9 *ordinem.in princip.lib.*1. † Extende; quia vbi requiritur authoritas patris in contractu filii ex forma statuti, non potest pater authorari in contractu donationis sibi factæ per filiam. Bald. *consil.*139.
*Factum tale est.in fin.lib.*2. *& cons.*58. *n.*2. *&* 3. *ver. sequitur videre.lib.*4.
* vbi dicit * communem, sed declarat, vt infra recitatis opinionibus pro vtraque parte, & concordat, quod non valet. Florian. de
10 S. Petro *consil.* 8. *num.* 3. *& seq.* † Declara extensionem, vt procedat, quando donatio fieret per filiam patri in fraudem filiorum; secus si bona fide; quia authoritas, quæ requiritur fauore patris, hoc casu potest per patrem præstari ad commodum suum. Bald.
*d.cons.*58. *num.*2. *&* 3. *lib.*4. vbi, quod ista declaratio est satis æqua.
11 † Amplia, vt procedat, etiam si statutum requirat copulatiue authoritatem, & consensum; quia non potest quis sibi authorari,
12 & consentire. Bald. *cons.*78. *circa fin. lib.*4. † Extende idem, si statutum requirat consensum patris in renuntiatione filiæ; quia sibi non potest pater consentire; ideo renuntiatio facta patri non valet; quia sibi non potest consentire. Iason *consil.*69. *lib.*1. Florian.
13 de S. Petro *consil.*8. *num.*5. *&* 6. † Declara, secus esse, si alternatiue requirat, vel authoritatem, vel consensum; quia si est consensus authorizabilis, idem est, quod de authoritate dicitur, vt non possit authorari, vel consentire in causa propria, secus si esset simplex consensus; quia etiam quod alternatiue ponatur, valebit.
14 Bald. *d. consil.* 78. *in fin. lib.*4. † Amplia; quia etiam de iure communi non valet refutatio bonorum profectitiorum facta per filiam ad fauorem patris; quia in profectitiis filius non alienat sine authoritate patris, & propterea pater non potest sibi authorari; secus in bonis aduentitiis; quia filia potest renuntiare patri bo-
15 na materna. Angel. *consil.*303. *Pactum tale est. per tot.* † Amplia; quia Episcopus non potest absoluere seipsum à iuramento; quia non potest in causa propria sibi authorari, neque potest esse Iudex, & pars. Roman. *consil.*325. *Quoad primum. num.*11. *vers. nisi con-*
16 *stitutio.* † Extende etiam in Papa; quia seipsum non absoluit, neque alteri absolutionem pro se committit circa ea, quæ sunt iuris
☞ diuini. Vide, *Papa non potest multa, & quæ. Conclus.*50. *nu.*22. *& seq.*
17 † Amplia; quia statutum prohibens filium, vel filiam posse contrahere sine licentia patris, prohibet etiam, quod non valet donatio facta per filiam ipsi patri consentienti; quia non potest sibi authorari pater. Bald. *cons.*287. *Factum sic proponitur.* vbi recitat opiniones pro vtraque parte, & nihil soluit, nisi quod aut ista licentia est solemnitas extrinseca, & non valet; aut intrinseca, & valet. *lib.*3. & latius *cons.*288. *Hæ quæstiones. per tot. eod. lib.*3. vbi, quod de subtilitate iuris non valet; quia licentia debet præcedere actum; & est adinstar authoritatis; ideo non valet; tamen dicit, quod Iudex eligat, quam partem velit, secundum conscientiam, sed ipse inclinat per multa fundamenta, quod non valeat; quia li-
18 centia non debet esse sibiipsi, vel pro seipso. † Extende; quia pater non potest authorizare in causa filii, sicut neque in causa sua propria; ideo in rebus prohibitis pater officialis nō dat licētiam, neque authorizat filio. Dec. *cons.*273. *n.*4. *& seq.* vbi dicit * magis *
communem. † Contrarium, quando pater per modum iurisdi- 19
ctionis consensit, vel authoritatem interposuit prō filio. Rip. *in l.*
1. *§. fuit quæsitum. ante n.*7. *ver. aduerte tamen. ff. ad Trebell.* † Extende, 20
vt quod dicitur, non valere donationem factam patri per filiam, quando statutum prohibet filiam donare sine licentia patris, vt procedat, etiam si donatio fieret filiis in potestate patris existentibus; quia idem est. Bald. *d. cons.*287. *& 288. per tot. lib.*3. † Extēde; 21
quia statutum prohibens mulierem posse se obligare cum viro, seu pro viro, aut absque viro, salua licentia fratris carnalis, si patrem non habuerit, prohibet etiam mulierem obligari pro fratre dante licentiam vna cum viro; quia ad fauorem fratris nemo bonus vir dedisset licentiam; & quia licet renuntiauerit; tamen non apparet certiorata mulier. Bald. *consil.*193. *Punctus, prohibetur. lib.*5.
per tot. † Amplia; quia stante statuto, quod filius non possit con- 22
trahere sine authoritate, aut sine consensu patris, non valebit donatio profectitiorum facta per filium patri, cum authoritate patris; quia sibi auctorari non potest. Florian. *cons.*8. *n.*4. *&* 5. † Ex- 23
tende idem in aduentitiis; quia licet in eis habeat vsumfructum, & sit legitimus administrator; tamen in donatione sibi facta per filium non potest authorari. Florianus à S. Petro *d. consil.*8. *per tot.*
† Extende, vt id, quod dicitur de authoritate, procedat etiam in 24
consensu. Florian. *d. consil.*8. *nu.*5. *&* 6. † Contrarium tenet Alex. 25
*consil.*29. *Præclare. num.*12. *& seq. vers. & pro hoc etiam. lib.*3. vbi, quod non habet locum tale statutum in renuntiatione, quam fecit filia patri, maxime cum iuramento; quia differunt consensus, qui potest semper interuenire, & authoritas; & quia pater habet præsumptionem magnam legis, quæ de patre confidit. † Decla- 26
ra hanc materiam; quia aut sumus in authoritate præstanda, & nullus discrepat, quod non potest pater sibi authorari; aut sumus in cōsensu simplici requisito, vel licētia, & sunt opiniones, quod valeat; quia consensus, & authoritas sunt diuersissima. Rom. *cons.*
515. *In quæstione. per tot.* alii dicunt etiam istō casu cōtrarium, quod non valet, & apostill. ad Rom. *in ver. interponere,* allegat pro vtraque opinione, & dicit * vtranque communem, & vtranque ma- *
gis * communem, & in fine dicit, quod negatiua est longe com- *
munior, sed affirmatiua est verior. † Intrare igitur potest distin- 27
ctio Bald. *consil.*58. *num.*2. *&* 3. *vers. sequitur videre. lib.*4. quia si donatio est bona fide, valet, si cum fraude, non. infra *n.*52. † Declara 28
totam istam materiam; quia aut agitur de authoritate præstanda ad integrandam personam minoris, vel mulieris, in re minoris, vel mulieris; & tunc non potest quis ad sui fauorem authorari ad sui commodum; & idem est, quando agitur de consensu præstando loco authoritatis, prout si in alienatione rerum minoris statutum requirit, quod non possit contrahere, nisi cum consensu duorum proximiorum; quia iste consensus fit ad integrandam personam minoris, vel mulieris; si vero authoritas, vel consensus etiam ad authorizandum actum, vel contractum minoris, vel mulieris de re patris requiritur; quia talis cōsensus, & seu authoritas respicit fauorem patris, ne in re patris filius possit patri præiudicare; & isto casu sufficit authoritas, vel consensus patris, siue in actu, siue post actum interueniat; quia cum agatur de præiudicio patris, potest pater consentire, quandocunque in sui præiudicium. Alex. plene *cons.*106. *Quod ad præsens. lib.*1. vbi plene allegat pro vtraque opinione, & ita *n.*2. *in ver. & differentia. vsque in fin.* distinguit, & ibi apostil. *in ver. differentia.* † Amplia in terminis iuris 29
communis, quod nō valeat donatio causa mortis facta per filiam patri sibi authorizanti, gl. *in l.*1. *ff. de auth. tut.* vbi Dyn. & Bart. quia nemo sibi potest authorari, & hanc * communem opinionem di- *
cit Bald. *d. cons.*58. *Soluto matrimonio. lib.*4. *n.*3. & hanc partem circa authoritatem tenet Alex. *cons.*106. *Quoad præsens. in princ. lib.*1. vbi apost. *in ver. mortis,* dat plurimos concor. pro vtraq; parte. † Con- 30
trarium tenent Iac. de Rauen. & Petr. quos refert Bald. *cons.* 287.
*circa fin. lib.*3. vbi allegat pro vtraq; parte, & hanc partem tenent Spec. *de instrum. edit. §. porro. ver. quod si filia.* & ibi Io. Andr. *in addit.* vbi dicit hanc partem tenere Petrum de Cermitis, & idem tenēt Guil. de Cun. Bald. *consil.*288. *Hæ quæstiones. num.*4. *&* 5. vbi, quod Ioan. Andr. mouetur; quia aliud est authorare, aliud consentire, & hanc veriorem dicit apostill. ad Alex. *d. cons.*106. *Quoad præsens. in princip. lib.*1. *in ver. mortis.* vbi allegat pro vtraque opinione plurimos, & dicit, quod est ista verior; quia patria potestas iure Romano fuit introducta fauōre patris; ergo, &c. † Declarat Bald. 31
*d. cons.*58. *nu.*3. *vers. potest dici. lib.*4. quod non valeat donatio facta patri sibi authorizanti, quando fit in præiudicium filiorum donantis; secus si fiat bona fide, & sine fraude. † Amplia; quia non 32

potest tutor, vel curator de iure communi sibi authorari in donatione sibi facta à pupillo, vel minore. Castrens. *cons.*353. *Curator. num.*3. *lib.*1. vbi dicit curatorem esse in dolo; quia iurauit bene, &
33 legaliter administrare, & si non iurauit, adhuc tenetur. † Extende, vt procedat nedum si sibi facta est donatio, sed etiam si alteri; quia donare est perdere. Castrens. *d. consil.*353. *num.*3. *lib.*1. Extende, † vt procedant prædicta multo magis, si non esset verus tutor, vel curator, sed putatiuus; quia à fortiori non authorizat sibi, ex quo deficit omnis solemnitas. Castrens. *d. consil.*353. *num.*3. *lib.*1. vbi, quod datur actio pupillo, & magis replicatio de dolo, &
34 non potest habere locum turpitudo ex parte minoris, ex quo allegans turpitudinem participat de dolo, & sentit commodum.
35 † Extende; quia tutor non potest sibi authorari tacite, neq; expresse in societate facta cum pupillo, vel re nouata, vt quia erat socius patris pupilli, & continuauit cum pupillo. ita Roman. *con-*
36 *sil.*413. *Quoad primum. num.*14. & 15. *vers. quoad sextum.* † Limita; quia valet consensus, & authoritas patris adhibitus filiæ repudianti hæreditatem maternam nondum aditam; (licet ex tali repudiatione acquiratur patri) quia valet repudiatio etiam sine causa; secus si hæreditas semel fuisset adita. Bald. *consil.*144. *Statuto Ciuitatis Papiæ. lib.*2. vbi loquitur in consensu patris præstito in repudiatione filiæ, ex qua patri acquiritur, & dicit, quod si inter-
37 uenisset dolus, vel metus, non valeret. † Extende; quia stante statuto, quod mulier non possit contrahere sine consensu duorum propinquorum, & contingat mulierem contrahere cum patre, etiam nullo alio interueniente consensu, quamuis contractus esset in fauorem patris, vt quia renunciaret patri; tamen valebit contractus propter summam confidentiam, quam lex habet in patre. Bald. *in l. pactum dotali, in* 21. *quæst.* C. *de collat.* quem
38 sequitur Alexand. *consil.*106. *Quoad præsens, in fin. lib.*1. † Extende; quia introductus est iussus patris in aditione hæreditatis, quam facit filius; quia propter suam vtilitatem pater potest iubere filio, vt adeat, & sine iussu adire non potest. Alexand. *d. consil.*106.
39 *num.*2. *vers. & hac ratione. lib.*1. † Extende; quia imo valet renuntiatio facta per filiam patri de bonis maternis; quia in aduentitiis potest filius sine auctoritate patris, secus in profectitiis, con-
40 trahere. Angel. *consil.*303. *Factum tale est, per totum.* † Extende maxime, quando filia renunciat, seu repudiat hæreditates paternã, & maternam, nondum aditas, patri acquirenti pro filiis masculis; quia potest authorari, cum non fiat ad fauorem patris, sed post eius mortem. Castrens. *consil.*419. *Viso puncto. num.*2. *vers. & si*
41 *dicatur. lib.*2. † Limita; quia si statutum dicat, quod vxor non possit testari sine consensu mariti, valebit testamentum vxoris cum consensu mariti, in quo maritus est institutus. Bald. *consil.*78. *Præmittendum est. lib.*4. *per tot.* maxime *in fin.* Angel. *consil.*143. *Tria vi-*
42 *detur, circa med. vers. sed ego alias.* † Limita, quando statutum requirit solam præsentiam, etiam si præsentia sit pro solemnitate; quia potest quis adhibere præsentiam in actu, qui sit ad commodum præstantis præsentiam. Bald. *d. consil.*78. *in princ. lib.*4. Angel. *d.*
43 *consil.*143. *circa med.* † Contrarium in consensu proximioris requisiti in obligatione mulieris, vt sibi contrahenti cum muliere non possit præstare consensum. Castrens. *consil.*330. *Visis. num.*4.
44 *vers. item quia secundum statutum. lib.*1. † Declara; quia vbicunque consensus est authorizabilis, quod consensus patris administratoris filii non valeat ad fauorem consentientis: si vero consensus non habet se ad authoritatem, sed ad solam voluntatem; tunc valet etiam ad fauorem consentientis. ita Bald. *d. consil.*78.
45 *lib.*4. *ver. si vero statutum.* † Limita igitur in consensu, qui debet præstari tanquam simplex consensus; quia potest præstari, & in actu, & post actum quandocunque ab eo, qui debet consentire ratione sui præiudicii. Alexand. *d. consil.*106. *col.*2. *vers. quibus non*
46 *obstantibus, & num.*2. *vers. insuper. lib.*1. † Extende, etiam si agatur de consensu superioris, prout in renunciatione beneficii. Alex.
47 *d. cons.*106. *num.*3. *vers. exemplum patet. lib.*1. † Extende; quia consensus præstandus ad fauorem, & integritatem personæ minoris, vel mulieris super re ipsius consentire debentis, siue respiciat authoritatem, siue consensum, potest præstari semper per eum, ad cuius commodum inducitur, ita est casus, per totum
48 *consil. Angel.*106. *lib.*1. † Restringe in consensu superioris præstando in actu inferioris per modum authoritatis; quia debet in actu præstari, & non potest post, vel extra actum præstari. Alexand.
49 *d. cons.*106. *num.*2. *ver. similiter etiam. lib.*1. † Limita; quia valet authoritas patris præstita filiæ in re propria patris contra patrem, sed non pro patre. Bologn. *in addit. ad consil. Ioan. de Anan.* 103. *vers. quo vero ad aliam.* Alexand. *d. cons.*106. *Quo ad præsens. col.*2. *ver. quibus*
50 *non obstantibus. lib.*1. † Extende; quia valet authoritas tutoris præstita contra seipsum tutorem, non pro tutore. Bologn. *d. cons. Ioan.*
de Anan. 103. *vers. accedat.* † Extende; quia factum non nomine 51
meo, ratum habere non possum, sed bene possum in præiudiciũ meum. Bologn. *d. apostill. ad consil. Ioan. de Ana.*103. *vers. accedat.* Limita † igitur, quando filius donat patri bona fide; secus si in frau- 52
dem filiorum; quia cum filius familias non possit donare sine authoritate patris, quæ authoritas est inducta fauore patris, & nõ fauore filii; ideo potest sibi ipsi authorari pater hoc casu bona fide. Bald. *cons.*58. *num.*2. *& 3. vers. sequitur videre. lib.*4. vbi ita distinguit, & dicit hanc esse satis æquam distinctionem inter varias opiniones, & supra *nu.*27. † Limita ad commodum minoris, vt si 53
curator cum nepote minore, cuius est tutor, vel curator, renouet societatem, quam cum patre minoris habebat; quia tacite videtur authorari, & valet pro minore, supra *nu.*49. *& seq.* † Vide 54
Socin. *in reg.*35. *Authorari sibi nemo potest*, vbi limitat duobus modis.

Authoritas superioris quomodo, & qualiter interponenda, & quando præsumatur interuenisse. Concluſ.566.

AVTHORITAS † superioris interponenda in alienatione 1
rerum Ecclesiæ, debet præcedere ipsam alienationẽ. Gem. *cons.*32. *Pro examinatione. n.*7. *vers. in contrarium.* vbi, quod hæc forma seruatur, quod si authoritas requiritur per modum licentiæ, debet præcedere actum, alias actus est nullus, & loquitur in authoritate superioris in alienatione bonorum Ecclesiæ. Bald. *cons.* 221. *Primo quæritur. lib.*1. *n.*4. *vers. tertio quæritur. lib.*1. vbi late tuetur hanc partem. † Et idem est in alienatione bonorum Monaste- 2
rii, quando solemnitas, & decretum Episcopi interuenit post alienationem. Bald. *consil.*475. *Quidam Ioannes Abbas. num.*2. *vers. sed circa hoc dubitatur. lib.*1. † Contrarium, quod imo authoritas Epi- 3
scopi, vel Generalis sufficiat in alienatione bonorum Ecclesiæ post alienationem, tenet Socin. *cons.*15. *n.*45. *& seq.* vbi late, quod talis authoritas præstatur vt consensus, & ideo sufficit, quod præstetur post alienationem factam, & hanc partem tenet Feder. de Sen. *cons.*179. *in fin. vers. sed posito, quod talis. & consil.*249. *num.*2. *vers. item quia. & si dici posset.* † Declara; quia licet non valeat, quã- 4
do licentia, & authoritas interuenit post; tamen si postea cõfirmetur contractus in iudicio de consensu partium per Superiorem, valebit vigore confirmationis, non vigore licentiæ, seu authoritatis. Bald. *d. cons.*221. *num.*4. *vers. tertio quæritur. lib.*1. & ita videtur velle Feder. de Sen. *d. consil.*179. *in fin. vers. sed positum*, dum dicit, si partes perseuerent in eadem voluntate; & idem Bald. *cons.*475. *num.*3. *vers. quæro igitur. lib.*1. vbi, quod si confirmetur de consensu vtriusque partis, valebit tanquam de nouo sit celebratus: secus si vna pars tantum peteret confirmationem; quia non valeret etiam post; sequitur Baldum Tiraquell. *de legib. connub. gl.*6. *in ver. consentiment. n.*10. *&* 11. vbi ponunt multa similia. † De- 5
clara, quod sufficit, etiam si talis licentia, & authoritas non præcedat, dummodo interueniat in ipso actu. Gemin. *d. cons.*32. *num.* 7. *in fin. vers. nos autem loquimur*, & quod debeat interuenire decretum superioris in actu alienationis, alias non valeat. Bald. *consil.*496. *Quidam Prælatus, in fin. lib.*5. vbi dicit * communem, * 6
quod non sufficit ratificatio, vel confirmatio ex post. † Declara secundo, vt sufficiat authoritas quandocunque in alienatione rei Ecclesiasticæ præstita, quando agitur de re modica alienata. Gemin. *consil.*48. *num.*5. *vers. nec opinio contraria.* † Declara tertio, 7
vt consensus Superioris, vel Capituli possit præstari, & sufficiat post alienationem, quando præstatur in vtilitatem Ecclesiæ, secus è contra. Gemin. *d. consil.*48. *num.*5. *vers. vel secundum Hostien.* † Contrarium tenet Bald. *cons.*475. *num.*2. *vers. sed circa hoc dubita-* 8
*tur, lib.*1. vbi, quod ista est veritas; quia contrahentes sunt inhabiles, sequitur Tiraquell. *de legibus connubial. gloss.*6. *ver. consentiment. num.*10. *&* 11. † Declara quarto, vt possit præstari consen- 9
sus à Capitulo in alienatione rei Ecclesiasticæ etiam post alienationem, quando alienatio est temporalis, & non perpetua. Gemin. *d. consil.*48. *num.*5. *vers. vel tertio.* quod intelligitur de alienatione ad modicum tempus, non autem ad vitam. † Declara, 10
nisi contraria sit consuetudo in loco, quod postea possit confirmari. Bald. *consil.*496. *circa fin. vers. hoc ergo præmisso. lib.*5. † Am- 11
plia; quia authoritas, & decretum superioris, nedum debet interponi in actu alienationis, sed etiam Episcopus debet illud interponere pro tribunali, & in sua iurisdictione, alias non valeret. Calderin. *consil.*153. alias 5. *de confess. in fin.* & hanc communem * opinionem dicit Bald. *dict. consil.*496. *in fin.* * 12
lib. quinto. nisi contraria sit consuetudo; vt ibi. † Amplia; quia attenditur superior Ecclesiæ, non autem superior loci, vbi bona, quæ alienantur, sita sunt; quia Episcopus bonorum non

habet

habet aliquam iurisdictionem. Fed. de Sen. *conſ.*151. *n.*5. *col.pen. in fin. ver. ſequitur ergo videre*, plene Cald. *conſ.*272. alias 10. *de reb. Eccleſ.*
13 *non alien.* † Declara totam iſtam materiam; quia ſi cõſenſus ſuperioris requiritur tanquam auctoritas, & non poteſt interuenire poſt actum; quia hoc ſonat ipſum vocabulum, auctoritas; quia illam præſtans debet eſſe auctor, & principalis in illo negotio; & quia auctoritas eſt maiorum conſenſus, nõ autem minorum; ideo debet interuenire in actu prohibito ſine auctoritate ſuperioris, ita Abb. in ſua *q.*5. *col.*7. *poſt med. verſ. tum quia conſenſus Epiſcopi*, vbi loquitur in donatione iuris patronatus facta laico, in
14 qua requiritur auctoritas Epiſcopi. † Fauore tamẽ Eccleſiæ quãdoq; auctoritas poteſt interponi poſt actum, & conualidat. Abb.
15 *d.q.*5. *col.*10. *in fin. ver. venio ad tertium.* † Aut conſenſus requiritur tanquam ſolemnitas, & adhuc idem eſt; quia debet in ipſo actu interuenire, & non ſufficit, quod ex poſt interueniat. Abb. *d.q.*5. *col.*7. *in fin. ver. ſed poſito, quod exigatur per viam ſolemnitatis*, vbi ponit exemplum in conſenſu duorum proximiorum in contractu mi-
16 noris. † Si vero cõſenſus requiritur, vt ſimplex conſenſus: & tũc ſufficit, quod quandocunque interponatur re integra, & conualidatur actus à principio; ſed ſi res non eſt integra, vt quia aliquis ex contrahentibus mortuus eſt, vel reuocauit; tunc quia nõ poteſt trahi retro, non conualidat, niſi de nouo omnes conſentiãt. Abb. *d.q.*5. *col.*8. *ver. item, & tertio præſuppoſito, in princ.* allegat text. *in*
17 *l. fin. C. commun. prædior.* † Vide eundem Abb. *d.q.*5. *col.*10. *prope fin. ver. fateor tamen.* vbi, quod iſta vocabula, auctoritas, & conſenſus, confunduntur, & ſæpe vnum ſumitur pro alio; ideo regula certa non datur, vbi dat exemplum, quod ſuperior poteſt ratam habere renuntiationem beneficii factã à beneficiato, etiam quod ſine
18 ſuo conſenſu nõ valuerit, & illum expellere à beneficio. † Limita, quando conſenſus ſuperioris requiritur non tanquam licentia, & auctoritas, ſed tanquam conſenſus; quia tunc poteſt interuenire poſt actum. Gemin. *conſ.*32. *n.*7. *ver. non obſtat.* Vide, *Conſen-*
19 *ſus, ſine quo actus eſt nullus, an valeat poſt actum. Concl.*755. † Limita; quia per modum confirmationis iudicialis de cõſenſu partium poteſt conualidari contractus nullus propter defectum auctoritatis, quæ non interuenerit in ipſo actu. Bald. *conſ.*221. *n.*4. & 5.
20 *lib.*1. † Declara; quia licet decretũ iudicis pro validitate contractus debeat interuenire in ipſo actu, & antequam actus ſit conſummatus, alias actus non conualidaretur; tamen ſecus eſt in cõfirmatione ſuperioris pro validitate contractus; quia poteſt interuenire ex interuallo, & ſequi. Rom. *conſ.*50. *Idem in præfata, in*
21 *princ.* vbi apoſt. *in ver. ſequi poteſt.* † Et præſumitur auctoritas ſuperioris interueniſſe in actu requiſita ex diuturnitate temporis data ſcientia ſuperioris. Maſc. *concl.*154. *Auctoritas ſuperioris.*

Auctor, & principalis dans cauſam delicto punitur de omni eo, quod ſequitur. Concluſ. 567.

1 REGVLA † eſt, quod principales, & auctores delicti, qui cauſam primam dederunt, puniuntur. *l. quoniam multa. ff. de vi publ. c. fin. de homicid. in* 6. plene Rol. à Vall. *conſ.*63. *n.*4. *lib.*2. plenius
Marſil. *ſing.*403. *Superioribus*, vbi citat plurimos concord. Vide, *Damnum cauſans damnum dediſſe videtur. Concl.*6. vbi latiſſime *n.*28.
2 *& ſeq.* † Et ideo ſi quis facit adunantiam armatorum ad baſtonandum aliquem, & ex accidenti ſequatur homicidium; quia id eſt contra mentem conuocatorum, & caſtantium, tenetur de homicidio ſolus homicida, & auctor, qui fecit adunantiam ad delictum, licet non ad homicidium. Caſtr. *conſ.*277. *In cauſa carceratorum. col.*1. *in fin. verſ. ſi ergo, & col. ſeq. lib.*2. allegat Ang. *d.l. quoniam*
3 *multa*, & plenius *n.*3. *in fin. ver. nec obſtat l. quoniam multa.* † Declara, vt procedat, quando quis intendens committere delictum, dedit cauſam maiori delicto, quam eſſet illud, quod committere intendebat; ſecus ſi dabat operam rei licitæ, & ſecutum eſt delictum. Caſtr. *conſ.*255. *Viſo ſupradicto, col.*1. *&* 3. *ver. nec obſtãt, lib.*1. Dec. *in l. hoc iure. ff. de reg. iur.* Boſſ. *de plurib. viol. n.*75. Salyc. *d.l. quoniã multa, n.*70. *ff. de vi publ. &* n.9. ſequitur Ang. *de malefic. in ver. & appenſate, n.*3. gloſſ. *d.c. fin. de homicid. in* 6. *in ver. culpa, in fin.* & ibi Gemin. & Franc. Cæpol. *conſ.*33. *n.*4. Caſtr. *d. conſ.*277. *col. pen. n.*3. *verſ. nec ob-*
4 *ſtat lex, lib.*2. † Extende idem in eo, qui fuit Caporalis ad adunandum homines armatos, quorum opera ingreſſus Caſtrum, vel arcem abſtulit multa bona; quia tenetur ipſe ad omnia damna, & ad quadruplum, tanquam principalis de rapina, & vi bonorũ raptorum, ad reſtitutionem, & ſi non adeſt Caporalis, tenentur omnes in ſolidum. Alex. *conſ.*103. *Videtur prima conſideratione, n.*2.
*ver. ſed præmiſſis. lib.*1. *& per tot.* Vide, *Rapina quid ſit. Concluſ.*3. *n.*5. Et
5 † eo ipſo, quod probata eſt violentia, dicitur probatus dolus, violentia autem probatur, quando aliquid fit prohibitum, & per vim cum gentibus armatis. Alexand. *d. conſ.*103. *num.*2. *ver. hoc*

*præſuppoſito. lib.*1. † Extende; quia is, qui ingreditur violenter poſ- 6
ſeſſionem beneficii propria auctoritate priuata, tenetur. *cap. eum qui, de præbend. in* 6. † Declara, vt non procedat, ſi auctoritate iu- 7
dicis ingrediatur etiam violenter. Ioan. Monach. & alii poſt gl. 8
in d.c. eum qui, de præben. in 6. Aufrer. *deciſ. Thol.*443. *in fin.* † Reſtringe; quia prouocatus, vel alias timens ſibi fieri violentiam in domo ſua ab eo, qui iactauit velle in domo propria vxorem ſtuprare, ſi conuocauit amicos, & conſanguineos, & affines, & ille venerit, & in inſultu fuerit interfectus; certe auctor cõuocationis non tenetur de homicidio; quia conuocauit ad actum licitum, & licuit ſibi tueri honorem ſuum, & perſonam, ſicuti & rem. Caſtr. *d. conſ.*277. *In cauſa incarceratorum. n.*2. *& ſeq. per tot. lib.*2. vbi, quod neque homicida pœna ordinaria puniri poteſt, alii ad nihil tenentur. † Reſtringe; quia *l. quoniam multa. ff. de vi publ.* non 9
habet locum in eo, qui mandauit ingredi poſſeſſionem. Marſil. *conſ.*67. *n.*34. *& ſeq.* poſt Veron. *conſ.*36. *nu.*7. *ver. & ita dixi limitandam eſſe, & n.*6. *ver. ad hoc ego.* Et *cap. fin. de homicid. in* 6. habet locum, quoad pœnam irregularitatis. Cæpol. *conſ.*37. *n.*12. *ver. nec obſtat c. fin.* † Reſtringe; quia non habet locum in eo, qui lege, vel ſtatu- 10
to permittente facit; quia non dicitur facere rem illicitam. Caſt. *d. conſ.*255. *ver. his non obſtantib. lib.*1. † Declara; quia multũ refert, 11
an delictum ſit permiſſum nõ ob culpam eius, in quem committitur, ſed ob publicam vtilitatem; & tunc habet locum *l. quoniam multa. ff. de vi public.* aut delictum permittitur propter culpã eius, in quem committitur; & tunc non habet locum *d.l. quoniam multa.* ſic Caſtr. *d. conſ.*255. *col.*3. *ver. nec obſtant, lib.*1. † Amplia; quia au- 12
ctor, & Caporalis, qui coadunauit gentes, tenetur ad omnia damna rerum vi ablatarum, & quadruplum, etiamſi bona ablata ad eum non peruenerint. Alex. *d. conſil.*103. *nu.*2. *in fin. verſ. & quamuis Comes, lib.*1. † Extende, etiamſi rapinam intulerint armati in 13
re communi cum ipſo Caporali, quando modum exceſſerunt, auferendo per vim bona ſociorum, vel aliter male fecerunt, quã conueniret rei communi, & vſui illius. Alex. *d. conſ.*103. *nu.*6. *verſ. nunc reſtat, lib.*1. vbi, quod in dubio, etiamſi aliqua bona ſociorum ſaluari fecerit, cenſetur animo pro ſe retinendi, & dolo malo. † Extende, vt procedat, etiamſi Caporalis habens partem in re 14
inuaſa petierit ſibi aperiri portas de nocte cum hominibus armatis; quia cum eſſet ſuſpectum tempus, & ſuſpecta præparatio, non excuſatur. Alexand. *d. conſ.*103. *nu.*8. *ver. non obſtat etiam, lib.* † Extẽde, etiamſi Caporalis eſſet miles armatæ militiæ; quia non 15
excuſatur inuadendo rem communem, & totam occupando cũ hominibus armatis. Alex. *d. conſ.*103. *n.*9. *in fin. & n.*10. *verſ. non obſtat quartum, lib.*1. vbi idem, ſi rem alienam. † Extende idem in mi- 16
